



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



3 3433 08164120 5

D. JUNII JUVENALIS

OPERA OMNIA.

VOL. II.

D. JUNII JUVENALIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

ET

VETERIS SCHOLIASTÆ

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.


VOLUMEN SECUNDUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A.M.

1820.



14040-

D. JUNII JUVENALIS
AQUINATIS
SATIRARUM
LIBER QUARTUS.

SATIRA X.

OMNIBUS in terris, quæ sunt a Gadibus usque
Auroram, et Gangem, pauci dinoscere possunt

*In cunctis regionibus quæ sunt a Gadibus usque ad Auroram et Gangem, pauci
valent discernere vera bona, et his valde opposita, depulsa falsitatis caligine. Nam*

2 *Gangem* pro *Gangem* recepi e 17. et *dinoscere* pro *dignoscere* ex 17. 24. 49.
55. 62. 65-69. 71-73. *cognoscere* 21. *discernere* 7. 11. 14. 20. 22. 29. 45. ex inter-
pretam. Nostra lectio firmatur auctoritate plurimorum librorum et Serv. ad

NOTÆ

1 *Omnibus in terris*] Elegantis hujus
Satiræ dicam, an Poëmatis, gravissi-
mum est argumentum, de votis recte
faciendis. Illud idem tractavit Per-
sius Satir. II. Inter Græcos autem
Plato in Alcibiade 2. Aristoteles lib.
σεπ εβχης, teste Laërtio, et alii com-
plices affirmante Proclo, quorum ta-
men opera interciderunt. De Socra-
te vero Valer. Max. VII. 2. sic refert:
'Socrates,' inquit, 'quasi quoddam
terrestre oraculum, nihil ultra pe-
tendum a Diis immortalibus arbitra-
batur, quam ut bona tribuerent, quia
li demum scirent, quid unicuique
esset utile,' &c. Itaque Juvenalis
pariter docet hic, quæ non petenda
primum, deinde vero quæ sint pos-
tulanda.

A *Gadibus usque Auroram*] Ab Oc-
cidente ad Orientem, id est, in toto
terrarum orbe.

Gadibus] *Gades*, vulgo *Cadiz*, parva
est Insula Oceani Occidentalis, ad
Delph. et Var. Clas.

oram Andalusis, continenti juncta
ponte, non procul freto Herculeo.
Statim Solis cubilia Gades appellat.

2 *Auroram*] Ex Varrone l. vi. de
Ling. Lat. *Aurora* dicitur ante Solis
ortum, ex eo quod ab igne Solis tum
aureo aer aurescit. Hanc fabulantur
Titanis terræque filiam. Matutinus
est splendor Solem ac diem præcur-
rens, unde 'clari prænuntia Solis,'
et 'gelidos rores Aurora remittens,'
dicitur de Divin. I. Hinc etiam
ponitur pro orientali regione. Ovid.
Metamorphos. I. 'Eurus ad Auroram
Nabataeque regna recessit.' Et apud
Græcos eadem vox, *ἄρς*, Auroram
pariter et orientem significat.

Gangem] Hic ingens fluvius ac no-
bilis, ex Imao monte scaturiens, In-
diam orientalem perfundit, ac in
sinum Gangeticum quinque ostiis illa-
bitur. Sanctus Hieronymus Epistola
ad Rusticum Monachum, et alii qui-
dam hunc putant eundem esse, qui

Juv.

2 M

Vera bona, atque illis multum diversa, remota
 Erroris nebula. Quid enim ratione timemus,
 Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te 5
 Conatus non poeniteat, votique peracti?
 Evertere domos totas optantibus ipsis
 Di faciles. Nocitura toga, nocitura petuntur
 Militia. Torrens dicendi copia multis,
 Et sua mortifera est facundia. Viribus ille 10

quid ex ratione metuimus, vel optamus? Ecquid ita dextro pede voces, ut te non piget nixus et facturum precum? Benigna ipsis precantibus numina disturbaverunt familias integras. Damnosa in pace, domnosa in bello postulantur. Fluens loquendi facultas, sua etiam eloquentia lethalis est plurimis. Interit iste fiduciam habens in

Virg. Ge. II.—5 concutis 24. a. m. pr. concupis 10-12. 14-19. 21-23. 31. 33. 45. Sed modo præcessit cupimus, et nostra lectio exquisitior est. In verbis tamen, *quid tam dextro pede concipis*, mendum latere videtur. Vulgo ea sic interpretantur: quod votum concipis, (nam concipere est vocab. propr. de votis, quæ vel mente, vel formula quadam concipiuntur) quid optas tam felici auspicio atque conatu? Neque ignoro, tali sensu dici: *dextro et sinistro pede ire, proficisci, venire*. Sed quis unquam dixit: *dextro pede concipere votum*? Poëta forte scripsit, *dextro omine*, vel *dextra spe*.—7 illis 22. *operantibus* (scil. sacris, h. e. sacrificantibus) *ipsis* vetus cod. Rittershus. Male!—8 et nocitura petuntur 22. 45.—9 et torrens 10-12. 15-27. 45-50. 54. 55. 57-63. 65-69. 71-73.

NOTÆ

Philson vocatur, atque unus erat e quatuor magnis fluviis Paradisum Terrestrem rigantibus. Genes. cap. 2.

3 *Vera bona, atque illis multum diversa*] Bona, malaque.

4 *Erroris nebula*] Ignorantia.

Ratione] Et non ex opinione sæpius.

5 *Dextro pede*] Justo conatu, felici auspicio. Nam dextra pars pro bono omine usurpatur: læva contra pro malo. Vide Pers. Satir. II. 11. Satir. III. 48. Satir. V. 114. et Apul. Metamorphos. 'Sinistro pede profectum spes me frustrata est.'

6 *Votique peracti*] Votorum concipiendorum variam rationem, ac cæremonias, vide apud Alex. ab Alex. III. 22.

7 *Evertere domos*] Valer. Maxim. cit. VII. 2. 'Nos plerumque id votis expetimus, quod non impetrasse melius foret. Etenim, densis tenebris involuta mens mortalium, in quam late

patentes errores cæcas precesiones tuas spargis! Divitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiscis, qui complures pessumdederunt: regna tecum ipsa volvis, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur: splendidis conjugiiis injicis manus; at hæc ut aliquando illustrent, ita nonnunquam funditis domos evertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus, inhiare, teque totam cœlestium arbitrio permittite, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissima possunt.' Hæc ille.

8 *Toga*] Metonymia, pro, pace: sicut e contra sagum index est et vestis belli. Cic. Philipp. passim, 'ad saga ire: redire ad togas.' item alibi: 'cedant arma togæ.'

10 *Mortifera est facundia*] Demostheni, Ciceroni, et tot aliis. Vide infra, vs. 114.

Viribus ille confusus perit] Milo Cro-

Confisus periit, admirandisque lacertis.
 Sed plures nimia congesta pecunia cura
 Strangulat, et cuncta exsuperans patrimonium census,
 Quanto delphinis balæna Britannica major.
 Temporibus diris igitur, jussuque Neronis
 Longinum, et magnos Senecæ prædixit hortos

16

robore, et brachiis mirum in modum validis. At multos suffocat pecunia ingenti sollicitudine accumulata, et opes bonis omnibus tanto majores, quantum Britannici maris cetus Delphinus superat. Itaque sævo tempore, atque imperio Neronis, integra turba inclusit Longinum, ac ingentes hortos opulenti Senecæ, et circumspicit

discendi 21. 22.—11 Ultima syll. verbi periit producitur, ut vs. 118. et in Ovid. Eleg. de morte Drusi v. 235. ob contractionem vel hiatum. Cf. ad l. 151. admirandusque 16. 18.—Strangulat 15. exuberans 17.—14-18 ejecti e 18. Quantum 16. 21. 22.—15 diris 19. a m. pr.—16 Longinum...clausit dura dictio. Le-

NOTE

toniates, ejus tantum robur, ut pugno taurum mactaret, at cum fissam quercum vellet discindere, constrictis ibi manibus ferarum præda factus est. Gell. xv. 16. Ovid. in Ibin. 'Utque Milo robur deducere fissile tentes, Nec possis captas inde referre manus.'

18 *Strangulat*] In causa est cur strangulentur, ac jugulentur divites, sive a furibus, sive a Tyrannis, bonis eorum inbiantibus. Sunt qui putent alludi ad Fabulam Midæ, qui cum cupisset omnia quæ tangeret aurum fieri, et cibo in aurum converso strangulatus sit.

14 *Delphinis*] Hos valde amantes hominum ac Musicæ passim celebrant, Gell. vii. 8. et xvi. c. ult. ubi ex Herodoto narrat historiam Arionis a Delphino per ingens maris spatium ad Laconicam terram dorso devecti. Plutarch. in fine libri de comparat. animant. et in fine convivii. Plin. ix. 8. Athen. xiii. 8.

Balæna] Bellua marina inusitata molis ac magnitudinis; de qua Plinius ix. 3. et 6. 'Immania cete,' vocat Virgil. Æneid. v.

Balæna Britannica] Oceani Britannici belluas ac cetos affert, utpote

maiores quam maris Mediterranei, in quod etiam aliquando penetrare, testis Plin. l. cit. c. 6. notiores vero quam Indici, in quo maxima reperiri cete, idem Plin. ibid. affirmat. Porro metaphoram esse in Tiberium ac divites notat hic vetus Schol. De Britannia vide Satir. ii. 161. Annot.

15 *Temporibus diris igitur*] Cum Nero grassaretur in divites eorumque divitias.

16 *Longinum*] Sueton. Ner. c. 37. 'Objectum est,' inquit, 'Cassio Longino Jurisconsulto ac luminibus orbatu, quod in vetere gentili stemmate C. Cassii percussoris Cæsaris imagines retinisset: et huic aliisque mori jussis non amplius quam horarium spatium dabat Nero.'

Senecæ] Vide Satir. v. 109. et Satir. viii. 212.

Prædixit] 'Rufus ac Tigellinus variis criminationibus Senecam adoriuntur, tanquam ingentes et ultra privatum modum evecas opes adhuc augeret; hortorum quoque amœnitate, et villarum magnificentia Principem supergrederetur,' &c., quæ refert Cornel. Tacit. Annal. 14. ubi et ipse Seneca sic apud Imperatorem se

Sed facilis cuivis rigidi censura cachinni :
 Mirandum est, unde ille oculis suffecerit humor.
 Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
 Democritus, quanquam non essent urbibus illis
 Prætexta, et trabæ, fascēs, lectica, tribunal.

35

severi: at mirum est, unde tanta oculis aqua suppetet. Democritus consueverat perenni cachinno movere pulmonem, tametsi civitates istæ non haberent prætextam, ac trabeam, fascēs, lecticam, tribunal. Ecquid si aspexisset Prætorem in excelsis

31 cui vis 15. 16. cujus 46. 50. frigidi 45. rigidi cuivis al.—32 illi 24. suffecerat 12.—34 esset in 19. a m. pr. essent pro esset revocavi ex 11. 15-17. 19-22. 61-63. 76. in urbibus 19.—35 Prætexta, trabea 11. 15. prob. Schurzfl. qui putabat, librarios male geminasse literam primam vocis trabæ. Præter-

NOTÆ

occulte, tanquam Heraclitus.' Et l. III. n. 35. 'Heraclitum quoniam quid diceret, intelligi noluit, omittamus.' De eo Diogen. Laërt. l. IX. ubi ait eum sensisse rerum omnium principium esse ignem, &c. Ibidemque refert honorificam Regis Darii ad eum Epistolam, qua ad se illum invitat. Floruit Olympiade 70. aut circiter.

31 *Sed facilis cuivis, &c.*] Id est, facile quidem alter quivis ineptias hominum risu posset damnare, at non perinde fletu: nam et mirum est, unde Heraclito tanta lacrymarum copia suffecerit. Certe ex hydropse mortuus fertur, anno ætatis sexagesimo.

33 *Pulmonem agitare*] Hinc etiam mirum videri posset, quod tam longævus fuerit ille, qui tam crebra pulmonum agitatione, et sanguinis (quod fit in risu, solutiore præsertim) præcipiti circuitu perpetuo fatigaret.

34 *Democritus*] Florebat Olympiade octogesima, et annos vixit centum novem. Hunc Suidas omniscium nuncupat, et *πάνταλιν*; eo quod Physica, Ethica, Mathematica, liberales disciplinas, artesque omnes calleret. De eo Laërt. l. IX. Res omnes ex atomis constare dicebat: item plures esse mundos, &c.; unde auctor atomorum vocatur a Cicerone de Fato, n. 23. et

de Natura Deorum I. n. 66. 'Ista flagitia Democriti,' inquit, 'sive etiam ante Leucippi esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam, et quasi adunca; ex his est effectum esse cælum, atque terras, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito.' Et Acad. qq. I. IV. n. 121. 'Asperis, et lævibus, et hamatis, uncinatisque corporibus concreta hæc esse dicit Democritus.' Plin. XXVIII. 8. Democritum appellat virum alioqui sagacem, ac vitæ utilissimum, nimio juvandi mortales studio prolapsam: vero VII. 55. velut resurrectionis assertorem suggillat. Cit. Cic. de Natura Deorum I. n. 121. 'Democritus vir magnus inprimis,' inquit, 'cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit.'

Urbibus illis] Abderæ, unde ortus Democritus; Epheso, e qua Heraclitus, aliisque Thraciæ Asiæque urbibus is non erat qui Romæ luxur et fastus.

35 *Prætexta, et trabea, &c.*] Quæ non magis insignia potestatis ac nobilitatis, quam vanitatis apparatus atque superbix.

Prætexta] De hac, ad Pers. Sat. v. vs. 30.

**Quid, si vidisset Prætores curribus altis
Extantem, et medio sublinem in pulvere Circi
In tunica Jovis, et pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ**

currus eminentem, ac sublatum in arena media amphitheatri: in tunica Jovis, atque e scapulis gestantem peristromata Sarrana togæ pictæ, ingentis etiam coronæ cir-

~~~~~

ca 19. a m. pr.—36 abest ab 54. si prætores vidisset 22. victorem pro Prætores conj. Schrader. in curribus 10. 25. 27. 45-50. 55-69. 71-74. 77. Sed omissio præpositionis Juvénali solennis; aut librariis plerumque tribuenda.—37 Stantem 17. medii 10. 11. 15-17. 20. 21. 24. 56. 59. 60. 65. sublinem pulcers 10. 11. 15. 17-24. 45. sublinem e pulvere 16. subline pulvere 12. Equidem totum fere versum ab ingenio interpolatoris, pompam Circensem cum triumphali confundentis, profectum crediderim: quo deleta omnia ad pompam habitumque triumphalem referri possunt. Prætores certe hoc habitu ludis præsedisse, vix alibi, nisi h. l. et forte inf. xi. 192. memoratur; etsi non ignoro, multis triumphalia ornamenta s. insignia esse concessa.—38-47

#### NOTÆ

*Trabeæ*] Supra, Sat. viii. vs. 259.

*Fasces*] Vide Sat. v. vs. 110.

*Leotica*] Sat. i. vs. 32. et 64. ac seq.

*Tribunus*] In quo sedens Prætor jus dicebat; sella nimirum curuli, et eburnea, eaque sublimi: at minores alii Magistratus in subseclis, ut notat Pædianus Verr. i.

36 *Quid, si vidisset Prætores, &c.*] Si vidisset habitu triumphali Prætores aut Consulem, quid de tanto fastu sensisset Democritus, quos cachinnos movisset?

*Curribus altis*] Tum cum ludos Circenses edendos curat ac disponit. Vide Sat. viii. vs. 194. Porro currus triumphalis non bellico similis, sed farris rotundæ formam habebat: ut patet ex antiquis numismatibus.

37 *Circi*] Maximi pîmrum, in quo dabantur equestris et curulia certamina. Hunc ita describit Dionys. Halic. l. iii. paulo ante finem: Tarquinius Circum maximum extruxit, et circa eum primus sedilia fecit co-operta. Nam ante spectabant stantes sub tabernaculis ligneis quæ arundines aridæ fulciebant: divisit etiam

locos inter triginta Curias. Debebat autem hoc opus cum tempore in valde pulchris admirandisque extructionibus urbis esse. Longitudo circi stadiis tria cum dimidio, latitudo quatuor jugera, &c. Vide et quæ notavi Sat. iii. vs. 66.

38 *In tunica Jovis*] Palmata ornatum veste ac trabea, e templo Jovis accepta; ex more triumphantium. Testantur Liv. l. x. Lamprid. in Alex. Severo, &c.

*Pictæ togæ*] Acu et arte Phrygia elaboratæ.

*Sarrana*] Purpurea, sive Tyria, e Sarra urbe, quæ Tyrus deinde vocata est.

39 *Aulæa*] Togam ingentem, adeo laxam et expansam, ut aulæum diceret ob amplitudinem. Pariter Cicero. Catili. ii. dixit, 'Velis amictos, non togis.'

*Magnæque coronæ*] Dionys. Halic. l. iii. insignia principatus enumerat, coronam auream, sellam eburneam, sceptrum, tunicam purpuream cum signis aureis, amictum purpureum varium.

Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla ?

40

Quippe tenet sudans hanc publicus, et, sibi Consul

Ne placeat, curru servus portatur eodem.

Da nunc et volucrem, sceptro quæ surgit eburno,

Illinc cornicines, hinc præcedentia longi

Agminis officia, et niveos ad fræna Quirites,

45

Defossa in loculis quos sportula fecit amicos.

*culum tam magnum, quanto nullum per collum ferendo fuerit. Illam enim sustentat servus publicus sudorem emittens: ac ne Consul nimium sibi arroget, eodem curru vehitur minister. Adde modo avem etiam extantem virgæ ex ebore; inde canentes cornu; istinc antecedentia ministeria longi agminis; atque ad habenas Romanos albos, quos familiares effecit sportula in marsupio condita. Tum etiam ca-*

~~~~~

ejecti e 13. Malim legere: *Et tunicam Jovis, et pictæ* cet.—40 quantum 15. 16. 18-20. 23. 24. 45. una 20.—41 ferat pro tenet 16. hæc 77.—43 surgat 18.—46 Sportula defossa in loculis quos f. a. 16.—47 Tunc pro Tum recepi ex

NOTE

40 *Orbem, quanto cervix, &c.*] Vide-
tur alluisse ad Atlantem cœlestes
orbes humeris ac cervice portantem.

41 *Tenet sudans, &c.*] Sub pondere
fatiscit, ac præ labore sudat, cum su-
pra triumphantis caput, ex more, co-
ronam illam auream ingentem susti-
net publicus minister. Plin. xxxiii.
l. 'Cum corona ex auro Hetrusca a
tergo sustineretur,' inquit, 'annulus
tamen in digito ferreus erat, æque
triumphantis, ac servi fortasse coro-
nam sustinentis.'

Publicus] Romanis publicos fuisse
servos probat erudite Justus Lipsius
Elect. i. 22. Hi ad publica v. g. belli
ministeria deputabantur: cognomen
aut a provinciâ, aut a victoribus ob-
tinebant: annua quædam ad victum
ac vestem præstabat illis Respublica,
libertatem etiam interdum, si sedulam
operam navassent.

Sibi Consul ne placeat] Ne super-
biat in tantis honoribus.

42 *Curru servus portatur eodem*] Et is
post triumphantem identidem succla-
mabat: 'Respice post te; hominem

esse te memento.' Refert Tertullian-
in Apologet. c. 33. Et meminit Cæl.
Rhodig. iii. 7.

43 *Volucrem, sceptro quæ, &c.*] Mox
cit. Dionys. Halicarnass. ibid. scep-
trum aquilam habens super caput.
Nimirum triumphans manu tenebat
virgam, cujus vertici insculpta erat
aquila, Romani insigne Imperii: aut
certe longæ præfixa et insidens hastæ
Aquilæ imago præferebatur.

44 *Cornicines*] Triumphi pompam
ac cæremonias vide apud Plutarch.
in vita Pauli Æmilii. Joseph. de bello
Judaico c. 17. Onuphr. Fast. v. Alex.
ab Alex. vi. 6. &c.

45 *Officia*] Longam seriem mini-
strorum et asseclarum officii causa
procedentium.

Niveos ad fræna Quirites] Clientes
alba toga vestitos, circa currum
equosque illum trahentes ordine di-
positos: vel phaleratos ad pompam
equos frænis tenentes, et manu cir-
cumducentes.

46 *Defossa in loculis sportula*] Vide
Sat. i. Annotat. ad vs. 95. et seq.

Tunc quoque materiam risus invenit ad omnes
 Occursus hominum, cujus prudentia monstrat,
 Summos posse viros, et magna exempla daturus
 Vervicum in patria, crassoque sub aëre nasci. 50
 Ridebat curas, nec non et gaudia vulgi,
 Interdum et lacrymas, cum Fortunæ ipse minaci
 Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.
 Ergo supervacua hæc, aut pernicioosa petuntur,
 Propter quæ fas est genua interare Deorum. 55

chimi argumentum reperit ad singulos hominum aspectus, cujus sapientia ostendit, magnos viros atque illustria specimina præbituros oriri posse in natali solo vervicum, et sub crassiore calo. Deridebat plebis sollicitudines, quin et lætitiæ, quandoque etiam fletus, dum ipse restim porrigeret iratæ sorti, ac medium digitum monstraret. Ista igitur superflua vel nocitura postuluntur, quorum gratia licet ceram inducere genibus Numinum. Nonnullos præcipites agit potestas obnoxia summa

1. 15. 16-19. 24. 25. 45-47. 49. 50. 55. 57. 58. 60. 64-67. in omnes 18. 19. 25. 46-49. 54-60. 65.—48 Democritus quondam, cujus cet. 13.—51 tunc pro et 13.—54-55 ejecti e 13. et pro aut 11. 21. supervacuaque aut 68. supervacua hæc aut pernicioosa edd. receunt. Prat., Farnab. et al. Ita metro consultum est. At v. ad l. 151. aut et pernicioosa non male emend. Schursli.—55 templa pro genua 16. nos legendum crediderim pro fas, quod alienum ab h. l. videtur.

NOTE

47 *Tunc quoque*] Etiam ævo Democriti, cum parcius et innocentius, quam nunc, homines viverent.

50 *Vervicum in patria*] Abderæ, in Thracia, ubi crassus aer homines facit bardos, rudes, ac stupidos, vervicum instar. Abderitarum peculiaris adeo mentis erat stupor, ut locum adagio fecerit: 'Abderitica mens.' Meminit Cicero cum de Natura Deorum, cum ad Attic. Epist. vii. 7. Mart. Epig. x. 25. Cœl. Rhodig. xxx. 4.

Crassoque sub aëre] Ex cœli vitio regiones æstimari solent: et cum inde sit Democritus, ubi stulti solent nasci, vult eum Poëta significare inter stultos prudentissimum esse natum. Hæc vetus Schol. Certe aeris subtilitas non parum confert, ut nascantur ingeniosi, tum quia tenuiora sunt organa, tum quod subtilior

sanguis ac subtiliores inde spiritus generantur. Vide Alex. ab Alex. iv. 13. Hor. Epist. ii. 1. 'Bœotum in crasso jurares aëre natum.'

52 *Fortuna ipse minaci mandaret laqueum*] Fortunam ipse damnans, nodum metuens, aut ei supplicans.

53 *Mediumque ostenderet unguem*] Digitum medium veteres infamem dixere, eumque intentabant contumeliæ causa cuipiam faciendæ. Vide Pers. Sat. ii. vs. 33. et ibid. Annot.

55 *Propter quæ*] Ob quæ declinanda et averruncanda, supplicare Diis oporteret.

Genua] In his sedes misericordiæ, et quædam religio inest, observatione Gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant. Plin. ii. 43.

Interare] Scripta in chartis vel tabulis vota, ceraque obsignata Deo-

Quosdam præcipitat subjecta potentia magnæ
 Invidiæ; mergit longa, atque insignis honorum
 Pagina; descendunt statuæ, restemque sequuntur.
 Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
 Cædit, et immeritis franguntur crura caballis.
 Jam stridunt ignes, jam follibus atque caminis
 Ardet adoratum populo caput, et crepat ingens
 Sejanus: deinde ex facie toto orbe secunda

60

offensioni: deprimit diuturna et illustris dignitatum series. Dejiciuntur imagines et laqueo trahuntur. Postea securis inficta percussit ipsas bigarum rotas, atque rum-puntur tibia equis non meritis. Mox flamma crepat: mox fornace et follibus incenditur caput, quod plebs colebat; ac stridet magnus Sejanus. Postea e vultu

—57 *mersit* 16. *mergit* 11. unde *mersat* conj. Schurzfl. *longa*, aut 12. 17. 19. 45.—59 *intacta securis* allos olim legisse, intelligitur ex vet. Schol. 'Si intacta, nova; si impacta, percussa.'—60 *emeritis* 16.—61-103 *ejecti* e 13. *stridunt* pro *strident* recepi ex 10. 12. 16. 17. 19-21. a m. pr. 22-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. Cf. Heins. et Heyne ad Virg. Ge. iv. 262. 556. et Æn. ii. 418. iv. 689.

NOTE

rum genibus affigere: ut innuit Tur-nebus i. 17. Malim tamen quod idem III. 19. ait; hoc a Jvenale ita scriptum, ut prope putes antiquos nostro rita cereos offerre Diis, et eorum genibus affigere solitos. Verum id minime consueverant, sed Deorum simulacra cera illinire: ibidemque affert illud Prudentii l. i. contra Symmachum: 'Saxa illita ceris Viderat, unguentoque Lares humescere nigros.' Vide Sat. XII. vs. 88.

56 *Potentia*] Hanc Tullius definit, ad sua conservanda, et alterius obtinenda idonearum rerum facultatem. De Invent.

57 *Invidiæ*] *Invidia enim omnia quæque appetit*, ut aiunt Cornelius Tacitus et Livius, 'Assidua est eminentis fortunæ comes, altissimisque adhæret,' inquit Velleius Paterculus l. i.

58 *Pagina*] Vel, honores in commentariis publicis descripti: vel, quod ait vetus Scholiastes: 'Ænea pagina ante imaginem collocata, continens inscriptos honorum gradus: quam nunc dicunt tabulam patronatus.'

Descendunt statuæ] Ex alta basi de-

turbantur. Sic Tullius, 'Pisonis statuas deturbant,' inquit, 'affligunt, comminuant, dissipant: et quod in ipsum attulerant odium, id in ejus imaginem ac simulacrum profuderunt.' Vide Sat. VIII. vs. 18. et ibid. Annotata.

Restemque sequuntur] Injecta recte detrahitur, per vias raptatur, ac frangitur imago nonnunquam potentissimorum.

59 *Rotas bigarum, &c.*] Currus triumphales eorum franguntur, item Equestres Statuæ, equi ænei ad eos honorandos erecti.

60 *Immeritis franguntur crura caballis*] Salsa in potentes noxios et damnatos ironia.

61 *Stridunt ignes*] Ad fundendas æneas imagines.

62 *Ardet adoratum populo caput*] Simulacrum hominis igni traditur, quod ante venerationi erat.

63 *Sejanus*] Vir ad summam potentiam a Tiberio evectus, et ab eodem postea subversus. Sueton. Tiber. c. 55. 66. et alibi. Cornel. Tacit. Annal. 3. 4. &c. Xiphilin. in Tiber. et alii.

Fiunt urceoli, pelves, sartago, patellæ.

Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum.

65

Cretatumque bovem: Sejanus ducitur unco

Spectandus: gaudent omnes. Quæ labra? quis illi

secundo omni mundo conflantur urcei, pelves, sartago, lebetes. Affige lauros adibus: in Capitolium age bovem ingentem et candidum: Sejanus unco rapitur aspiciendus:

//////////

VIII. 420. XII. 691.—67 barba pro labra 16.—68 nusquam 22. si quidquam credis

NOTE

Ex facie toto orbe] E Statua Sejani populi adorata, et jam camino soluta fiunt quævis abjecta et vilia instrumenta et vascula.

Toto orbe secunda] Erit enim Sejanus in Imperio secundus: ejus natalis publice colebatur; aureæ passim effigies adorabantur: Imperatoris Tiberii in quinto Consulatu collega fuerat: nihil sine Sejano Tiberius agebat: per utriusque fortunam æque jurabant tum plebs cum Senatores: de utroque vota faciebant: utrique sacrificabant. Et postea (quis credat?) is ipse Sejanus neci addictus est, ejusque mortis dies publica lætitia celebrata. Suetonius, Tacitus, Xiphilinus.

65 *Pone domi lauros]* Post tale exemplum, lætitiæ exhibe, teque ostenta felicem; triumphales honores ambi et jacta: imo te sapientem et moderatum faciat Sejanus, quem unco trahi vides paulo ante beatissimum. Alii volunt verba esse populi Tiberio gratulantis, quod insidiantem sibi Sejanum oppresserit.

Duc in Capitolia, &c.] Sacrifica Jovi Capitolino, ex more triumphantium; vel, quia te ab hoste vindicarit, mactata victima gratias age.

Capitolia] Vide infra, Sat. XIV. 91.

66 *Cretatum]* Nigras hostias Diis Inferis, Superis albas mactabant. Vide Pers. Sat. V. Annot. vs. 106. ad vocem *creta*; et vs. 177. ad vocem *cretata*.

Ducitur unco] Ad patibulum, ad scalas Gemonias, inde præcipitandus, unco trahitur, more damnatorum. Sueton. Tiber. c. 61. 'Nemo punitorum non et in Gemonias abjectus, uncoque tractus.' Xiphilina. Tiber. 'Senatus Decreto Sejanus e scalis præcipitatus est: plebsque corpus ejus triduo magnis opprobriis affectum tandem in flumen projecit: et liberi ejus senatusconsulto ad mortem ducti sunt,' &c.

67 *Spectandus]* Spectaculo futurus et ludibrio. Nam teste Xiphilino ibid. Viventem adhuc Sejanum commota plebs irridere, et vociferari cepit, propter eos qui ab illo interfecti fuerant: omnes ejus statuas deturbare, comminuerere, dissipare; quem vero mane veluti potiore se omnes in Senatum comitati fuerant, eum paulo post in carcerem trahebant ut abjectum ac nefarium hominem: cui coronam paulo ante dederant, eundem vinculis constringebant: quem antea satellites stipabant ut dominum, mox eam et fugitivum custodiebant. Denique illo interfecto, magnus in urbe tumultus concitatus est: plebs enim occidere properabat eos, quos intelligebat plurimum apud Sejanum potuisse.

Quæ labra] Quam prava, distorta, deformia?

Quis illi vultus erat] Quam sævus et trux?

Vultus erat? nunquam, si quid mihi credis, amavi
 Hunc hominem. Sed quo cecidit sub crimine? quisnam
 Delator? quibus indicibus? quo teste probavit? 70
 Nil horum: verbosa et grandis epistola venit
 A Capreis. Bene habet; nil plus interrogo. Sed quid

letantur universi. Ecquæ labia? Quam faciem habebat? Si aliquis mihi fidem habes, virum illum nunquam dilexi. At quam ob noxam damnatus est? Quis fuit accusator? Quibus argumentis, quo testimonio rem comprobavit? Nihil istorum. Allatæ sunt e Capreis literæ loquaces et longæ. Bene est. Nihil amplius quero.

15. si quidquid credis 18.—70 iudicibus 10. indicibus restitui ex 11. 17. 23-27. 45-50. 54-63. 65-69. 71-74. 77. Indicia h. l. sunt argumenta, quæ indicant et ostendunt, crimen non fictum esse, sed verum. Ita nihil deest eorum, quæ in iudicio capitali requiruntur. indicibus 14-16. 19-22. 64. 70. 75. 76. 82. Sed hi vix differunt a delatoribus; nisi forte consilii sunt sceleris et socii, qui secretam rem et conjunctionem prodiderunt. probatur 22.—71 Nihil 73. horum est 15.—72 Henninius comma post bene posuit, ut hæc vox simpl. posita sit, quem admodum ap. Apul. in Apol. (*Bene, quod integras epistolas matris Pontianus asservavit: bene, quod vos festinatio iudicii antevertit*) et *quod habet* absolute pro *perit*. Est quidem hoc habet nota formula, impr. gladiatorum, de vulnere inflicto. v. Cerda ad Virg. Æn. xii. 296. et Macrob. Sat. ii. 21. Sed *quod habere* non simpl. pro *perire* ponitur, neque h. l. satis convenit.—73 Turba

NOTÆ

68 *Nunquam amavi hunc hominem*] Hæc ait plebs vel ex odio; vel quod omnem cujuscumque cum Sejano familiaritatis suspicionem a se quisque amoliri satagebat, ne damnationem incurreret. Erat enim idonea causa ad accusandum, Sejano amicum fuisse, aut fuisse videri, ut refert loco citato Xiphilin. unusque Terentius ob id reus factus solerti excusatione se ab interita vindicavit, et tum a Senatu, cum ab ipso Tiberio liberatus est. Ibid.

69 *Sed quo cecidit sub crimine*] Quantum Sejanum non amavi, scire tamen aveo, quod ob scelus, et quo pacto damnatus est, quibus indicibus detecta res, et quibus testibus eam probavit Tiberius.

71 *Nil horum*] Nihil ejusmodi factum, nec indices detulerunt, nec quisquam accusavit, nec ex legibus quidquam actum est: tantummodo scripsit ad Senatum Tiberius.

Verbosa et grandis epistola] Xiphil.

cit. Recitatus scribit longas literas in Senatu, in quibus nihil erat perpetuum contra Sejanum. Harum principium erat de aliis rebus scriptum: subsequebatur brevis contra eum ex postulatio; post, alia quædam diversa: rursum in Sejanum aliquid: ad extremum scribebat in duos Senatores familiares Sejani animadverti oportere, ipsum esse in custodia retinendum. Nihil enim aperte de morte ejus scripsit, veritus ne tumultus ob eam causam concitaretur. Quæ literæ cum essent ejusmodi, multa eaque inter se varia audire licebat et videre. Tandem perlectis literis cœpere omnes uno ore contra eum vociferari, atque ei maledicere, &c.

72 *A Capreis*] Ubi tum erat Tiberius, secessus gratia, pariter ac libidinum liberius exercendarum. Porro Capræ, Insula est maris Tyrrheni, adjacens Campaniæ, abundans cothurnicibus etiamnum, Tiberio in deliciis,

**Turba Remi? Sequitur Fortunam, ut semper, et odit
Damnatos. Idem populus, si Nursia Tusco
Favisset, si oppressa foret segura senectus**

75

*Verum quid egit plebs Remi? Adhæret sorti, sicut solet, atque proscriptos aver-
satur. Quod si Nursia Hetrusco propitia fuisset, si tuta senecta Imperatoris*

Remi 17. 31 a. 70. 75. 76. 81. 82. *Turba tremens* (amici Sejani, vel populus ignavus) 10-12. 14-17. ad marg. 18-21. 23 a m. pr. 24-27. 45-50. 54-69. 71-74. forte et vet. Schol. cujus glossa ad vs. 81. est: Iterum sibi loquitur populus pavens. *Turba tremens* (in gratiam Tiberii, ne Sejano favisse videatur) 22. 24 a m. sec. 32. *Turba Remens* 83. prob. Heins. ad Ovid. Fast. III, 131. qui Romanos putabat dici *Remenses* a Remo, ut *Rhannes* vel *Ramnenses* (Horat. A. P. 342. Liv. I, 13.) a *Romulo*, *Titos* vel *Titienses* (Liv. I. l. et Pers. I, 20.) a *Tito Tatulo*.—74 *Nursia* revocata a nobis ex 2. 4. 9. 10. 14-22. 24-27. 45-48. 50. 58. 64. Ita quoque in aliquot codd. Liv. VII, 3. et Tertull. Apol. c. 23. et 24. legitur. *Nurscia* edd. Farn. Prat. et meliores libri, (nescio qui) teste ac prob. Lips. ad Tac. Ann. IV, 1. *Norcis* 66. 67. *Nortia* 56. 59-63. 66. 68. 69. 71-74. et optimæ edd. Livii I. l. quibus favet vetus inscriptio ap. Steph. Forcatulum in Gallorum philos. p. 514. Sed *Nortia* Satrinorum potius Dea ap. Tertull. I. l. non Volsiniensium, popularium Selani. *Nyrtia* 1. 77. Vetus scholion est: Fortunam vult intelligi poëta, quæ apud *Nyrtiam* colitur, unde fuit Sejanus. *Nurtia* 23. 70. 75. 76. 81. 82. *Murscia* 31 b. 55. *Murtia* 49. 54. 57. *Mursia* 5. 11. *Nersia* ap. Tertull. I. l. in quibusdam libris.—75 et pro si 25. 48. 58.

NOTÆ

ut mox etiam dicitur vs. 93. Hodie vulgo *Capri* nuncupatur.

Nil plus interrogo] Est enim periculosum consilia factaque Principis aut scrutari aut discutere curiosius.

Sed quid turba Remi] Quid vero populus Romanus egit interea?

73 *Turba Remi*] Populus a Remo et Romulo oriundus. Nonnulli codices habent, *turba tremens*: quod interpretantur de Sejani familiaribus et cognatis proscribi timentibus.

Sequitur fortunam] Tull. ad Heren. 4. 'Ut hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedant: ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt; simul atque hyemem fortunæ viderint, devolant omnes.'

Odit damnatos] Sic mobilis et inconstans est animus vulgi, imo infidus.

74 *Si Nursia Tusco favisset*] Si Thuscorum Dea Thusco sibi propitia et adjuvante, Sejanus Tiberio superstes foret.

Nursia] Etruscæ hujus Deæ meminit Livius VII, 3. Tertullianus Apologet. adversus gentes c. 24. ita scribit: 'Unicuique etiam Provinciæ et civitati suus Deus est, ut Syriæ Astartes, ut Arabiæ Disares,—Asculanorum Ancaria, Volsiniensium Nursia, Oriculanorum Valentia, Satrinorum Nortia,' &c. Ex his patet, non esse hic legendum, *Nortia*, quandoquidem Sejanus Volsiniis natus, teste Cornelio Tacito; hic autem de patria Sejani Dea loquitur Juvenalis. Porro illa erat *Nurtia*, vel *Nurscia*, ut habent quidam codices manuscripti, et asserit Lips. in Tacit. Alii tamen legunt, *Nersia*: alii, *Mursia*, vel *Nursina*; male, ut videtur.

75 *Si oppressa foret segura senectus*] Si Tiberius aut senio confectus obliasset; aut jam senex, et nihil tale ab eo quem Imperii consortem fecerat metuens, a Sejano regnandi cupidus foret oppressus.

Principis, hac ipsa Sejanum diceret hora
 Augustum. Jam pridem, ex quo suffragia nulli
 Vendimus, effudit curas. Nam qui dabat olim
 Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
 Continet, atque duas tantum res anxius optat,
 Panem et Circenses. Perituros audio multos.

80

succubisset, eadem plebs hac ipsa hora Sejanum Augustum nuncuparet. Jam dudum a tempore quo suffragia non vendimus cuiquam, evitavit sollicitudines. Etenim qui pridem largiebatur potestatem, fasces, legiones, universa, jam se coercet, ac binas dumtaxat res petit sollicitus, panem, alque ludos Circi. Plurimos accipio morituros.

.....

—76 ac pro has 14. 16. 17. 19. 24. 25. 47. 49. 50. 54. 57. 58. ipsum 22.—78 *effudit curas* 6. 7. 10-12. 17-27. 29. 45-50. 54-63. 65-69. 71-74. *dabit* 19. *dedit* 22.—80 *res tantum* 16.—81 *Pan* 11. 14-25. 45. 46. 49. 55. *Valla* τὸ τῶν irrisorie,

NOTE

76 *Diceret Augustum*] Imperatorem proclamaret, laudibus extolleret hunc ipsum, quem modo odit ac detestatur.

77 *Jam pridem ex quo, &c.*] Ignaviam et socordiam Populi Romani perstringit Juvenalis. Jam dudum, inquit, assuetus est jugo populus Romanus orbis olim Dominus, et Imperia jure suo largiens; nec oblatam recuperandæ libertatis occasionem nunc arriperet. Unde, pereunte Tiberio, Sejanum sponte Dominum accepisset, si forte ille superstes extitisset.

Suffragia] Vide Alex. ab Alex. iv. 3.

Suffragia nulli vendimus] Tunc enim cum Populus Romanus jus comitorum et creandorum Magistratum retinebat, qui petebant, certatim muneribus et largitionibus populi favorem et suffragia mercabantur. Hinc Plutarchus in Coriolano scribit sero quidem prorupisse emtionem dignitatum ac venditionem; atque inter concionis suffragia argentum sese miscuisse. Et Petronius: 'Nec minor in campo furor est; emtique Quirites Ad prædam strepitumque lucris suffragia vertunt. Venalis populus, venalis Curia patrum. Est favor in pretio,' &c. Lucanus l. 1. 'Lethalisque ambi-

tus urbi Annua venali referens certamina campo.'

78 *Effudit curas*] Administrandæ Reipublicæ et eligendorum Magistratum Populus abjecit curam: hanc autem invasere cupidius Sylla, Julius Cæsar, Augustus, et alii deinceps Imperatores.

Qui dabat olim, &c.] Populus Romanus Præfecturas olim pleno jure, summa libertate, distribuens, jam ignavus residet, ac monarchiam patitur. Plutarch. citato loco testatur, e venditione suffragiorum, hinc judiciorum, hinc exercituum corruptelam unius dominationi urbem subjecisse.

79 *Fasces*] Dictaturam, Consulatum, &c.

Legiones] Tribunatum, Præfecturam militarem. Vide Sat. iii. 132. et ibid. Annot.

Nunc se continet] Libertatis ac majestatis pristinae oblitus, satis habet viciitare, et ludis frui.

80 *Anxius optat*] Vide Sat. iii. 223.

81 *Panem*] Cibum exiguum; frumentarias tesseras, de quibus Sat. vii. 174. Sic et Tacitus Histor. 'Vulgas,' inquit, 'cui una ex Republica annonæ cura.' Sunt qui legant, *Pana*, intelliguntque Lupercales Ludos

Nil dubium: magna est fornacula: pallidulus mi
 Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.
 Quam timeo, victus ne pœnas exigit Ajax,
 Ut male defensus! curramus præcipites, et,

85

res. *Nom incerta res est. Ingens est cœninus. Brutidius meus familiaris pal-
 lens occurrit mihi prope Martis ædem. Quantum formido ne superatus Ajax
 ultionem repectat velut improbe propugnatus! Properemus festinanter; atque
 Imperatoris adversarium, dum est abjectus in littore, proteramus. Consipiant*

~~~~~

vel *Pana* pro *Pana* dictum putabat. *Pana* 2. 3. 5. 18 a m. sec. 50. 61-64.  
 66-68. 71-74. probb. Britann. et Pulm. ut intelligantur Inpercales ludi  
 in honorem Panos acti. *Panem* 4. 31 b. *Panum* 27. *Pannum* 30. 32.  
 47. 48. 54. 56-60. 65. 69. probb. Mancin. Ascens. et Calder. Ita desig-  
 naretur insana ludorum Circensium spectandorum cupiditas, qua Romani  
 ardebant. Sed male sic synonyma, *pannus* et *Circenses*, iungerentur h. l.  
 ubi sermo est de populo, duas res præ reliquis optante. Nostra lectio  
 aptior et venustior est ceteris, et hæc ex compendio scripturæ ortæ.—  
 82 *dubium est* 15.—83 *Brutidius* 20. *Butridius* 45. *Buttidius* 17 a m. pr.  
 ad *Martis fugit ocyus aram*, in ea præsidium inventurus, malebat *Dorleana*.

## NOTÆ

in honorem Panos. Alii *pannum*;  
 aiuntque hoc fuisse aurigis victoribus  
 præmium. Verum utraque hæc lec-  
 tio rejicitur a doctioribus; et nostra  
 ex optimis exemplaribus stabilitur.

*Circenses*] Ludorum oblectamenta.  
 Vide quæ notavi ad Sat. III. 223.

*Perituros audio multos*] Multos ai-  
 unt a Tiberio morte afficiendos. Dia-  
 logus est populi confectus.

82 *Fornacula*] Plures consumtura.  
 Vide supra, vs. 61.

*Pallidulus*] Metuens ne velut Seja-  
 ni amicus a Tiberio proscriberetur.

83 *Brutidius*] Hunc Rhetorem et  
 Historicum scribunt Tacitus et Se-  
 neca.

*Ad Martis*] In foro, juxta ædem  
 Martis Ultoris illic propinquam.

84 *Ne panas exigit, &c.*] Ne Tibe-  
 rius in quemlibet seuiat, quasi non  
 satis vindicatus, et seipse ulciscens,  
 eosque damnans quos Sejano minus  
 infensos animadverterit. Alii expli-  
 cant de Brutidio seipsum interem-

turo: quod multis accidisse referunt  
 Xiphil. et Sueton. Sed hoc minus  
 ad rem; quia sequitur, *curramus præ-  
 cipites, &c.* quæ verba priorem inter-  
 pretationem adstruunt.

*Ajax*] Sicut Ajax ille Græcis ira-  
 tus, quod male se in Ulyssem defen-  
 disset, in quoslibet furorem vertit.  
 Vide Sat. VII. ad vs. 115.

85 *Ut male defensus*] Quemadmo-  
 dum Ajax potiolem habens causam,  
 iudicio tamen se victum indignatus  
 est: ita sane Tiberius iram effundet  
 in eos qui Sejano faverint res novas  
 improbe molienti, quique Majestatem  
 Imperatoris læsam non satis acriter  
 vindicasse visi fuerint.

*Curramus præcipites*] Hæc aiunt  
 quidam e populo: ne videamur non  
 odisse Tiberii hostem, ac proinde in-  
 vidiam subeamus, eamus ad Sejanum  
 cadaver jacens ad ripam fluminis in  
 quod abjectum fuit, et illud pedibus  
 proteramus coram servis nostris, ut  
 sint illi testes.

Dum jacet in ripa, calcemus Cæsaris hostem.  
 Sed videant servi, ne quis neget, et pavidum in jus  
 Cervice obstricta dominum trahat. Hi sermones  
 Tunc de Sejano, secreta hæc murmura vulgi.  
 Visne salutari sicut Sejanus? habere  
 Tantundem, atque illi summas donare curules?  
 Illum exercitibus præponere? tutor haberi  
 Principis angusta Caprearum in rupe sedentis

90

*vero famuli, ne ullus inficietur, ac trementem herum victo collo ad iudicium rapiat. Tum verba ista de Sejano: illi clam rumores a plebe spargebantur. An cupis honorari velut Sejanus: tantum possidere: et istis largiri sellas curules; hæc castis præficere: æstimari defensor Imperatoris cum catu Chaldeorum commorantis*

~~~~~

—85 ut pro et 24.—87 Si 45. 'hujus pro in jus 12. 14. 45.—88 astricta 10. 14-24. 27. 46-50. 54-56. 59-65. 68. 69. 71-74. abstricta 45. ad dominum 21. —90 haberi Tantundem (h. e. tanti æstimari, in tanto honore esse) non male 21. a m. sec. alique codd. teste ac prob. Heins. ad Ovid. Trist. i, 9, 44. Notiones tamen honoris vel potentie et divitiarum bene h. l. junguntur, et illa, non hæc, reliquis continetur verbis.—91 ulli 14. 17. 22. summas 1. 70. 75. 76. sellas donare curules 10-12. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. hand dubie e glossa.—92 nitor pro tutor 60. 65.—93 angusta 1. 10. 21-27. 54. 56. 62. 64.

NOTÆ

86 *Dum jacet in ripa*] Insepultus sub scalis Gemoniis. Vide quæ supra retuli ex Xiphilino.

87 *Videant servi*] Quorum delationem acciperet avide Tiberius. His enim potestatem fecerat dominos accusandi. Ut habet vetus Schol.

Ne quis neget] Sive e servis, sive ex aliis, qui nobis inviderint.

88 *Cervice obstricta*] Obtorto collo, injecto cervici laqueo, cum violentia. Alii legunt *abstricta*.

Hi sermones tunc] Hæc inter se de Sejano populus loquebatur tunc temporis, inquit Poëta: quæ cum ita sint, an quispiam deinceps velit nimios Sejani honores, et ejus postea fortunam experiri?

91 *Tantundem*] Divitiarum et potentie.

Summas donare curules] Magistratus, Dignitates, quibus erat jus, curuli sella vehi, et in ea sedendo judicia ex-

ercere. Alii legunt *Sellas curules*. Sella curulis, eburnea erat: ex Gellio, III. 18. sic dicta, quod super eam in curru considerent, honoris causa, Magistratus in Curiam vecti. Tullius Catilin. 4. init. 'Non hæc sedes honoris, sella curulis, unquam vacua mortis periculo, atque insidiis fuit.' Hor. Epist. i. 6. 'Cullibet hic fascies dabit, eripietque curule, Cui volet importunus ebur.'

92 *Tutor haberi Principis*] Tiberii ad Capreas secedentis vice, Imperium administrare ex arbitrio. Vetus Scholiastes explicat, *Patricius fieri*: ubi optime notant quidam, non nisi sub Constantino Patricios cœpisse Imperatorum patres vocari. Favet et Justinian. Instit. l. i.

93 *Angusta Caprearum*] Certe parva erat ea insula: at legunt alii *Angusta*; quippe ibi Tiberius Augnatus sedem habebat ac secessum peramœnum.

Cum grege Chaldaeo? vis certe pila, cohortes,
Egregios equites, et castra domestica? quidni 95
Hæc cupias? et, qui nolunt occidere quenquam,
Posse volunt. Sed quæ præclara, et prospera tanti,

in Augusto sacro Capreorum? Optas quidem pila, turmas, equites eximios, atque exercitum familiarem. Ecce ista non exoptes? Etiam qui non cupiunt ulham interficere, cupiunt posse. Quæ vero magnæ et secunda tanti sunt facienda, quando

~~~~~

60-76. 82. h. e. quæ sedes quasi regni fuit, a Roma illic translata; vel imperatoria ac sancta (v. Ovid. Fast. i. 609. sqq.) et venerabili, quoniam Principis fuit recessus. Sed hæc notio jam exprimitur verbis *Principis sedentis*, et venustus mordaciusque est epitheton *angusta*, quod restitui ex 11. 14-20. 45-50. 55. 57-61. 63. 65-68. 77. probb. Scalig. ad Manil. p. m. 42. Voss. Etymol. p. 30. et Lindenbr. Finge tibi Imperatorem Romanum et Augustam, in parva ac petrosa insula *sedentem*.—94 *Caldeo* 17-20. *ferrea* pro *certe* 16. *vis ducere pila* emend. Scioppius Verisim. iv. 10. *vis certa pila cohortis* (h. e. primipilatum) 60. 65. prob. Mancin. Neutra lectio vulgaris præferenda videtur. Hæc vero verba cum affirmantia, tum interrogantia esse possunt.—96 *volunt* 71.—97 *nolunt* 73. *tantum* 10. 11. 14-17. 19. 20. 22-24. 27. 45. 59. 60. 64. 65. 69.

## NOTE

[*Capreorum*] De Capreæni hoc recessu multa Sueton. et nos quædam ante ad vs. 72. Cornel. Tacit. Annal. 4. paulo ante finem sic habet: 'Capreas se in Insulam abdidit, trium millium freto ab extremis Surrentini Promontorii disjunctam. Solitudinem ejus placuisse maxime crediderim, quoniam importunos circa mare, et vix modicis navigiis paucæ subsidia: neque appulerit quisquam, nisi gnaro custode. Cæli temperies hyeme mitis, objecto montis: quo sæva ventorum arcentur. Ætas in Favonium obversa, et aperto circum pelago peramœna: prospectabatque pulcherrimum sinum, antequam Vesuvius mons ardescens faciem loci verteret.'

94 *Cum grege Chaldaeo*] Cum Mathematicis, quorum arte gavisus interdum Tiberias. Thrastylum inprimis observasse, ac velut Sapientiæ Professore in contubernium admisisse, testis Sueton. Tiber. c. 14. De eo jam Sat. vi. 575.

*Chaldaeo*] Vide Sat. vi. 552. Annot.

*Delph. et Var. Clas.*

ad vocem *Chaldaeis*.

*Vis certa pila, &c.*] Certe cuperes militare præsidium, aut etiam Imperium.

*Pila*] Pilum, alias hostile, spiculum, jaculum. Ab eo primipilus dictus primus Centurio: nam ejusmodi missilibus armati erant pedites.

*Cohortes*] Quæ decem erant in legione. Cohors autem modo habuit milites ducentos, alias quingentos quinquaginta pedites, equites vero sexaginta sex, quæ inde quingentaria dicta est: sic et erat milliaria, quæ peditum erat 1500, equitum 132. Fuerunt et alibi diversæ. Vide Alex. ab Alex. i. 5. et vi. 18.

95 *Egregios equites*] Selectos ad præsidium, quibus præsis, ut Sæjanus Prætorio Præfectus.

*Castra domestica*] Milites ad tuam custodiam ac tutelam.

97 *Posse volunt* Ut saltem timeantur, magisque observentur.

*Sed quæ præclara et prospera, &c.*] Quæ fortuna quantumvis splendida exoptari meretur, ea lege, ut post ei

2 N

Juv.

Ut rebus lætis par sit mensura malorum ?

Hujus, qui trahitur, prætextam sumere mavis,

An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas,

100

Et de mensura jus dicere, vasa minora

Frangere pannosus vacuis Ædilis Ulubris ?

Ergo quid optandum foret, ignorasse fateris

Sejanum. Nam qui nimios optabat honores,

Et nimias poscebat opes, numerosa parabat

105

*rebus prosperis æquale est ærumnarum pondus? An istius qui raptatur prætextam induere præoptas, utrum Fidenarum et Gabiorum esse Magistratus? Atque pannis opertus Ædilis apud inanes Ulubras judicare de mensuris, et casa nimis parva rumpere? Agnoscis igitur Sejanum nescisse quid esset cupiendum. Enimvero qui dignitates immensas ambiebat, atque divitias petebat immodicas, is alta*

\*\*\*\*\*

non improb. Schurzfl. ut dicat poëta: quænam usque adeo bona sunt, ut non mala habeant admixta? Eodem sensu interpp. tantum non omnes vulgatam quoque lect. ceperunt. Ita vero mox ut non dicendum erat, non ut. Hanc difficultatem sensisse videtur Lubinius, qui emendabat *Ut* (h. e. cum) *rebus lætis par est mensura laborum*. Præstiterit: *Cum rebus lætis par sit m. m.*—98 *latis* 47. 48.—99 *ducitur* 16. *prætextas* 21. *injustas* 45.—101 *mensuris* 11. *uis pro ius* 10. 15. 18. 19. 27. 45-49. 54-60. 65. facili errore.—102 *vacuique* 11. 17. 18. 20. non improb. Schurzfl. modo *pannosus* reponatur. *Ulibris* 20. *Elubris* 16.—104 *Sæpe fit ut si quis nimios optabat* 13.—108-111 ejecti e 13. *Cassos*

#### NOTÆ

succedat alia tantumdem adversa et tristis, quam prior læta fuerit? Certo 'auream mediocritatem' bene laudat Horatius Od. II. 10.

99 *Hujus*] Sejanus unco raptatus, summa cum ignominia, sicut et summa fuit ante potentia.

*Prætextam sumere*] Nimiam potentiam, summos honores, Romæ. De *Prætexta* disserui ad Pers. Sat. v. 80.

100 *An Fidenarum, Gabiorumque, &c.*] *An modica* frui dignitate in oppidis minoribus Italiæ, sine ullo periculo?

*Fidenarum*] Hæc Latii urbs, ab Ascanio Æneæ filio condita, quod rebellasset eversa est a M. Æmilio. Hodie, *Castel Giubileo* vocatur. De ea jam ante Sat. vi. 57.

*Gabiorum*] Hæc civitas jacet in ruderibus, ubi hodie *Campo Gabio*,

ut placet nonnullis. Vide quæ de illa notavimus Sat. III. 192. VI. 56. VII. 4.

101 *De mensura jus dicere*] Vide Pers. Sat. I. 130. et Annot. ibid.

102 *Ædilis*] Vide Sat. III. 162. ad vocem *Ædilibus*.

*Vacuis Ulubris*] In hac urbe Latii fere deserta. Ulubra oppidum prope Velitras, ubi educatus Augustus Cæsar, nihil præterea insigne habuit, Ejus hodie nullum extat vestigium. Meminit Horatius I. I. Epist. II. versu ultimo.

103 *Ergo quid optandum, &c.*] Quod si modica præfers summis, certe sapis, et intelligis Sejanum errasse, summum bonum, adeoque exoptanda ignorasse.

105 *Numerosa parabat, &c.*] Ex altiori loco nempe graviolem sibi casum parabat. Claudian, 'Tolluntur in

Excelsæ turris tabulata, unde altior esset  
 Casus, et impulsæ præceps immane ruinæ.  
 Quid Crassos, quid Pompeios evertit? et illum,  
 Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?  
 Summus nempe locus nulla non arte petitus,  
 Magnaque numinibus vota exaudita malignis.  
 Ad generum Cereris sine cædē et vulnere pauci

110

*turris plures astruebat conignationes, unde celsior foret prolapsio, graviusque precipitium casus projecti. Quid perdidit Crassos, quid Pompeios, atque cum, qui subactos Romanos erit ad sua flagella? nimirum sublimis gradus omni dolo quæsitus, et ingentia postulate ab iratis Diis concessa. Reges aboque percussione ac plagis, atque*

\*\*\*\*\*

17. a m. pr.—109 At 45. eduxit 23. 24.—110 arce 46. 48.—112 ac vulnere 16. 24. sine cæde et sanguine (*brapwrl* ap. Homer. et Opplan.) 77. et Serv. ad Virg. probb. Schurzfl. et Heins. ad Claudian. in Cos. 1. Stilic. 11. 19. qui *vulnus* pro glossemate habebant. Sed *sanguis* potius interpretamentum *vulneris*, aut certe *cædis* esse videtur, (nam *cædes* et *phoros* sæpe pro sanguine et *aliqui* ponuntur) et Servius permulta veterum scriptorum loca memoriter laudavit.—

## NOTÆ

altum, Ut lapsu graviore ruant.'

108 Quid Crassos, &c.] Summæ fortunæ quanta sint pericula pergit exemplis ostendere.

Crassos] M. Crassum Syriæ Proconsulem cum filio Pub. Crasso in Parthos bellum moventem seu imperandi ambitione, seu Parthici auri cupiditate: utrumque vero interceptum illi occiderunt non sine Romanorum dedecore. Vide Appian. Plutarch. &c.

Pompeios] Magnum scilicet, ejusque duos filios Cneum et Sextum a Cæsare profligatos, et misere peremptos. Nam ille quidem interfectus a Ptolemæo Ægypti Rege, ad quem confugerat: hi vero cum repararent bellum, pariter trucidati sunt.

Illum, ad sua qui, &c.] Julium Cæsarem viginti tribus vulneribus in Senatu confossum. Posset et Sylla, et Cinna intelligi: quia etiam potiori jure Augustus: de quo inter alia, Sueton. August. c. 94. quod facit ad rem præsentem, narrat per quietem visum Ciceroni Octavium Augustum

adhuc puerum, 'facie liberali, cælo demissum, catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eique Jovem flagellum tradidisse.' Eo certe respexisse videtur Juvenalis qui mox addit, deductos ad flagra Quirites.

109 Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites] In servitutem quasi redactos ad nutum rexit et multavit, quos erat nefas virgis cædere, dum stetit Romanæ civitatis libertas.

110 Summus nempe locus] Summa auctoritas per fas et nefas quæsitæ, immo dicere regnandi libido.

111 Numinibus vota exaudita malignis] Vindicantibus Diis improbitatem summa et nimia importune petentium, atque exitio futura largientibus.

112 Ad generum Cereris, &c.] Raro fit ut Tyranni inveniantur incruenta morte defuncti: omnes autem prope ferro cæsi.

Generum Cereris] Plutonem Inferorum Deum, qui Proserpinam Cereris filiam rapuit, et matrimonio sibi copulavit.

Descendunt reges, et sicca morte tyranni.

Eloquium, ac famam Demosthenis, aut Ciceronis

Incipit optare, et totis Quinquatribus optat, 115

Quisquis adhuc uno partam colit asse Minervam,

Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

*Tyranni interitu arido, ad Cereris generum infrequentes deveniunt. Demosthenis vel Tullii facundiam et existimationem jamjam cupit, atque integris Quinquatribus precat, quicumque etiamnum unico asse Palladem acquisitam veneratur, quem comitatur*

~~~~~

114-139 extrusi e 13. ac famam pro aut famam, quod minus aptum auribus-que h. l. ingratum est, restitui ex 10. 14-27. 45-50. 54-63. 65-69. 71-73. ac Ciceronis 19.—116 parcam... Minervam (qua puer parce adhuc imbutus est) ingeniose conj. Heins. ad Ovid. Fast. III. 829. coll. Virg. Æn. VIII. 409. ibique Servio, qui simili sensu Minervam tenuem, rudem, piagum crasseamque

NOTE

113 *Sicca morte*] Non effuso illorum sanguine.

114 *Eloquium, ac famam, &c.*] Jam carpit ambitionem eorum, qui summam exoptant eloquentiam, quamvis et ipsa perniciosa sit.

Demosthenis, aut Ciceronis] De duobus his eloquentiis Principibus multi multa, nemo fere nimis. Omnia videtur complexus Cœl. Rhodig. xiv. 3.

Demosthenis] Quintil. x. 1. hunc vocat, 'orandi pene legem.' Cœl. Rhodig. viii. 13. 'Incomparabilem oratorum antesignanum et plane corryphæum.'

Ciceronis] De eo jam ante Satir. viii. vs. 236. et sequent. Vide Plin. vii. 30. et xvii. 5. Quintil. cit. Cœl. Rhodig. iii. 3. et v. 13. &c.

115 *Totis Quinquatribus*] Per illos quinque dies quibus agebantur Minervæ Sacra: unde nomen. Ovid. Fast. 3. primo die sacrificia peragebantur; secundo, tertio, et quarto gladiatores depugnabant; quinto urbs lustrabatur. Alii, ex Varrone et Festo, nomen deducunt ex eo quod illud festum celebrabatur die quinto post Idus Martias. Vide Alex. ab Alex. ii. 22. et Gell. ii. 21.

Quinquatribus optat] Quilibet nimis- rum tirnuculus inflammatur cupiditate laudis et gloriæ, et hinc Minervam Sapientiæ Deam importunis fatigat votis, videns certamina Poëtarum atque Oratorum a Domitiano instaurata, in Albano quotannis ab ipso studiose celebrata. De quibus Sueton. Domit. c. 4.

116 *Quisquis adhuc uno, &c.*] Qui vix prima scientiarum ac eloquentiæ rudimenta puer delibavit, et parvam adeo mercedem, exiguumque præceptoris hactenus dedit Minervæ. Hoc in Quinquatribus solebat persolvi a discipulis.

Minervam] Hanc Metonym. pro ipsa ponit eloquentia. Ovid. Fast. 3. cit. 'Pallada nunc pueri teneræque orate puellæ, Qui bene placarit Pallada, doctus erit.'

117 *Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ*] Quem servus ad schoolam sequitur portans angustam, in qua codices pauculi, capsam: hinc ille dictus *capsarius*. Sueton. Ner. c. 36. refert, 'damnatorum liberos urbe pulsos, enectosque veneno aut fame, quosdam cum pædagogis et capariis necatos,' &c.

**Eloquio sed uterque perit orator: utrumque
 Largus et exundans leto dedit ingenii fons.
 Ingenio manus est et cervix cæsa; nec unquam 120
 Sanguine cauidici maduerunt rostra pusilli.
 O fortunatam natam me Consule Romam!**

fons ubi arctam servans arcam. Verum ambo cauidici ob facundiam interiore. Ambo morti addidit ingenii fons abundans atque superfluens. Ob ingenium amputata Ciceroni fuerunt dextra et caput; neque unquam rostra resperes sunt cruore crigul oratoris. O beatam urbem exortam dum ego fui Consul! Enas Antonii valuisse

dixere. Sed vulgata quoque lectio bene se habet.—118 *perit*, v. sup. ad vs. 11.—120 *Ingenio* 31.—123 *potuit gladios* 49.—124 *O jam dixisset* 11. Hinc

NOTE

118 *Uterque perit*] Gell. xv. 28. Demosthenem ac Ciceronem paritate illustrissimas orationes in causis dixisse ait, anno scilicet ætatis vigesimo septimo illum, hunc vigesimo sexto: sic etiam vixisse similem prope annorum numerum, nimirum Ciceronem annos sexaginta tres: Demosthenem septuaginta. Porro utrique sua eloquentia mortis causa fuit: Demostheni quidem quod Athenienses concitasset sæpius suis in Philippum orationibus: Ciceroni vero, cum in Antonium acriter invecus esset, ab eo jam Triumviro perniciēs creata. Vide Platarch. de utroque.

119 *Exundans ingenii fons*] Quintil. cit. 'Videtur,' inquit, 'Tullius effluxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, jucunditatem Isocratis.—Immortalis ingenii beatissima ubertate. Non enim pluvias (ut ait Pindarus) aquas colligit, sed vivo gurgite exundat,' &c.

120 *Manus est et cervix cæsa*] Antonii jussu caput et manus jugulato Ciceroni abscissa et affixa rostris, e quibus in ipsum toties dixerat, ac Romanos moverat ad libertatem accendens, at suo tandem exitio.

121 *Rostra*] Locns in foro Romano ubi pulpitu erat, ornatu subinde

e navium bello captarum rostris: quæ quidem ex ære conflata erant. Ibi virorum illastrum imagines erectæ plures: et inde conciones haberi ad populum solebant. Tit. Liv. viii. 14. 'Naves,' inquit, 'Antiatium partim in navalla Romæ subductæ; partim incensæ; rostrisque earum suggestum in foro extractum adornari placuit: rostraque id templum appellatum.'

122 *O fortunatam natam*, &c.] Ciceronis est is versiculus, quo de oppressa Catilinæ conjuratione, et libertate stabilita, sibi ipse in Consulatu applaudebat. Turneb. vii. 19. 'Versus ille,' inquit, 'obtrectatorum Ciceronis et invidorum virulentos morsus in eum excitavit: nec est quod a Quintil. ix. 4. vel a Juvenale Satir. x. irrideatur ob iterationem earundem syllabarum: hoc enim in deliciis habebant veteres—at posteritas fastidiit, quæ multo putidius et ineptius multis in rebus lasciviit,' &c. Certe idem Tullius ad Brutum scribens, 'res mihi invise visæ sunt,' inquit: et de Amicit. 'Eo loco locati sumus:' et Virgil. Æneid. iii. 'Tales casus Cassandra canebat.' An vero summis illis scribendi magistris ea temere excidisse putandum est

Antoni gladios potuit contemnere, si sic
 Omnia dixisset. Ridenda poemata malo,
 Quam te conspicuæ, divina Philippica, famæ, 125
 Volveris a prima quæ proxima. Sævus et illum
 Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
 Torrentem, et pleni moderantem fræna theatri.
 Dis ille adversis genitus, fatoque sinistro,
 Quem pater ardentis massæ fuligine lippus 130

aspernari, si cuncta hunc in modum fuisset locutus. Incondita carmina pluris facio, quam te divina nominis præclari Philippica, quæ post primam legeris propinqua. Finis quoque dirus abstulit hunc quem Athenæ stupebant rapide fluentem, ac theatri frequentis habenas regentem. Is Numinibus iratis et maligna sorte natus, quem parens ob massæ ferventis fuliginem lippus, a carbone et forci-

Trojam pro Omnia conj. Schurzfl. ut innuat poëta, ideo Antonium Ciceroni fuisse infensum, quod ejus eloquio Roma sit tuta reddita ac fortunata. Sed idem recte monet, verbis suis non inconsultius fidem esse habendam, cum Ciceronis poemata ridenda mox dicantur.—127 quem jam mirabantur 19. 20. quem jam mirantur 11. 23.—128 plene 47. 48.—129 factoque 49.—132 in luteo

NOTÆ

quod affirmat Quintil. loco citato?

123 *Antoni gladios potuit contemnere*] Sumta ex ipso Tullio verba Philip. 2. ubi perorans ita scribit: 'Contemsi Catilinæ gladios, non pertimescam tuos,' &c.

Si sic omnia dixisset] Si tam incondite, tam inepte cetera dixisset, non periisset Tullius ab Antonio se ulcisciente occidi jussus.

124 *Ridenda poemata malo*] Mallem subire ludibrium male scribendo vel dicendo, quam capitis periculum, tam diserte loquendo. Ceterum et carmina scriptitasse se testatur ipse Tullius ad Lentulum scribens l. 1. Epist. 9. 'Ab orationibus disjungo me fere, referoque ad mansuetiores Musas, quæ me maxime sicut jam a prima adolescentia delectarunt.—Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis,' &c.

125 *Divina Philippica*] Secunda nempe singulari artificio elaborata a Cicerone, qui quidem orationes eas

in Antonium, non Antonianas, ut debuisset, inscripsit, sed Philippicas, quasi similes iis quas in Philippum Demosthenes acres et salsas dixerat.

126 *Sævus et illum exitus eripuit*] Crudelis etiam ac funesta mors e vivis exemit Demosthenem. Is enim ut Regis Macedonum Antipatri furorem effugeret, veneno seipse interemit. Vide cetera apud Plutarchum.

128 *Torrentem*] Torrentis instar exundantem eloquentiam.

Moderantem fræna theatri] Athenienses in concionibus quo volebat inflectentem ac permoventem. Justin. l. xxii. 'Agathocles,' inquit, 'veluti Reipublicæ statum formaturus, populum in theatrum ad concionem vocari jubet.' Aliter explicat Mancinellus, nempe quod Atheniensibus persuaserit Demosthenes ut quam in spectaculis ac theatri pecuniam publicam solebant impendere, jam in belli sumtus adhiberent.

130 *Quem pater ardentis, &c.*] Info-

**A carbone, et forcipibus, gladiosque parante
Incude, et luteo Vulcano ad rhetora misit.**

Bellorum exuviae, truncis affixa tropeis

Incude, et incude cultros fabricante, atque Vulcano luteo, ad Rhetorem ablegavit. Spolia militum, thorax detruncatis tropeis suspensus, atque buccarum tegmen e

~~~~~

68. *Incude* 64. 73. ex emendat Britan. et al. ut sit id. qd. *luteo*, prima syll. longa, et sic metro consular. — 133 *trophæis* 17-19. 21-27. 45-50. 64-67. ut et nostri poëtae vulgo *Trophæis* dicunt. Sed *τροφαίων* vel *τροφαίων* dicitur momentum τῆς τῶν ἐχθρῶν τροφῆς, conversionis, h. e. fugæ hostium, quod victoriæ significandæ causa in ipso pugnae loco erigebatur, a τροφή et τροφίω. —

#### NOTÆ

*lūx* Demosthenes quod insignis orator evaserit, futurus certe beator, si non scholas, sed officinam patris frequentasset, fuissetque ferrarius faber, et gladiatorum artifex.

*Pater*] Plutarchus refert Demosthenis patrem honestum inprimis ac probum virum extitisse. Athenis autem egregiam gladiatorum officinam multis artificibus servia instructam habuisse: decessisse vero, filio septenni relicto abundante patrimonio. Valer. Maxim. III. 4. 'Quam matrem,' inquit, 'Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque sæculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditasse, omnium pene doctorum literæ loquuntur.'

131 *Forcipibus*] Ex Nonio Marcello, et aliis, *forum*, idem est quod *calidum*: hinc forcipes quasi calidum capientes, quod candens ferrum teneant. Virgil. Æneid. VIII. 'Versant que tenaci forcipe massam.'

132 *Luteo Vulcano*] A camino et igne. Vulcanum quippe fabulantur Deum ignis præsidem, fabrum etiam Deorum, atque in Lemno Insula officinam habere, ubi ministris Cyclopi-bus Jovi fulmina fabricantur.

*Luteo*] Vel, atro, deformi, squallido, quales ferme Fabri, e carbone, fuligine, camino: vel rufo lucidiori,

ut prima syllaba producat: sic et Gell. II. 26. a luce vocari luteum colorem opinatur.

*Ad rhetora*] Isæum Rhetoricæ præceptorem adiit audivitque Demosthenes, patre jam mortuo. Cur autem non se contulerit ad Isocratem qui tunc florebat? Forte quod non valeret tantam solvere mercedem, quantum ille exigebat, nempe decem minas. Nam tutorum negligentia locuples ejus patrimonium fere perierat. Hæc Plutarch.

133 *Bellorum exuviae*] Exitiosam quoque demonstrat bellicæ gloriæ cupiditatem.

*Truncis affixa tropeis*] Tropæum erigebant victores in aliquo tumultu e ramis arborum, et ex iis hostium spolia suspendebant, et eo quidem loco, ubi versi in fugam illi fuerant. Hinc nomen τροφή, conversio in fugam. Virgil. Æneid. XI. initio: 'Vota Deum primo victor solvebat Eo. Ingentem quercum decisis undique ramis Constituit tumulto; fulgentiaque induit arma, Moxenti Ducis exuvias, tibi magne tropæum Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas, Telaque trunca viri, et bis sex thoraca peti-tum Perfossumque locis, clypeumque ex ære sinistrae Subligat, atque enssem collo suspendit eburnum.'

Lorica, et fracta de casside buccula pendens,  
 Et curtum temone jugum, victæque triremis  
 Aplustre, et summo tristis captivus in arcu,  
 Humanis majora bonis creduntur. Ad hæc se  
 Romanus, Graiusque, ac barbarus endoperator  
 Erexit: causas discriminis, atque laboris  
 Inde habuit. Tanto major famæ sitis est, quam  
 Virtutis. Quis enim virtutem amplectitur ipsam,  
 Præmia si tollas? patriam tamen obruit olim

135

140

*rupta galea dependens, et jugum temone avulsum, et aplustria expugnata triremis, et mæstus in arcu supremo victus, astimantur superare mortalium bona. Ad ea contendit Imperator Romanus, et Græcus et Barbarus: illinc periculorum ac laborum animum desumit. Ad eos existimationis quam virtutis ardentius est desiderium. Nam quis ipsam virtutem quarit, si auferas munera? Nihilominus patriam dudum oppressit*

134 *bucula* 11. 21. 22.—135 *victæque tyrenis* 22.—136 *Aplustre* 10. *Amplustre* 64. *Amplustre* 16. 24. 25. 27. 45-48. 58. 60. 65. ut in quibusdam codd. Sil. X. 324. et al. Festus: *Aplustria* inquit *navium ornamenta, quæ, quia erant amplius, quam erant necessaria usui, etiam amplustria dicebantur. Aplustra forte* 1. *Vetus scholion* est: '*Aplustra*, tabulatum ad decorandum superficiem navis appositum: alii dicunt rostra navis, ornamentum puppis, *ἐφλάστρα*.' *summa...in arce* 6.—137 *ad hæc* (scil. bona) revocavi ex 22. 24. a m. sec. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. *ad hos* 11. 12. 16. 21. a m. sec. 23. 24. a m. pr. 45. *et hæc* 77. *ad hoc* 1. 10. 14. 17-21. a m. pr. 70. 74. 75. 82. *Vetus scholion* est: '*Ad hoc*, id est non propter virtutem posse volunt, sed propter famam et gloriam: cujus causa etiam imperium assumptum est.'—138 *et pro ac* 10. 14-18. 30-22. 24. 45. *seu pro ac* 12. 28. *endoperator* scripsi pro *indoperator*. v. sup. ad iv. 29.—140 *Militibus longe major famæ* cet. 13. *tantum* 15.—143-145

## NOTÆ

134 *Lorica*] Hæc pridem e loris, nunc e ferro, nomen tamen retinuit.

135 *Curtum temone jugum*] Bellici currus fragmenta.

*Triremis*] Navis instructæ triplici ordine remorum: victoriæ navalis monimenta.

136 *Aplustre*] Superflua navis ornamenta, et quibus carere illa potest, aplustro et aplustrum vocari, ait Festus.

*Captivus in arcu*] In arcu triumphali picta vel sculpta imago hostis capti et mæsti.

137 *Humanis majora bonis*] Summa bona, et veluti divina.

*Ad hæc se Romanus, &c.*] Propter

hæc obtinenda nullum non discrimen sponte subit.

142 *Præmia si tollas*] Tull. Philip. II. 'Satis est in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus.' Ovid. II. de Ponto Eleg. 3. 'Ipse decor recti, facti si præmia desint, Non movet, et gratis pœnitet esse probum.'

*Patriam tamen obruit*] Vel bellis civilibus, ut Sylla, Antonius, Cæsar: vel externis, ut Annibal, &c. Cicer. Tusc. III. n. 4. 'Qua cæcitate homines, cum quædam præclara etiam cuperent, eaque nescierunt, nec ubi, nec qualia essent, funditus alii everterunt suas civitates, alii ipsi occiderunt,' &c.

**Gloria paucorum, et laudis, titulique cupido**  
**Hæsuri saxis cinerum custodibus; ad quæ**  
**Discutienda valent sterilis mala robora ficus: 145**  
**Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulcris.**  
**Expende Hannibalem: quot libras in duce summo**  
**Invenies? hic est, quem non capit Africa Mauro**  
**Percussa Oceano, Niloque admota tepenti,**  
**Rursus ad Æthiopum populos, altosque elephantos. 150**

*novissimorum commendatio et ambitio laudis atque elegii affligendi lapidibus pulverem æroventibus, ad quos discutiendos sufficiunt mala robora ficus infacunda. Enimvero summis ipsis attributa fata sunt. Pena Hannibalem: quot libras reperies in Imperatore maximo? Ille est quum non continet Africa mari Mauritaniam irrigata, et propinqua Nilo calecenti. Insuper ad Æthiopia incolae, et elephantos diversos ad-*

~~~~~

ejecti e 13.—145 *fici* 10. 21. 64. Nil interest.—146 *fusse* pro *fata* 16. et *rata* 22. *sepulcra* 21 a m. sec.—147 *dotes* pro *libras* 24.—149 *Perfusa* (irrigata, ut ap. Plin. rv. 12. v. 29. 'al.) 24. 25. 27. 45-49. 64-69. 71-74. 77. Nostra lectio præferenda videtur, magis tamen in epico poëta, quam in satirico. *Percussa Oceano* est ejus fluctibus pulsata s. verberata.—150-167 ejecti e 13. *elephan-*

NOTE

144 *Hæsuri saxis cinerum custodibus*] Inscribendi sepulcra, in quibus reconduntur cineres in urnis.

145 *Sterilis ficus*] Caprificus rum-pens ac solvens validos etiam muros atque lapides, quibus innascitur et erumpit. Martial. l. x. Epigram. 2. 'Marmora Messalæ findit caprificus.'

Mala robora] Vel inutilis truncus; vel improbæ vires, quæ valeant ad ruinam ædificiorum.

146 *Data sunt ipsis quoque fata sepulcris*] Ipsa sepulcra peritura sunt, seu vetustate labentia, seu vi disjecta et diffracta.

147 *Expende Hannibalem*] Cineres Annibalis in libra expende: quam exiguum apparebit, qui tantus olim! Augusta capit urna, quem non Africa potuit continere.

148 *Mauro percussa Oceano*] Mari Atlantico, ad Occidentem; sicut Nilo, ad Orientem; mari Mediterraneo, ad Septentrionem. Porro Mauritania

Africæ pars occidentalis, ibi nunc regna Fezzæ et Marochii.

149 *Niloque admota tepenti*] Quia nimirum Zonæ torridæ subjectus. De Nilo, vide quæ notavimus ad Satir. vi. 83.

150 *Æthiopum*] Æthiopia pars Africæ amplissima cis et ultra Equatorem; continet Abyssiniam, Nubiam, &c. De ea jam Satir. ii. vs. 23. et Satir. vi. vs. 599.

Altosque elephantos] Alii legunt *altosque elephantos*, id est, ad Mauritaniam et Libyam Africæ Provincias, in quibus reperiuntur elephantis, sicut in India Asiæ regione, sed in hac maximi; proindeque alios ac paulo diversos illos vocat Juvenalis, Plin. viii. 9. 'Indicum elephantem Afri pavent,' inquit, 'nec contueri audent: nam et major Indici magnitudo est.' Et c. 11. sic habet: 'Elephantos fert Africa ultra Syrticas solitudines, et in Mauritania: ferunt

Additur imperiis Hispania : Pyrenæum
 Transilit. Opposuit natura Alpemque nivemque:
 Diducit scopulos, et montem rumpit aceto.
 Jam tenet Italiam : tamen ultra pergere tendit :
 Actum, inquit, nihil est, nisi Poeno milite portas 155

jungitur potestati Hispania. Pyrenæum superat. Natura objecit Alpes ac nives : discidit saxa, atque rupes aceto diffregit. Jam Italiam possidet ; attamen ulterius progredi exoptat. Nihil factum est, ait, nisi Carthaginensi exercitu Romæ portas

tes 22. De distinctione h. l. et lectione *altosque elephantos* v. Excurs. ad h. l. 151 *Hesperia* 21. *Pyrenæumque* 15. 16. 45.—152 *apposuit* 16.—153 *Diducit* 1. 14. 15. 17-24. 70. 75. 76. et duo Mss. viri docti in *Miscell. Obs. Crit. Vol. v. T. II. p. 298.* In iisdem legitur *rumpit*, ut in 18-21. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. *Diducit* 10. 16. 24-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. *Deducit* quidam, solenni permutatione. v. inf. ad XIII. 132. et *Misc. Obs. I. I.*—154 *cum pro tamen* 16.—155 *Acti, inquit, nihil est* 12. 20. 24. alique codd. mss. teste ac prob. Heins. ad Ovid. Ep. Her. VIII. 104. Sed *actum* h. l. conjungendum cum *est.* Cf. ad

NOTE

Æthiopes et Troglodytæ; sed maximos India. Idem Plinius in capite præcedenti ejusdem Libri multa refert de Elephantum industria. Vide Annot. ad Satir. XII. 109. et seq.

151 *Additur imperiis Hispania, &c.* Itaque non Africa contentus Annibal in Europam transit : ac primo Hispaniam armis domat : hinc in Gallias, post in Italiam victor pergit.

Pyrenæum] Pyrenæi montes maximi Hispaniam a Gallia separant, per octoginta quinque circiter leucas Hispanicas ab Oceano ad mare Mediterraneum excurrentes. Nomen ab incendio totius montanæ regionis, igne pridem a pastoribus injecto in frequentes ibi sylvas, quo factum est, ut argenti puri e montibus rivuli defluerint, &c. quæ habet Diod. Sicul. VI. 9.

152 *Alpem*] Excelsos admodum nivososque montes, quibus Italia dividitur a Galliis. 'Hos transcendisse quoque mirum fuit ; atque in portento prope majores habuere Alpes ab Annibale exuperatas, et postea a Cimbris.' inquit Plin. in Proëm. l. XXXVI.

153 *Et montem rumpit aceto*] Annibal, ut sibi suoque exercitui viam aperiret per Alpium juga invia, arboribus circa immanibus dejectis detruncatisque, struem ingentem lignorum accumulari jussit : hanc adjuvante vento succendit, atque saxa ardentia infuso aceto putrefecit. Sic torrida incendio rupes ferro patefacta, et emolliti anfractibus modicis clivi, ut non jumenta solum sed elephantum etiam deduci possent. Quadriduum circa rupem consumtum. Hæc et alia fuse Tit. Liv. XXI. 37. et præced.

154 *Jam tenet Italiam*] Superatis Alpibus in Italiam descendit, Romanosque primo vicit ad Ticinum amnem, iterum ad Trebiam fluvium, deinde Cannensi illa clade affecit : post Romam petit, castraque metatus est super Anienem fluvium, ad tertium ab urbe lapidem. Plutarch. &c.

155 *Pæno*] *Pæni* sunt Carthaginenses, quasi *Phæni*, inquit Servius, a Phœnicibus, qui Carthaginem condiderunt, originem ducentes. Hinc et Puni quasi Phœnici vocati sunt.

Frangimus, et media vexillum pono Subura.
O qualis facies, et quali digna tabella,
Cum Gætula ducem portaret bellua luscum!
Exitus ergo quis est? O gloria! vincitur idem
Nempe, et in exilium præceps fugit, atque ibi magnus, 160
Mirandusque cliens sedet ad prætoria regis,

rumpipimus, et signa constituo in media Suburra. O quis vultus, et quam picturam meritis, quando bestia Gætula vehabat Imperatorem cocilem! Ecquis igitur fuit eventus? O fama! Ipse superatur acilicet, atque in exilium citus abit, et illic summus et admirabilis cliens manet ad prætoria Principis, dum Regi Bithynia placeat

IX. 88. nil 14. 16. 17. 20. ni 16. 17. 20. 23. 24. 61-63. 68. 71-73.—156 pono sub umbra 22. Suburra 18. 24. 27. 45-50. 58. 61-64. 66-69. 71-73. v. sup. ad III. 5.—157 O quali 10.—158 portares 72. 'bellua pro bellua 17. 23. 24. 45-48. 59. 60. 64. 65. v. ad IV. 121.—159 ausculta pro o gloria 16.—160 et abest ab 16. 47. 64. præceps abit 4. 7. 14. 15. 17. 18. 20. 22. 25. 27. 40-49. 55-60. 65. ita pro ibi 22.—161 sedit 16.—162 Bythino 49. 56. 60. 65. Bithynio 50. 64. Bithi-

NOTE

156 *Media vexillum pono Subura*] Nisi victor ingressus Romam vexilla statuo in urbe media.

Subura] Vide Satir. III. vs. 5.

157 *Quali digna tabella*] Solebant, et gaudent etiamnum aliquando Pictores, vultus admodum deformes ac ridiculas facies pingere.

158 *Gætula bellua*] Elephas Gætulus. Gætulia Libyæ Interioris regio, ex Mela et Ptolomæo; Mauritanie, ex Plinio; inter Numidiam et Carthaginem, ut aliis placet.

Cum Gætula ducem portaret bellua luscum] Rem explicat Lilius XXII. 2. Scilicet Arnus fluvius solito magis inundarat Etruriam, cum in eam venit Annibal: obtinentibus omnia aquis; periere milites et iumenta passim. 'Ipse Annibal, niger oculis, ex verna primum intemperie calores et frigora variante; elephantum, qui unus superfuert, quod altius ab aqua extaret, vectus; vigiliis tandem et nocturno humore, palustrique celo caput gravante, et quia morandi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.'

Hæc Liv. et Plutarch.

159 *Exitus ergo quis est*] Quis vero finis tot victoriarum? Quid tandem Annibali contigit?

O gloria!] Quam brevis, quam vana et fallax!

Vincitur idem, &c.] Nimirum ille ipse Annibal modo tam gloriosus debellatur primum a M. Marcello: deinde a Scipione profligatus in Africa, et a suis civibus damnatus, ad Antiochum Syriæ, mox ad Prusiam Bithyniæ reges fugit: denique ab his etiam destitutus, veneno se ipse interimit, ne hostibus dedatur.

161 *Cliens*] Patrocinium et opem alienam implorat qui paulo ante terrebatur omnes.

Sedet ad prætoria regis] In atrio palatii regii quotidie mane præstolatur, ut regem salutet, suæque illi officia deferat, is cui prius tot homines parebant et obsequabantur.

Prætoria] Prætorium vocatur domus aut tabernaculum Prætoris, atque inde cuiuscuque Ducis aut Regis.

Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
 Finem animæ, quæ res humanas miscuit olim,
 Non gladii, non saxa dabunt, nec tela ; sed ille
 Cannarum vindex, ac tanti sanguinis ultor
 Annulus. I, demens, et sævas curre per Alpes,
 Ut pueris placeas, et declamatio fias !
 Unus Pellæo juveni non sufficit orbis :
 Æstuat infelix angusto limite mundi,

165

expergiaci. Anima quæ hominum negotia quondam turbavit, exitum non præbent enses, non lapides, non jacula; sed iste annulus ultor Cannarum, et tam copiosi cruoris vindex. Vade, insane, ac perge duras per Alpes, ut arrideas adolescentibus, sisque declamandi argumentum. Mundus unus haud satis est adolescenti Pellæo.

nio 10. 18-21 a m. pr. 46-48. 58. Bitinæ 45. Bithynico 21 a m. sec. Bythinico 25. v. sup. ad vii. 15. jugulare 21 a m. sec. 27. 45. 47. 58. 65. Sed rō vigilare non modo satirici poëtæ ingenio, sed historiæ etiam (nam Prusias non jugulavit Hannibalem) multo convenientius est.—164 non tela 10. 14-18. 20-27. 45-47. 49. 50. 54-58. 60-69. 71-74.—165 ac tanti pro et tanti revocavimus ex 25. 27. 45-47. 49. 50. 54. 55. 57. 58. 60-63. 65-69. 71-73. ne copula et toties occurrens fastidium creet auribus.—166 Annulus 11. a demens (saltem ah d.) 14. 16. O demens, i, sævas cet. 11. prob. Schurzfl. ne rō et in tribus verss. se invicem sequentibus cæsuras (immo tædium) faciat. Cf. ad vs. 165. scævas 49. —167 placeas pueris 24.—169 in limine 24.—170 Chiraræ 16. Giari et Gyari

NOTE

162 Bithyno] Prusiam intelligit regem Bithyniæ, quæ regio est Asiæ minoris Ponto finitima, et Euxino mari,

163 Finem animæ, &c.] Tanto vero Duci hoc sors non dabit, ut honesta morte in bello defungatur. Vide quæ notavimus Satir. vi. ad vs. 169.

165 Cannarum vindex] Ultor cladis apud Cannas Apuliæ oppidum Romanis illatæ, ac tot annulorum Romanis Equitibus detractorum. Vide Annot. Satir. II. vs. 155. ad vocem *Cannas*.

166 Annulus] Sub annuli gemma venenum semper habuit præparatum Annibal, quo se ab hostium captivitate et ultione vindicaret. Vetus Schol. Vide Tit. Liv. xxxix. 51. Plutarch. in vita Annibalis, &c.

I, demens] Sarcasmus in Annibalem, et ambitiosos gloriæ militaris,

167 Declamatio fias] Ut in scholis Rhetorum, pueris materiam declamationis præbeas. Vide Satir. vii. vs. 161.

168 Unus Pellæo juveni, &c.] Quot mala pariat gloriæ cupido, Xerxis et Alexandri probat exemplis. Vide Plutarch. in Alexandri Magni et Themist. vita. Valer. Maxim. viii. 14. 'Alexandri Magni pectus insatiabile laudis,' inquit, 'qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referenti, heu me, inquit, miserum, quod ne uno quidem adhuc potitus sum! Angusta homini gloriæ possessio fuit, quæ Deorum omnium domicilio sufficit.'

Pellæo juveni] Alexandro Pella urbe Macedoniæ oriundo.

169 Æstuat] Sic orbe toto se coarctatum putat, ut si Gyra, vel Seri-

Ut Gyarae clausus scopulis, parvaque Seripho. 170
 Cam tamen a figulis munitam intraverit urbem,
 Sarcophago contentus erit. Mors sola fatetur,
 Quantula sint hominum corpuscula. Creditur olim
 Velificatus Athos, et quicquid Græcia mendax
 Andet in historia: constratum classibus isdem, 175
 Suppositumque rotis solidum mare: credimus altos

Effervescit miser arcto orbis termino, quasi Gyara rupibus atque angusta Seripho compressus. Attamen quando ingressus erit civitatem a figulis instructam, tumulum satis habebit. Mors tantum declarat quam vilis sint mortalium corpora. Non dubitatur Athos pridem navigatus, et quodcumque in monimentis præfert Græcia futilis, quando ipse classibus opertum mare, et solidum rotis subjectum est. Praefen-

10. 63. 80. Recte, opinor. Gyara certe non nisi h. l. dicitur insula, et Gyari sup. 1. 73. alibi semper Γῆαρος, Gyarus. Sic Tac. Ann. III. 68. 69. Plin. IV. 12. a. 23. VIII. 20 s. 43. 57. s. 82. Strab. X. p. 485. Mel. II. 7. Cic. ad Att. V. 13. Steph. et Suid.—171-187 ejecti e 13. muratum 16. orbem 22. intraverit urbem h. e. sepulcrum, invita Minerva conj. Dorleaus.—172 erat 16.—173 sunt 10. 17. 23. 24. 46-48. 58. hominis 14. 17. 19.—175 cum stratum 27. 46-50. 55. 57. 58. 61-63. 65-69. 71-73. confractum 15. constratum 23. constratum

NOTÆ

pbo parvis Insulis clanderetur. Ita mare in angusto æstnare dicimus.

170 *Gyara*] Satir. I. 73.

Seripho] Satir. VI. 563.

171 *Figulis munitam intraverit urbem*] Babyloniam, a Semiramide conditam, et muro e coctis lateribus facto circumdatam, teste Justino, I. I. Vide et Diodor. Sicul. III. 4.

172 *Sarcophago*] Ita vocatur sepulcrum, quod carnes voret, a σαρξὶς et φῶς: item lapis quidam ex Asso Troadis Promontorio fissili vena sciens; in eo condita defunctorum corpora intra diem quadragesimum assumi, testatur Plin. XXXVI. 17.

Sarcophago contentus erit] Alexander ille magnus, quem non capiebat orbis totus, in urbe Babylone veneno extinctus exiguo tumulo capietur. Vide Justin. I. XII.

174 *Velificatus Athos*] Circumnavigatus ab exercitu Xerxis, postquam fuisset a continenti abscissus ille mons Macedoniæ præaltus et in Ægeum mare præcurrens, ut habet Plin. IV.

10. Idem attestatur Herodotus I. VII, nempe Athos a militibus Xerxis perfosum, et jussum intereundi Isthmum ad recipiendum mare in fossam tantæ latitudinis, ut decem triremes pariter illac traduci possent: id porro jactantiss, et potentiss præsertim ostentandæ, ac memoriæ sui relinquendæ gratia potius quam ullius necessitatis aut commodi factum notat ibidem Herodotus: et paulo post refert aggeres circa Athos perfectos ad alvei fauces, ne per æstuarium maris illæ obstruerentur.

Quicquid Græcia mendax, &c.] Quicquid narrant Scriptores Græci vani et mendaces. Portentosa Græciæ mendacia vocat Plin. V. 1.

175 *Classibus isdem*] Quibus Athos velificatus a Xerxe. Classes vèro dicit: nam ex Herodoto cit. et Justino I. II. Xerxes habuit navium myriadas plures: sique fides, decies centum millia numerantur.

176 *Suppositumque rotis*] Scilicet cum ex Asia in Europam exercitus a

Defecisse amnes, epotaque flumina Medo
 Prandente, et madidis cantat quæ Sostratus alis.
 Ille tamen qualis rediit Salamine relictæ,
 In Corum atque Eurum solitus sævire flagellis

180

da flumina non dubitamus siccata, atque exhaustos amnes Medo canante, et quæ cecit Sostratus axillis humidis. Attamen qualis reversus est dimissa Salamine, is barbarus, assuetus flagris castigare Corum et Eurum nunquam id perpeos in Æoli

navibus equor 24. *hisdem* 14. 21.—177 *epotataque* 14. Pro *amnes* malim *lacus*, ne eadem res bis exprimatur, et quoniam Herodotus memorat, non fluvios modo quatuor ab exercitu Xerxis siccatos exhaustosque esse, sed lacum quoque xxx. stadiorum,—178 *quæ cantat* 45.—179 *rediit qualis* 18.—180 *chorum*

NOTÆ

Xerxe traductus, cum curribus plurimis, constructo navibus ponte a Sesto ad Abydum, junctoque Hellesponto, spatio septem stadiorum interjacente. Qua ratione pons iste factus, edisserit Herodot. l. vii. cit. Vide et Sneton. Calig. c. 19. ubi medium Baias inter ac Puteolos spatium trium millium et sexcentorum fere passuum, a Caligula ponte junctum refert, ac per eum biduo continenti primum equo phalerato, deinde curru bijugi commeasse Imperatorem, comitante in essedis amicorum cohorte: atque 'id excoGITATUM a Caio æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto aegustiozem Hellespontum contabulaverit.'

177 *Defecisse amnes, epotaque flumina*] Justin. l. ii. 'Xerxes,' inquit, 'septingenta millia de regno armaverat, et trecenta millia de auxiliis, ut non immerito proditum sit, flumina ab exercitu ejus siccata, &c.—Ac veluti naturæ dominus, et montes in phanum dedacebat, et convexa vallium æquabat, et quædam maria pontibus sternebat, quædam ad navigationis commodum per compendium ducebat.' Herodot. porro cit. affirmat et amnes et lacus epotos defecisse, cum ex Asia copias duceset Xerxes: et

Scamandrum quidem omnium primum hominibus atque jumentis potantibus haud suffecisse, &c.

Medo prandente] Conflato e Medis ac Persis exercitu prandente et bibente.

178 *Sostratus*] Poëta qui scripsit Xerxis, ut aiunt, expeditionem.

Madidis alis] Vel, dum Poëtico furore velut ebrius madet: vel dum recitat magna contentione sudans maxime sub alis, ut fit. Vetus Schol.

179 *Ille tamen qualis rediit*] Superbus ille Xerxes demum a Themistocle superatus navali pugna, ad Salaminem Insulam, quam turpi fuga Asiam repetiit?

Salamine relictæ] Insula sinus Saronici Atticam inter et Peloponnesum contra Megaram urbem. Nempe ex Delphico responso muris ligneis salutem tuentes Græci, ac in bellum navale intenti, angustias Salaminii freti, ne circumveniri a multitudine possent, occupaverant. Quod feliciter cessit. Nam Persæ victi, fusi, fugati. Justin. cit. l. ii.

180 *In Corum atque Eurum*] Ventos ac mare sibi volens habere obnoxia.

Corum, Eurum] Hic ab orta, ille ab occasu fiat. Plin. ii. 47. Metonymia est pro quibuslibet ventis.

Barbarus, *Æolio* nunquam hoc in carcere passos,
 Ipsum compedibus qui vinxerat *Ennosigæum* ?
 Mitius id sane, quod non et stigmate dignum
 Credidit. Huic quisquam vellet servire *Deorum* ?
 Sed qualis rediit? nempe una nave, cruentis
 185
 Fluctibus, ac tarda per densa cadavera prora.
 Has toties optata exegit gloria poenas.

custodia, quique Neptunum ipsum vinculis constrinxerat? Lenius illud profecto, quod non etiam stigmata meritum putaverit. Ecquod Numinum ei ministrare consentiret? At qualis reverens est? Unica navicula scilicet, mari sanguinolento, et prora lenta per crebra corpora. Homos efflagitatus petiit frequenter ejusmodi sup-

14. 17. 22. et pro atque 17.—181 hæc 25. 27. 46-49. 54. 55. 57-60. 64. 65. passus 16.—182 *Compedibus* ipsum 11. cum *pedibus* 23. vinxerat 66. junxerat 27. 46-48. 64. *Ennosigæum* 45. *Ennosignum* 14.—183 est pro et 16. 16. Præstiterit: Mitius id sane, quam quod vel stigmate dignum Credidit. Huic certe conjecturæ favet historia; quæ cum librariis ignota esset, hæc verba corrupisse videntur.—184 *Credideret* 12. 14. 17. 19-21. 23. 24. hinc 57. 59. voluit 18.—185 namque pro nempe 16.—186 et 11. 16. 22. at 17.—188 da multos 16.—189

NOTE

181 *Æolio* nunquam, &c.] Alludit ad Virgil. *Æneid.* 1. ubi, 'Vasto rex *Æolus* antro Luctantes ventos, tempestatesque sonoras Imperio premit, ac vinclis et carcere frænât.'

182 *Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum*] Nam ex Herodoto l. vii. solummodo tempestate pontem audiens Xerxes, jussit Hellesponto trecenta infigi verbera, et binas injici compedes: quin et missi qui stigmata inuorent, et colaphos ineuterent, &c.

Ennosigæum] Sic appellatur Neptunus, quod terram quatiat: *ἑνός, concussio*, et *γῆς* terra. Gell. ii. 23.

183 *Quod non et stigmate, &c.*] Xerxis irridet vesaniam. Quin et stigmata et notas inussit mari, ut eicatricem indecoras peccati poenam ferret Neptunus Deus maris. Apud Herodot. cit. etiam verbis sævitur: O amara agita, ajunt Xerxis ministri, domines hanc tibi irrogat poenam, quod eum læssisti, qui de te nihil male meritis est. Te tamen Rex, velis, nolis,

transmittet, &c.

184 *Huic quisquam vellet servire Deorum*] Neptunus Laomedonti, et Apollo quidem Admeto, Regibus Dii servierunt, ut fabulantur; at insano et immani domino Xerxi quis Deorum velit servire? Ironia salsissima.

185 *Sed qualis rediit*] Sed quo tandem apparatu, qua gloria in patriam redit qui tanto fastu ac terrore Græciam appetebat?

Una nave] Piscatoria scapha, ministris destitutus, inglorius, imo turpis redit, fugitivus, trepidus. Justinus citatus.

Cruentis fluctibus] Sanguine sui mirum exercitus, ac Persarum ut terrestri sic et navali prælio magna strage cæsorum, tanto quidem numero, ut cadaveribus per mare fluitantibus retardaretur cursus istius navicula, qua Rex fugiebat in Asiam trajiciens cum pauculis; quia solummodo hybernis tempestatibus pontem ad Abydum offenderat. Herodot. Justin.

Da spatium vitæ, multos da, Jupiter, annos!
 Hoc recto vultu solem, hoc et pallidus optas.
 Sed quam continuis et quantis longa senectus
 Plena malis? deformem et tetrum ante omnia vultum,
 Dissimilemque sui, deformem pro cute pellem,
 Pendentesque genas, et tales aspice rugas,
 Quales, umbriferos ubi pandit Tabraca saltus,
 In vetula scalpit jam mater simia bucca. 190
 195

plicium. O Jupiter, largire diuturnitatem vitæ, concede plures annos. Id erecta facie, id etiam pallens duntaxat exposcis. At quam perpetuis et quam magnis arumnis abundat senium longius! Præ cunctis contemplare faciem deformatam atque horridam, et aliam a seipsa, pellem sedam pro cute, et labentes malas, et rugas similes iis quas in vetusta bucca exarat simia jam parens, ubi Tabarca umbrosas

Hoc altus catumque tuens, hoc pallidus optas 4. 29. haud dubio ex interpretam. hæc et p. o. 12. tu pro et 20. optat 27. 47.—192 sibi pro sui 13.—194. 195 ejecti e 13. Qualis 60. pendit 60. 65. Tabraca 1. 10-12. 14. 17-21. 25. 26. 27. 45. 47. 49. 50. 54. 55. 58. 61. 62. 63. 65-77. 81-82. Trabaca 16. Thabraca 56. 59. 60. 65. Trabraca 64. Tabraca 23. Trabacha 15. Tabrata 46. 48. 57. Tartara 24. Taberni 22. Tabraca Farnab. et al. Cf. Plin. v. 3. ubi eadem fere lectionis varietas est, et in quibusdam libris etiam Trabraca et Tacabraca legitur. Tabathra dicitur Steph. et Θάβρακα Ptolem. iv. 3. Cf. Bocharti Geogr. sacr.

NOTE

188 *Da spatium vitæ, &c.*] Culpat jam eos qui diuturnam magis vitam exoptant quam bonam. Senec. Ep. 101. 'Quam bene vivas, non quam diu, refert: in hoc autem bene est sæpius, ne diu.'

189 *Recto vultu*] Aperte, non clam; hoc enim orare non pudet. Vide Pers. Satir. II. 8.

Pallidus] Præ nimio desiderio, præque metu non obtinendi quod anxius precaris.

192 *Dissimilemque sui*] In senectute deformem, qui formosus fuerat in juventute.

Pro cute pellem] Loco teneræ cutis, jam pellem senio rugosam et asperam.

194 *Quales, umbriferos*] Tales rugas in genis, quales habet vetus simia, qua nihil deformius.

Ubi pandit Tabraca saltus] In sylvis Tabracæ vicinis. Strabo I. XVII. re.

fert de Posidonio, qui e Gadibus in Italiam navigans, delatus est in Libyæ oram: in sylva porro quæ est juxta mare vidit plures simias, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terra sederent, nonnullæ catulos haberent et ubera pendentia: risit autem cum eas uberibus graves cerneret, nonnullas etiam calvas, nonnullas berniosas. Hæc ille. Astipulatur Herodot. I. IV.

Tabraca] Vulgo *Tabarca*, urbs Africae, in regno Algerii, ad mare Mediterraneum sita, portum habet hodie satis commodum.

195 *Simia*] Tull. I. de Natura Deorum n. 98. ex Ennio: 'Simia quam similis turpissima bestia nobis.' Et II. de Divin. n. 69. simiam appellat 'monstrosissimam bestiam.' Cæc. Rhodig. III. 10. 'ridiculam hominis imitationem,' vocat ex Galeno.

Plurima sunt juvenum discrimina: pulchrior ille
Hoc, atque ille alio; multum hic robustior illo.
Una senum facies, cum voce trementia membra,
Et jam leve caput, madidique infantia nasi.
Frangendus misero gingiva panis inermi: 200
Usque adeo gravis uxori, natisque sibique,
Ut captatori moveat fastidia Cosso.
Non eadem vini atque cibi, torpente palato,
Gaudia: nam coitus jam longa oblivio; vel si
Coneris, jacet exiguus cum ramice nervus, 205
Et, quamvis tota palpetur nocte, jacebit.
Anne aliquid sperare potest hæc inguinis ægri
Canities? quid, quod merito suspecta libido est,
Quæ Venerem affectat sine viribus? Aspice partis
Nunc damnum alterius: nam quæ cantante voluptas, 210

*aperit silvas. Multa sunt adolescentum differentia. Iste illo formosior, et hic iste. Longe ille validior alio. Senum vultus idem; artus cum voce tremuli: atque adeo calvum caput, et infantia narium humidarum. Panis gingiva rumpendus infelici armis destituito. Tum molestus conjugis et filiis, ac sibi metipsi, ut nauseam pariat Cosso insidiatori. Haud voluptas per vini atque cæca palato hebeti. * * Jam intus detrimentum diversæ partis. Etenim quod gaudium canente, quamvis*

p. 519.—197 *multo* 25. 56. 59. 60. 65.—198 *labra* pro *membra* 15. 18. 61. 62. 63. 68. 71.—74. *verba* al. *Membra* ac *verba* sæpe permutari docent Scallig. ad Prop. i. 13. 17. et Schrader Emendatt. p. 126.—199 *tam* Faru. ed. *leve* 17.—20. Recte. *leve* ceteri. v. ad ii. 12.—200 *misero* 12. 14. 15. 16. 45. 47. 54. 64.—201 *Atque* 60. 65. 77. *etiamque* pro *natisque* 7.—203 *Nam* pro *Non* 16.—204 *non* pro *nam* 13.—205 *Conetur* (sc. senex coitum s. coire) 13. quod et mihi in mentem venit. *namque* 13.—206...216 *ejecti* e 13.—209 *Venerem* *aspectat* 24.—210 *cantare* 15. 21. *cantate* 20.—211 *citharædus* sive *Seleucus* restitui ex 10. 11.

NOTE

196 *Plurima sunt juvenum discrimina*] Varia et multiplex est in juvenibus species et formæ gloria: at senum una et communis est omnium deformitas.

198 *Trementia membra*] Alii legunt, *trementia labra*.

199 *Leve caput*] Calvum.

Madidique infantia nasi] Ut infantibus abundans humor ex ore, ita senibus e naso defluit.

200 *Inermi*] Carenti dentibus, quæ sunt hominis arma. Plin. vii. 16.

Delph. et Var. Clas.

Cæli. Rhodig. iv. 1.

202 *Ut captatori moveat fastidia Cosso*] Ut vix eum ferat Cossus, qui tamen, ut hereditatis partem aucupetur, seves omni officiorum genere sibi domereri statet, et quidlibet ab eis pati assuevit.

209 *Aspice partis nunc damnum alterius*] Nempe surditatem, qua fit ut senex auditus careat voluptate.

210 *Cantante*] Supple, Musico, Symphoniaco.

Juv.

2 0

Sit licet eximius citharædus, sitve Seleucus,
 Et quibus aurata mos est fulgere lacerna?
 Quid refert, magni sedeat qua parte theatri,
 Qui vix cornicines exaudiet, atque tubarum
 Concentus? clamore opus est, ut sentiat auris, 215
 Quem dicat venisse puer, quot nuntiet horas.
 Præterea minimus gelido jam in corpore sanguis
 Febre calet sola; circumssilit agmine facto
 Morborum omne genus: quorum si nomina quæras,
 Promptius expediam, quot amaverit Hippia mœchos, 220

optimus fuerit citharædus, etiamvero Seleucus, et quis est consuetudo splendescere recte auro intexta? Ecquid interest qua regione ampli theatri considerat, qui vix percipiet canentes cornu, et buccinarum clangorem? Vociferatio desideratur, ut auricula audiat quemnam accedere moneat famulus; et quotam horam indicet. Insuper algente jam corpusculo, exiguus sanguis febre tantum fervecit. Turmatim obviident ægritudines nullius non speciei, quarum appellationes si interrogaveris, facilius recensebo quot adulteros Hippia dilexerit, quot ægrotos uno autumno Themison

12. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. *citharædo sive Seleuco* 70. 75. 76. 82. Hæc lectio haud dubie substituta ab iis, qui structura verborum offendeantur. Sed *cantante, sit licet eximius citharædus*, docte dicitur pro: *cantante citharædo*, licet sit eximius. Ita fere mox vs. 253. *querit ab omni, Quisquis adest sociis, sive* 45.—212 *At* 45. *mos est decurrere palla* 64.—214 *Qui sic* 45. *exaudiat* 10. 11. 12. 14. 17-20. 22. 25. 27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. *quod etiam bene habet*.—215 *clamare* 15.—216 *quod* 74. *quis nuntiet* 22.—217 *in abest* a 13. 16. 18. 10. 25. 27. 45-50. 55-61. 63-67. 74. 77.—218 *caret* 24. a m. pr.—220 *Ippia* 20. 23. 27. 46. 47. 48. 58. *Yppia* 17. 19. 24. *Hippia* 21. *Hippida* 18. *Oppia* 75.

NOTE

211 *Seleucus*] Insignis et eximius Tibicen.

212 *Quibus aurata mos, &c.*] Horatius Epist. ad Pisones vs. 215. 'Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem.'

214 *Cornicines, &c.*] Symphoniam in ludis adhiberi solitam docet Horatius Epist. ad Pisones vs. 202. et seq.

215 *Clamore opus est, &c.*] Vociferetur magna contentione puer necesse est ut audiat senex herus, quoties ei nuntiat adesse quempiam salutare et alloqui cupientem.

216 *Quot nuntiet horas*] Solebant famuli horas dominis annuntiare. Martial. l. viii. Epig. 67. 'Horas

quinque puer nondum tibi nuntiat, et tu Jam conviva mihi Cæciliane venis.' Plin. vii. 53. Cn. Bæbius Pamphilus, cum a puero quæsisset horas, protinus expiravit.

217 *Minimus gelido jam in corpore sanguis*] In senibus sanguis minus abundat, atque adeo pauciores ac minus subtiles gignit spiritus.

219 *Morborum omne genus*] Plin. vii. 50. 'Senectæ in pœnam vivaciæ,' inquit, 'tot periculorum genera, tot morbi, tot curæ.—Hebescunt sensus, membra torpant, præmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta.'

220 *Hippia*] Satir. vi. 82.

Quot Themison ægros autumnno occiderit uno,
 Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
 Pupillos, quot longa viros exsorbeat uno
 Maura die, quot discipulos inclinet Hamillus;
 Percurram citius, quot villas possideat nunc,
 Quo tondente gravis juveni mihi barba sonabat.
 Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
 Perdidit ille oculos, et luscis invidet: hujus
 Pallida labra cibum accipiunt digitis alienis.

226

*interfecerit, quot socios Basilus, quot pupillos Hirrus circumvenerit. * * Promptius enumerabo quot modo villas habeat ille quo resicante crepitabat barba mihi adolescenti molesta. Iste scapula, is lumbis, ille coxa infirmus; hic utrumque amittit oculum, invidetque coclitibus: labia istius pallentia cæcum sumunt aliorum digitis;*

76. Cf. ad vi. 104. et 114.—221...226 ejecti e 13. et 221. e 22. uno pro uno 15.—222. 223 absunt ab 25. Hyrrus 17. 19. 23. 45. Irus 27. 47. 48. 54. 55. 56. 58-60. 64. 65. 77. Hyrus 57. Yrrus 22. Hirrus 12. Yrus 24. Hircus 46.—223 absorbeat 1. ut sup. vi. 126. unde forsitan hæc lectio desumpta. una 21. a m. sec.—224 Hamillus 1. 11. 14. 15. 16. 50. 54. 70. 75. 76. 77. 82. Amillus 47. Amillus 10. 17-27. 45. 46. 48. 49. 55-60. 71-74. 81. ut vulgo legitur ap. Martial. vii. 61.—227 coxa 25. 27. 46. 48. 49. 56-59. coxa 47.—228 hic pro ille 16.—229 capiunt 16. 25. 27. 46. 47. 49. 50. 54-58. 61-69. 71-74. 77. digitis accipiunt alienis 11. metro adversante: digitis capiunt alienis recte, opinor, emend.

NOTÆ

221 Themison] Medicus tunc nobilis: 'Archiatr illius temporis, cui detrahit,' ut habet vetus Schol. Ejus ut optimi Medici meminit Corn. Celsus. Plin. xxix. 1. Aesclepiadis auditorem illum fuisse refert, ejusque placita mutasse. Apud Athen. vii. 10. celebratur Themison Cyprius, Antiochi regis delicias.

Autumno] Tunc enim frequentiores morbi. Vide Satir. vi. vs. 517. ad hæc verba, *Septembris et Austri*.

Occiderit] Morti fecerit pharmacis imperite et perperam collatis. Sarcasmas in Medicos indoctos, quem egregie imitatus est Gallicus nonnemo Satiricus, nomine satis notus, haud ita pridem.

222 Basilus] De eo jam Satir. vii.

145. 'Advocatus eo tempore prævaricator fuit,' teste vet. Schol. Alii Prætozem dicunt socios Populi Romani, quibus erat Præfectus, rapinis vexantem, ac bonis spoliantem fraudulentis accusationibus circumventos.

Hirrus] Tutor infidelis papillos defraudans.

226 Quo tondente gravis, &c.] 'Licinus e tonsore Senator factus.' Vetus Schol. Vide Annot. ad Satir. i. vs. 25. ubi idem versiculus habetur.

227 Ille humero, hic lumbis, &c.] Alia persequitur senectutis incommoda.

229 Cibum accipiunt digitis alienis] Propriis uti digitis ac manibus non valet ille, sive ob chiramgram, sive ob paralysim.

Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum 230
 Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem
 Ore volat pleno mater jejuna. Sed omni
 Membrorum damno major dementia, quæ nec
 Nomina servorum, nec vultum agnoscit amici,
 Cum quo præterita cœnavit nocte; nec illos, 235
 Quos genuit, quos eduxit. Nam codice sævo
 Hæredes vetat esse suos; bona tota feruntur
 Ad Phialen: tantum artificis valet halitus oris,
 Quod steterat multis in carcere fornicis annis.
 Ut vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt 240
 Funera natorum, rogus aspiciendus amatæ

ipse visis dapibus rictum solitus aperire inhiat solum velut hirundinis pullus, ad quem parens famelica referto ore advocat. Cuncta vero detrimenda artuum superat insania, quæ neque famulorum appellationes, neque faciem novit familiaris, quicum hesternæ nocte epulatus est, neque eos quos procreavit, et quos aluit. Etenim libello crudeli prohibet suos esse hæredes, omnes autem facultates ad Phialem devolvuntur. Adeo potens est spiratio oris solertis, quod plures annos mansit in custodia præstibuli. Quamvis autem mentis sensus valeant, nihilominus deducenda sunt filiorum funera:

Schurzfl.—230 Ille 22. deducere 10-14, 16. 17. 19-24. 45. rictus 18. 24.—231 ævo 60.—232 jejuna cibandum 13.—233 major damno 13. nec quæ 24.—234 cultum 45. 47. agnoscat 16.—236 educit 25. 46-49. 55. 57-60. 64. 65. codice sævo 41. Recte, opinor. Scævum est id. qd. lævum vel sinistrum, adeoque vel triste et infelix, vel ineptum, pravum, perversum, ut h. l. Bene Plathnerus: 'Scripta,' inquit, 'hæc satira sub Hadriano. Jam vero inde a Domitiani sæculo testamentis nihil poterat relinqui probrosi feminis. Codex igitur (testamentum) deliri senis h. l. scævus i. e. contra normam legis et perversus dicitur, quemadmodum scævum dogma in L. hi qui scavi C. Theodos. tit. de his qui sup. Rell. cont. dicitur, quod contra regulam et canones ecclesiæ introductum est. Porro et illud notes ex verbis nec illos Quos genuit, quos eduxit, apud patruos plerumque educatos Romanos: acriores enim morum hi censores.' Cf. Ernesti clav. Cic. v. patruus. Non male quidem sævo h. l. legitur, sed minus apte: quod cum non intelligerent librarii, vocem sibi notiores substituerunt exquisitiori.—238 Phialem 18. 64. Phyalen 24. 45. Pialen 17. 20. 22. Pialem 19. 23. aluit 21. 22.—239 steterat 22.—240 deducenda 23.—241 inspicendus 45. amicæ 16.—244 Sepe 21.—245 pulla veste 77. senescat 13.

NOTE

236 *Codice sævo*] Testamento, per quod proprios exhæredat filios, ut mulierem impuram ex asse hæredem scribebat.

238 *Phialen*] Quæ nefando obsequio senis animum demeruit et capivit.

240 *Ut vigeant sensus, &c.*] Quod si illa absunt incommoda, alia succedunt. Si bene sanus est senex corpore et mente, premitur aliis moribus de morte propinquorum, quos ante se efferrî videt.

Conjugis, et fratris, plenæque sororibus urnæ.
 Hæc data poena diu viventibus, ut renovata
 Semper clade domus, multis in luctibus, inque
 Perpetuo mœrore, et nigra veste senescant. 245
 Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
 Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ.
 Felix nimirum, qui tot per sæcula mortem
 Distulit, atque suos jam dextra computat annos,
 Quique novum toties mustum bibit. Oro, parumper 250
 Attendas, quantum de legibus ipse queratur
 Fatorum, et nimio de stamine, cum videt acris
 Antilochi barbam ardentem; cum quærit ab omni,

spectanda pyra dilecta uxoris ac fratris, atque urnæ sororum cineribus referta. Hoc supplicium assignatum est longam vitam ducentibus, ut continuo iterata familia ruina, plurimis in fletibus et in dolore assiduo, atque atris vestimentis consenscant. Rex Pyli, si fides aliqua summo Homero, extitit exemplum avi post cornicem secundæ. Scilicet beatus qui tot per sæcula mortem retardavit, et annos suos jam dextra numerat, et qui tam sæpe vinum recens potavit: quæso paululum adverte, quantum ipse de fatorum decretis, ac de longiori fælo conqueratur, quando cernit flagrantem

—246 *Pelius* 14. 16. 17. 23. *Pileus* 10.—248 *Felix qui nimium* 22. *quod tot* 17. 24. *per tot* 10. 16. 23. 25. 45-50. 54. 55. 57-60. 64. 65.—249 *dextra jam* 19. *in dextram* 6. prob. Jun.—250 *ore* 14.—252 *cum videt* revocavi ex 14. 15. 17-22. 25. 27. 57. 58. 61. 62. 63. 66. 67. 68. 71. 72. 73. 75. 76. *cum vidit* al. Sed mox sequitur *cum quærit*.—253 *Antilochi* 23. *Antiochi* 18. 24. *Antiochi* 21. *Antiochus*

NOTE

246 *Rex Pylius*] Nestor Rex Pyli, quæ urbs est Peloponnesi. Ovid. l. i. de Ponto, Eleg. 5. 'Crede mihi, Pylio Nestore major ero.'

247 *Vita a cornice secundæ*] Id est longissimæ post cornicem. Tres hominis ætates Nestori attribuit Homerus Odys. 3. Cornici novem Plinius ex Hesiodo: quod quidem fabulosum et ipse ibidem existimat, Libro nimirum VII. 48. pariter et Macrobius VII. 5.

248 *Tot per sæcula*] Per annos trecentos. Alii tamen affirmant Nestorem non vixisse ultra monaginta annos, tresque nihilominus ætates; quas annorum triginta duntaxat singulas numerant.

249 *Dextra computat annos*] Hinc Juvenalis innuit Nestorem vixisse plura sæcula, idque ex communi opinione. Observandum quippe veteres digitis sinistræ manus solitos computare usque ad centum; dextra vero majores numeros. Quod ex Bedæ fæse refert et explicat Cæli. Rhodig. XIII. 12. et seq.

250 *Novum toties mustum bibit*] Adeoque tot autumnos vidit.

252 *Nimio de stamine*] De vita diuturniori. Vide Satir. III. vs. 27. Annotat. ad vocem *Lachesi*.

253 *Antilochi barbam ardentem*] Cum videt cremari corpus Antilochi filii sui jam barbati et strenui, atque in ætatis flore morientis, scilicet a Me-

Quisquis adest socius, cur hæc in tempora duret,
 Quod facinus dignum tam longo admiserit ævo? 254
 Hæc eadem Peleus, raptam cum luget Achillem,
 Atque alius, cui fas Ithacum lugere natantem.
 Incolumi Troja Priamus venisset ad umbras
 Assaraci magnis solennibus, Hectore funus
 Portante, ac reliquis fratrum cervicibus, inter 260
 Iliadum lacrymas, ut primos edere planctus
 Cassandra inciperet, scissaque Polyxena palla,

barbam Antilochi bellicosæ. Singulos enim sodales, quicumque astant, interrogat; quare ad illud ævum usque permaneat; ecquod crimen ita diuturnam ætatem meritum perpetrarit? Ea ipsa Peleus ait, quando Achillem sublatum dolet: et aliter cui licet deslere Ithacum natantem. Stante Ilio Priamus accessisset ad manes Assaraci, celebri pompa, Hectore ceterisque fratribus feretrum collo gestantibus, inter fletus Trojanarum, ita ut Cassandra prior auspicaretur lamentationem facere, et

72. nam querit 10. 13-20. 23-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—254 abest 11. ab omni Quisquis adest socio 7. 10. 13-27. 45-50. 54. 55. 57-63. 65-69. 71. 72. 73. durat 14.—256...288 ejecti e 13. colluget 15.—257 cui fas est 12.—259 Assaraci 27. 48. 57-60. 64.—262 scissaque 17. Polixena 19. Polyxena 27.—263 quo jam 7. 10.

NOTE

mnone occisi. Odyss. 4.

254 *Cur hæc in tempora duret*] Ut plures ærumnas ferat nimirum.

256 *Peleus*] Videns Achillem filium suum immaturo præreptum fato, et a Paride interfectum.

257 *Atque alius*] Similia loquitur et Peleus, et Laërtes, ut Nestor supra.

Alius cui fas, &c.] Odyss. ult. a Jove mortem precatur senior Laërtes, dolens Ulyssem filium Ithacæ Insulæ regem, undis jactatum annos decem, per maria vagabundum, sæpe naufragum, adeo ut ejus varii errores ac ærumnæ Homeri Odyssææ materiam præbuerint.

258 *Incolumi Troja, &c.*] Si ante exodium Trojanum, si ante regni ac suorum cladem Priamus vita functus esset, sane felix ac beatus excessisset.

Venisset ad umbras Assaraci] Adiisset in Inferis Assaracum avum fratris sui.

259 *Hectore funus portante, &c.*]

Majori natu filio Priami cum fratribus. Priamo filios quinquaginta, ac filias duodecim fuisse aiunt Homer. Cicer. Tuscul. 1. &c.

Funus portante] Tit. Liv. XLVIII. Epitom. M. Æmilius Lepidus Princeps Senatus, antequam expiraret, præcepit filiis lecto se strato, sine linteis sine purpura efferret. Plin. VII. 44. 'Quint. Metellus Macedonicus,' inquit, 'quatuor filiis illatus rogo est, uno Prætoris, tribus consularibus, duobus triumphalibus, uno Censorio.'

261 *Ut primos edere planctus, &c.*] Quasi præfica. Nam conducebantur olim mulieres ita dictæ, quæ luctum ederent in funeribus, ac ceteris modum plangendi darent. Festus.

262 *Cassandra*] Priami filia Trojæ ruinam vaticinata, hanc ab Apolline facultatem inecassum adeptâ.

Scissaque Polyxena palla] Filia item Priami scissis vestibus ex antiquo more dolorem testificata.

Si foret extinctus diverso tempore, quo non
 Coeperat audaces Paris ædificare carinas.
 Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit 265
 Eversa, et flammis Asiam ferroque cadentem.
 Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
 Et ruit ante aram summi Jovis, ut vetulus bos,
 Qui domini cultris tenuæ et miserabile collum
 Præbet, ab ingrato jam fastiditus aratro. 270
 Exitus ille utcumque hominis: sed torva canino
 Latravit rictu, quæ post hunc vixerat, uxor.
 Festino ad nostros, et regem transeo Ponti,

Polyxena dirupta chlamyde; si mortuus esset alio tempore, cum Paris jam incomperat fabricare naves generosas. Ecum ergo diuturnum quid præstitit? Asperit cuncta disturbata, atque Asiam igne et armis subversam. Tum miles titubans arma portavit abjecto pileo, ac cecidit ad altare supremi Jovis, tanquam bos annuus, qui ab immemori jam aratro contentus cervicem exilem et infortunatam dat horti gladiis. Atque iste quidem hominis quodammodo finis est; at conjux, quæ superstes ei fuerat, rictu canino truculenta latravit. Propero ad nostros, ac prætermittit

11-27. 29. 45-50. 54-69. 71-74. quoniam 12.—270 integro 46. 48.—272 ritu 10.

NOTE

263 *Tempore, quo, &c.*] Cum Paris naves non adhuc ædificasset, quibus in Græciam veniens Menelai Principis uxorem Helenam e domo viri in Troadem rapuit: quod tot bellis occasionem Trojanoque excidio deinde præbuit. Vide Horat. Ode i. 15. &c.

266 *Asiam*] Trojam ac Troadem quæ pars est Asiæ minoris.

267 *Tunc miles tremulus*] Tum Priamus senio tremens coactus est arma induere, ad repugnandum Græcis Helenam repetentibus et injuriam ulciscantibus.

Tiara] Pileo in pace usitato. Vide Satir. vi. ad vs. 515. annotata in simili voce.

268 *Ruit ante aram summi Jovis*] Trucidatus a Pyrrho ante aram Jovis Herci.

270 *Ab ingrato jam fastiditus aratro*] Bos jam arando ob senium inutilis mactatur ab ingrato agricola, tot ejus

laborum immemori.

271 *Canino latravit rictu*] Hecuba, quam fabulantur versam in canem: eo quod percita dolore in Græcorum obvium quemque debaccharetur, atque dieteris lacerare et allatrare veluti consuevisset. Vide Plaut. Menæchm. sc. 14. Ovid. Metamorphos. 13. Cicer. Tusc. 3. n. 63.

273 *Festino ad nostros*] Festinat oratio ad exempla Romanorum, quibus longa vita pariter ærumnas attulit.

Regem Ponti] Mithridatem tot tantarumque gentium Principem, ut annis quadraginta cum victore terrarum populo bellaverit: ac vix ariete velut triplici denique sit æquatus solo, ac principatu vitæque pariter excussus, Syllæ Cornelii felicitate, Luculli virtute, postremo magnitudine Pompeii. Hæc Cæsar. Rhodig. xxi. 20.

Et Croesum, quem vox justi facunda Solonis
 Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ.
 Exilium, et carcer, Minturnarumque paludes,
 Et mendicatus victa Carthagine panis,
 Hinc causas habuere. Quid illo cive tulisset
 Natura in terris, quid Roma beatius unquam,
 Si circumducto captivorum agmine, et omni
 Bellorum pompa, animam exhalasset opimam,

275

280

Regem Ponti, et Croesum, quem æqui Solonis disertus sermo præcepit attendere ad extrema tempora avi diuturni. Ilinc prodierunt exilium, et custodia, et palus Minturnensis, et panis corrogatus apud Carthaginem subactam. Quid eo cive natura felicius unquam in orbe, quid Roma produxisset, si circumducto victorum agmine, atque universo militiæ apparatu, pulchram animam emisisset, quando exilire cupiebat

vixerit 10. 11. 14.—274 *justi quem vox* 14. 15. 17. 18. 20. 21. *justificanda* 8. unde *vox* mox *justificanda* conj. Pith. qui tamen recte prætulit vulgatam lect.—276 *Minturnarumque* 17. 20. *Minturnarumque* 22.—277 *Mendicatus* 45. *Carthagine* 11. 18. *Cartagine* 17. 19. 20. v. ad vi. 171.—280 *circumducto* 21. 22.—281 *vitam pro animam suspicari possis, ut glossa sit anima et hiatus vitetur.*

NOTÆ

274 *Croesum*] Hunc Lydiæ regem beatum se ob summas opes credentem admonuit Solon; neminem ante obitum judicari felicem debere. Quod ille verum tandem agnovit postquam a Cyro Persarum Rege captus, et vivus tantum non exustus est. Vide Herodot. l. i. Justin. Plutarch.

Justi Solonis] Gell. xvii. 21. ait Solonem unum ex illo nobili numero Sapientum leges Atheniensium scripsisse, regnante Romæ Tarquinio Prisco, anno regni ejus trigesimo tertio. Vide Plutarch. &c.

275 *Respicere ad longæ, &c.*] Ovid. sententiam Solonis ita expressit: 'Scilicet ultima semper Expectanda dies homini, dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet.'

276 *Exilium, et carcer, &c.*] Si Marius minus vixisset, non esset exportus exilium, carcerem, mendacitatem. Nimirum Calus ille Marius a Sylla victus fugit, atque in paludibus

prope Minturnas latuit. Inde vero in carcerem abreptus, immixtum Galum percussorem vultus majestate deterruit. Hinc trajecit in Africam, et Carthagine pauper et exul panem mendicavit. Aurel. Victor, Tit. Liv. Épitom. l. lxxvii. Plutarch.

Minturnarum] Hæc fuit olim urbs Latii, ad Liris fluvii ostia: hodie jacet in ruderibus.

277 *Victa Carthagine*] Romano Imperio subdita, et tunc Prætozem habente Sextilium, qui C. Marium Libya prohibuit. Plutarch. in Vita C. Marii.

278 *Hinc causas habuere*] E longiori vita causas habuerunt plures ærumæ.

Illo cive] C. Mario.

280 *Si circumducto captivorum, &c.*] Si post actum triumphum statim obliisset.

281 *Opimam*] De optimis spoliis gloriantem.

Cum de Teutonico vellet descendere curru ?
 Provida Pompeio dederat Campania febres
 Optandas : sed multæ urbes, et publica vota
 Vicerunt. Igitur Fortuna ipsius et Urbis
 Servatum victo caput abstulit. Hoc cruciati
 Lentulus, hac poena caruit, ceciditque Cethegus

285

e curru Teutonico? Prudens Campania præbuerat Pompeio febres exposcendas: at plurimæ civitates preceque communes superarunt. Sors igitur illius ac Roma admittit superato caput conservatum. Tormento ejusmodi, istis armis Lentulus immans fuit: et Cethegus interiit non truncatus, atque integro corpore Catilina pro-

At v. ad l. 151.—282 *Theutonico* 27. 48. 61. 62. 63.—284 Epitheton *multa* languere h. l. neque festivitati poetæ consentaneum esse, putabant Ruhnen. et Cl. Herel: quapropter ille ad Vellei. Pat. p. 239. conj. *maxiæ*, hic vero in literis ad me datis *pulla*, quæ vox insolentior quidem, sed et jocosior videri potest vulgari *pullata*, qua Juvenalis sup. iii. 213. utitur. Ingeniosæ quidem emendationes: sed non video, cur vulgata lectio langueat, quæ potius ad magnitudinem Pompeii declarandam multum valet.—286 *obtulit* 21. a m. pr.—

NOTÆ

282 *Cum de Teutonico*] Cum paratus esset descendere, vel, cum descenderet e curru, quo de Cimbris ac Teutonibus triumphum egerat. C. Marius Arpinas, septies Consul, Teutones in Gallia apud Aquas Sextias, Cimbris in Italia in Campo Candio vicit, deque his triumphavit. Aurel. Victor. Teutones sunt populi Germaniæ prope Cimbris, ad Boream.

283 *Provida*] Quasi prævidens imminentes ei miseriae et calamitates, quibus per febrem eximeretur: quæ proinde videtur fuisse optanda.

Provida Pompeio, &c.] Cic. Tusc. i. n. 86. 'Pompeio nostro familiari, cum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum.—Utrum igitur, si tum esset extinctus, a bonis rebus, an a malis discessisset? Certe a miseriis. Non enim cum socero bellum gessisset, non imparatus arma sumsisset, non domum reliquisset, non ex Italia fugisset, non exercitu amisso nudus in servorum manibus ac ferrum incidisset; non liberi defleti: non fortunæ omnes a victoribus possiderentur.

Qui si mortem tum obliisset, in amplissimis fortunis occidisset. Is propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates? Hæc morte effugiuntur.'

Campania] Pars regni Neapolitani, perquam fertilis et beata.

284 *Sed multa urbes, &c.*] Votis publice factis pro ejus incolunitate, servatus est Pompeius et ad multa mala reservatus. Vide Plutarch.

285 *Vicerunt*] A Diis impetrarunt, ne ex illa febre moreretur.

Fortuna ipsius, &c.] Vota maligne exaudita, et fatum suum atque urbis honestæ morti subdlexerunt. Pompeium, quem deinde Ptolemæus Ægypti Rex, ad quem fugerat, capite truncari juberet.

286 *Victo*] Profligato a Cæsare.

Hoc cruciati] Tali mutilatione corporis et capitis diminutione, qualem tulit Pompeius ille magnus.

287 *Lentulus, Cethegus*] Illi cum Catilina contra Rempublicam conjurati, jubente Cicerone Consule, in carcere strangulati sunt: ipse vero

Integer, et jacuit Catilina cadavere toto.

Formam optat modico pueris, majore puellis
Murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater,
Usque ad delicias votorum. Cur tamen, inquit,
Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.
Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipsa habuit. Cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere, atque suam Rutilæ dare. Filius autem
Corporis egregii miseros trepidosque parentes

290

295

cubuit. Parens sollicita leni susurro filiis, apertiore filiabus pulcritudinem precatur, quoties aspiciit Veneris templum, usque ad precum voluptatem. Quare vero redarguas, ait? Latona delectatur Diana formosa. At prohibet Lucretia cultum expeti, qualis ipsi erat. Virginia Rutilæ gibbum habere vellet; suamque formam tradere Rutilæ. Sed venusto puer corpore nunquam non infelices et anxios tenet

~~~~~

290 ubi pro cum 18. 46. 48. fanum Veneris 24. maxima mater 16.—291 natorum pro totorum 13. Pro inquit forte reponendum inquit. Tertia certe pers. durior est propter ellipsiu subjecti.—292 puella pro Diana 18.—294. 295 in 22. ita coaluere: Ipsa habuit; cuperet Rutilæ dare. filius autem cet. Error inde natus, quod in utroque versu Rutilæ legitur. v. ad 11. 24. Virginia 24. Virginea 13. gibbum 17. gypsum 13.—295 ejectus e 13.—297 Semper

#### NOTÆ

Catilina in acie pugnans cecidit. Appian. Sallust. &c.

288 Integer] Non truncato capite, integro manente cadavere.

289 Formam optat] Neque pulcritudinem exoptandam ostendit ob imminentes inde injurias et discrimina. Vide Pers. Satir. II.

290 Veneris] Venustatis Deæ.

291 Usque ad delicias votorum] Non tantum ex impetrata forma, sed etiam ex votis ipsis captans delicias et gaudia.

Cur tamen, inquit, corripias] Ecce damnus ejusmodi vota, quandoquidem et Latona filiæ pulcritudine delectatur? Ex Homero, et Virgilio.

292 Diana] Jovis ex Latona filia, eodem cum Apolline partu edita: ob castitatis studium sylvas coluisse, et hominum consortia fugisse dicitur.

Vide Ciceronem de natura Deorum.

293 Sed vetat optari] Respondet Poëta, et opponit Lucretiæ exemplum, cui sua forma stuprum ab Tarquinio Superbi filio, et ab seipsa necem attulit. Vide Historiam apud Liv. I. 58. Dionys. Halic. IV. &c.

294 Cuperet Rutilæ Virginia] Virginia optasset esse tam deformis quam Rutila, ne Appio Decemviro appetita ab ipso patre Virginio suam pudicitiam vindicante occideretur. Vide Tit. Liv. III. 44.

Rutilæ] Vetulæ deformis et gibbosæ, quam annos nonaginta septem excessisse ait Plin. VII. 48.

295 Suam Rutilæ dare] Juvenilem suam faciem et formam cum senili deformitate commutare.

296 Trepidus] Ne puer corrumpatur.

**Semper habet. Rara est adeo concordia formæ  
Atque pudicitia! Sanctos licet horrida mores  
Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinos;  
Præterea castum ingenium, vultumque modesto 300  
Sanguine ferventem tribuat natura benigna  
Larga manu: (quid enim puero conferre potest plus,  
Custode et cura natura potentior omni?)  
Non licet esse viris. Nam prodiga corruptoris  
Improbilas ipsos audet tentare parentes. 305  
Tanta in muneribus fiducia! Nullus ephebum**

*genitores. Tam infrequens est consensus pulcritudinis et castimonie. Quævis indelem castam dederit familia agrestis, et priscas Sabinas amulata: insuper mentem pudicam, et faciem verecundam sanguine ardentem conferat natura liberalis favente dextra, (nam quid amplius juveni dare valet natura omni pædago et diligentia efficacior), haud permittitur viros extare. Etenim profusa corruptoris malitia non dubitat ipsos genitores sollicitare. Adeo certa spes est in largitionibus. Nemo tyrannus emasculavit adolescentem non pulcrum in castro diro: et Nero*

~~~~~

habet natus. Rara est c. f. 13. Sic habet et rara 45.—299 Sabinas 10-20. 23-27. 45-48. 50. 54-69. 71-74. probb. Schurzfl., Schrader. Observ. pag. 80. et Heins. ad Ovid. Am. II. 4. 15. et in Adversa. p. 357. qui hanc lectionem firmant tum aliorum codd. auctoritate, tum locis simil. Martial. I. 62. (al. 63.) I. Prop. II. 23. 103. (al. 32. 47.) Horat. Epod. II. 40. 41. Ovid. I. I. et medic. fac. vs. 11. aliisque, quibus summa Sabinarum mulierum castitas prædicatur. Sed aptior forte nostra lectio, quoniam de filio et de sanctis moribus horrida domus h. l. agitur: nam vel tironibus ex Liv. I. 18. nota est disciplina tetrica ac tristis veterum Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Parum tamen interest.—300 modestum 10-19. a m. sec. 20. 21. 22. 27. 45. 46. 47. 49. 54. 55. 56. 60-69. 71-74.—301 fervente 14. tribuit 20. tribuet 22.—304 viris pro viros restitui ex 13. 17. 19. a m. sec. 22. 48. quoniam dictio hæc doctior est et multo frequentior optimæ latinæ scriptoribus v. Heins. ad Ovid. Ep. Her. XIV. 64. ubi eam similesque, licet esse, contigit esse, vel satis est esse

NOTÆ

297 *Rara est adeo concordia*] Ovid. 'Lis est cum forma magna pudicitia.'

298 *Sanctos licet horrida, &c.*] Quamvis educatio aspera et severa sanctos mores formavit. Vide Sat. VI. vs. 287.

299 *Sabinos*] Castitate insignes. Vide Sat. III. vs. 160. et Sat. VI. vs. 168.

300 *Castum ingenium, &c.*] Etsi castitatis et pudicitie amorem dederit natura pariter atque institutio, corruptioni obnoxius eris.

301 *Sanguine ferventem*] Facile erubescens, pudibundum. Padens natura diffundit sanguinem, et eum quasi velamen obtendit: et hinc rubor. Ut explicat Macrobius VII. 11.

304] *Non licet esse viris*] Formosi enim alii castrantur, alii in muliebrem defluunt molliem: unde et desinant esse viri.

305 *Tentare parentes*] Ut pueros formosos corruptoribus vendant.

306 *Ephebum*] Puerum jam puberem, annos quatuordecim assecutum.

Deformem sæva castravit in arce tyrannus :
 Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel
 Strumosum, atque utero pariter, gibboque tumentem.
 I nunc, et juvenis specie lætare tui! quem 310
 Majora expectant discrimina? fiet adulter
 Publicus, et poenas metuet, quascumque mariti
 Exigere irati: nec erit felicior astro
 Martis, ut in laqueos nunquam incidat. Exigit autem
 Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori 315
 Concessit. Necat hic ferro, secat ille cruentis
 Verberibus, quosdam mœchos et mugilis intrat.

nobilem distortum, aut strumosum, aut ventre aque ac gibbo turgentem haud rapuit. Vade modo atque gaude pulchritudine pueri tui, cui graviora immincent pericula. Publicus evadet mœchus, ac timebit omnem ultionem, quam repetit conjux ira inflammatus. Neque fortunatior erit Martis sidere, ut nunquam in vincula incurrat. Porro is mœror aliquando respicit amplius, quam jus quodcumque permittit mœrori. Iste gladio perimit, hic sanguinolentis ictibus concidit adulteros quospiam:

Adeli, priori cet. multis exemplis illustravit.—307 scæva 18. castrabit 16. arte 21.—308 Non 21. vel Strumosum recepi ex 10-19. a m. pr. 20-27. 46-50. 54-69. 71-74. nec Strumosum al.—310 et specie juvenis 77. Hac ergo juvenis specie 22. Nunc ergo juvenis specie 10. 15. 16. 23. 24. 25. 46-50. 54-69. 71-74. Nunc ergo specie juvenia 11. 13. 14. 17. 18. 20. 21. 45. Nunc ergo speciem juvenis 7. 29. Nota Schurzfl. est hæc: 'Scriptum in primo libro NUNC ET SPECIE nota Sæc. II. et seqq. abbreviatura, quam non attendens librarius exscripsit Nunc et specie: alii ergo addiderunt, ut versus compleretur.'—311 expectent 12.—312. 313 v. Excurs. ad h. l.—314 unquam 45. nusquam 47. 54. 64. exigit 15. 25. 57. 59.—315 iste 25. 27. 46-50. 54. 55. 57-60. 64. 65.—316 necat ille cruentis Verberibus 11. 20. ut ap. Horat. Sat. I. 2. 41. ille flagellis ad mortem cæcus. Sed tum epitheton cruentis languet.—317 Vulneribus 19.—318...323 ejecti

NOTE

307 *Sæva in arce*] Tarpeia, ubi ingenuorum pædagogia habuit Nero. Sueton. Ner. cap. 28.

308 *Prætextatum*] Prætexta ornatum, adeoque ingenuum ac nobilem.

Rapuit] Ad stuprum.

312 *Mariti exigere irati*] Quando mœchum deprehendant cum uxore. Quidam legunt, *quascumque mariti irati debent*: alii *maritus exigit iratus*.

313 *Astro Martis*] Ipso Marte Deo, quem in adulterio cum Venere deprehensum catena Vulcanus colligavit, et in ceterorum Deorum conspectu

statuit ludibrio expositos. Ovid. Metam.

315 *Ille dolor*] Mariti justam ab adultero ultionem reposcentis.

317 *Mugilis intrat*] Mugil, piscis grandi capite, cetera gracilis; quem (pariter et alias raphanum) in deprehensorum mœchorum podicem mariti per vim immittebant. Vetus Schol. Catull. Carm. 15. 'Ah te tum miseri malique fati, Quem attractis pedibus, patente porta, Percurrent raphanumque mugilisque.'

Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
 Matronæ: mox cum dederit Servilia nummos,
 Fiet et illius, quam non amat: exuet omnem 820
 Corporis ornatum. Quid enim ulla negaverit udis
 Inguinibus, sive est hæc Oppia, sive Catulla?
 Deterior totos habet illic foemina mores.
 Sed casto quid forma nocet? quid profuit immo
 Hippolyto grave propositum? quid Bellerophonti? 825

atque mugilis ingreditur. At tuus Endymion machus erit adamata matrona: statim quando Servilia nummos donabit, erit etiam ejus quam minime diligit. Universis spoliabit se corporis ornamentis. Nam quid non indulgebit qualibet seu est illa Hippia, seu Catulla? Mulier pessima itic habet omnem indolem. Verum pudico quid obest pulchritudo? Ecquid Hippolyto pridem contulit severum institutum? Ecquid Bellerophonti? Scilicet illam puduit quasi contentam repu-

e 18. *delectæ* 22.—820 *Fiet* 16. *quem* 27. 46-50. 58. 61. 62. 63. 65-68. *exuit* 24. *exuat* 12. 14. 16. *eruet* 25. 46. 48. 49. 55. 56. 57. 59-63. 65-69. 71-74.—
 821 *illa* 21.—822 *Unguibus* 22. *hæc est* 11. 45. *Oppia* 1. 47. 54. 57. 70. 75. 76. 82. *Optia* 12. 14. 17. 22. 23. *Ophia* 21. *Oppicia* 20. *Scipia* 16. *Yppia* 19. *Hippia* 15. 45. *Hippida* 18. *Ippia* 24. 46. 48. 58. *Hippia* 10. 11. 25. 49. 50. 55. 56. 59-69. 71-74. 77. non improb. Schurzfl. ut sensus sit: sive est impudicissima, qualis Hippia fuit, (v. sup. vi. 82-115.) sive castissima, qualis fuit Catulla, (v. sup. ad ii. 49. et Martial. viii. 53.) utque poeta *pueros* contendat, nullam omnino foeminam esse bonam, nihilque interesse inter lascivio-riorem et inter eam, quæ maximam castitatis laudem sit promerita. Sed casta mulier parum apte h. l. memoratur, et Oppia potius patricia ac nobilis, Catulla vero plebeia, vel illa liberalis ac prodiga et hæc avara, vel denique illa dives, et hæc pauper fuisse videtur.—823 *comes* pro *totos* legendum crediderim, ut sententia h. l. sit: *deterior*, mala, impudica, *foemina illic*, in re Veneræ, *habet comes mores*, come ingenium: summa comitate ac liberalitate allicere solet viros ac delenire.—824 *profuit uni* 16. *profuit ergo* 49. 55. *profuit olim* 61. 62. 63. 66-69. 71-74. 77. Sed præstat *to immo*, h. e. potius, Gall. ou contraire.—825 *Hippolyto* 23. 24. *Ippolyto* 20. *Yppolyto* 17. *Ypolito* 19. 22. *Bellerophonti* 17. 19. 21. 22. 23. 45. 49. 60. 65. *Belophoronti* 11.—

NOTÆ

818 *Endymion*] Filius tuus æque pulcher ac Endymion pastor, quem Lunæ adamatum fabulantur. Re autem vera primus ille Lunæ cursum observavit, teste Plinio ii. 9.

819 *Servilia*] Matrona deformis at dives, cujus amoris etsi non amans indulgebit quæstus causa. Servilia Benti mater cum Cæsare mœchata. Plutarchus.

820 *Exuet omnem corporis ornatum*] Uniones et gemmas sibi detrahet ut donet mœcho.

822 *Oppia, sive Catulla*] Impura mulier sive patricia et liberalis fuerit, ut Oppia; sive plebeia et avara, ut Catulla; nihil negabit suæ libidini.

823 *Deterior totos, &c.*] Erga dilectum mœchum bona est et liberalis, quæ in ceteros omnes avara et nequam.

824 *Sed casto quid, &c.*] Objectio; cui mox respondet ipse, allatis exemplis.

825 *Hippolyto*] Hic Thesei filius castus admodum et pulcher, a Phædra

Erubuit nemp̄e hęc, ceu fastidita, repulsa.
 Nec Sthenebœa minus, quam Cressa, excanduit, et sę
 Concussere ambę. Mulier sęviissima tunc est,
 Cum stimulos odio pudor admovet. Elige quidnam
 Suadendum esse putes, cui nubere Cęsar̄is uxor 330
 Destināt? Optimus hic, et formosissimus idem
 Gentis patricię rapitur miser extinguendus
 Messalinę oculis: dudum sedet illa paratę

diations: neque Sthenobœa levius irata est quam Cretica; seque utraque incitanti. Fœmina tum ferocissima est, quando verecundia irę incentiva adhibet. Statue quod existimes esse dandum consilium ei, cui conjux Imperatoris connubio jungi meditatur. Is pręclarus, ipse etiam speciosissimus, prosopię nobilis, infelix offeritur occidendus in conspectu Messalinę. Hęc pridem expectat comparato flamę;

~~~~~

326 certe pro nemp̄e 18. 21. 24. seu 22. repulsa restitui ex 10-16. 21-27. 45-50. 54-60. 71-74. repulso 17-20. 70. 75. 76. 82. quod quomodo explicari commode possit, vix assequor. Sed neque rđ hęc h. l. satis aptum est. Refertur vulgo ad Phędram, Hippolyti novercam, quę mox Cressa dicitur. Durissima vero est hęc ratio, cum nulla ejus antea mentio sit facta. Poęta forte scripsit: Erubuit nam Phędra, ut fastidita, repulsa. Indocti librarii centies ita corruerunt nomina propria.—327 Sthenebœa revocavi ex 46. 47. 48. 50. 62. 64. quoniam Gręcis constanter Σθενέβοια dicitur. v. Muncker. ad Hygin. fab. LVII. et Heyne ad Apollod. II. 2. 1. p. 277. Sthenobœa 1. 10-16. 24-27. 40. 54-57. 59. 60. 61. 63. 65. 67-77. 81. 82. Sthenbea 20. Sthenbeoa 68. 66. Sthenbea 21. 22. 23. Stenobea 18. 19. Stenobœa 17. Scenobea 45. Cenobea 16. Creta 16.—329 puer pro pudor 16. odio pudor adjungit furiosę 18.—330...345 extrusi e 13. putas 12. 16. 22. 67. 68. 72.—331 Destinēt 27. 47. 48. Festinat 16. 66.—333 dubium 46.—334 Flammeolo pro Flameolo restitui

#### NOTE

noverca perditę amatnę, ejus repulsę odium incurrit, et hinc mortem, ab ipsa ad patrem delatus. Vide Senec. Tragic. Hippolyt.

*Bellerophonti*] Ille Glanci regis filius apud Prętorum Argivorum regem hospes, ab ejus uxore Sthenebœa in adulterium plectectus, cum obsequi noluisse, pariter est accusatus apud maritum, et gravia multa perpassus. Vide Horat. Od. III. 7.

327 Cressa] Cretensis Phędra, Minois Cretę regis filia, ob repulsam excanduit, et insurrexit adversus Hippolytum, similiter et Sthenebœa in Bellerophonem.

*Se concussere ambę*] Amore in odium verso ad vindictam se excitavere:

329 Cum stimulos, &c.] Quando pudore furor accenditur et extimulatur.

*Elige quidnam, &c.*] Quid nimirum suaderes Silio, cui Messalina nubere vult?

330 Cui nubere Cęsar̄is uxor destinat] C. Silio Consuli designato formoso admodum juveni, quem deperibat Messalina Claudii Imperatoris uxor. Hęc non contenta tot adulteriis, illi voluit palam nubere, dum Cęsar Ostię morabatur sacrificij causa. Corn. Tacit. Lib. II. Sueton. Claud.

332 Extinguendus Messalinę oculis] Rem ubi reactivit Claudius, ante oculos Messalinę Silium adulterum oc-

**Flammeolo, Tyriusque palam genialis in hortis**

**Sternitur, et ritu decies centena dabuntur**

335

**Antiquo: veniet cum signatoribus auspex.**

**Hæc tu secreta, et paucis commissa putabas?**

**Non, nisi legitime, vult nubere. Quid placeat, dic:**

**Ni parere velis, pereundum erit ante lucernas:**

*et genialis thorus purpureus in hortis aptatur publice: ac more veteri decies centena traduntur: accedet auspex cum obsignatoribus. Ea tu arbitraberis arcana, et non multis credita? At illa non nisi ex lege capit intire conjugium. Igitur eloquere, quid eligas. Si recuses obtemperare, moriendum est ante candelas: et*

ex 18. 20. 23. 24. 62. 68. 71. 72. 73. v. sup. ad 11. 124. et genialis 19.—335  
Cernitur 21. a m. pr.—337 putabis 47. 54. 58.—339 est pro erit 11. 14-17. 19.

## NOTÆ

cidi imperavit, ipsamque postea Messalinam.

334 *Flammeolo*] Indumento nuptiali. Vide Sat. 11. ad vs. 124. Annot.

*Genialis*] In honorem Genii. Vide Pers. Sat. 11. vs. 3. Annot.

*In hortis*] Claudium venire promtum ultioni audiens Messalina Lucullianos in hortos digressa. Tacit. l. xi.

335 *Decies centena*] Millia sestertium, ex pacto dotali, dabuntur Silio. Numerus certus pro incerto, id est, prægrandis summa in dotem. Vel quod ea dos maxima tunc Romæ foret, pecuniæ dotali legum jussis modum imponentibus. Ita Turnebus xviii. 34.

*Ritu antiquo*] Nimirum ex quo Romæ luxus invaluit.

336 *Cum signatoribus*] Cum Notariis ac testibus, ad nuptiales tabulas conficiendas et obsignandas.

*Auspex*] Valer. Maxim. l. 11. c. 1. 'Apud antiquos,' inquit, 'non solum publice sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumto: quo ex more nuptiis etiamnum auspices interponuntur. Qui quamvis auspicia petere desiderint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpant.'

337 *Secreta*] Clam Cæsare Claudio.

338 *Non, nisi legitime, vult nubere*] Tacit. Annal. xi. 'Cuncta nuptiarum solennia celebrat,' inquit, 'additque fabulosum visum iri hoc, palam Consullem designatum cum uxore Principis, prædicta die, adhibitis qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum causa, convenisse, audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud Deos; discutitum inter convivas; oscula, complexus, noctem denique actam licentia conjugali,' &c.

Sueton. Claud. cap. 26. 'Cum Messalinam comperisset super cetera flagitia atque dedecora, C. Silio etiam nupsisse, dote inter auspices consignata, supplicio affecit.' Cap. vero 29. 'Omnem fidem excesserit, quod nuptiis, quas Messalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignaverit, inductus, quasi de industria simularentur, ad avertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi per quædam ostenta portenderetur.'

339 *Ni parere velis*] Si abnuerit Silius, a Messalina irata occidi jubebitur ante noctem. Tacit. cit. ait multas mortes jussu Messalinæ patratas.

Si scelus admittas, dabitur mora parvula, dum res 340  
 Nota Urbi et populo contingat Principis aures.  
 Dedecus ille domus sciet ultimus: interea tu  
 Obsequere imperio, sit tanti vita dierum  
 Paucorum. Quicquid melius, leviusque putaris,  
 Præbenda est gladio pulchra hæc, et cándida cervix. 345  
 Nil ergo optabunt homines? Si consilium vis,  
 Permittes ipsis expendere numinibus, quid  
 Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.  
 Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt Di.  
 Carior est illis homo, quam sibi. Nos animorum 350  
 Impulsu, et cæca magnaue cupidine duoti,

*crimen perpetres, exiguum intervallum concedetur, donec illud civitati ac plebi cognitum ad aures perveniat Cæsaris. Hic familiæ labem postremus accipiet. Interim tu jubenti morem gere, si tanti facienda est vita dierum aliquot. Quodcumque minus et satius duxeris, dandum est ensi collum istud album ac venustum. An igitur mortales nihil cupient? Si consilium petas, Deos ipsos sines dijudicare, quid expediat nobis, ac negotiis nostris conducat. Etenim loco suavium convenientissima quælibet largientur Divi. Hi plus diligunt hominem, quam ipse se. Nos impetu mentis, et inconsiderata atque præcipiti libidine abrepti exoptamus connubium, et*

20. 23-27. 45-50. 55. 57-63. 65-69. 71. 72. 73.—341 *aurum* 14. 16. 20. 21. 22. 24.—343 *si tanti* 11. 14-20. 23. 24. 25. 45. 49. 56-63. 65. 68. *si tanti est* 27. 46. 47. 48. 50. 54. 55. 66. 67. 71-74. 77. Non male!—344 *levius meliusque* 10. 14. 15. 16. 18. 25. 27. 46-50. 54-63. 65-69. 71-74. *levius meliusve* 23. *melius leviusve* 19.—346 *optabant* 13.—347 *permittas* 13. 16.—348 *quid pro sit* 21.—351 *Impulsi* 63. *cupidine capti* 14. 17. alique codd. teste Heins. ad Ovid.

## NOTÆ

*Ante lucernas]* Antequam lucernæ accendi solent.

340 *Si scelus admittas]* Si insano amoris Silius obsequatur, Cæsari paulo post rem accipienti audaciæ dabit penas suæ.

341 *Contingat Principis aures]* Narcissus libertus apud Claudium institit, Messalinam detulit: 'Matrimonium Sili,' inquit, 'vidit populus, et Senatus, et miles; ac ni propere agis, tenet urbem maritus.—Quo pavore offensus Claudius identidem interrogabat, an ipse Imperii potens? An Silius privatus esset? Interim Messalina non alias solutior luxu,' &c. Cornel. Tacit. cit. Lib. xi. Annal.

342 *Dedecus domus]* Tacit. ibid. 'Messalina facilitate adulterorum in fastidium versa ad incognitas libidines profuebat.—Nomen matrimonii concupivit Silius ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos novissima voluptas est.'

*Tu obsequere imperio]* Tu, Sili, morem gere imperioso Messalinæ amoris, ut dies aliquot vitam protrahas.

345 *Præbenda est gladio]* Seu Messalinæ, seu Claudii.

*Pulchra hæc et cándida cervix]* Quæ Silio immaturæ mortis causa.

347 *Permittes ipsis]* Vide Valer. Maxim. vii. 2. cujus verba retulimus initio Annot. in hanc Satiram.

Conjugium petimus, partumque uxoris: at illis  
Notum, qui pueri, qualisque futura sit uxor.

Ut tamen et poscas aliquid, voveasque sacellis

Extæ, et candiduli divina tomacula porci:

355

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Fortem posce animum, mortis terrore carentem,

Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat

Naturæ, qui ferre queat quoscumque labores,

Nesciat irasci, cupiat nihil, et potiores

360

Herculis ærumnas credat sævosque labores,

*partum conjugis. His autem perspectum, quinam infantes, et quæ conjux futura sit. Quod si quid nihilominus et petas, et voveas templis viacera, et divina tomacula albi porcelli, precandum est ut sit animus sapiens in corpore valido. Firmam pete mentem, et mortis metu vacuum, quæ tempus ætatis ultimum inter naturæ beneficia statuat, quæ valeat perpeti omnes cruciatus, ignoret excolescere, nihil desideret; atque Herculis calamitates et duros sudores præferendos putet et libidinibus, et epulis, et plumeis*

\*\*\*\*\*

Met. XIV. 229. qui nostram lect. ibid. lib. VIII. 123. multis illustravit exemplis. *cæca vanæ cupidine legisse vet. Schol. (cujus glossa est: cæco sive vanæ desiderio) non mihi persuasit Schurzfl. cui epitheton magnæque semper displicuit.*—353 *Notum est qui* 13.—354 *At tamen ut* 13. 14. 17. 19-22. 24. 27. 47. *At tamen et* 10. *Ac tamen ut* 11. *Et tamen ut* 16. *Ut tamen exposcas* 18. 45. *moveasque* 45.—355 *ejectus e* 13. *thomacula* 22. 48. 64. *thomatula* 17. 20. 23. 46. *tomatula* 24. *stomachula* 15. 16. *thymatula* (a *θύμω* dicta) emend. Valla.—357 *et mortis recte* forsan 24. 61. 62. 63. 65-69. 71-74.—358 *extreme* 16. *inter* 11. *et inter* 21. Quidam post *ponat*, non post *Naturæ* distinguunt, præeunte vet. Schol.—360. 361 absunt ab 11. et 22. prob. Schurzfl. si etiam v. 362. ejiciatur, ne poeta *ταυρολόγος* dicat, *qui ferre queat quoscumque labores*, et deinde, *qui potiores Herculis ærumnas credat sævosque labores* cet. Leguntur in scholiis antt. librisque tantum non omnibus, et ab interpolatoris ingenio illos esse profectos, vix crediderim. Pro *labores* tamen v. 359. substituere malim *dolores*, quæ lectio in quibusdam reperitur editt. at recentt. Farnabii, Labini,

## NOTE

353 *Qui pueri]* An boni, an mali sint nascituri.

355 *Divina]* Diis offerenda.

*Tomacula]* Pingua quedam viscera, seu farcina, e pulmone, jecore, et carnibus porcinis minutatim concisâ. *Τάμω σιδήλο, τόμος frustum, sectio.*

*Candiduli porci]* In nuptiis et re uxoria porcus albus sacrificabatur. Varro.

368 *Qui spatium vitæ extremum, &c.]* Qui mortem existimet esse naturæ munus. Sic Plin. XXVIII. 1. 'Vitam quidem non adeo expetendam cense-

*Delph. et Var. Clas.*

*mus,* inquit, 'ut quoquo modo trabenda sit.' Quapropter hoc primum quisque in remediis animi sui habeat: ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum esse melius tempestiva morte.'

359 *Ferre quæat, &c.]* Sustinere, et abstinere, quæ duo sunt virtutis munera, ex Epicteto.

360 *Nesciat irasci, cupiat nihil]* Tunc enim quietam et beatam agere vitam, ab istis liber perturbationibus.

361 *Herculis ærumnas, &c.]* Malit variis, ut Hercules, exerceri labori-

2 P

Et Venere, et coenis, et pluma Sardanapali.

Monstro, quod ipse tibi possis dare. Semita certe

Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.

Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te

365

Nos facimus, Fortuna, Deam, coeloque locamus.

lectis Sardanapali. Ostendo quidnam ipse tibi queas donare. Una profecto via ad ævum quietum per virtutem panditur. O Fortuna, nihil divinum tibi est, si sapiamus: verum te nos efficiamus Numen, et Olympo constituimus.

~~~~~

al. nil 24.—361 scevosque 20.—362 plumis 13. 14. 16. 17. 20. 21. 22. 24-27. 46-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. et plumis, et coenis 77. Sardanapalli 17-24. 45. 49. 64.—365 nomen 16. et apud Lactant. Inst. III. 29. non improb. Plathnero, qui comparavit verba Ciceronis: Ignoratio rerum et causarum Fortuna nomen induxit. Nullum numen abest (h. e. omnes Dii favent et adsunt iis, qui non temere, sed consilio et prudentia res gerunt) 13. 15. 16. 18-22. 24-27. 45-49. 54-59. 61. 62. 63. 65-69. 71. 72. 73. 77. Eodem fere sensu Sallust. B. Cat. 52. al. 56. dixit: Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parant: vigilando, agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt. Sed nostra lectio h. l. aptior est. nos te 1. 8. 11. 12. 70. 75. 76. sed te 10. 14-27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. tecum 13. ejecto v. 366. In repetitione pronom. nos major via inest. Ceterum eadem lectionis varietas reperitur inf. v. 316. ubi hæc verba repetuntur, et apud Lactant. l. l.

NOTE

bus, quibus augeatur virtus atque elucescat, quam segnem et ignavam in otio ac deliciis vitam agere cum Sardanapalo. De multiplici Hercule, deque ejus laboribus consule Diodor. Sicul. &c.

362 Sardanapali] Is ultimus fuit Assyriorum Rex, adeo mollitie fractus, ut inter scortorum greges muliebri habitu, mulieribus ipsis effeminator neret, pensa dispensaret, omni lasciviz genere deflueret. Quod cum observasset Arbactus Medis Præpositus, tot viros fœminæ servire indignum ratus, Sardanapalum aggredi ac deturbare statuit. Hic denique victus virum se tandem exhibuit, cum extructo rogo se suaque omnia in eo consumpsit. Herodot. Justin. Diodor. Sicul. &c. Sardanapali Epitaphium fuisse aiunt: Ede, bibe, lude, cetera nihili sunt. Plutarch. Corl. Rhodig. ix. 11. Referunt et alii alia quædam Epitaphia.

363 Quod ipse tibi possis dare] Virtutem scilicet ac felicitatem. Horat. Lib. I. Epist. 18. 'Sed satis est orare Jovem, qui donat et aufert: Det vitam, det opes: æquum mihi animum ipse parabo.'

365 Nullum numen habes, &c.] Cic. Tusc. 5. n. 25. damnat eam sententiam: 'Vitam regit fortuna, non sapientia.' Et Seneca, 'Errant,' inquit, 'qui aut boni aliquid, aut mali judicant tribuere fortunam.' Sunt qui legant: nullum Numen abest; id est, sapienti viro adsunt omnes Dii. Horat. Epist. I. 1. 'Ad summam, sapiens uno minor est Jove, dives, Liber, honoratus, pulcher, rex denique Rogum.'

366 Nos facimus, Fortuna, Deam] Hi duo postremi versus iterum habentur Sat. XIV. sub finem. Sensus est: per imprudentiam nostram locum Fortunæ damus inter Numina. Plin. II. 7. 'Omnium,' inquit, 'voti'

bas fortuna sola invocatur, una accensatur, una laudatur, sola arguitur, et cum conviciis collitur. Cæca etiam, et inconstans, et indignorum fautrix existimata, in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit. Hule

omnia feruntur accepta. Adeoque obnoxie sumus sortis, ut sors ipsa pro Deo sit, qua Deus probatur incertus.—Hæc singula improvidam mortalitatem involvant,' &c.

EXCURSUS

AD SAT. X. 150.

DISTINCTIONEM majorem posui post *elephantos*, non post *tepentis*, ut hic quoque versus ad superiora, et ambitum finesque Africæ referatur. Pro *Rursus* tamen poëta forte scripsit *Prorsus*, plane. Henninius et alii hunc versum connectunt cum seqq. ut sensus sit: *Æthiopiæ et elephantis*, h. e. Mauretaniæ s. Africæ adjungitur Hispania. Sed non bene sic vel Africa designatur, vel vox *imperiis* additur. —*aliosque elephantos* exhibent 10. 14-27. 45-50. 54-74. ut epitheton ad diversitatem vel terrarum Libyæ, in quibus elephantis sint, vel elephantorum in Mauretania et *Æthiopia*, seu *Æthiopia* occidentali et orientali, vel ipsorum *Æthiopum* spectet. Eam significari putabant Grangæus, Rigalt. et alii, ut *alii* propr. non *elephantis* sint, sed *Æthiopes*. Cf. Stat. Theb. x. 85. Multo probabilior videtur emendatio Plathneri, qui *albosque* conjiciebat coll. verbis Ptolemæi: *Juxta Libyam magna Æthiopum regio, in qua elephantis, albi omnes, et rhinocerotes et tigres sunt. Elephantis vulgares sunt fere cinerei, (grau) rariores rubri s. rufi, et rarissimi candidi; unde in regnis Pegu et Siam de solo titulo Regis candidi elephantis cruenta olim bella orta esse memorat M. Le Blanc in Itinerar. Hac emendatione recepta totus hic versus ad Æthiopiam denotandam pertinet. Sed*

in *Æthiopia omnes elephantos fuisse candidos, quis sibi persuaderi patiatur? et albi ap. Ptolem. sunt forsani canes s. cinerei. Aptiores quoque h. l. sunt alti elephanti.*

EXCURSUS

AD SAT. X. 312. 313.

MAGNA est h. l. lectionis varietas, quæ librariorum stupori debetur: *quascumque mariti Exigere* (h. e. exigunt, vel exigere solent, scil. ab adulteris) *irati* restitui ex 5. 12. 18. 24. 25. 27. 46-49. 54-69. 71-74. probb. Pulm. et Gronov. Obs. II. 14. ubi magna exemplorum copia ostendit, multa passim per infinitivum modum pronunciata esse, sive in oratione obliqua, sive per ellipsin verbi finiti, quæ librarii et improvidi correctores vexarint: *quascumque mariti Exigere ira* 15. adversante metro: unde *quascumque mariti Exigere ira potest* 2. 36. v. Canteri Lectt. nov. III. 6. *quascumque mariti Exigere irati debent, nec erit felicius astro* 4. 16. 23. et duo alii codices, quos memoravit Gronov. l. l. in qua lectione, ex duabus conflata, *irati debent* abundat. Hinc metri fulciendi causa *quascumque mariti Exigere irati debent: felicius astro* cet. 11. sed contra mentem poetæ. *quascumque mariti Exigere irati debuit* 45. *quascumque mariti Exigui irati, nec erit f. a.* 50.—*quascumque mariti Irati faciunt* 35. *quascumque mariti Irati debent* 3. 13. 17. 19-22. 38. 43. 75. 76. probb. Lips. Epist. Quæst. IV. 25. Enimvero non mariti debent poenas, sed adulter; nisi supplendum censeas *exigere*, vel *capere*, *petere*, *repetere*, *sumere*, scil. ab adultero, quæ tamen ellipsis dura est: *quascumque mariti Irati debet* 10. *quascumque maritis Iratis debent* 77. *quascumque mariti Irati debent rivalibus: exigit autem Interdum* cet. 13. *quascumque maritis Irati debent* 14. 28. et ita conj. Lips. l. l.

Commodam tamen sententiam vix inde elicias. *quascumque maritus Exigit iratus* edd. recentt. Farn. Prat. et al. quæ haud dubie est emendatio nostræ lectionis. *et pœnas debet quascumque mariti Exigere irati* corrig. Schurzfl. ut mens poëtæ sit hæc: *debet filius tuus exigere*, sustinere, luere, omnes *pœnas irati mariti*, h. e. quas hic ab adultero repetere solet. Sed quis unquam *exigere pœnas* hoc sensu dixit? *quascumque maritis Iratis debet* 70. 82. Non male: nam *pœnas* vel supplicium *debere* dicitur is, cui vel metuendæ, vel potius luendæ ac solvendæ sunt, ut fere *ludibrium debere ventis* ap. Horat. Od. i. 14. 16. ubi jam monuit Jani, has loquendi formas ductas esse e Græco ὀφλεῖν vel ὀφλισκάνειν γέλωτα ap. Aristoph. Nub. 1031. et Eurip. Med. 1049. At vix dubito, quin nostra lectio sit a Juvenalis manu profecta, et deinde a librariis vel scholasticis, qui illum infinitivi modi usum, de quo supra dixi, ignorabant, immutata, substituto verbo *debent* vel *debet*, quod docta manus, tanquam ellipsin supplendam, margini ascripserat. Præstiterit tamen *quascumque mariti Exegere ira*, h. e. sæpe exegerunt, vel ἀοριστῶς, exigere solent. Cf. Jani Art. poët. p. 291.

SATIRA XI.

ATTICUS eximie si coenat, lautus habetur;
 Si Rutilus, demens. Quid enim majore cachinno
 Excipitur vulgi, quam pauper Apicius? omnis
 Convictus, thermæ, stationes, omne theatrum

Si Atticus epuletur egregie, splendidus existimatur; si Rutilus, vecors. Eoquid etenim solutiore plebis risu capitur, quam inops Apicius? Singula convivia, balnea,

1 *Eximie dives si coenat* 18. *Atticus* 24. 45. *Atricus* 29. *Etticus* 18. *Satticus* 47. sic 61.—2 *Si pauper, demens* 15. *Rutilus* 11. 23. 27. 58. 64. 66. 67. non improb. Schurzfl.—3 *Accipitur* 24. *Apitius* 18. 21. 23. 23. 48. 58. *pauper splendidus. unde Multos porro vides* 18. *ejectis* v. 4-8.—4 *Convinctus* 11. ut alibi *thensaurus, formosus*, et inf. v. 28. *figendum. Convectus* 15. 16. et alii codd. quos laudant Pontan. Analect. II. 11. et Barth. Advers. XLII. 16. *Convectus, thermæ, stationes, omne tribunal* in Ms. aliquo se legisse dicit Lips. Epist.

NOTE

1 *Atticus eximie*] Hac Satira frugalitas commendatur, luxus damnatur, præsertim in iis quorum tennes facultates id non ferunt.

Atticus] Nobilis ac dives aliquis, ut Pomponius ille Ciceroni familiaris, cui ex Atheniensi secessu et lepore Attici cognomen factum.

Lautus habetur, &c.] In opulento profusio in conviviis, lautitia est: at dementia est, si velit inops sumtus pariter facere.

2 *Rutilus*] Quispiam factus pauper e luxu.

3 *Apicius*] Homo luxuriosus Apicio similis. Vide Sat. iv. vs. 23.

Omnis convictus, &c.] De Rutilo per gulam ad egestatem redacto fabulatur omnes passim in conviviis, balneis, &c.

4 *Stationes*] Porticus, seu loca in

Romano foro, in quibus homines ad colloquendum conveniebant, et consistebant. Valer. Maxim. II. 2. 'Senatus,' inquit, 'assiduam stationem peragebat eo loci, qui hodieque Senaculum appellatur: nec expectabat ut edicto contraheretur, sed inde citatus protinus in curiam veniebat.' Plinius Epistol. 'Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendo fabulas conterunt.' Gell. XIII. 13. refert, quæsitum in plerisque Romæ stationibus Jus publice docentium, an, &c. Turneb. I. 17. Suspiciatur hic intelligi oportere municipiorum stationes, quæ erant in foro Romano, quarum meminuit Plin. XVI. 44. Verum quaslibet Romæ stationes et confabulationes a Juvenale significari satis apparet.

Omne theatrum] Omnes qui ad

De Rutilo. Nam dum valida ac juvenilia membra
 Sufficiunt galeæ, dumque ardent sanguine, fertur,
 Non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno,
 Scripturus leges, et regia verba lanistæ.
 Multos porro vides, quos sæpe elusus ad ipsum
 Creditor introitum solet expectare macelli,
 Et quibus in solo vivendi causa palato est.

concentricula, totum amphitheatrum de Rutilo loquuntur. Quippe cum artus robusti et juveniles cassidi pares sunt, et quamdiu fervent sanguine, properat ad excipiendas regulas ac præcepta imperiosa gladiatorum magistri, non jubente certe, verum neque vetante Tribuno. Præterea cernis plurimos, quos ad ipsum macelli ostium opperiri consuevit creditor frequenter deceptus: et quævis vita ducendæ ratio duntaxat in

Quæst. II. 9.—5. 6 Ita hunc locum jam recte emendarunt Rutgers. var. lect. II. 17. Barth. Advers. XLII. 16. Rigaltius et Farnab. Vulgo legitur: nam dum valida...dumque ardens sanguine fertur, Non cet. quod nihili est. Nondum valida cet. vel mox vs. 8. Scripturus is conj. Lindenbr. et 18. juvenalia 17. a m pr. 64. Vox rarior, qua etiam utitur Virg. Æn. II. 518. v. 475. VIII. 163. ad quæ loca v. Intpp.—6 dum fertur sanguine et ardens 15.—7 Nec cogente 16. non prohibente 16. 23. Pro tribuno forte legendum tyranno, quo sensu poëta sup. VIII. 193. dixit nullo cogente Nerone: nisi forte tribunus h. l. est ipse Imperator; nam tribunica potestas, Augusto ceterisque Imperatoribus delata, summi imperii vim significationemque habebat, unde et anni ejus, tanquam anni imperii, in nummis aliisque monumentis publicis numerantur. v. Lips. et Ernesti ad Tac. Ann. I. 2. III. 56. Schwarzii Diss. de Augustorum tribun. potest. et Dodwelli Præl. Cambd. XIX. 7. Alios quidem tribunos, sed sine vi,

NOTÆ

spectacula et ludos conveniant et astant.

5 *De Rutilo*] Qui devoratis bonis, ut victum deinceps habeat, gladiatoriam exercet, adigente quidem inopia, non autem ullo Nerone aut Tyranno, ut olim. Vide Sat. II. ad vs. 143. et seq. Item Sat. VIII. ad vs. 193. et ibid. Annot.

7 *Nec prohibente tribuno*] Tribunal obiter taxat, qui ejusmodi urbis dedecora debuisset impedire. Ex locis mox citatis.

8 *Scripturus leges, &c.*] Tractandum armorum rationem ut ediscat; an etiam ut tradat artis jam peritus? Sueton. Jul. Cæs. cap. 26. 'Tirones,' inquit, 'neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per Equites

Romanos ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat; precibus enitens, ut disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent.'

Regia verba] Superba, imperantia: urge, percutite; attolle, declina, &c.

9 *Multos porro vides, &c.*] Obvatos, qui gulæ nihilominus indulgent, atque e credita sibi pecunia dapes lautas emunt etiam caro pretio.

Ad ipsum creditor introitum, &c.] Creditor alibi elusus scit debitorem luxuriosum certe inveniri ad macellum et forum, ubi lauta emuntur obsonia. Illic igitur expectat, ut ab eo fœnus exigat.

11 *Quibus in solo, &c.*] Qui vivunt ut edant, quorum Deus venter est,

Egregius coenat, meliusque miserrimus horum,
Et cito casurus jam perlucente ruina.

Interea gustus elementa per omnia quærun-
Nunquam animo pretiis obstantibus. Interius si

15

Attendas, magis illa juvant, quæ pluris emuntur.
Ergo haud difficile est, perituram arcessere summam
Lancibus oppositis, vel matris imagine fracta,
Et quadringentis nummis condire gulosum
Fictile: sic veniunt ad miscellanea ludæ.

20

*palato consistit. Istorum pauperrimus, ac brevi ruiturus casu jam apparente, len-
tius ac splendidius epulatur. Interim gustatus investigit in cunctis elementis,
nunquam valore menti obicem ponente. Si intus peraspicias, ea plus delectant
quæ carius comparantur. Itaque non est arduum contrahere pecuniam absumen-
dam, depositis catinis, aut effigie parentis mutilata; et voracem testam infercire*

~~~~~

creari patiebantur Cæsares.—13. 13 ejecti e 13. et vs. 13. e 23.—14 *Qui suaves  
gustus elementa* 13.—17-20 extrusi e 13. *picturam arcessere summam* 11.  
*arcessere* 22. 24. 60. 64. De qua scriptura v. Schelleri præc. stili bene latin.  
T. 1. p. 38.—18 *Lancibus oppositis* 7. ut pro vel 12. *Martis* 24. *imagine picta*  
forte 1. Vetus scholion est: *si in auro picta est, aut in argento. imagine*  
*cara* malebat Schrader.—20 *miscellanea* 18. 22. 24. 76. *miscellanea* 48. *mis-*

#### NOTÆ

12 *Egregius*] Comparat. magis egregie. Sic etiam Lucret. lib. iv. 'Nam nihil egregius, quam res secer-  
nere apertas A dubiis.'

13 *Perlucente ruina*] Metaphora a rimoso pariete vel ædificio.

14 *Gustus elementa per omnia quæ-  
runt*] Undique accersunt quo delicati palati fastidio satisfaciunt.

*Elementa per omnia*] Ex aëre volu-  
cres, ex aquis pisces, e terra feras,  
boletos, tubera, omnia exquisiti sapo-  
ris exquirunt.

15 *Nunquam animo pretiis obstanti-  
bus*] Nedom caritas obstat et deside-  
rium minuat, quin potius augeat sem-  
per et magis oblectat.

17 *Ergo haud difficile, &c.*] Quan-  
doquidem ea quæ pluris emuntur ob-  
sonia hoc magis appetunt gulosi illi,  
hinc ut ea mercentur nihil putant dif-  
ficile, sive oppigneranda sit supel-

lex, et contrahendum æs alienum,  
sive distrahenda matris effigies.

*Perituram arcessere summam*] Pigno-  
ribus datis, a creditoribus sumere pec-  
uniam luxu disperdendam.

18 *Lancibus oppositis*] Supellecti-  
libus in pignus positis.

*Matris imagine fracta*] 'Quæ in  
auro vel argento picta,' inquit vetus  
Schol. *Fracta*, vel casu et vetustate;  
vel data opera, ut sine pudore vendi  
queant partes atque fragmenta.

19 *Quadringentis nummis condire*] Toto censu Equestri, magno pretio cibos exquisitos parare.

*Gulosum fictile*] Ferculum inopi gu-  
loso expetitum emtumque, conditum  
vero in lance fictili, quoniam argentea  
vasa pignori sunt opposita.

20 *Sic veniunt ad miscellanea ludæ*] Sic nempe homines alias ingenui, et olim patrimonium sat amplum adepti,

Refert ergo, quis hæc eadem paret: in Rutilo nam  
 Luxuria est; in Ventidio laudabile nomen  
 Sumit, et a censu famam trahit. Illum ego jure  
 Despiciam, qui scit quanto sublimior Atlas  
 Omnibus in Libya sit montibus: hic tamen idem 25  
 Ignoret, quantum ferrata distet ab arca  
 Sacculus. E coelo descendit Γυῶθι σαυρόν,

*nummis quadringentis. Ita histiones accedunt ad miscellanea. Interest igitur quoniam ea ipsa arceant. Etenim in Rutilo luxur est: in Ventidio decus honestum accipit, et commendationem ab opibus depromit. Ego hunc merito aspernabor, qui novit quam Atlas extet altior universis Africa montibus; is nihilominus ipse nesciat, quam locus differat a capæ ferro instructa. E calo defuxit illud,*

\*\*\*\*\*

*cillania 73. miscellanea 19. miscellanea 23. 58. miscellanea 64. miscellanea 60. si venimus ad m. ludii conj. Schrader.—21 Sed refert, uter hæc eadem sibi ferula ponat 13. hæc 23.—22 Nam quod luxuria est inopi laudabile nomen 13. Ventidio 48. 58. Cf. ad VII. 199.—23 nomen pro famam 15. 24. recte pro jure 15.—24 quantum 11. 25. 27. 46. 47. 49. 50. 54-58. prob. Schurz. cum mox idem voc. sequatur.—26 ignorat 15. 16. distat 14. 15. 16. 24. archa 21. 22.—27 Græca absunt ab 25. 27. 45. nothosolitos 13. saurōn 11.—28 Figen-*

#### NOTÆ

postquam illud male dilapidaverunt, ludiones fieri coguntur.

*Miscellanea]* Vel miscellos ludos, quales a Caligula editos Lugduni in Gallia meminit Sueton. Calig. c. 20. vel cum veteri Schol. et aliis intellige gladiatorum cibum e variis mixtum ferulis. Gell. x. 11. variam et miscellam et quasi confusaneam doctrinam atque historiam appellat, quæ variis est rebus commixta.

*Ludi]* Pro, ludii, id est, Ludiones.

21 *Quis hæc eadem paret]* An pauper, ut Rutilus; an dives, ut Ventidius, in quo quidem luxur liberalitatis famam inducit.

22 *Ventidio]* De eo jam Sat. VII. vs. 199. Vide ibid. Annot. Alii accipiunt Ventidium Cumanum Galileorum nationi præfectum, de quo Tacit. Annal. lib. XII.

24 *Atlas]* Mons Africæ maximus ab ora Oceani Atlantici perpetuum extendens jugum ad Barcæ desertum

versus Orientem. Dictus ab Atlante rege siderum perito, quem proinde cælum humeris tulisse fabulantur.

25 *Libya]* Sic vocata Græcis Africa. Alias pro hujus parte sumitur, quæ continetur intra Æthiopiam ad ortum, et mare Atlanticum ad Occidentem.

*Idem ignoret, quantum, &c.]* In variis eruditus et sapiens, at stultus ac demeus in sumtu et luxu: ignoret discrimen ingentis arcæ divitum nummis plenæ, et sacculi pauperum in quo pauci denarii: et pro utriusque mensura sumtus faciendos.

26 *Ferrata arca]* Qualem habent vulgo divites, et habebant in foro Romani Proceres, ut Sat. x. notavimus ad vs. 25.

27 *Calo descendit, &c.]* Diog. Laërt. lib. I. affirmat illud, 'Nosce teipsum,' Thaletis esse Milesii, et a Chitone postea usurpatum Cic. Tuscul. I. n. 52. Apollinis præceptum monet,

Figendum, et memori tractandum pectore, sive  
 Conjugium quæras, vel sacri in parte Senatus  
 Esse velis. Nec enim lorica poscit Achillis  
 Thersites, in qua se transducebat Ulixes.  
 Ancipitem, seu tu magno discrimine causam  
 Protegere affectas; te consule, dic tibi, qui sis,

30

*γῶδὶ σεαυτοῦ, animo fideli inurendum et revolvendum, seu connubium expetas, seu cupias esse particeps sanctæ curiæ. Enimvero neque Thersites optat Achillis ἐθοράκην, in quo se Ulysses dubium exhibebat. Sive tu causam tueri vis ingenti periculo, teipsum interroga, aperi tibi qualis sis, an caudicibus acer, utrum Curtius,*

\*\*\*\*\*

dum 13. 19. 20. 25. 56. 57. 59. Cf. sup. ad vs. 4. et abest ab 47. 54. 58. Versus 28-33. ita distinguere malim: *tractandum pectore. Sive Conjugium quæras, vel sacri in parte senatus Esse velis, (nec enim...Ulysses) Ancipitem seu tu magno discrimine causam Protegere affectes*: (ita enim tum certe, vel omnino legendum videtur pro *affectas*) *te consule* cet.—29 *consule* 25. 46. 48. 49. 55-57. 59. 60.—30 *non enim* 25. 56. 57. 59. *neque enim* 27. Multum præstiterit *poscat*.—31 *transducebat* 13. 17-27. 45-50. 55-63. 65-69. 71-74. ut al. *trajicere, trachere, transmittere, tradere*, de quo Donat. Phorm. pr. ‘*Transdere veteres sonantius, (et accuratius) quod nos lenius dicimus tradere.*’ Cf. Drakenb. et nos ad Sil. iv. 487. *Ulixes* recepi ex 17-20. 23. 24. 58. *Ulyxes* 14. 27. 46-48. *Ulysses* 25. Vulgo *Ulysses*. Cf. sup. ad ix. 65.—32 *ceu* 46. 47. 49. 58. 66. 67. Vulgo post *Ancipitem* colon vel punctum ponunt, ut sensus sit: *in qua Ulixes se transducebat*, se ostendebat, tanquam Achillem, *ancipitem*, metuentem ne non obtineret, vel dubium intuentibus, num Achilles esset isque revixisset, vel denique modeste ambigentem, an arma Achillis etiam peteret iisque dignus ac par esset. Ego potius jungo *ancipitem causam*, h. e. ambiguum, dubiam, et vel sic distinguo: Si *tu causam ancipitem, seu magno discrimine protegere affectas*; vel ita: *Ancipitem seu* (vel potius *si*) *tu magno discrimine p. a.*; vel denique ita, ut sup. ad vs. 28. dixi, et hæc ratio ceteris omnino preferenda videtur.—33 *tunc consule* 21. *qui sis* revocavi ex 11. 14. 15. 17. 19. 20. 27. 50. 58. 64. Vulgo legitur *quis sis*. At illud et mollius est et doctius.

#### NOTÆ

ut se quisque noscat: ‘Quod nisi divinum esset,’ inquit, ‘non esset hoc acrioris cuiusdam animi præceptum sic ut tributum Deo sit.’ Plin. vii. 32. ‘Oraculorum,’ inquit, ‘societatem dedere mortales Chiloni Lacedæmonio, tria ejus præcepta Delphis consecrando aureis literis.’

*Γῶδὶ σεαυτοῦ*] *Noce teipsum*. Cic. lib. iii. ad Q. fratrem, epist. 6. ‘Præceptum illud,’ inquit, ‘noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, verumetiam ad bona nostra morimus.’ Vide Tusc. cit. Item Pers. Sat. iv. vs. ult.

29 *In parte Senatus*] Senator esse

velis, Judex, Magistratus.

30 *Nec enim lorica poscit Achillis Thersites*] Thersites hand ita est immemor suæ tenuitatis, ut idem appetat quod Ulysses, aut Ajax: quorum de armis Achillis mortui contentionem vide apud Ovid. Metamorph. xiii.

31 *Thersites*] Homo inglorius et parvi nominis apud Græcos, de quo jam Sat. viii. ad vs. 269.

*In qua se transducebat Ulixes. Ancipitem*] Alii punctum post *Ulixem* tollunt, ut sensus sit: In cujus lorica petitione adversus Ajacem, Ulysses ipse metuebat sibi, ne non obtineret.

Orator vehemens, an Curtius et Matho buccæ.  
 Noscenda est mensura sui, spectandaque rebus 35  
 In summis minimisque; etiam cum piscis emetur,  
 Ne mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum  
 In loculis. Quis enim te deficiente crumena,  
 Et crescente gula, manet exitus; ære paterno,  
 Ac rebus mersis in ventrem, fœneris atque 40  
 Argenti gravis, et pecorum, agrorumque capacem?  
 Talibus a dominis post cuncta novissimus exit

utrum Matho: oris tui modulus est intelligendus et considerandus in negotiis maximis et infamis, etiam quando piscem mercabere; neque mullum expetas, quando in pera Gobionis pretium duntaxat habueris. Nam loculis exhaustis, et voracitate aucta, quisnam te finis expectat, postquam patrimonium et facultates ingressus in alium usura et argenti rudis, et gregum et prædiorum voracem? A dominis ejusmodi

sii, qui id probavit illustravitque exemplis in comm. ad Ovid. Ep. Her. XII. 31. Sed esse aliquid alio sensu dicitur, qui ab h. l. alienus est. v. sup. ad l. 74. —34 ejectus e 13. Publius pro Curtius 16. an Matho 11. 14-27. 45-50. 55-63. 65-69. 71-74. Meta 19. Vulgo post Matho punctum ponunt junguntque Bucca Noscenda est mensura tua, ut sit sensus: explores et noris facundie modum vimque eloquentiæ; vel ut proverbii loco dictum sit: acias, quousque possis et liceat buccam inflare vel diducere fauces. Bahrdt vertit: *Man muss, wie weit das Maul sich sperren lässt, verstehen*. Sed nostra distinctio hand dubie anteferenda.—35 Noscenda 13. mensura tui 13. buccæ Noscenda est mensura tua 10. 11. 20. 24. 25. 45. 56. 60. 62. 63. 64-69. 71-74. Bucca Noscenda est mensura sua 14-19. 21. 23. 27. 46. 48. 49. 57. Noscenda est mensura rei forte vet. Schol. cujus glossa est: 'Consideranda in omnibus rebus est mensura uniuscujusque rei, et si ad hanc sufficit, sic eam debes assumere.'—36 minimis 61. 62. 63. 66-69. 71. 73. ematur 13.—37 Non 16. Nec 10. 14. 15. 17-20. 22. 23. 27. 45-49. 54-65. 68. 69. 71. 73. 74. mullum 73. cupias mullum 10. 11. 13. 15. 47. 54. 58. cupias nullum 64. capias 24. globio 64.—40 versis 45. 65. fœneris 18. Ego fœneris scripsi pro vulg. fœnoris, ab ant. verbo fœs, h. e. gigno, creo, procreo, facio, unde fœnus, fœtus, secundus, femina. Cf. Cellar. orthogr. lat. T. I. p. 234. ed. Harles. In media vero voce e pro o substituendum esse, intelligitur ex verbis deriv. fœnebris, fœneratio, fœnerator, fœnare, fœneratrix, fœneratorius. Similiter pigneribus pro pignoribus posui sup. IX. 141. ubi v. Var. Lect.—41 et abest ab 16. 19. a m. pr. ac pro et 22.—

## NOTE

34 Curtius] Montanus, orator mediocris, valde tamen jactabundus. De eo Satir. rv. ad vs. 107. Annot. vide.

Matho] Causidicus infimæ notæ, de quo Sat. I. 32. Vulgo punctum post Matho ponunt, et legunt, buccæ Noscenda est mensura tua; ut sensus sit: Facundie tue modum noris, si sis orator: quisquis autem fueris, ex

crumene modulo, buccæ et gulæ tue modum pone.

37 Mullum] Piscem pretiosum. De quo vide Sat. iv. vs. 15. et Sat. v. vs. 92.

Gobio] Vilis pisciculus.

41 Argenti gravis] Non facti, aut signati, quod est adhuc in massa. Vide Cœl. Rhodig. x. 2.

42 Talibus a dominis, &c.] Decoc-

Annulus, et digito mendicat Pollio nudo.  
 Non præmaturi cineres, nec funus acerbum  
 Luxuriæ; sed morte magis metuenda senectus. 45  
 Hi plerumque gradus: conducta pecunia Romæ,  
 Et coram dominis consumitur: inde ubi paulum,  
 Nescio quid, superest, et pallet fœneris auctor,  
 Qui vertere solum, Baias, et ad ostrea currunt.  
 Cedere namque foro jam non est deterius, quam 50

*post omnia ultimus abit annulus, atque digito spoliato Pollio stipem rogat. Neque præcoces favilla, neque mors luxui molestæ sunt; verum senectæ plus quam mors timetur. Isti gradus ut plurimum. Pecunia Romæ accepta a creditoribus, atque presentibus dominis absomitur: dein cum nescio quid parvum restat, atque expallescit usura possessor, tum qui terram mutare, properant Baias et ad Ostia. Forum enim*

42. 43 ejecti e 13.—44 non funus 19. 21. 45.—45 Luxuria 63.—46-63 extrusi ex 13.—49 Cum vertere 28. ad ostia vel Ostia currunt (scil. inde navigaturi; vel quia oppidum olim amenissimum fuit) 14. 15. 16. 60. 65. 67. 74. 77. ad Hostia c. 19. 23. 24. 25. 27. 45-50. 55. 56. 58. 59. 61-64. 66. 68. 71. 72. 73.—50 est non legitur in 25. 27. 46-49. 54-60. 66. 68. 69. 71. 72. 73. tibi pro est 62. 63.

## NOTE

tores illi post alia tandem oppignerant aut vendunt anulum suæ notam nobilitatis.

43 Pollio] Nobilis helluator: an vero Carvilius ille Pollio, qui prodigi et sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii, quique testudinum putamina secare in laminas, lectosque et repositoria his vestire instituit? ut ait Plin. ix. 11.

Digito nudo] Nec enim Equestrem dignitatem ejusque insigne anulum servabat, nisi qui Censum Equestrem retinebat, nimirum quadringenta sestertium millia: at ille bona decoxerat.

44 Non pramaturi cineres, &c.] Non metuunt luxuriosi illi mortem sibi, vel graves morbos creare, per helluationes; sed timent senium, in quo propter inopiam aut ægritudines non licet amplius luxuriari.

46 Hi plerumque gradus] Per quos isti devenire solent ad rerum omnium inopiam. 1. Pecuniam fœnore accipiunt. 2. Hanc in ipsa urbe coram

fœneratoribus in luxuriam effundunt. 3. Solum vertunt.

47 Coram dominis] Fœnoris et crediti dominis, atque auctoribus.

48 Pallet] Ne fœnus et creditum perdat, jam timet.

49 Qui vertere solum] Patria cedentes in aliam regionem abeunt exultum, et quidem festinanter, ne a creditoribus comprehendantur.

Baias] Urbem Campaniæ maritimam, de qua vide Sat. iii. vs. 4.

Ostrea] Sic legunt quidam, ut sit sensus, inopes illos conferre se Baias ad piscationem ostreorum. Alii legunt, Ostia, scilicet, ad Ostia Tiberina, ibi forte navem consensuri, fugiunt. Namque ibi portus ad ostium Tiberis fluminis cum adversa urbe pridem celebri ab Anco Martio condita.

50 Cedere namque foro, &c.] Non comparere in urbe ob æs alienum, non magis ignominiosum jam putatur, quam ab uno vico in aliam migrare.

**Esquilias a ferventi migrare Subura.**

**Ille dolor solus patriam fugientibus, illa**

**Mœstitia est, caruisse anno Circensibus uno.**

**Sanguinis in facie non hæret gutta: morantur**

**Panci ridiculum effugientem ex Urbe pudorem.**

55

**Experiere hodie, numquid pulcherrima dictu,**

**Persice, non præstem vita vel moribus, et re;**

**Sed laudem siliquas occultus ganeo; pultes**

*deserere, nunc tibi haud pejus, quam ex ardenti Suburra ad Esquilias transire. Is mæror, ea tristitia duntaxat patria cedentibus inhæret, anno uno Circensibus privari. Ceterum in vultu non manet stilla sanguinis: neque multi retinent venerandiam risu dignam, atque e civitate recedentem. O Persice, hodie periculum facies, utrum præclara memoratu non exequar, vivendi ratione, neque moribus, atque factis: siliquas autem commendem ego hellus absconditus, et pultem servo*

67. 74. *ibi* (h. e. Romæ) conj. Labin.—51 *Esquilias* 19. 23. 24. 60. 65. 72. *Esquilias* 17. 27. 48. 61-64. 68. 71. 73. *Esquilias* 20. *Esquilias* 56. 59. Cf. sup. ad III. 71. *Suburra* 18. 19. 27. 46-49. 58. 61-69. 71. 72. 73. v. sup. ad III. 5. 52 *patria* 17. 20.—53 *Circensibus*: una...*gutta* 47. 48. 64.—55 *fugientem* 14. 16. 18. 22. 24. *et fugientem* 10. 15. 19. 21. 25. 27. 48. 50. 54-67. 74.—56 *Experire* 16. 59. *pulcherrima visu* 46. 47. 48.—57 *Persice* 25. 46. 47. 48. 57. 58. Ita sexcenties librarii corruerunt nomina propria. *vita* 9. in *vita* 11. *nos moribus* 10. 11. 14-18. 20. 22. 23. 24. 27. 45-50. 54. 55. 61-64. 68. 71-74. *aut re* 22. *ut re* 16. *Experiere hodie, numquid pulcherrima dicta, Persice, non præstem, invitate, et moribus et re* conj. Schurzii. putans, versum duriores librariis displicuisse, ideoque ab iis varie esse mutatum. Sed talem versum placuisse

## NOTE

61 *Esquilias a ferventi, &c.*] Ab æstiosa urbis regione in frigidiorē. Nam et editior is locus, et gelidas vocavit Esquilias, Sat. v. vs. 78. Vide et Sat. III. vs. 71.

*Ferventi*] Sen ob situm, sen ob majorem populi frequentiam.

*Subura*] Vide Satir. III. vs. 5. Annot.

52 *Ille dolor, &c.*] Illis decoctoribus nullus jam pudor: unus autem dolor superest, carere Circensibus.

53 *Circensibus*] Vide Sat. III. 228. et x. 80. atque ibid. Annot.

54 *Sanguinis in facie, &c.*] Pudoris nihil restat, vestigium nullum. Vide Sat. x. 301. et Annot.

*Morantur pauci, &c.*] Pauci conantur retinere pudorem, qui jam urbem

deserit ac fugit, ubi etiam ridiculus multis existimatur. Sic orbe jam facinoroso cessasse et ad Superos evolasse dicitur Astræa, ejusque pariter soror Pudicitia, Sat. vi. 19.

56 *Numquid pulcherrima dictu, &c.*] Utrum verbis tantum frugalitatem extollam, quam re non teneam, sed, ut alii, gulæ serviam et ventri.

57 *Persice*] Persicus amicus Juvenalis, cui et hanc inscripsit Satiram.

58 *Siliquas*] Cibum radiorem, tenuem victum, legumina, quorum involucrem siliqua dicitur. Vide Pers. Sat. III. 55.

*Occultus ganeo*] Clam popinas frequentans. Ganeum subterraneus locus est, ex Festo.

*Pultes*] Parabiles et vulgares cibos.



Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas.  
 Nam cum sis conviva mihi promissus, habebis  
 Evandrum, venies Tiryntius, aut minor illo  
 Hospes, et ipse tamen contingens sanguine cœlum :  
 Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.  
 Fercula nunc audi nullis ornata macellis.

60

*ceteris presentibus, in auricula vero placentas jubeam. Etenim quandoquidem pollicitus es epulari mecum, ero tibi velut Evander; accedes Tiryntius, vel hospes eo inferior, idem nihilominus Superis etiam sanguine conjunctus, hic undis, ille igne ad cœlum translatus. Jam ausculta dapes nullis macellis paratas. E Tiburis campo*

poëtæ, quis sibi persuadeat?—59 *pueris in aure* 24. *in aure* 2-5. 10-27. 45. 50. 56. 57. 59. 60. 64. 65. 70. 74-77. *in aurem* 1. 81. Vetus scholion ita legendum videtur: 'Coram aliis, i. e. ante alios, ut frugi videar, pultes aut legumina jubeo parentur tibi; in aurem puero alia dico tibi parari. Siliquas, i. e. paritatem: nam proprie siliqua est, qua legumina continentur.' in ore 46-49. 54. 55. 58. 61. 62. 63. 66-69. 71. 72. 73. in græc. ed. Farnab. et al.—62 *contingit* 10. 11. 14. 16. 21. *continges* 45.—64 *portata* pro *ornata* conj. Schrader.—v. Heins. et Heyne ad Virg. Ecl. i. 19. et ii. 19. *quid sis vetustus codex Hein-*

## NOTÆ

Vide Sat. vii. 185. et Pers. Sat. vi. 40. atque ibid. Annot.

59 *Coram aliis*] Ut frugalis existimer.

*Dictem puero, sed, &c.*] Dum quis adest, pultes imperem famulo, et quidem palam; at statim in aurem et clam insusurrans jubeam ut placentas coquat mihi cœnaturo.

*Placentas*] Dulciaria; delicata fercula. Placentæ fiebant e farina siliginea, alica, caseo, melle. Martial. Epig. vii. 19. dulces placentas vocat.

60 *Habebis Evandrum*] O Persice, me frugalem habebis hospitem, sicut olim Evandrum Hercules et Æneas habuere, cum ab eo tenui mensa excepti sunt. Ex Æn. viii. 'Tum res inopes Evandrus habebat.'

61 *Evandrum*] Hic Arcadiæ primo Rex, deinde venit in Italiam, et pulsis Aboriginibus ibi regnavit, ubi Roma subinde condita est.

*Venies Tiryntius*] Ut Hercules, cæcus patria dicitur fuisse Tiryns vel Tiryntia urbs Peloponnesi prope Argos.

*Minor illo hospes*] Æneas Hercule minor ætate, fama, rebus gestis.

62 *Et ipse tamen contingens sanguis cœlum*] Ut enim filius Jovis Hercules, sic Æneas Veneris.

63 *Alter aquis*] 'Æneas in Numicum fontem lapsus creditur consecratus,' inquit vetus Schol. Dionys. Halicarn. l. i. hæc scribit: 'Commisso acri prælio, multisque utrimque cæsis Æneæ corpus nusquam apparuit: alii in Deos translatum putarunt, alii mersum fluvio, juxta quem prælium fuerat. Latini templum Æneæ considerunt, cum Inscriptione, Jovi Indigeti, seu, Patri Divo Terrestri, qui fluvii Numici undas gubernat.'

*Alter flammis*] Hercules, qui cum induisset vestem venenatam sibi a Dejanira missam, ardore correptus, et doloris impatiens, accensa pyra in Ceta monte seipsum combussit. Vide Ovid. Metam. ix. Senec. Trag. Hercul. Cætrum, &c.

64 *Fercula*] Quæ tibi apponere statui.

*Nullis ornata macellis*] Non emta,

De Tiburtino veniet pinguissimus agro 65  
 Hædulus, et toto grege mollior, inscius herbæ,  
 Necdum ausus virgas humilis mordere salicti,  
 Qui plus lactis habet, quam sanguinis; et montani  
 Asparagi, posito quos legit villica fuso.  
 Grandia præterea, tortoque calentia fœno 70  
 Ova adsunt ipsis cum matribus, et servatæ  
 Parte anni, quales fuerant in vitibus, uvæ :  
 Signinum Syriumque pyrum, de corbibus isdem  
 Æmula Picens, et odoris mala recentis,  
 Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam 75

*prohibet hædus parvus optimus, atque omni grege tenerior, ignarus graminis, quique nondum tendatit carpere surculos inferiorum salicum, qui plus lactis quam sanguinis continet: tum corruda e montibus, quas villica collegit dimisso fuso: deinde ova ingentia et e stramine circumvoluto fervida præsto sunt cum ipsis parientibus: quin et botri per anni partem custoditi sicuti in palmite constiterant: postea pyra Signina atque Syria: et ex iisdem canistris poma novi odoris cum Picens certantia; tibi vero minime timenda, posteaquam eiecere autumnum hyeme arefactum, et discri-*

\*\*\*\*\*

65 Cum de caprifero veniet 13.—66 Hædulus, non hædulus, 27. ut in optimis eodd. Virgilii, Ovidii, Prop. et al. Cf. Varr. L. L. iv. 19. et toto grege mollior conj. Heins. ad Ovid. Fast. iv. 758. quia per frequentem lavationem lana reddatur mollis. Sed mollities ac teneritas carnis, non lanæ, h. l. designatur.—67 humilis virgas ausus 15.—68 at pro et 16.—69 leget 14.—70 totoque 65.—71 servata 73.—73 ejectus e 13. Sygninum 24. Segninum 16. Singinum 19. hiedem 21.—74 Præterea gustus et odoris 13. ac 16.—75 Non 14. 17. 24. pulcere pro

## NOTE

vel e macello et foro petita.

65 Tiburtino] Vide Sat. III. 193.

66 Inscius herba] Materno adhuc lacte victitans nondum herbam delibavit.

68 Montani asparagi] Sylvestres et e monte, non ex horto, in quo delicatiores educantur.

70 Tortoque calentia fœno] Recentia e nido, qui e torto fœno conflatus; vel calentia e fœno, in quo involuta apportantur. Ut Martial. 'Sed tuta fœno cursor ova portabat.'

71 Cum matribus] Cum ipsis gallinis.

73 Signinum] A Signia Latii oppido dicta pyra, quæ alii a colore tes-

tacea appellant, inquit Plin. xv. 15. Hæc commendat Cornel. Cels. II. 24.

Syrium] Pyra primum e Syria allata, quæ eadem esse cum Tarentinis quidam affirmant. Vide Colum. x. 5. Macrob. III. 19. Plin. cit.

De corbibus iadem] Omnia promiscue, quod simplicitatem notat.

74 Æmula Picens] Tam bona quam quæ celebrantur ex agro Piceno, qui hodie continet partem Marchiæ Anconitanæ, et Aprutii ulterioris. Hor. Sat. II. 4. 'Piceus cedunt pomis Tiburtia succo, Nam facie præstant.'

75 Siccatum frigore postquam, &c.] Cum per frigus et hyemem siccatus fuerit crudus humor, quem autumnus

Auctumnum, et crudi posuere pericula succi.  
 Hæc olim nostri jam luxuriosa Senatus  
 Coena fuit. Curius, parvo quæ legerat horto,  
 Ipse focus brevibus ponebat oluscula: quæ nunc  
 Squalidus in magna fastidit compede fossor,  
 Qui meminit, calidæ sapiat quid vulva popinæ.  
 Sicci terga suis, rara pendentia crate,  
 Moris erat quondam festis servare diebus,  
 Et natalitium cognatis ponere lardum,  
 Accedente nova, si quam dabat hostia, carne.

80

85

*mina succi non cocti. Ita pridem fuit Senatus nostri cæna tum sumtuosa. Curius quas tenui hortulo ipse herbas collegerat, parvo camino adhibebat, quas modo contemnit sordidus fossor in amplo ergastulo, qui recordatur qualis sapor vulvæ in taberna ferventi. Erat olim consuetudo festis diebus custodire dorsa porci arfacti suspensa crate non densa, et succidiam in natali apponere consanguineis, addita recenti carne, si aliquam victima suppeditaret. Affinium quispiam insignitus tertio Consulatu, et*

*frigore 20.—76 suci pro succi substitui ex 17. 18. 23. 24. 45. v. sup. ad v. 24. sicci 23.—77-80 in 13 excipiunt versum 84 ejectis vs. 81. 82.—80 Squalidus 48. 64. magno 21. 72. cum pede 23.—82 tendentia 16.—84 Ac 60. At 25. 56. 57. 59. Tunc majorum aliquis audacter emend. Schrader.—85 novam 24. da-*

## NOTÆ

recentia habebant.

77 *Jam luxuriosa*] Præ hominibus ac Romanis prioribus, qui frugibus tantum ac herbis vescebantur.

78 *Curius*] Dentatus, de quo vide Annot. Sat. II. 3.

80 *In magna fastidit compede*] Cate-na longiore vinctus in agro opus faciens. Plin. XVIII. 3. 'Agriculturam,' inquit, 'vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent.'

*Fastidit*] Vide Sat. VI. Persii ad vs. 40.

81 *Vulva popinæ*] Vulva porcæ in popina præparata. Hanc in deliciis fuisse indicat Plin. VIII. 51. et II. 37. 'Vulva priniparæ suis optima:' inquit. Testatur et Horat. Epist. I. 15. 'Nil vulva pulchrius ampla.' Martial. Epig. XIII. 56. 'Me materna gravi de sue vulva capit.'

82 *Sicci terga suis*] Ad ventum fumumque exsiccati et salsi, propterea-que expositi in crate lignæ rariore, et aëri magis pervia.

*Pendentia*] Varro 2. de Re Rustica c. 4. 'Quis non audierit patres nostros dicere, ignavum et sumtuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab lanuario, quam ex domestico fundo?'

84 *Natalitium*] Die natalitia, quam Veteres epulis celebrabant.

*Lardum*] Suillam carnem salitam, quam dici laridum, quasi large aridum, auctor est Macrob. VII. 12.

85 *Si quam dabat hostia*] Quam vel immolassent ipsi, vel a Magistratibus immolatam emissent. Nam, 'mactatarum ab his hostiarum exta ad Quæstos ærarii delata venibant: sacrificiisque Populi Romani tum Deorum

Cognatorum aliquis titulo ter Consulis, atque  
 Castrorum imperiis, et Dictatoris honore  
 Functus, ad has epulas solito maturius ibat,  
 Erectum domito referens a monte ligonem.  
 Cum tremerent autem Fabios, durumque Catonem, 90  
 Et Scauros, et Fabricios, postremo severos  
 Censoris mores etiam collega timeret:  
 Nemo inter curas et seria duxit habendum,  
 Qualis in Oceani fluctu testudo nataret,

*Castrorum Praefectura ac Dictatoris dignitate perfunctus, ad eam cenam pergebat citius quam suetum erat, sublatum humeris bipalium reportans e subacto colle. At quando formidabant Fabios, et severum Catonem, et Scauros, et Fabricios, denique cum austeros mores Censoris ipse collega metueret, tum nullus putavit numerandum inter sollicitudines et res graves, qua testudo naret in aquis Oceani, Trojanis con-*

res 11. 14. 16. 17. 20. 24. carnem 19. a m. pr. 20. 21. 22. 45. 49.—86-92 extrusi ex 13. tibi pro ter 46-48.—89 Ereptum 21. a m. pr. 56. 60.—90 alii pro autem 15. ante pro autem 25. 46. 47. 48. 58.—91 rigidique pro postremo 7. 10. 14-27. 45-50. 54-69. 71. 72. 73. Rigidus passim dicitur severus, et ipse Censor Ovid. Art. II. 664. Sed h. l. langueret, quia cum synonym. severos jungeretur, cujus voc. interpretam. redolet.—93 habendam 9.—94 in oceano fluctu 9. 16. 23. 25. 27. 41. 43. 46-49. 55-60. 65. ut inf. v. 113. litore ab oceano 7. 14. 16. 17. 19. 20.

## NOTÆ

immortalium cultus, tum etiam continentia inerat,' inquit Valer. Maxim. II. 2.

88 *Ad has epulas*] Velint insolitas et lautioris apparatus.

*Solito maturius*] Ante horam nonam, qua mos erat cenare, et epulari.

89 *Referens a monte ligonem*] Post opus rusticum in agro montano. De Fabio dictum alibi. Plin. l. XVI. cap. ult. 'Durant,' inquit, 'in Linternino Africani prioris manu satæ olivæ; item myrtus eodem loco conspicuæ magnitudinis.'

90 *Cum tremerent, &c.*] Quamdiu Roma timuit Censores luxum prohibentes luxuriososque mulctantes, tandem victus et supellex simplices fuere.

*Fabios*] De his vide Sat. II. 146. et VI. 266.

*Catonem*] Vide Sat. II. 40.

91 *Scauros*] Sat. II. 35.

*Delph. et Var. Clas.*

*Fabricios*] Vide Sat. IX. 142.

92 *Collega timeret*] Intelligendus hic Fabricius Censor in Censura Maximi nomen adeptus, qui luxuriam Reipublicæ damnans a collega Pub. Decio postulavit, ut vel ipse mores hominum emendaret priorum Censorum negligentia perditos, aut pateretur se revocare pristinum civitatis statum: quorum si neutrum faceret, minatur abdicaturum se eum Magistratu. Decius ergo exterritus consensit ut quemadmodum vellet Fabricius Rempublicam administraret. Vetus Schol.

94 *Qualis in Oceani*] Nemo sollicitus erat quam grandes in Indico Oceano testudines invenirentur, ubi 'singularum superficie habitabiles casæ integuntur, atque inter Insulas Rubri maris his navigant cimbis,' ut loquitur Plin. IX. 10.

*Testudo nataret*] 'Testudinum aliæ terrestres, aliæ marinæ, &c. Victus

Juv.

2 Q

Clarum Trojugenis factura, ac nobile fulcrum :  
Sed nudo latere, et parvis frons ærea lectis  
Vile coronati caput ostendebat aselli,

98

*factura splendidum et illustre sustentamentum: sed lateribus denudatis ac thoris exiguis frons ænea exhibebat turpe caput asini coronati, circa quod nutriti rure pueri*

22. 25. 41. 43. 45. 49. 55-57. 59. 60. 83. probb. Grangæo, Plathnero, Lips. Epist. Quæst. iv. 25. et Heins. ad Claudian. de nupt. Hon. et Mar. vs. 88. Non ignoro quidem, substantiva sæpe pro adjectivis poni, sed non nisi ea, quæ proprie sunt adjectiva, si perpauca exceperis exempla, quæ vitiosam sapiunt lectionem. v. Heins. l. l. et ad Ovid. Her. ii. 74. iii. 100. iv. 12. ix. 86. xiv. 19. inpr. xv. 83. ad Ovid. Met. iii. 729. ad Claud. b. Gild. vs. 407. ej. laud. Stilic. i. 121. ad Petron. c. 35. Drakenb. et nos ad Sil. i. 173. ii. 46. iii. 387. Oceanus autem nuspiam adjective dicitur. Dubia certe sunt exempla, quæ laudantur, Tac. Hist. iv. 12. Cæs. B. G. iii. 7. et Ampel. i. quibus locis mare oceanus, et in quarto casu mare oceanum dici videtur, ut Ræmus amnis cet. Cf. Ernesti ad Tac. l. l. Alia exempla, ex Avieno, Pithœi Catal., et Venant. Fortunat. Ep. iii. 23. et Carm. vii. 2. ab Heinsio excitata ad Claudian. l. l. tum ex recentt. petita sunt scriptoribus, tum librariorum forsitan scordiae, aut stupori debentur.—95 ejectus e 13. et nobile 10. 14. 16-24. 45.—96-100 in 13. leguntur post vs. 119.—97 Vite conj. Hennin. ob verba Hygini. Sic poeta vite coronati facere dixit pro vite alligati. Sed epitheton vile etiam aptissimum est h. l. Malim tamen reponere coronatis ostendebat scil. convivis, ut sup. v. 36. coronata...aselle emend. Scoppa Collect. i. 27. coll. Pallad. i. 35. 16. (Omnia semina horti vel agri feruntur ab omnibus malis ac monstris futa seruari, si agrestis cucumeris tritis radicibus ante macerentur: item equæ calvaria, sed non virginis, intra hortum ponenda est, vel etiam asina; creduntur enim sua præsentia fecundare quæ spectant) et Colum. x. 344. Hinc caput Arcadicæ nudum cute fertur asellæ (nam ita legendum putabat pro Arcadici...aselli) Tyrrhæus fluxisse Tages in limite rursi. Hæc vero superstitio, ab Efruscis profecta, ab h. l. aliena est: nam amuletum illud in agris ponebatur, non in lectis con-

## NOTE

geminus in aquis, terraque; et effectus pari honore habendi, vel propter excellens in usu pretium, naturæque proprietatem.' Plin. xxxii. 4.

95 Trojugenis] Romanis Proceribus, qui se jactant a Trojanis oriundos.

Factura, ac nobile fulcrum] Usui futura ad exornandum spondæ fulcrum putaminibus in laminis sectis: ex Plin. ante cit. ad vocem Pollio, vs. 43. hujus Satiræ. Apul. Metam. x. 'Disternebatur lectus Indica testudine pellucidus, plumea congerie tumidus, veste serica floridus.' Martial. Epig. xii. 67. 'Gemmantes prima fulgent testudine Tecti.'

96 Nudo latere] Vel sine fulcro, vel sine ornatu, sola fronte lecti ære munita.

Frons ærea] Lecti pars anterior ærea.

97 Vile coronati caput ostendebat aselli] Vel effigiem capitis asinini ostendebat: vel significatur, veteres illos ad cœnam discumbere solitos in ipsis agris, ad quorum limites, ex Hertruscorum disciplina, suspendebatur asini caput, nudatum cute, sertis coronatum, ad arcenda, ut credebant, agrorum incommoda. Itaque e mensa lectisque discubitoriis videri ostendique poterat asininum illud caput, circa quod ludere consueverant pueri

Ad quod lascivi ludebant ruris alumni.

Tales ergo cibi, qualis domus, atque supellex.

Tunc rudis, et Graias mirari nescius artes,

100

Urbibus eversis prædarum in parte reperta

Magnorum artificum frangebat pocula miles,

Ut phaleris gauderet equus, coelataque cassia

Romuleæ simulacra feræ mansuescere jussæ

Imperii fato, geminos sub rupe Quirinos,

105

*vi jocosæ lascioiebant. Itaque tales erant epulae, quales aedes et supellectilia. Tum miles imperitus et ignorans admirari Græcorum industriam, dirutis civitatibus in acquiritâ parte spoliatorum, rumpebat vasa illustrium opificum, ut equus haberet phalaras; atque galea insculpta hosti morituro exhiberet effigiem bellius Romuli, volente Imperii sorte, millescentis; et binos Quirinos sub rupe; et nudum simulacrum Dii*

vivisque, et poëta noster id agit, ut doceat, quo diverso ornatu lecti priacis et suis temporibus fuerint instructi. Nugantur itaque interpretes tantum non omnes, qui suspicantur, priscos homines in ipsis coenasse agris, et, qui in lectis ibi discubuerint, spectasse sibi invicem ostendisse caput asellæ vel aselli, in agrorum limitibus suspensum.—98 abest a 14.—99 Præstiterit: *Quales ergo cibi*, (de quibus v. sup. vs. 77. sqq.) *talis* (tam simplex etiam) *domus atque supellex*.—100 Tum 17. 20. 21. 22. 24. atque pro et 22.—101 in abest a 16.—105. 106 ejecti e 13. et geminos 22. 61-69. 71-74. *sub rupe* ingeniosæ conj. Barth. ableg. crit. II. 2. *Rumis s. ruma et rumen* antiquo voc. dicebatur mamma, (v. Varr. R. R. II. 1. 20. 11. 5. Festus v. *Ruminalis*, Plin. xv. 18. s. 20. et ibi Harduin.) ac Juvenalis ante oculos habuit Virg. Æn. VIII. 631. sqq. *sub rupe Quirini* (ut in colle Quirini, h. e. Quirinali ap. Horat. Epist. II. 2. 68.) suspicari possis. *Quirinos* certe geminos paulo durius et improprie dixit poëta, si verum est, *Quirinum* esse nomen propr. Romuli, idque post *ἄρθεωσεν* demum ei datum. Sed *collis Quirinalis* longe abest a Tiberi, ad cujus alveum expositi Romulus Remusque, et vera notio atque origo nominis Quirini, quod

## NOTÆ

rure educati. Scoppa collect. c. 27. Columel. 'Nunc caput Arcadicæ nudum cute fertur asellæ Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.'

100 *Tunc rudis, &c.*] Tunc miles ignorans pretium vasorum eximii operis per Græcos artifices elaboratorum, ea temere frangebat, ad faciendam equo phalaras.

*Graias artes*] A Græcis luxuriam in vectus. Hinc Sat. III. 60. dixit, 'Non possum ferre, Quirites, Græcam urbem.'

101 *Urbibus eversis*] In direptione urbium, et prædæ parte, quam nactus erat.

102 *Magnorum artificum*] Ut Phidiae, Praxitelis, Myronis, &c.

103 *Phaleris*] E fractis poculis: ut mox dictum est.

*Coelataque cassis*] Item ad coelantem in casside effigiem lupæ quæ Remum ac Romulum fratres geminos aluerat, &c.

105 *Sub rupe*] Ubi expositi fuerunt, vel ubi fluitantem Tiberis alveum, in quem abjecti pueri illi, tenuis in sicco aqua destituit; in proxima alluvie, ad Ficum Ruminalem: ubi et lupa summissas infantibus mammas adeo mitis præbuit. Tit. Liv. I. 4. Vide et Dionys. Halicarn. I. 1. Florum, &c.

Ac nudam effigiem clypeo venientis, et hasta,  
Pendentisque Dei, perituro ostenderet hosti.

Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.

Ponebant igitur Tusco farrata catino.

Omnia tunc, quibus invidetas, si lividulus sis.

110

Templorum quoque majestas præsentiior, et vox

*suspensi acuto et lancea renitentis. Quicquid erat argenti, in armis tantum lucebat. Tum ergo pulkes cunctas apponebant in patina Etrusca, quibus incideres si fores tantulum invidus. Favorum etiam Numen propius aderat: nosque istis admonuit*

~~~~~

etiam Romulo puero, Jano, Augusto et Antonio ab Ovid. Fast. III. 41. Macrobb. I. 9. Virg. Ge. III. 27. et Prop. IV. 6. 21. tribuitur, ipsis Romanis parum cognita videtur fuisse ac perspecta.—106 *Hac* 22. Et 16. 21. *venientis* I. 11. 16. 70. 75. 76. 77. 81. 82. scil. vel ad Iliam, ut cum ea concumberet, vel ad suos liberos, quos lupa alebat. Illam interpretandi rationem proposuit vet. Schol., hanc Grang. Utraque dura est atque contorta, at durior ellipsis præp. cum: *venientis* cum *clypeo* et *hasta*. Nonnulli jungunt: *effigiem Dei* in *clypeo* et *hasta* ostenderet. Sed quomodo *cassidæ* *caelata* (nam hoc subjectum est, non *miles*) *effigiem Dei* in *clypeo* et *hasta* ostendere potest? Pro *venientis* legitur *fulgentis* in 10. 12. 14. 15. 17-27. 45-50. 54-69. 71-74. Sed haud dubie hæc est emendatio, quæ e margine in contextum irrepsit. Dispicet etiam hoc verbum, quod mox sequitur. Poëta forsitan scripsit *minitantis*.—107 *Prudentisque* 72. *Pendentisque* (de lupa) *Deos*, Romulum Remumque, ostenderet hosti (scil. admoto scuto) emend. Lips. in Anal. ad Mil. Rom. lib. III. dial. 2. Fuere etiam, qui legendum putarent *Perdentisque Dei*, ut *perdens deus* h. l. *perituro hosti* opponeretur. *offenderet* 7.—108 post vs. 109. legitur in 7. 14. 17. 20. at plane abest ab 11. et 13. (e quo etiam ejecti vs. 109-116.) et deleri omnino potest salvo sensu.—109 abest ab 21. *Tusco* 54. 60. 64. *farrata* 10. 12. 17-20. 23. 27. 46. 47. 49. 54. 64. *ferrata* 60. *sarraca* 48. Post *catino*, non post *tunc*, distinctionem posui, præeunte vet. Schol.—110 *tum* 22. *nunc* 16.—113 *Littore et oceani* 46.

NOTE

106 *Venientis*] Scilicet ad Rheam, nempe Sylviam Remi ac Romuli parentem e Marte. Alii legunt, *fulgentis*.

107 *Pendentisque Dei*] Simulacri Martis sive in clypeo efficti, adeoque pendentis ex humero sinistro, ut fit; sive extantis in summa casside, quibus portentosis imaginibus miles Romanus hostem in bello territaret, ac invicto cedere Imperio cogeret. Sunt qui legant, *perdentis*, cui respondet, inquirunt, vox sequens, *perituro*.

108 *In armis*] Non in sapellectili, aut vestimentis, ut nunc.

109 *Tusco catino*] Fictili ex Etruria. Vide Pera. Sat. II. vs. 60.

Farrata] Cibus e farre, pultem, quæ fiebat e mixta frumenti et fabarum vel hordei farina, diutissime veteribus usitatam, ut notavimus alibi.

110 *Quibus invidetas*] Invidere posses isti veterum parsimonix et frugalitati, qua contenti beatique vivebant.

111 *Templorum quoque majestas præsentiior*] Tum Dii magis erant propitii, cum minus luxuriosi homines.

Vox nocte fere media] Tit. Liv. v. 32. 'Eodem,' inquit, 'anno M. Ceditius de plebe nuntiavit Tribunis se in

Nocte fere media, mediamque audita per Urbem,
 Littore ab Oceani Gallis venientibus, et Dis
 Officium vatis peragentibus, his monuit nos.
 Hanc rebus Latiis curam præstare solebat 115
 Fictilis, et nullo violatus Jupiter auro.
 Illa domi natas, nostraque ex arbore mensas
 Tempora viderunt: hos lignum stabat in usus,

vox nocte prope media, et in media civitate exaudita, cum accederent Galli ab Oceani ripa. Numinibus quoque munus fatidicorum implentibus. Jupiter testaceus necdum ullo pollutus auro consueverat eam gerere sollicitudinem rationum Latii. Atas ista conspexit mensas apud nos, et ex arbore nostrate exortas. Ad hanc utilitatem

.....

48. *Littore ab occiduo* rectius forsàn 6. iudicio etiam Pulm. et Schurzß. *Littore ab oceano* 65. et alii. v. sup. ad vs. 94.—114 *Vox his* parum commoda est. hos reposuit Marshall, adjecta hac nota: '*hos*, i. e. Gallos adventantes et in Italiam irruentes: *monco* enim duplicem regit accusativum.' Præstiterit hic, Romæ, ut sensus sit: vox Deorum Romæ præsentium, non oraculi peregrini, monuit nos.—116 *velatus* ad marg. cod. Almelov. notavit docta manus. Male! —117 *nostrasque* 16.—118 *hos* 10-24. 27. 45-50. 54-69. 71-73. in *usus* 10. 11. 12. 16-24. 27. 48. 54-69. 71-74. Utrumque restitui pro: *hoc lignum stabat ad usus*,

NOTÆ

nova via, ubi nunc sacellum est, supra ædem Vestæ, vocem noctis silentio audisse clariorem humana, quæ Magistratibus dicijuberet, Gallos adventare,' &c. Etc. 50. ejusdem Libri sic habet: 'Expiandæ etiam vocis nocturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset, mentio illata, jussumque templum in nova via Alo locutio fieri.'

113 *Littore ab Oceani Gallis venientibus*] Legunt alii, *ab occiduo*: alii, *ab Oceano*, quam lectionem asserit Lips. Epistol. Quæst. iv. 25. Liv. cit. lib. c. 37. 'Inaudito,' inquit, 'hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente,' &c.

Gallis venientibus] De Gallorum in Italiam transitu. Vide Tit. Liv. cit. c. 33. et seq. 'Eam,' inquit, 'gentem traditur dulcedine frugum maximeque vini nova tum voluptate captam Alpes transisse,' &c.

Dis officium Vatis peragentibus] Præ-

nuntiantibus impendentia mala, ut illis obviam iretur. Vide Cæl. Rhod. vii. 29.

116 *Fictilis Jupiter*] Seneca ad Lucil. 'Cogita Deos, cum propitii essent, fictiles fuisse.' Plin. xxxv. 12. fictilem Jovis effigiem jussu Tarquinii Prisci elaboratam, in Capitolio dedicandam refert, additque: 'Hæ enim tum imagines Deum erant laudatissimæ: nec penitet nos illorum, qui tales colnere. Aurum enim et argentum ne Diis quidem conficiebant,' &c.

Nullo violatus auro] Plin. mox cit. 'Durant,' inquit, 'in plerisque locis etiam nunc fictilla ista simulacra: fastigia quoque templorum mira cœlatura, et arte ævique firmitate certi ora auro, certe innocentiora.' Vide Sat. iii. vs. 20.

117 *Illâ domi natas, &c.*] Mensæ pridem fiebant e lignis vulgaribus, nec e citro vel cupresso factæ longo

Annosam si forte nucem dejecerat Eurus.

At nunc divitibus coenandi nulla voluptas,

120

Nil rhombus, nil dama sapit: putere videntur

Unguenta, atque rosæ, latos nisi sustinet orbes

Grande ebur, et magno sublimis pardus hiatu,

Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,

Et Mauri celeres, et Mauro obscurior Indus,

125

serviebat lignum, quando Eurus casu vetustam nucem deturbaverat. Jam vere nullas opulenti deliciis epulando captant: nil rhombus, nil dama saporis habet: putere creduntur unguenta et rosæ, nisi amplios orbes portat ingens ebur, altiusque pardus grandi rictu, ex iis dentibus quos Romam transfert Janua Syenes, et agiles Mauri, et Indus Mauro nigrior, quoque abiecit fera sylva Nabuthææ jam gran-

quod in aliis libris legitur. *stabit* 56, 57.—119 *decerperet* 11.—120 *Et* 21. a m. pr. 46. 47. 48. 58. *Sed* 21. a m. sec. *tunc* 64. *coenandi* 12. *voluptas* 21. a m. pr.—121 *rhombus* 17. 19. 20. 23. 45-48. *rhombus* 13. 18. *damma* 13. 14. 17-19. 46. 60. 65. *damma* 47. 50.—122 *Pro* *latos* poeta forte scripsit *ciureas*, et illud epitheton margini ascriptum ex alio ejus loco sup. i. 137. in textum irrepit. Cf. loca Lucani et Martialis:—123-129 in 19. contracti in hos duos: *Grande ebur ex nata nobiscum surgit orexis Et stomacho bilis. mensa gravis atque superbum.*—124 *nutris* 29. *Syennes* 46-49. 58. 60. 64. *Sigenes* 16. *quos*

NOTÆ

petebantur.

119 *Eurus*] Ventus ab Ortū flans, sæpius vehemens.

121 *Rhombus*] Piscis exquisitus, de quo multa Sat. iv. vs. 39. et seq.

Dama] Sylvestris capra. Plin. viii. 53.

123 *Unguenta*] Quibus post balnea utebantur.

Rosæ] His convivæ coronabantur. Horatius l. i. Ode 5. et 38. &c.

Nisi sustinet orbes grande ebur] Nisi ingentis mensæ rotundæ pes altus sit ex ebore in formam pardi hiantis ore sculptus.

124 *Dentibus ex illis*] Elephantinis. Martial. Epig. ii. 43. 'Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes: Fulcitur testa fagina mensa mihi.' Lucanus x. 'Dentibus hic niveis sectos Atlantide sylva Imposuere orbes.' Cœl. Rhodig. xiii. 18. non dentes sed cornua dici in Elephantis debere, ex Pausania asserit.

Quos mittit] Dentes enim elephantini Romam advehuntur ex Elephantî Insula quæ est intra Nilum flumen, Syene vicina, ab Elephantorum multitudine sic appellata: deinde e Mæritania; item ex India, seu Arabia. Vide Plin. viii. 1. et seq.

Porta Syenes] Syene, vulgo Asen, est urbs Ægypti Superioris, sub Tropico Cancrî sita, in confinio Æthiopis. Syenes Portam vocat *Elephantidem* Insulam mox dictam, quoniam venientibus Syenen, et in Ægyptum, et inde Romam dentes elephantinos apportantibus ex Insula ista, et per eam velut portam iter est. Sic Sat. iii. 4. Cumas appellavit Januam Baiarum, quia Baias itur per Cumas.

125 *Mauri celeres*] Horum tanta pernicitas ut feras cursu assequantur. De Troglodytis id affirmant Herodotus et Plinius.

Mauro obscurior Indus] Græci Μῆαρον obscurum vocant. Apul. Florid.

Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu,
 Jam nimios, capitique graves. Hinc surgit orexis,
 Hinc stomachoq; bilis. Nam pes argenteus illis,
 Annulus in digito quod ferreus. Ergo superbum
 Convivam caveo, qui me sibi comparat, et res 120
 Despicit exiguas. Adeo nulla uncia nobis

diorex, et capiti operosa. Inde nascitur appetentia, inde bilis stomacho. Hic enim argenteum fulcrum videtur id quod annulus ferreus in digito. Arrogantem igitur esse convivam, qui me sibi confert, resque parvas contemnit. Enimvero ne unam

mittunt Castra Syenes suspicari possis.—126 Nabathæo pro Nabathæ substitui ex 22. Nabathæo dicuntur Strab. xvi. p. 779. Plinio et aliis. bellua, non bellus, 17. 21. 22. 45. 49. v. ad iv. 121.—127 hic 73. spargit pro surgit 22. orexis 23.—128. 129 transpositi in 18. bilis revocavi ex 10-22. 25. 27. 46-50. 54-60. 71-74. 77. vires 23. 24. 70. 75. 76. 82. Sed illa lectio difficilior est et doctior, hæc emendationem sapit. vires conj. Lindenbr.—130 comparat 1. conferat 21. a m. sec. computat 21. a m. pr.—131. 132 ejecti e 13.—133

NOTÆ

‘India,’ inquit, ‘ad pascētem diem sitis tamen in corpore color noctis inest.’ Mauri porro et Indi Zonæ Torridæ subjecti. Hi vero Arabesque Aequatori propiores. Vide Cæli Rhodig. xvi. 15.

126 Quos deposuit jam nimios, &c.] Aiant elephantem dentes jam nimios ad arborem illis deponere. Plin. viii. 3. ‘Dentes,’ inquit, ‘deciduos casu aliquo vel senecta defodiunt. Hoc solum ebar est:’ et, ‘Circumventique a venantibus, impactos arbori frangunt, prædaque se redimunt.’ Capite vero 10. ejusdem Libri: ‘Magnitudo dentium videtur quidem in templis præcipua.’ In Æthiopie finibus postium vicem in domiciliis præbere, et pecorum stabulis palos elephantorum dentibus fieri, auctor est Polybins.

Nabathæo] A Nabath Ismaëlis filio dicta quedam regio Arabiæ Petrææ, ad ortum.

127 Capitique graves] Ut cervis cornua certo tempore deponi solita.

Orexis] ‘Oφρυασι, appeto. Vide Sat. vi. vs. 427.

128 Hinc stomacho bilis] Tum illis crescit appetitus ciborum, cum mensa est eburnea. Ironice.

Bilis] Velut ira ad cibos devorandos. Porro famem irritari constat bili stomachum vellicante. Interpretantur aliqui indignationem contra luxuriam, perperam nostro quidem iudicio. In quibusdam exemplaribus legitur vires, pro bilis.

Pes argenteus, &c.] Adeo spernunt argentum præ ebore, ut mensæ pes argenteus tam vilis modo sit, quam ferreus annulus. Hic tamen et Iudicibus et triumphantibus laud ita pridem usitatus, teste Plinio xxxiii. 1.

130 Qui me sibi comparat] Qui cum sumtuosus sit, me quoque sumtuosum sperat in dapibus et supellectili. Vel, qui me frugalem luxurioso sibi comparatum despicit.

131 Nulla uncia] Ne minimum quidem. Est uncia libræ seu assis pars duodecima. Vide Sat. i. vs. 40. An-

Est eboris, nec tessellæ, nec calculus ex hac
Materia : quin ipsa manubria cultellorum
Ossea. Non tamen his ulla unquam opsonia fiunt
Rancidula, aut ideo pejor gallina secatur.

135

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus Trypheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus, atque aper, et pygargus,
Et Scythicæ volucres, et phoenicopterus ingens,

quidem eboris unciam habeo. Neque tesserae, neque calculus ex ista materia; imo ipsi cultorum capiti ossei sunt. Attamen neque istis ulla fercula rancida efficiuntur, neque propterea deterius gallina scinditur. Verum neque aderit carptor, cui concedere oporteat pergulam universam, discipulus Trypheri magistri, apud quem et ingens sumen, et lepus, et aper, et pygargus, et aves Scythicæ, et magnus Phœni-

neque tessellæ 16. calculus 9.—133 Viles spernit ut ipsam manubria c. 13.—134 cum tamen his nulla 13. nec tamen 16. nulla obsonia unquam 16. unquam ulla 10. 19. 23. 45. ulla abest ab 27. 46. 47. 58. fient 19. fiant 13. Ceterum opsonia (δῆματα) scripsi, non obsonia.—135 et ideo 13. haud ideo 15. 25. 27. 48. 54. 55. 57-68. 71-73. pejus 24. secetur 14. 16.—136-163 ejecti e 13. credere 77.—137 discipulis 46. 47. Triumpheri 16. Trypheri Autumn. et Ascens. Triferi Mancin. Criptheri Lubin.—138 atque pygargus 18. pygargo 57. pigargus 45. 64. pygardus 46. 56. 59. 60. 65. pigardus 27. 47. 48. 58. pitigardus 16. pyrgus 21.—139 Et Sittia 16. Et Libycæ volucres suspicari

NOTE

not. ad eam vocem, *Unciolam*.

132 *Tessellæ calculus*] In abaco, alveolo, tabula lusoria, tesserae, calculi, tali, scrupi, latrunculi, scacchi. Vide quæ de istis ludis annotabo in Pers. Sat. III. vs. 48. ad hæc verba, 'Quid dexter senio ferret.'

134 *Ossea*] Ex osse, non ex ebore.

Non tamen] At ejusmodi villioribus cultellis nihilo pejus secatur cibus, aut eo fit deterius.

136 *Nec structor erit*] Vide Sat. v. vs. 120. et seq. et Annot. ibid.

Cui cedere debeat] Tam peritus, ut omnes alios superet.

137 *Pergula*] Omnes magistri in pergula docentes. Is locus a pergendo dictus, multis lateribus apertus, ambulationi aptus, in quo et opera sua exposebant artifices, innotescerent; et Magistri quoque discipulos erudiebant. Sueton. Aug. cap. 94. 'Theogenis Mathematici pergulam'

dicitur Augustus 'ascendisse.' Et de illustr. Grammat. c. 18. 'L. Crassitius in pergula docuisse, donec commentario Smyrnæ edito inclaruit.' Plin. lib. xxxv. c. 10. 'Apelles,' inquit, 'perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur, auscultabat.'

Discipulus Trypheri doctoris] Edoctus et eruditus ab eximio illo structore mensæ, et ciborum dissecandorum magistro, de quo Sat. v. loco mox citato.

138 *Sumine*] Vide Satir. Pers. i. vs. 53. Annot. et Martial. Epig. xiii. 44.

Pygargus] Fera est ex genere caprarum sylvestrium, cujus posteriores partes albæ: hinc nomen: πρῆ, *chænis*, ἀργός, *albus*. Plin. viii. 53.

139 *Scythicæ volucres*] Phasiani, dicti a Phaside fluvio et Insula cog-

Et Gætulus oryx, hebeti lautissima ferro
Cæditur, et tota sonat ulmea cœna Subura.
Nec frustum capreae subducere, nec latus Afræ
Novit avis noster tirunculus, ac rudis omni
Tempore, et exiguae furtis imbutus ofellæ.

140

*copterus, et oryx Gætulus, optimas dapes ex ulmo dissecantur obtuso cultro, omnique
 adrepant Subura. Neque pariam capreae, neque Africanæ volucris latus scit demere
 tiro noster, et continuo imperitus, parvaque offa frustulis assuefactus. Pecula vul-*

~~~~~

poesis, quæ etiam laudantur Martial. XIII. 45. Sed illæ non differunt ab *Afra avi*, quæ mox vs. 142. memoratur. et abest ab 14. 17-21. 25. *phœnix opterus* 14. 17-24. *phœnix oterus* 15. *phœnix et opterus* 16. *phœnix obtarus* 45. et *thenio, opterus* 12.—141 *Creditur* 11. *Subura* 11. 19. 27. 47. 49. 61-69. 71. 72. 73. *Subura* in reliquis. v. ad III. 5.—142 *frustrum* 10. 11. 12. 19. 21-25. 27. 45. 49. 54. 57. 58. 61. 62. 63. 65-69. 71. 73. 75. 76. 77. 82.—143 *auris pro avis* 16. et *rudis* 11. 20. 77.—144 *furtis* 1. 17. 20. 22. 59. 70. 75. 76. 77. 82. *frustis* 21. 24. 45. *frustis* 10. 11. 14. 15. 16. 18. 19. 23. 25. 27. 46-50.

## NOTÆ

nomine, unde primum exportati. Porro Phasis in Colchide est, quæ regio Scythiæ proxima et affinis. Martial. Epig. XIII. 72.

*Phœnicopterus*] Avis est in Africa abundans, ab alis puniceis sic appellata: *πτερόν, πenna, φωνικός*, *punicus* seu *purpureus*. Plin. x. 48. sic ait: 'Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gurgis.' Martial. Epig. XIII. 71. 'Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis Nostra sapit: quid si garrula lingua foret?'

140 *Gætulus oryx*] Caprea unicornis, e Gætulia Africæ regione. Contrarium habet pilum et ad caput verum. Plin. VIII. 53. et alibi. Martial. Epig. XIII. 95.

*Hebeti ferro*] Cædendis ligneis ferculorum simulacris hebetato.

141 *Sonat ulmea cœna*] Nam illi struendæ mensæ et dissecandorum ex arte ferculorum doctores ligneæ omnis generis habebant simulacra, partibus quidem separatim, sed conglutatis, quas dividebant illi coram

tironibus, ut eos docerent membrorum juncturas invenire, scite partes distribuere et carpere. Quod non sine sonitu in ligno fiebat.

*Subura*] Frequenti urbis regione, ubi schola structorum erat. De Subura vide Satir. III. vs. 5.

142 *Caprea*] Capræ sylvestria.

*Subducere*] Solenter demere, ut Chironomon ille, de quo Satir. v. vs. 121.

*Afra avis*] Gallinæ Numidicæ. Varro de Re Rustica. III. 9. 'Gallinæ Africanæ,' inquit, 'sunt grandes, variae, gibberæ, quas *μελαγρίδας* appellant Græci. Hæ novissimæ in triclinium ganearium introierunt e culina, propter fastidium hominum veneunt propter penuriam magno.' Martial. Epig. XIII. 73. 'Ansere Romano quamvis satur Annibal esset, Ipse suas nunquam barbarus edit aves.'

144 *Furtis imbutus ofellæ*] Quidam legunt *frustis*; ut sensus sit, Solitus coquere tantum offulas porcinas in craticula et prunis, et sic tostas in frusta concidere.

*Ofellæ*] Diminutivum ab *offa*. Co-

**Plebeios calices, et paucis assibus emtos**

**143**

**Porriget incultus puer, atque a frigore tutus;**

**Non Phryx, aut Lycius, non a mangone petitus**

**Quisquam erit et magno. Cum posces, posce Latine.**

**Idem habitus cunctis, tonsi, rectique capilli,**

*gavia et paucis assibus comparata offert agrestis minister, et securus a frigore, haud Phrygius vel Lycius, haud ullus astabit a mangone emtus ingenti quidem pretio. Quando petes, pete Latine. Par omnibus vestitus: crines resecti, et recti, hodie*

54-58. 60-69. 71-74. quod plerique intpp. probant, ut sensus h. l. sit: *tirannus noster non novit frustum caprea subducere*, scite demere aut abscindere, *imbutus frustis ofella*, solitus offulas tantum carnis in frusta concidere. Sed hæc sententia languet, quoniam versibus antecedd. jam expressa est. Præterea voc. *frustum* modo præcessit, neque necesse est *ofellas*, et quidem *exiguas*, in *frusta* concidi. Præstiterit certe verba, *exiguæ frustis imbutus ofella*, ita interpretari: solitus in domo et mensa mea non aves videre aut feras, scite scindendas, sed ofellas tantum carnis, quæ, ut verba Martial. x. 48. 15. mea faciam, *non egeant ferro structoris*.—146 *porrigit* 16. 21. a m. pr. 60. 65.—147 *non Lycius* 21. 22. *aut a mangone* p. 18.—148 *Quisquam erit et magno* restitui ex 10. 11. 12. 14-20. 23. 25. 27. 45-50. 54-69. 71. 72. 73. *Quisquam erit in magno* 70. 75. 76. 77. 82. *non a mangone petitus* *Quisquis erit magno* 2. 21. 22. 24. 74. et ita conj. Britan. ut sensus sit: quicumque puer erit, non erit acceptus et emtus a mangone divite et magni servorum numerum habente. Malim reponere: *Quisquam erit et magnus* scil. statura, non pretio: nam proceri servi majoris quam parvi aestimabantur. *poscis* 10. 12. 14-17. 19-27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73.—149 *erectique* 12. 61. 62. 63. 67-69. 71.

#### NOTÆ

**Iumella** l. xii. de suillæ carnis salsa sic ait: 'Dein offulæ carnis spissæ componuntur, atque alternis sal ingeritur.' Martial. Epig. xiv. 221. 'Parva tibi curva craticula sudet ofella: Spumeus in longa cuspidē fumet aper.'

**145 Plebeios calices]** Non crystallinos vel vitreos illos audaces, de quibus Martial. Epig. xiv. 94. sed vili emtos.

**146 A frigore tutus]** Veste crassa tectus a frigore duntaxat, non ornatus, ut sit a luxuriosis. Senec. ad Lucil. 'Transeo agmina exoletorum per nationes coloresque descripta, ut eadem omnibus lenitas, eadem primæ mensura lanuginis, eadem species capillorum; ne quis cui rector est ooma, erispulis misceatur.'

**147 Non Phryx, aut Lycius]** Non adest famulus e Phrygia vel Lycia, minoris Asiæ regionibus, unde venuti petebantur.

**Mangone]** Negotiatore puerorum. A manu et ago, quoniam servos manibus agebant atque expoliebant Mangones, adhibitis etiam medicamentis. Plin. xxi. 26. 'Hyacinthi radix est bulbacea mangonicis venalitiis pulchre nota, quæ in vino dulci illita pubertatem coercet, et non patitur erumpere.' Vide Pers. Satir. vi. vs. 76. et seq.

**148 Posce Latine]** Minister enim Italus Linguam tantum vernaculam novit.

**149 Idem habitus cunctis]** Famuli omnes vili sunt habitu apud me.

**Tonsi]** Non alunt comam longiorem.

Atque hodie tantum propter convivla pexi. 150  
 Pastoris duri hic est filius, ille bubulci.  
 Suspirat longo non visam tempore matrem,  
 Et casulam et notos tristis desiderat hædos.  
 Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris,  
 Quales esse decet, quos ardens purpura vestit: 155  
 Nec pugillares desert in balnea raucus  
 Testiculos, nec vellendas jam præbuit alas,  
 Crassa nec opposito pavidus tegit inguina gutta.  
 Hic tibi vina dabit, diffusa in montibus illis,  
 A quibus ipse venit, quorum sub vertice ludit: 160  
 Namque una atque eadem est vini patria, atque ministri.  
 Forsitan expectes, ut Gaditana canoro

*vero solummodo discriminati ob epulas. Ille pastore laborioso natus est, iste bubulco; dudum non aspectam ingenui parentem; et tugarium, et auctos capros exoptat mastus. Juvenis facie nativa et liberali verecundia, quales oportet esse quos aperit fulgens purpura.\* Is tibi porriget vina effusa in iis collibus, a quibus ipse ortus est, quorum in summitate collisit. Etenim vini et ministrantis unum ipsiusque est natale solum. Speres fortasse, ut arguta saltatione puella Gaditana exordietur*

~~~~~

74. tectique 47. 48. 64. rectique in ceteris et 1.—151 hic est pro est hic recepi ex 10. 11. 14. 16. 17. 20. 22. Versus 152-161. vulgo ad bubulci filium referuntur: unde editores tantum non omnes colon posuere post bubulci et hædos vs. 153. Henninius autem distinctionem post bubulci plane sustulit, et post hædos punctum substituit pro colo. Sed bubulci filius boves potius, non hædos notos tristis desiderabit; et oratio fiet tersior molliorque, si junxeris: *Suspirat longo...ingenui vultus puer* cet. (alias ac tertius, qui *vina dabit* vs. 159.) Ita quoque tres certe describentur pueri poetæ, cui plures fulsæ ex voc. exactis vs. 149. intelligitur.—153 natos 16. 29. tristis notos 21.—154 pueri 16.—156 pupillares...testiculos vet. Schol. qui interpretatur: quales habent hi, qui patres non habent, scilicet tumentes in licentia pueritiam. raucos 16. drancus non male 58. 77. probb. Calder., Lubin. et Farnab. Sic ap. Martial. 2. 97. 11. sqq. *Una lavamur; aspiciit nihil curam; Sed spectat oculis devorantibus drancos, Nec otiosis mentulas videt lubris.*—157 vellendas 45. fellendas conj. nonnulli.—158 Crassa 22. opposito 10. Crassa nec opposito pavidus tenet inguinæ gutto emend. Hrins. ad Ovid. Ep. Her. vii. 100.—159 Hic ubi 46. 47. 48.—160 ludit 21.—161 una est atque eadem 25. 27. 46-50. 54. 55. 56. 58. 61. 62. 66. est non extat in 15. 57. 59. 60. 63. 64. 67. 68. 69. 71-74. 77. magistri 22.—162 expectas 17. et al. Sed forsitan cum subjunctivo jungi solet a Juve-

NOTÆ

Rectique capilli] Non crispati et calamiistrati: hodie pexi, alias neglecti.

153 Casulam] In qua natus et eductus.

Hædos] Quos pascere solebat.

154 Ingenui vultus] Non arte manonica fucati.

155 Quos ardens purpura vestit] Ingenuos adolescentes ac nobiles, circa annum ætatis decimum quartam.

Ardens purpura] Ob colorem igneum.

162 Forsitan expectes] Quid Prosice mihi promissæ caprive, ne speres va-

Incipiat prurire choro, plausuque probatæ
 Ad terram tremulo descendant clune puellæ,
 Irritamentum Veneris languentis, et acres
 Divitis urticæ. Major tamen ista voluptas
 Alterius sexus: magis ille extenditur, et mox
 Auribus atque oculis concepta urina movetur.
 Non capit has nugas humilis domus. Audiat ille
 Testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans
 Fornice mancipium quibus abstinet: ille fruatur
 Vocibus obscænis, omnique libidinis arte,

165

170

*pruritum excitare: * * remissæ libidinis incentivum, et pungentes urticæ opulenti. Attamen acrior ea delectatio alterius sexus: is plus inflammatur. * * Edes parvæ non admittunt eas vanitates. Is auscultet sonitum testarum cum sermonibus, quibus non utitur serva prostans nuda in fœtenti lupanari; is potiatur verbis impudiciis, et*

//////////

nale (cf. i. 150. v. 156. VIII. 113. XIV. 34.) et aliis. v. Heins. ad Ovid. Ep. Her. iv. 53.—163 *plaususque* 17. ad marg. et 60.—164 *Divitibus tremulo collaudant clune* p. 13. *tremulæ* 16. *tremula* 23.—166 *et major* 22. *ipsa* 18. 27. 46-50. 54. 58. 64.—167 *Fæminei sexus: magis hic e.* 13. *incenditur* quidam, nescio qui, legunt, teste Prat.—168 *urina paratur* 27. 46. 47. 48. 54.—169 *Nec forte legendum pro Non*, ut altera afferatur ratio, cur non admittatur *Gaditana*, et prior tum sit illa (sup. vs. 166. sqq.) quod ex ejus cantu et saltatione mulieres majorem, quam viri, voluptatem capiant. *domus: ille fruatur Vocibus obscænis* cet. 13. *ejectis* vs. 170. 171.—171 *a quibus* 22. *illa* 24.—173

NOTE

nas libidinum illecebras. Hæ solis divitibus aptæ sunt.

Gaditana] Nimirum lascivis eruditæ cantilenis simul et saltationibus metriculæ Romam accersebantur e Gadibus Insula, de qua Satir. præced. vs. 1.

Canoro incipiat prurire choro] Egregie locum hunc, verba, mentemque Juvenalis adumbravit Macrobius Saturnal. II. 1. ubi sic habet: 'ut puella mollior canora dulcedine et saltationis lubrico exerceret illecebris philosophantes.'

167 *Extenditur*] Sic legitur vulgo. Quidam, *incenditur*: quam lectionem interpretando secuti sumus, non ut meliorem, sed clariorem. Innuit Poëta proniores et ardentiores ad libidinem fœminas quam viros.

169 *Audiat ille*] Dives luxuriosus.

170 *Testarum crepitus*] Crotala sive crepitacula e testis, quibus inter saltandum utuntur non sine decore quædam gentes, ut Hispani. Addunt et mulieres Indicas: Gaditanas hic innuit Poëta. Gallice, *des castagnettes*. Alii intelligunt cymbala sive tympana. Fuisse quædam instrumenta sonora testas vocata docet Sueton. Ner. c. 20. ubi refert Neronem elegisse plures adulescentulos, 'Qui divisi in factiones plausum genera condicerent, (bombos, et imbrices, et testas vocabant,) operamque navarent cantanti sibi,' &c.

171 *Quibus abstinet*] Plus retinens verecundiæ quam lascivæ illæ saltatrices, aut divites impuri.

Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem :
Namque ibi Fortunæ veniam damus. Alea turpis,
Turpe et adulterium mediocribus. Hæc eadem illi 175

connecta cupidinis industria, qui pytismate lubricum facit orbem Laconicum. Illic enim sorti indulgemus. Inhonesti tenuioribus alea, adulterium etiam inhonestum.

v. Excurs. ad h. l.—174 *Pinguum fortunæ veniam damus* 13.—175 *tamen pro*

NOTÆ

173 *Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem*] Vix credas quam multis hic locus, et in quam multos sensus versatus est. In tot igitur et tam variarum lectionum interpretationumque lubrico quis pedem figat? Imo quis ipso lubricante Juvenali non cæspitet atque titubet? Firmo tamen utcumque stare vestigio mihi videor, antiquioribus s'ando; præsertim cum sensum non valde juvent quæ a viris alioqui gravioribus erudite certatimque hic afferuntur. Emendationes et conjecturas non spernimus, at eorum pace et venia, posthabemus. Justus Lipsius Epistol. Quæst. lib. iv. Ep. 25. fatetur scriptam omnem et impressam antiquitus lectionem esse, vel *pytismate*, vel *pytismate*. Hoc ego Divi amplector, cum Mancinello et aliis, pariterque explico sic: Gaditanis illecebris gaudet ac fruatur dives licet, *qui pytismate lubricat orbem Lacedæmonium*; id est, qui sputo irrorans digitum, facile inde amovet sæpius et admovet (ad ostentationem) suum annulum, cujus a Lacedæmoniis usus emanavit. Turnebus Libro vigesimo quarto c. 28. similiter legit, at aliter explicat, nempe, qui sputo et saliva magis volubilem reddit trochum, ludum certe Græcanicum. Valla *pytismate* legit; atque esse trochum e pinu, græco *στῖς*. Unde *pytisma*. Politian. *pytismate*, quod genus erat exercitationis cum gesticulatione manuum ac

pedum et complosione. Brodæus, *pedemate*, id est, saltu, in tripudio seu saltatione Lacedæmonia in orbem fieri solita. Vide Cæli Rhodig. xviii. 1. Alcianus et Palman. *Pyreismate*, et explicant de quadam Lacenorum exercitatione, quæ a nudis oleoque bene unctis fiebat in sudatorio. Marretus *pettemate*, a *πετρεῖς* talus, intelligitque divitem aleam deditum, qui talis ludit in mensa rotunda e marmore Lacedæmonio facta. Favet quod sequitur mox, *alea turpis*. Mallem certe cum veteri Schol. intelligere divitem qui expuit supra marmor Lacedæmonium, quo stratum est ejus domus pavementum, et sic lubricum reddit. Non abiudit Salmassius, apud quem, lubricare Lacedæmonium orbem dicitur *pytismate*, qui *pytissando*, id est, gustando vinum cum probatione quadam, et mox expuendo, crebris ejusmodi rejectionibus et effusionibus uda facit et lubrica tum mensas rotundas e marmore Lacedæmonio, tum abacum, et pavementum. Non moror *poppyama* Flavii, aut Lipsium cum suo *pygismate*; absit enim ut obscæna commiscar ultro, qui vel occurrentia solitus sum elucetasi.

174 *Fortunæ veniam damus*] Luxuriosa illa in divitibus solent tolerari: at quis eadem seriat in mediocri viro? Ex opinione vulgi.

175 *Illic*] Divites luxuriosi.

Omnia cum faciant, hilares nitidique vocantur.

Nostra dabunt alios hodie convivia ludos :

Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis

Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

Quid refert, tales versus qua voce legantur ?

180

Sed nunc dilatis averte negotia curis,

Et gratam requiem dona tibi, quando licebit

Per totam cessare diem : non sceneris ulla

Mentio, nec, prima si luce egressa, reverti

Nocte solet, tacito bilem tibi contrahat uxor,

185

Humida suspectis referens multicia rugis,

Vexasque comas, et vultum auremque calentem.

Isti vero cum ea perpétrant universa, nihilominus læti ac splendidi nominantur. Dixerunt hodie lusus suppeditabant epulas nostras. Canetur auctor Iliadis, et versus sublimis Virgilii, reddentes ancipitem victoriam. Quid interest qua voce recitentur ejusmodi carmina? Jam vero sepositis anxietatibus amore occupationes, et jucundum otium largire tibi, siquidem integra die fas erit quiescere. Ne sit quavis rursus recordatio, neque tibi silenti commoveat iracundiam, si conjux exiens diluculo contulerit ad noctem redire, reportans uda serica, plūcis suspicionem creantibus, et capillos exagitatos, et ardentem faciem atque auriculam. Quodcumque angit de

eodem 16.—176 faciunt 16. 17.—177 Dant mediocria condignos convivia 18.—179 laudem pro palmam 25. 46. 47. 48. 54. 56-60. 64. ex interpretam.—180 ejectus e 13. versus tales 45.—181 Ad quos dilatis 13. convertit 22. adverte 45.—183-187 extrusi e 13. totum 11. 15. 16. 17. 19-24. 45. dum pro non 24.—185 tacita 11. 16. contrahit 22.—186 Humida 47. 48. multicia 19. 59.—

NOTE

178 *Conditor Iliados cantabitur*] Recitabantur Homerici versus ex eleganti carmine de Trojano exordio.

179 *Dubiam facientia carmina palmam*] Quæsitum enim jam pridem, an Virgilius Homerum superarit. Vide Macrob. passim, maximè vero lib. v. Quintil. x. 1. Gell. ix. 9. Cœl. Rhodig. vii. 4. Jul. Scaliger Homero Virgilium præfert: Propertius etiam ita canit, in Elegia ultima l. ii. 'Cedite Romani Scriptores, cedite Graii; Nescio quid majus nascitur Iliade.'

180 *Qua voce legantur*] Non est opus adjuvare eleganti pronuntiatione tam bonos versus, qui suam ipsi sath pro-dunt elegantiam. Adeoque licet ab

imperitò rudique puero legantur, parum refert.

181 *Dilatis*] In aliud tempus remis-sis curis, hilarem ad epulas animum affer.

183 *Farneris*] Quod debes, aut tibi debetur.

185 *Tacito*] Dissimulanti et non auso suspicionem de adulterio objicere uxori imperiosæ.

186 *Multicia*] Vestes e subtili panno, bombycinas. Sat. ii. vs. 66.

187 *Vexasque comas, et vultum auremque calentem*] Notas perpetrati recenter flagitii, ex Suetonio August. c. 69. et Calig. c. 36.

Protinus ante meum, quicquid dolet, extra limen :
 Pone domum, et servos, et quicquid frangitur illis,
 Aut perit : ingratos ante omnia pone sodales.

196

Interea Megalesiacæ spectacula mappæ
 Idæum solenne colunt, similisque triumpho
 Præda caballorum Prætor sedet, ac, mihi pace
 Immensæ nimisæque licet si dicere plebis,

pone statim ad ostium meum. Animo abijce familiam, et famulos, et quodcumque rumpitur ab eis, vel disperditur: præ cunctis abijce socios immemores. Interim celebrant spectacula mappæ Megalesiorum, Idæum solenne; et Prætor equorum de prædator sedet per triumphantem: sique fas mihi est loqui cum bona venia infiniti et

188 *lumen* 11. *excute limen* conj. Schrader.—189 *domum, servos* 56. 59. 60.—191-203 *ejecti* e 13. *palmæ* pro *mappæ* 27. 46. 47. 48. 58. 61. 62. 63. 65-69, 71. 72. 73. prob. Curione.—193 v. Excurs. ad h. l.—194 *Immensa* 73. ni-

NOTÆ

189 *Pone domum, &c.*] Deponere curam domus, obliviscere servorum atque sodalium improbitatem, ne quid sit quod tuam ab hilari jucunditate mentem avocet.

191 *Interea Megalesiaca, &c.*] Dum nos instruimus convivium, Circensibus ludis detinetur Rom. omnis populus, neque posses quicquam negotii cum ullo peragere, etiam si maxime velles: ergo totus vaca nostris istis oblectatiunculis.

Megalesiaca] Megalesia, sive Megalenses ludi, a *μεγάλη* *μηρίς*, dicti, quia matri magnæ dedicati; vel quod magnis fierent impensis, ut vult Ascen. Padianus. Vide Sat. vi. vs. 69.

Mappæ] Circensium ludorum signum pariter et præmium erat mappa: qui mos a Nerone fluxit. Cum enim spectandi avida plebs instaret, ut quamprimum ludi inciperentur, et e carceribus exeundi signum quadrigis mitteretur, Nero tum prandens iadulsit, et mappam qua manus tergebatur, continuo jussit per fenestram abijci, velut signum. Cassiodor. 3. Var. c. 51. Vide Turneb. xviii. 33. Ubi ad rem, Tertulliani locum affert. In ea mappa picturam et formam ludo-

rum fuisse aiunt. Mappæ meminit Sueton. Ner. c. 23. 'Universorum se oculis in Circo Maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam, unde Magistratus solent.' Et Mart. Epig. xii. 29. 'Cretatam Prætor cum vellet mittere mappam, Prætori mappam surripit Hermogenes.'

192 *Idæum solenne*] Ludos solennes in honorem Cybeles matris Deum e monte Ida Romam advectæ. Vide Sat. vi. cit.

193 *Præda caballorum*] Quia nimis in equos sanctibus Prætor absumebatur. Multi legunt *prædo*. An quod in istis ludis equi multi frangerentur, ut ait Vet. Schol. unde Salmasius vult legi, *perda caball.* id est, perditor caballorum? Sic in Catonis Distich. *effici perda* legitur, similiter et apud Isidorum; significatque eum qui officia perdit, id est, eorum remunerationem non habet. An quod Prætor quibusdam favens, aliis equis victoribus meritum non daret bravium ac præmium? An quod optimos ille equos sibi eligens vili pretio dominis auferret?

Prætor sedet] Is enim ludis præsidebat, et curru sublimis pompa tri-

Totam hodie Romam circus capit, et fragor aurem 195
 Percutit, eventum viridis quo colligo panni.
 Nam, si deficeret, moestam attonitamque videres
 Hanc urbem, veluti Cannarum in pulvere victis
 Consulibus. Spectent juvenes, quos clamor, et audax

numerosioris populi, Romam universam hodie continet Circus; atque auriculaserberat strepitus, ex quo prasinis successum panni conficito. Etenim si deesset, civitatem istam cerneret æque tristem et stupefactam, ut casis Consulibus in pulvere Cannarum. Hos ludos aspiciant adolescentes, quibus convenit acclamatio, et fortis

miæve 23.—195 *aurem* 59. 60. 66.—196 *in abest* ab 56. 57. 59. 60.—201. 202.

NOTÆ

nymphali vehebatur. Vide Sat. x. vs. 36. et seq.

Pace] Sine offensione populi Rom. Circensibus nimium addicti: ut jam notatum supra, et alibi.

195 *Fragor]* Applausus et acclamatio spectantium.

196 *Eventum viridis quo colligo panni]* Victoriæ factionis prasinæ, cui favisse dicuntur Caligula et Nero, at Venetæ Vitellius. Vide Not. seq.

Viridis panni] Erant in Circensibus decurrentium aurigarum atque agitatorum factiones quatuor, a vestium coloribus denominatæ, et quatuor anni tempestatibus respondentes, vernæ prasina seu viridis, æstati rosea seu rubea, alba autumno pruinosa, nubilæ hyemi veneta sive cærulea: quibus Domitianus addidisse fertur purpurei panni et auratas factiones. Porro spectatores alii aliis factionibus studebant, nonnunquam e colore, quem quisque amaret, studium impendentes, vel imperatorum favorem sequentes. Hinc Plin. l. ix. Epist. 6. ita perstringit: 'Miror tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos, insistentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla. At nunc favent panno, pannum amant; et si in ipso cursu

medioque certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium favoreque transibit, et repente agitadores illos, equos illos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent. Tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima tunica.' Martial. l. xxy. Epig. 131. 'Si Veneto prasinove faves, qui coccina sumis, Ne fias ista transfuga sorte, vide.' Sidon. Apollin. Carm. 23. 'Micant colores Albus, vel Venetus, virens, rubensque.—Hortanturque obiter, juvantque blandis Ultro plausibus.—Dicant quadrupedantibus furorem.—Impellunt, trepidant, trahunt, repugnant, Ardescunt, saliunt, timent, timentur.'

197 *Si deficeret]* Si vincatur prasina factio, viridis pannus; vel, si Romanis adimantur Circenses, si adamata deficiat oblectatio, moestam videres civitatem, &c. Sarcastice omnino. Supra vs. 53.

198 *Cannarum in pulvere victis Consulibus]* Ut in Cannensi clade. Vide Sat. ii. vs. 155. Tit. Liv. xxii. 46. ad rem hanc: 'Ventus,' inquit, 'quem Vulturum incolæ regionis vocant, adversus Romanis coortus, multo pulvere in ipsa ora volvendo, prospectum ademit.'

199 *Audax sponso]* Contentio depositis pignoribus, pro victoria ejus

Sponsio, quos cultæ decet assediſſe puellæ : 200
 Spectent hoc nuptæ juxta recubante marito,
 Quod pudeat narrasse aliquem præſentibus ipsis.
 Noſtra bibat vernum contracta cuticula ſolem,
 Effugiatque togam. Jam nunc in balnea, ſalva
 Fronte, licet vadas, quanquam ſolida hora ſupersit 205
 Ad ſextam. Facere hoc non poſſis quinque diebus

sponsio, et sedere juxta virginem bene contem: aspiciant illud uxores assidente viro, quod cupiam verecundia sit referre coram ipsis. Nostra pellis rugosa vernum hauriat Solem, et togam evitet. Jamjam fas est ut balnea subeas, incolunt pudore, etiam restat hora integra usque ad sextam. Id quidem agere nequeas per dies

~~~~~

Hi versus leguntur h. l. in 1. 2. 14. 17. 18. 19. 46. 49. 50. 70. 74. 75. 76. 81. 82. sed post vs. 159. in quibusdam libris, post vs. 161. in 45. et cod. Jun. Hæc-myndano, (sed ibi hoc modo: *Quod pudeat, narras aliquid præſentibus ipsis: Spectant hoc cet.*) post vs. 172. in 16., et post vs. 164. in 8. 35. 36. (v. Canteri Nov. Lect. III. 6.) et in edd. recentt. Farnab. et al. prob. Grang. Post vs. 173. eos inserendos putabat Bahrdt. Protæus autem abſeunt ab 10. 11. 12. 15. 16. 20-27. 47. 48. 54-69. 71. 72. 73. 77. recte forſan, judice etiam Schurzfl. Ab interpolatore proculi videntur, et a librariis deinde ex margine variis locis inserti. Si tamen ab ipsius poëtæ ingenio profecti sunt, huic loco magis conveniunt, quam aliis. *Spectant* 17. 18. 19. *Spectant hic* conj. Withof.—202 *narrare* 17.—204-206 in 13. contracti in duos: *O conſcita tamen sis rarus ad hoc quia salta Fronte licet venias, non poſſis quinque diebus.*—205 *quanquam hora*

#### NOTÆ

factionis cui favet quisque.

201 *Spectant hoc nuptæ*] In quibusd. exempl. hi duo versus leguntur ante vs. 165. ut mox sequatur, 'irritamentum Veneris,' &c.

203 *Nostra bibat vernum*] Nobis jam senibus magis utilis est insolatio. Vide Pers. Sat. IV. vs. 18.

204 *Effugiatque togam*] Quidam interpretantur: togam deponat ad insolationem et balnea. Alii sic explicant: fugiat togæ curas et togatorum negotia, occupationes, officia. Unde Martial. l. X. Epig. 47. ad vitam beatorem exoptat, inter alia, togam raram. De his et nos alibi. Prior interpretatio minus arridet.

*Nunc in balnea*] Diximus alibi lavari solitum quondam ante cœnam.

*Salva fronte*] Nec enim semel id

*Delphi. et Var. Clas.*

*Juv.*

fecisse turpe erit: quod præveniamus hodie tantum horam lavandi cœnandique legitimam. Vide Sat. I. vs. 49. atque ibid. annot.

205 *Quanquam solida hora supersit, &c.*] Quamvis sit hora diei tantum quinta, id est, nostra fere undecima. De his vide quæ fuscæ annotabo ad Pers. Sat. III. vs. 4. de veterum antem conviviorum ritibus variis exquisita multa lege apud Lips. antiq. lect. l. III. Porro balnei horam consuetam fuisse nonam hyeme, æstate octavam, disertis verbis indicat Plin. l. III. Epist. l. 'Ubi,' inquit, 'hora balnei nuntiata est, (est autem hyeme nona, æstate octava) in sole, si caret vento, ambulat.—Lotus accubat, et panisper cibum differt,' &c.

2 R

Continuis, quia sunt talia quoque tædia vitæ  
Magna. Voluptates commendat rarior usus.

*quinque continentes, nam vitæ etiam ejusmodi gratia sunt fastidia. Unus infrequens gratas facit oblectationes.*

~~~~~

sola s. 16.—206 hæc 45.—206 deest 12.

NOTE

207 *Tædia* etc.] Otiosæ, voluptariæ.
Tædia] Cic. ii. de orat. 'Omnibus
in rebus voluptatibus maximis finiti-
mum est fastidium.'

208. *Rarior usus*] Cic. in *Leali* :
'Et quidem omnia præclara rara.'
Martial. Epig. iv. 39. 'Rara ju-
vant.'

EXCURSUS

AD SAT. XI. 172.

VERSUS expeditu difficillimus, et hinc forte ejectus e 13.
quæ profecto facillima nodi solvendi ratio est. Maximam
nobis molestiam creat vox obscura *pytisma*. *pytismate* ex-
hibent 1. et plerique codd. tam scripti quam editi. *pi-*
tismate 10. 17. 19. 27. 46-48. 58. 64. 67. *petismate* 22.
pitysmate 11. 18. 28. prob. Valla, ut orbis *Lacedæm*. sit tro-
chus e pinu, *ix xlvus*, quem assidua rotatione oleo uncta
mulier *lubricaverit* s. *levigaverit*: qui Græcorum, inpr. Spar-
tanorum, ludus fuit. *pedeumate* exhibet vetus membr. Mu-
reti, quem vide in Var. Lect. x. 6. *pitteumate* alia Taub-
manni, ab eo laudata ad Plaut. Pers. v. 2. 67. *pede nudo*
liber Jac. Schegkii, qui in Præmiss. et Obs. Epist. c. 5.
hanc lectionem defendit, ut mos Græcorum innuatur, quos
in conviviis nudos saltasse, (*pede libero pulsasse terram* Hor.
Od. i. 37. 1.) doceant Athenæus et Cic. Pis. 10. (*cum ipse*
nudus in convivio saltaret, et illum suum saltatorium versaret
orbem, cet.)

Quæ lectiones cum non arriuerent aliis, dici vix potest,

quantopere in iis emendandis operam luserint. Potiores eorum conjecturas paucis recensuisse sufficiet.—*pedemate* suspicabatur Cæcil. Minutian. de orthogr., et rectius, at contra metri leges, *pedemate* (ut legitur in 63. 68. 69. ad marg. 71. 73. 74.) Bapt. Egnat. Racem. c. 17. Brodæus Misc. v. 26. et Britann. ut vel designetur βίβας; λαιωνική, genus saltationis, *lubrico pedemate*, πηδήματι, saltu vel celeri pedum mobilitate, in orbem, gyros et ambages, circa tibicinem in medio sedentem atque canentem, exercitæ, (v. Pol-lux, et Lucian. de Saltat. c. 10. Opp. T. iv. p. 347. sqq. ed. Schmid.) vel, quæ Brodæi sententia est, orbis sit ligneum tympanum, in quod desiluerint, quodque modo saltantes circumduxerint pedibus, modo per longum spatium super stantes uno impetu lubricando agitaverint.—*pitylismate* vel *pytilismate* conj. Politianus in Misc. ii. 37. 38. et Jul. Scallig. Poët. i. 22. ut sit exercitatio in *Laconico* facta, qua quis summis pedibus ingrediens manus protenderit ocysissimeque moverit, alteram retrorsum, alteram prorsum, de quo v. Galen. ii.—*petteumate* recepit Farnab. ex emendat. Mureti in Var. Lect. x. 6. ubi hæc vox deducitur a Gr. πεττεύειν, talis s. calculis; πεττεύς, ludere, ut h. l. significetur dives aleæ studio deditus, qui mensam ex marmore Laconico assidue ludendo *lubricet*, h. e. poliat. Cf. vs. sq.—*pyreismate* vel *pyreysmate* corrig. Alciatus Parerg. Jar. vi. 3. ut sit exercitatio quædam Laconum, vel nudorum oleoque unctorum, in sudatorio, Laconico, πυρεύματι s. πυρευστική.—*proplysmate* Mercurialis art. gymn. i. 10. putans intelligi petulantiam ditiorum, qui multo sputo (προπύρρις, insputantes) irrigaverint Laconicum, ejusque pavimentum lubricaverint, ut facile quis cadere potuerit.—*pitteremate* Eberh. Mollerus, qui hanc lectionem Labino probavit excitatis aliquot veterum scriptorum locis, inpr. Luciani.—*pygismate* Lips. Epist. Quæst. iv. 25. ubi monet, πύγισμα poëtæ Siculo dici pædicationem, et verbum *lubricare* obscœni quid præferre, orbem vero *Lacedæm*. partem vocari aversam, et diviti pueros Lacedæm. tribui, quoniam ea gens Juvenalis tempore maxime mollia et pueri inde oriundi in nobilium deliciis fuerint. Cf. Phi-

lostr. vit. Apollon. iv. et Martial. iv. 55. 6. 7.—*poppysmate* Flavius Conjectan. c. 51. ubi docet, verba *poppysma* s. sibi-
lum, et *lubricare* de re obscœna adhiberi, et *orbem Lacedæm.*
esse præposteram Venerem, quoniam Spartanos primum
ad athleticam nudasse corpora, et inde libidinem in pueros
exarsisse, tradant Thucyd. et Cicero.—Lipsius l. l. dicit,
Jac. Susium suasisse, ut *pro orbem* substitueretur *orbum*,
h. e. senem orbum, divitem ac foedum, qui nescio quid ob-
scœni fecerit vel potius passus sit.—*urbem* legitur in 23.:
inepte.

EXCURSUS

AD SAT. XI. 193.

Præda caballorum Prætor legitur in 1. 11. 14. 16. 48. 50.
56. 70. 74-77. et tam copiose quam erudite defenditur a
Gronov. Obs. iv. 24. ubi monet, acerbo sale perstringi
munerarium, qui dum triumphantis ritu habituque præsi-
deat Circensibus, magnum se virum putet, cum re vera sit
caballorum præda, h. e. prodiga illa impensa in equis auri-
gisque alendis, exercendis, producendis, comedatur miser,
patrimonium exhauriat sub vana specie honoris, et intereat.
Cf. sup. i. 59. 60. Lips. ad Tac. Ann. i. 15. et Heins. ad
Claudian. Fescenn. vs. 11. Ingeniosa profecto interpretatio,
quæ tamen paulo longius petita videri possit. Male vetus
Schol. ‘*Præda caballorum*, pompa. Quoniam Circensibus
illis, quos Prætores edunt, unus est missus, qui *ordearius*
(non *ordinarius*) dicitur; ideo *præda caballorum*, quia *hordeum*
pro illo die aurigæ tollunt equorum; aut ideo *præda* dixit,
quoniam multi equi frangebantur iisdem Circensibus.’ Cf.
Savaron. ad Apollinar. p. 406.—*Prædo caballorum* Prætor
exhibent 10. 12. 15. 17-27. 45-47. 49. 54. 55. 57-69. 71-73.
prob. Grot. ad Capellam p. 174. Nonnulli, v. c. Schol. in
cod. Junii, Prætozem ita dici putant propter equos ab hos-

tibus raptos; alii vero per jocum aut paronomasiam, quod vel optimos equos invitis dominis vili auferat pretio, vel iniquus certaminis iudex s. brabenta sit, et palma præmioque s. brabeo fraudans meritos et victores equos efficiat, ut exiguo vendantur pretio, et vel a se emi possint.—*Perda emend.* Salmas. (ad Solin. p. 465. et ad Trebell. Poll. de xxx. tyrannis c. 17. in Hist. Aug. p. 305. 312.) h. e. perditor, *φθορεὺς*, ut *scriba*, *advena*, *transfuga*, *hæredipeta*, *homicida*, *parricida*, et inpr. *officiperda* ap. Caton. distich. iv. n. 43. et Isidor. in Gloss.—Præstiterit *Præco*, prædicator, laudator, *caballorum*, equorum vel aurigarum victorum, ut *præco virtutis* ap. Cic. pro Arch. c. 10.

SATIRA XII.

**NATALI, Corvine, die mihi dulcior hæc lux,
Qua festus promissa Deis animalia cespes
Expectat. Niveam Reginae ducimus agnam:
Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura.**

*O Corvine, die natali suavior est mihi lux ista, qua cespes festinus opperitur ro-
tas Numinibus pecudes. Regina candidam immolamus oviculam: simile vellus offe-
retur Palladi Maura Gorgone certanti: Terpsio cetero Jovi destinata victima lauci-*

1-30 ejecti e 13. *carior hæc lux* 17. 19. 20. 24. *clarior* (h. e. præstantior, vel memorabilior) 11. 21. 22. prob. Schurzfl. Alterutra profecto lectio genuina videtur, et vulgata emendationem sapit.—2 *festus* resitui ex 10. 11. 12. 15-22. 25. 26. 27. 45-50. 55-63. 65-69. 71-74. *festas* 14. 23. 24. 54. 64. 70. 75. 76. 77. 82. nescio quo sensu.—3 *Expectant* 15. 18. *ducimus* revocavi ex 1. 7. 9. 11. 12. 15. 19. 20. 22. 24. 45. 49. 55. probb. Pith., Schurzfl. et Heins. ad Ovid. Met. xv. 114. *dicemus* 23. *cadimus* in reliquis libris. Sed *rd ducimus* est doctius, hoc vulgare, quod haud dubie ex marg. in textum irrepsit.—

NOTE

1 *Natali, Corvine*] Vota se Diis ait persolvere ob incolumem e naufragio Catullum: seque id facere magno animo et in amicum benevolo, non insidiosa mente, ut ab eo scribatur hæres, more plurimorum.

Natali die] Hanc epulis et hilaritate quotannis celebrabant, ut notavimus ad Pers. Sat. vi. vs. 19. et alibi.

2 *Animalia cespes expectat*] Ara e vivo cespite extracta expectat victimas pro incolumitate amici mei Catulli a me votas et mox quidem mactandas.

3 *Reginae*] Fortunæ, vel Junoni, de qua Virg. Æn. i. 'Ast ego quæ Divum incedo Regina.'

4 *Par vellus*] Similis victima, pariter alba. Diximus alibi, Diis superis albas, inferis nigras mactari.

Pugnanti Gorgone Maura] Minervæ, cui ex Hom. Iliad. v. circa humeros ægis, in qua fortitudo, minæ, et Gorgoneum caput diri monstri: id est clypeus, in quo erat caput Medusæ Gorgonis, a Perseo in Mauritanis finibus interceptæ. Vel Mauram vocat Jvenalis, quod ea cum sororibus Euryale et Stenione coluit Dorcadas, sive Gorgadas, et Gorgonas insulas, quæ sunt ad viride promontorium, Mauris vicinæ.

Gorgone] *Topyds*, trux; hinc factum cognomen. Hujus capitis serpentibus armati conspecta fabulantur homines in saxum dirigiisse. Athen. Lib. v. cap. ultimo, meminit animalis pariter nominati in Libya, ovi sylvestri similis, cujus aspectu homines aggressi lapidescebant.

Sed procul extensum petulans quatit hostia funem, 5
 Tarpeio servata Jovi, frontemque coruscat:
 Quippe ferox vitulus, templis maturus et aræ,
 Spargendusque mero, quem jam pudet ubera matris
 Ducere, qui vexat nascenti robora cornu.
 Si res ampla domi, similisque affectibus esset, 10
 Pinguior Hispulla traheretur taurus, et ipsa
 Mole piger, nec finitima nutritus in herba,
 Læta sed ostendens Clitumni pascua sanguis
 Iret, et a grandi cervix ferienda ministro,

viam longe porrectum exstitit lorum, et frontem vibrat. Est enim juvenens indomitus, fanis altarique idoneus, et vino irrigandus, qui mamma parentis jam erubescit sugere, qui erumpente cornu quercus exagitat. Si opes in adibus forent copiosæ, et amori æquales, taurus duceretur Hispulla crumori, ipsaque dotes pinguedine, neque vicino pascuis in graminis, verum extret cruer indolens optima pascua Clitumni, ubique

~~~~~

4 *Mauræ* 16.—5 *expensum* 16.—6 *Tarpeio* 19. *qui fronte coruscat* 20.—7 *feras* 22. *maturus templis* 19. *aris* 15. 21. 22.—11 *Hispulla* 27. *Hisbulla* 17. a m. sec. 18. *Gispulla* 66. *His pulla* 11. 15. 16. 17. *Hispolla* legendum docuisse Thaddæum Donnoiam de patria Propertii, et Bern. Montfaucon., monet Schurzleisch. *ipsæ* 15. 46. 48. 49. 56.—14 *magne pro grandi* Serv. ad Virg.

## NOTE

5 *Extensum funem*] Quo ad aram ducenda est, laxo, non arcto; ne videatur ad sacrificium invita ire victima: nam quæ valde reluctabatur, invitæ putabatur Numinibus offerri, adeoque removebatur ab altaribus hostia: et hoc ita a sacrificantibus observatum, testis est Macrobius III. 5.

6 *Tarpeio Jovi*] Cui sacra ædes in Capitolio, seu rupe Tarpeia.

7 *Templis maturus*] Qui nondum subiit jugum, satis tamen grandis ut sacrificetur. Vide Macrob. cit. I. III. a cap. 1. usque ad 10.

8 *Spargendusque mero*] Mactandæ victimæ aurata inter cornua vinum infundebatur, seu invertebatur. Virg. *Æn.* IV. 'Ipse tenens dextra pateram pulcherrima Dido Candentis vaccæ media inter cornua fundit.' Et I. VI. 'Frontique invergit vina Sacerdos.'

9 *Vexat nascenti robora cornu*] Ex

petulantia arbores impetit cornibus nunc primum erumpentibus. Virg. *Eclog.* III. 'Pascite taurum, jam cornu petat,' &c. Et alibi.—'Irasci la cornua discit, Arboris innixus trahico.'

11 *Hispulla*] Præpingui femina, de qua Sat. VI. vs. 74.

13 *Ostendens Clitumni pascua*] Sua crassitie, suæque colore.

*Clitumni*] Is Umbriæ, seu Falisci agri fluvius: cujus aqua pota candidos fieri boves, auctor est Plin. II. 108. Item Virg. *Ge.* II. 'Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus Victimæ, sæpe tuo perfusi flumine sacro, Romanos ad Tempia Deum duxere triumphos.' Claudian. de vict. Stilic. 'Quin et Clitumni sacræ victoribus undas, Candida quæ Latia præbent armenta triumphis.'

14 *Ferienda*] Hostiæ majores clava aut securi ictu et prostratæ, dein

Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaque passi  
 Nuper, et incolumem sese mirantis amici.  
 Nam præter pelagi casus, et fulguris ictum  
 Evasi, densæ cœlum abscondere tenebræ  
 Nube una, subitusque antennas impulit ignis;  
 Cum se quisque illo percussus crederet, et mox  
 Attonitus nullum conferri posse putaret  
 Naufragium velis ardentibus. Omnia fiunt  
 Talia, tam graviter, si quando poëtica surgit  
 Tempestas. Genus ecce aliud discriminis: audi

*guttur ab ingenti victimario percutiendum: et hæc propter reditum familiaris etiam-  
 num tremantis, et paulo ante perpassi terribilia, atque saluum se obstupescantis.  
 Enimvero præter maris discrimina et percussione fulminis evitati, spissa caligo  
 cœlum texit universa nebula, et repentina flamma antennas concussit, quando singuli  
 se putabant eo verberatos, simulque stupentes existimarent nullum posse naufragium  
 velis ardentibus comparari. Cuncta accidunt similia, atque ita formidolosa, ut cum  
 exoritur procella poëtica. En alteram auscultâ periculi speciem, et rursum te misce-*

~~~~~

*Æn. viii. lapsu memoriæ. magistro 21. Oratio autem h. l. scabra est ac
 impedita, et vix dubito, quin totus hic versus obelo sit transfigendus, et vs. 13.
 pro sanguis reponendum sacri, quæ verba per compendium scripta non admo-
 dum differunt. Sic flumen sacrum et sacras undas Chitumni dixerunt Virg. et
 Claud. Ita quoque aptissimum est verbum ostendens, scil. niveo pellis colore,
 quo non satis commode referri potest, si de sanguine agitur.—17 ictus 9. 21.
 et fulminis ictus Evasi 9. prob. Pith. Recte, opinor, si et pro etiam dictam
 acceperis, et majorem distinct. posueris post Ecasis. Tum ignis vs. 19. ad
 fulmen referri potest. Vulgata tamen lectione servata augentur pericula.—
 18 cœlum densæ 24.—19 subitas 22. antennas 17. 20. 59. 60. 68. antennas 24.
 —20 pertusum 29.—23 graviter, quando 11. Schurzfleisch. nota est hæc: 'Pato
 legendum quam quando. In primigenio exemplari fuerit QVANDo. Majores
 literæ notabant, syllabam bis legendam; sed exscriptores, ut sæpe in bonis
 auctoribus factum, rei non attendebant: ut tamen versui consulerent, si quan-
 do posuerunt. Non aliter Schol. legisse, clara ejus verba docent: id est, tales
 tempestates contingunt navigantibus, quales fingere solent poëtæ.' Nihil horum
 mihi certe persuasit vir doctus. Pontica surgit Tempestas (h. e. sæva, qualis
 in Ponto Euxino esse solet) 45. et cod. Ms. Ignat. Hanniella, teste ac prob.*

NOTÆ

suppositis cultris jugulabantur, ut bene observat Turneb. xv. 12.

19 *Antennas impulit ignis*] Transversum malo lignum, cui velum alligatur, igne cœlesti seu fulmine impulsum exarsit, et navim incendit.

21 *Nullum conferri posse, &c.*] Naufragium haud jam timendum præ incendio.

23 *Poëtica*] Qualis describi solet a Poëtis rem exaggerantibus. Leg. alli Pontica, id est, tam horribilis et sæva, quam quæ solet esse in Ponto Euxino. Tempestatis pete descriptionem ex Homero Odyss. v. Virg. Æn. i. et iii. Ovid. Metam. ii. Fab. 10. et aliis passim.

Et miserere iterum, quanquam sint cetera sortis 25
 Ejusdem: pars dira quidem, sed cognita multis,
 Et quam votiva testantur fana tabella
 Plurima. Pictores quis nescit ab Iside pasci?
 Accidit et nostro similis fortuna Catullo.
 Cum plenus fluctu medius foret alveus, et jam, 30
 Alternum puppis latus evertentibus undis
 Arboris incertæ, nullam prudentia cani

reut, quomodo alia sint paris fortuna, certe pars avara, verum pluribus nota, quamque monstrant aedes multa votivis tabulis. Equis ignorat pictores ab Iside nutrirī? Nostro etiam Catullo par sors contigit, quando carina dimidia undis erat referta, jamque aquis exturbantibus vicissim costas navis arboris vacillantīs, nullum præberet

Labino. Sed quanto venustior vulgata lectio!—25 sunt 11.—27 *templa pro fana* 7. e glossa.—28 qui 78.—31 Hunc versum in 13. excipit vs. 37. et hunc 32-36. *emergentibus* 16. Semper miratus sum, neminem interpretum hæsisse in b. l., in quo duo genitivi, *puppis* et *arboris*, vel sine copula, cum voc. *latus* junguntur, neque commoda exoritur sententia, sive navem b. l. et *puppim* et *arborem*, ut quidam putant, sive, ut alii, malum dici *arborem* censeas. Tandem legi hanc Schurzii. notam: 'Locus mihi non videtur sanus. *Puppis* exponunt de nave, *arboris* etiam: quis inde sensus? Meo judicio in voce *incertæ* latet mendum, et legerim: Cum plenus fluctu medius foret alveus et jam Alternum puppis latus, evertentibus undis Arboris incurvum, nullam prudentia cani Rectoris cum ferret (v. mox ad vs. 33.) *opem*; *decidere* cet. Sic consentiunt Scholia: *Latus dubat navis et arbore coacta. Arboris incurvum dixit malum jam curvatam, quam scil. undæ evertunt, cum jam alveus aquis plenus est, et latus puppis non minus. Cf. Pontani Analecta II. 11. de alterno puppis latere, et de toto h. l. Heins. de Sat. Horat. p. 107. Rigalt. ad Phædr. f. 50. et Schotti Enodatt. i. 25.* Sed bonæ Latinitatis scriptor malum curvatam non dicit *arboris incurvum*, et oratio præterea scabra est, nisi ante voc. *nullam* copula et vel ac inseratur. Mea qualicumque sententia jungenda sunt verba *alternum latus arboris incertæ*, et *et puppis* vel glossa est, voci *arboris* ascripta, vel librarium incurvæ debetur. Hinc varia substituere possis, vel in *puppi*, vel *curvis*undis (quo sensu unda curvata s. sinuata, κύμα κυρτωδὲν s. κυρτὸν dicitur) vel tumidis, vel decimis al.—32 incerti 45. incerto 17-23. 25. 46. 47. 48. 55. 58. 59.

NOTÆ

26 *Cognita multis*] Seu experientia, seu aliter.

27 *Votiva tabella*] Qui e naufragio sospites evaserant, illud in tabella pictum suspendebant in fano alicujus Dei, ut Neptuni, Esculapii, Isidis, in monumentum grati sui in servatores Deos animi. Vide Pers. Sat. i. vs. 89.

28 *Ab Iside pasci*] Pictores multi victitabant pingendo tabellas ejusmodi in Isidis Templo a naufragis reponendas. Nam ex quo Deos Æ-

gyptios Romani susceperant, Isis maxime coli cœpta Romæ. Vide Sat. vi. passim atque ibid. Annot. Horat. Epist. ad Pisones, vs. 20. 'Fractis enatat expes Navibus, ære dato qui pingitur.'

30 *Cum plenus fluctu, &c.*] Cum semiplena jam aquis esset carina, seu pars navis interior, et cum latus daret, modo in dextrum modo in sinistrum inclinata fluctuabat navis incerta cursu.

Rectoris conferret opem; decidere jactu
 Coepit cum ventis, imitatus castora, qui se
 Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
 Testiculi: adeo medicatum intelligit inguen.
 Fundite, quæ mea sunt, dicebat, cuncta, Catullus,
 Præcipitare volens etiam pulcherrima, vestem
 Purpuream, teneris quoque Mæcenatibus aptam,
 Atque alias, quarum generosi graminis ipsum

35

40

*auxilium senis Naucleri peritit, incipit Catullus dirimere cum ventis, projiciendo, amulatus fibrum, qui se ipse spadonem reddit, optans effugere testium jactura, ita aulubres novit * * Quæ mea sunt omnia projicite, aiebat Catullus, speciosissima quæque effundere cupiens, togam etiam purpuream molibus idoneam Mæcenatibus, ceterasque, quarum ipsum animalis vellus tinxit indeoles herbas nobilis, quin etiam fons*

60. 65. quod Ascensius exponit: mali arboris incertitudine, incerto hiatu.—33 cum ferret 24. cum ferret 11. 17-20. 22. 46. descendere 22.—24 Castora legit Kœnig de Sat. Rom. p. 61. putans designari hominem impudicum et morbo infami graviter laborantem.—35 damna 46. 47. 48. damnum 17.—36 Testiculi restitui ex 7. 9. 11. 12. 15. 17-21. 24-27. 45-49. 55. 57. 59. 60. 65. 81. Serv. ad Virg. Ge. 1. 58. aliisque exemplis veterrimis, inspectis ab Nic. Heins. quem v. ad Claudian. Cons. Stil. 11. 167. ubi permulta hiatus exempla ex Juvenale aliisque poetis congressit. Conf. sup. ad 1. 151. Testiculo 23. Vulgata lectio Testiculorum emendationem sapit eorum, qui talem hiatum Juvenali familiarem esse non reputabant. Hinc etiam alii, teste Ascensio, legunt, cupient evadere damna Testiculis, et Mancinellus, damno Testiculi, atque ideo cet. In 59. 60. meditatum 66.—38-47 ejecti e 18. et jam 45.—39 Mæcenatibus 45. 46. 49. 50. Mæcenatibus 47. v. sup. ad 1. 66.—40 Malim ipse Infecit natura.—

NOTE

33 *Decidere jactu*] Veluti cum ventis marique assidentibus, ac prævalentibus pacisci vitam, projectis bonis, et sic controversiam et certamen dirimere.

34 *Imitatus castora*] Hic enim ab insequentibus se venatoribus redimit, avulsis proprio morsu testiculis, ob hos se peti gnarus. Plin. VIII. 30. Idem vero XXXII. 3. sic habet: 'In terris et aqua victus est fibris, quos Castores vocant, et Castorea testes eorum. Hos ab ipsis amputari cum capiuntur, negat Sextius auctor Medicinæ diligentissimus, quia sine vita animalis adimi nequeunt,' &c. Vide Pers. Sat. v. vs. 135. et ibid. Annot. in voce *Castoreum*.

36 *Medicatum*] Ad medicinas utile, et exquisitum.

37 *Fundite, quæ, &c.*] Ad exonerandam navim, et servandam saltem vitam jactura ceterorum. Vide c. 27. Act. Apostol.

39 *Mæcenatibus*] Delicatis Proceribus, similibus Mæcenatis, quem Sat. 1. velut mollem taxavit, *suptum* vocans, vs. 66.

40 *Quarum generosi graminis, &c.*] Vestes e lana Bætica, ex Andalusia Hispaniæ regione, ubi gramen, aër, et Bætis fluvii aqua percutibus pota velleri colorem dant rutilum.

Generosi graminis] Virg. Ecl. IV. 'Nec varios discet mentiri lana colores: Ipse sed in pratis aries jam

Infecit natura pecus, sed et egregius fons
 Viribus occultis, et Bæticus adjuvat aër.
 Ille nec argentum dubitabat mittere, lanœas
 Parthenio factas, urnæ cratera capacem,
 Et dignum sitiente Pholo, vel conjuge Fusci.
 Adde et bascaudas, et mille escaria, multum
 Coelati, biberat quo callidus emtor Olynthi.

45

eximius arcana virtute et cœlum Bæticum auxiliatur. Is neque argentum ambigebat projicere, patinas a Parthenio fabricatas, peculum urnam continens, aptumque sitibundo Pholo aut usuri Fusci. Adjungit quoque bascaudas, atque millena satinas, plurimum sculpti, quo potabat antutus Olynthi mercator. Jam vero quis alter, qui

41 et abest a 15. 23. 71. 73.—42 *Bæticus* 21. 22. 45. 49. 66. 71.—44 *Parthenio* 21. 22. Forte legendum *Parthenia*. Samos ins. et urbs primum appellata *Naptholia*: (v. Strabo x. p. 457. Plin. v. 37. ibique Harduin.) nota autem sunt vasa *Samia*.—45 *Polo* 20. *Fusci* 23.—46 *bascaudas* 18. 19. 30. 49. 55. 57. 58. *bascaldas* 15. *bastandas* 25. *bascualas* 11. 21. *pascaudrias* 10. *Mascanda* 8. prob. Salmas. *cocalia* 4. 11. 12. 15-24. Nil interest. Sed *cocaria* vulgaris scriptura. et multum 22.—47 *biberet* 20. *calidus* 45. *Olympi* 11. *Olimphi*

NOTE

suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera into: Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

41 *Infecit natura pecus*] Pectus lanae tinxit natura, non ars. Martial. Epig. xiv. 183. 'Non est lana mihi mendax, nec mutior ahenò. Sic placeant Tyriss: me mea tinxit ovis.'

Egregius fons] Martial. Epig. viii. 28. 'An Tartessiacus stabuli nutritor Iberi Bætis in Hesperia te quoque lavit aqua? Et Epig. xii. 100. 'Bætis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.'

42 *Bæticus*] Bætis, qui et Tartessus, hodie Guadalquivir, fluvius, Andalusiam rigat, et in sinum Gaditanum capaci ostio perlabitur. Ab eo denominata pridem Hispaniæ tertia pars, Bætica, quæ præter Andalusiam, regnum etiam Granatense fere totum complectitur.

43 *Ille nec argentum, &c.*] Vasa etiam argentea sponte Catullus amittebat; aurea quoque eximio quamvis opere cœlata.

44 *Parthenio*] Egregio cœlatore vel artifice.

Urnæ] Quæ sextarios 24. continebat.

45 *Pholo*] Centauro valde bibaci. De hoc Diocl. Sic. v. 2.

Conjuge Fusci] Quæ mulier ebriosa. De Fusco jam Sat. iv. vs. 112.

46 *Bascaudas*] Cacabos interpretatur Vet. Schol. et vasa in quibus calices lavabantur. Hæc a Britannia ad Romanos translata constat ex Martial. Epig. xiv. 99. 'Barbara de pietis veni Bascanda Britannia, Sed me jam mavult dicere Roma suam.'

Escaria] Lances ponendis escis idoneas.

Multum cœlati] Vasa multa ex auro et argento cœlata: qualia dicitur amasse Philippus Alexandri pater, Macedoniæ Rex; vel ab eo venientia.

47 *Biberat quo callidus emtor Olynthi*] Plin. xxxiii. 3. Philippum auro poculo pulvino subdito dormire solitum refert.

Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet
Argento præferre caput, rebusque salutem ?

* Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,

50

* Sed vitio cæci propter patrimonia vivunt.

Jactatur rerum utilium pars maxima : sed nec

Damna levant. Tunc, adversis urgentibus, illuc

Recidit, ut malum ferro submitteret, ac se

orbis regione, quis non dubitat vitam anteponeere argento, et opibus incolumitatem? Non ad victum bona colligunt aliqui, at vitio excæcati vitam agunt ad opes congerendas. Profunditur pars præcipua rerum commodarum; verum neque minimum discrimen. Tum prementibus infortuniis, eo devenit, ut securi malum subjeceret;

45.—48 ante vs. 45. legitur in 19. nunc quis 17.—50 faciant 21. quædam 18. Pro *quidam* forte substituendum esse *quique* vel *quisque*, ne hæc repugnent iis, quæ poëta proxime vs. 48. et 49. dixerat, aut totum potius versum una cum seq. propter scabram orationem monacho deberi, qui has lacinias margini assuerit, dudum suspicatus sum. Postea vidi, idem Bentleio in mentem venisse, qui ad Horat. A. P. vs. 337. hæc notavit : ‘ Vides hic in mediam narrationem sententias has intrudi, putide prorsus et perquam inscite. Quorum enim hic *Quidam*? cum jam dixerat, ne unum quidem ulla mundi parte vitam patrimonio præferre? Quale autem illud, *facere patrimonia*? quæ scabies locutionis? Quam alienum et pannosum illud *Vitio cæci*? quod eo tantum assuitur, ut versiculi cento sarciaur. Ergo obelo configendos hos versus 50. et 51. censeo; etiamsi vetus ibi Schol. pro genuinis agnoverit. Solebant olim sententiosa hujusmodi in margine adlini, quæ postea in contextum irrepserunt. Sic disticha Epimythia, quæ singulis Avieni fabulis subjunguntur, omnia supposititia sunt, et in Galeano, quo usus sum, codice nulla comparent.’ —51 *cæci vitio* 16. 20.—52-56 extrahi ex 13.—53 Præstiterit *sed nec Damna iuvant*, ne jactura quidem honorum prodest, quicquam proficit. Dura certe est ellipsis, sine qua vulgaris lectio expediri haud potest. *ingentibus* 45. *vergentibus* 57.—54 *Recidit* 1. 14. 70. 75-77. *Accidit* 21. a m. pr. *Decidit* 10. 11. 12. 15-21. a m. sec. 22-27. 46-50. 54-69. 71-74. 81. solenni permutatione, prob. Grang. ut respondeat Gall. *il en vint là*. Sed *decidere*, vel proprie vel metaphorice, motum e loco superiori indicat: at *res illuc* vel *huc recidit* dicitur pro, *res eo jam rediit*, s. *huc* redacta est; et hæc sententia convenit h. l. non illa. Cf. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XLIII. 6. Ernesti ad Tac. Ann. III.

NOTÆ

Callidus] Justin. l. ix. ‘ Blandus,’ inquit, ‘ pariter et insidiosus alloquilo, qui plura promitteret, quam præstaret, in seria et jocos artifex,’ &c.

Emtor Olynthi] Philippus enim corruptis auro quibusdam, expugnavit Olynthum Thraciæ urbem, et suo adjecit regno. Modo jacet ea urbs; nec plane de situ constat. Vide Demosth. Olynth.

48 *Quis nunc alius*] Catullum commendat.

50 *Non propter vitam, &c.*] Multi avaritia adeo excæcantur, ut videantur ad hoc nati et vivere, ut opes colligant; cum e contrario non nisi ad vitam opes habendæ sint.

52 *Jactatur rerum, &c.*] In mare jactatur a Catullo et sociis.

54 *Recidit*] Quasi res eo cecidit. Leg. alii, *Decidit*.

Explicat angustum, discriminis ultima quando 65
 Præsidia afferimus, navem factura minorem.
 I nunc, et ventis animam committe, dolato
 Confusus ligno, digitis a morte remotus
 Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda!
 Mox cum reticulis, et pane, et ventre lagenæ 60
 Aspice sumendas in tempestate secures.
 Sed postquam jacuit planum mare, tempora postquam

aeque arctum expandit, cum adhibemus extrema periculi remedia levius navigium redditura. Perge modo, ventisque vitam permitte, credens asserti dolato, a letho conjunctus quatuor vel septem digitis, si tæda fuerit crassissima. Jam cum reticulo, atque pane, et lagena ventriculosa, provide ascias in procella accipiendas. At ubi æquale procubuit pelagus, ubi secunda tempora, et fortuna vectoris potentior Euro et

59. et ad Suet. Claud. c. 9. Heins. ad Ovid. Ep. Her. xiv. 46. et ad Claudian. bell. Gild. vs. 44. Syllaba autem *re* anceps est in verbis compositis, quæ a consona incipiunt, et brevis in *redes, redoles* aliisque, quæ hiatus vitandi causâ literam imerunt. v. Heins. ad Ovid. l. l. idem et Broekhus. ad Prop. iv. 8. 44. Drakenb. ad Sil. i. 309. Scaliger. ad Manil. i. p. 48. et ad Prop. ii. 24. *succideret pro submitteret* 7. e glossa. *hac re pro ac se* 21. *at se* 27. 46-49.—55. *Explicat angustum* 21. 25. 57. *Explicet emend.* Labinus hoc sensu: ut se artum, impeditum, et in angustias redactum propter malum faciat expeditiorem, impedimentum mali removens. At sic certe dicendum erat *explicaret*, ut modo *submitteret*. Plathneri nota est hæc: 'Quis sensus? quæ grammatica? *Lego hoc se Explicat cet.* Turbata Grammatica nunc quoque; sed quid mirum, turbantibus omnibus naufragii meta?' At bene procedit oratio: *Recidit illuc... ac se explicat.* Eadem tamen scabra videtur et impedita in iis, quæ mox sequuntur, et forte reponendum: *ac se Explicat angustum, ut discriminis ultima quando* cet. h. e. ut facere solemus, quando ultima cet.; nisi malis: *ac se Explicat angustum, discriminis ultima quæ nos Præsidia afferimus* ceter. Marshall ita distinxit verba: *se Explicat angustum: discriminis ultima, quando Præsidia afferimus* cet. ut sensus sit: Ultima sunt discriminis, h. e. tunc maxima adsunt pericula, cum ea remedia adhibemus, quæ navem faciunt leviores. Non male!—56 *afferimus* 22.—58 *et digitis* 12.—59 *aut septem* 9-24. 27. 45-50. 54-61. 63. 64. 65. 70. 77. 81. 82. *ac septem* 25. 62. 66-69. 71-76. *latissima* 9. 22.—60-130 *ejecti e* 13.—61 *Accipe* 21. 64. probb. Britan., Lubino, et Farnab. — 62 *mare planum* 22. *latum mare* 15.—63 *vectores* 16. 21.

NOTE

Se explicat angustum] Succiso malo et in mare quoque dejecto se Catullus expedit, navimque omnino evacuat, ac velint latiore facit: quod ultimum est levamentum.

57 *I nunc*] Post ejusmodi pericula audita, mare subi, si lubet, et naviga.

59 *Tæda*] Aceres et tabulæ ex arboribus tæda, vel pinn, quibus navis compingitur.

60 *Reticulis*] Sacculo in retis modum texto, in quo panem et alia cibaria recondunt viatores, Nautæ, &c. *Reticulum panis*, vocat Horat. Sat. i. Vid. Pers. Sat. v. vs. 140.

61 *Aspice sumendas*] Id est, vide ut cum cibis etiam sumas secures ad excidendum, si opus est, malum. Alii leg. *Accipe*.

Prospera vectoria, fatumque valentius Earo,
 Et pelago; postquam Parcæ meliora benigna
 Pensa manu ducunt hilares, et staminis albi
 Lanificæ; modica nec multum fortior aura
 Ventus adest: inopi miserabilis arte cucurrit
 Vestibus extentis, et, quod superaverat, unum,
 Velo prora suo: jam deficientibus Austris,
 Spes vitæ cum sole redit: tum gratus Iulo,
 Atque novercali sedes prælata Lavino,

65

70

veri fuit: ubi Parcæ latiores manu faventi pensa trahunt meliora, et candidi staminis lanam ducunt; ventus mediocri aura non valde vehementior aspiravit: tam navis infelix egena industria, expansis vestimentis, suoque prora velo, quod solum superfuerat, properavit. Austris modo quiescentibus, vitæ fiducia cum Sole reversa est. Jam cernitur cacumen altum, jucundum Ascanio, et locus Latinio novercæ ante-

22. victoris 23. 24. victori 45. factumque 21. velocius 22.—64 meliore 15. benignè 16. 19. 24.—66. 67 in novum coalescere in 22. *Lanificæ*: inopi miserabilis a. c. non multa 74. non multum 45. non multe 25. 27. 46-50. 54-60. 71. 72. 73. At sic turbatur oratio: nam hæc quoque verba ad *proræ* pertinent, et *auditus* est vs. 67. inopi miserabilis cot.—67 operi pro inopi 16.—68 *extentis* 19. 11. 12. 15-27. 45-56. 54-60. 71-74. et *extensum* sup. vs. 5.—69 *Velut prora* 22.—70 *dum sole* 22. *tunc* 18. 22.—71 *novercalis aedes* 16.—73 *frugibus* 46.

NOTE

64 *Parcæ*] Vide Sat. III. vs. 37. Et Sat. IX. vs. 135. et seq. ad voces *Lachrye* et *Clotho*.

65 *Staminis albi*] Quod vitam digniorem et sortem meliorem indicat, et spondet, ut contra pullum et nigrum stamen ducentes Parcæ infortunium ac mortem portendant. Martialis. Epig. IV. 78. 'Ultima volentes orabat pensa sorores, Ut traherent parva stamina pulla mora.' Et Epig. VI. 58. 'Si mihi lanificæ ducent non pulla sorores Stamina;' &c.

68 *Vestibus extentis*] Pro velis, quæ igne celesti conflagrant, ut dictum supra.

69 *Velo prora suo*] Quod quidem minimum, et *Dolen* vocatur velum ad provam, ut maximum *Artemis*; *Epidermus* autem quod est ad puppim.

Austris] Ventis meridionalibus, qui

sunt vehementiores et tempestatem cient.

70 *Tum gratus Iulo, &c.*] Italice loca edita conspici coeperunt.

Gratus Iulo apex] Mons Albanus, ubi Ascanius sive Iulus Æneæ filius Albam longam edificavit. De hac urbe jam dictum Sat. IV. vs. 61. &c.

71 *Novercali sedes prælata Lavino*] Iulus enim Alba, ut mox dixi, subinde condita, Lavinium reliquit suæ novercæ Laviniae, Æneæ patre jam mortuo.

Novercali Lavino] Æneas Creusam duxerat primum, e qua tulit Ascanium: deinde veniens in Italiam duxit Laviniam Latini Regis filiam, cujus nomine urbem extractam Lavinium appellavit.

Lavino] Lavinium seu *Latinium* urbs olim Latii, nunc oppidulum *Città Lavina* dictum.

Conspicitur sublimis apex, cui candida nomen:

Scrofa dedit, lætis Phrygibus mirabile sumen,

Et nunquam visis triginta clara mamillis.

Tandem intrat positas inclusa per aquora moles,

75

Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rursum,

positus, cui appellationem tribuit alba sus (sumen stupendum hilaribus Phrygiis, et nunquam aspectis triginta papillis conspicuus). Denique ingreditur mare clausum per aggeres constitutos, et Pharon Tyrrhenam, et brachia iterum antenas, quas alto

~~~~~

47. *mirabile* l. 9. 81. Male! Vetus Scholion est: 'aut *mirabile*, quia triginta fœtus habuit; aut *miserabile*, quod miseratum sit Phrygibus.' *sumen* 29. quod arridere potest, si memineris, summa poëtis proprie Dei voluntatem ejusque indicium, monitum et oraculum dici. v. Heyne ad Virg. *Æn.* i. 8. 183. 666. ii. 123. iii. 872. iv. 611. v. 56. vii. 119. viii. 78. ix. 661. xi. 232. Ceterum verba *lætis Phrygibus mirabile sumen* parenthesi forte includenda, quoniam mox sequitur vox *clara*, quam ad *acrofam* referenda est.—74 *nunquam*. 16.—76 *Tyrrhenamque* 45. *inclusaque* brachia 15. *rursum* 10-12. 17-26. 45-50.

#### NOTÆ

72 Cui *candida nomen*] Iulus ex Heleni vaticinio civitatem a se condendam vocavit *Albam*, propter visam ibi scrofam *albam*. Virg. *Æn.* iil. et viii. 'Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam, Littoreis ingens inventa sub illicibus sus, Triginta caputem fœtus enixa jacebit, Alba, solo recubans, albi circum ubera nati; Is locus urbis erit; requies ea certa laborum. Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis Ascanius clari condet cognominis *Albam*.'

*Nomen acrofa dedit*] Varro de Re Rustica ii. 4. 'Scrofam,' inquit, 'parere tot oportet porcos, quot mammas habeat. Si minus pariat, fructuariam idoneam non esse: si plures pariat, esse portentum. In quo illud antiquissimum fuisse scribunt, quod sus *Enæ* Lavinii triginta porcos peperit. Itaque quod portenderit, factum triginta annis, ut Lavinienenses condiderint oppidum *Albam*. Hujus rei ac porcorum etiam nunc apparent vestigia Lavinii: quod et simulacra eorum aenea etiam nunc in publico posita, et corpus matris ab

Sacerdotibus, quod in salsura fuerit, demonstratur.'

73 *Lætis Phrygibus*] Iulo et secilis Trojanis gaudentibus ob inventam ex vaticinio suam.

*Sumen*] Synecdoche pro scrofa tot uberibus miranda, tot porcellis fecunda; colore, occurso, vaticinatione spectabili. Quid sit proprie *sumen*, jam non semel explicavi. Vide *Pera*. Sat. i. 53.

75 *Tandem intrat*] Tandem lacera illa navis portum Ostiensem sublit.

*Moles*] Sueton. Claud. c. 20. sic ait: 'Ostium portum exstruxit circumducto dextra sinistraque brachio, et ad introitum profundo jam salo mole objecta.'

76 *Tyrrhenamque Pharon*] Turrim altissimam in Tyrrheno mari ad portum Ostiensem, a Claudio Imperatore pariter edificatam is exemplum Phari Alexandrinæ, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent. Sueton. mox cit. ibid. De Tyrrhen. vide Sat. v. vs. 96. et Sat. vi. vs. 92. De Pharo, vide Satiram eandem vi. vs. 83.

Quæ pelago occurrunt medio, longeque relinquunt  
 Italiam. Non sic igitur mirabere portus,  
 Quos natura dedit: sed trunca puppe magister  
 Interiora petit Baianæ pervia cymbæ  
 Tuti stagna sinus. Gaudent ibi vertice raso  
 Garrula securi narrare pericula nautæ.  
 Ite igitur, pueri, linguis animisque faventes,

80

*mari obvia sunt, atque Italiam procul dimittunt. Ergo non ita demiraberis portus quos natura donavit. At Nauclerus mutila navi subit intus in stagna græmii securi pervia navigiis Baianis. Illic tuti nautæ attento capite latentur discrimina loquaces referre. Itaque pergit, famuli, linguis et mentibus obsecundantes, adhibet sexta*

.....

54-69. 71-74. *sursum* emend. Schrader.—77 *occurrunt* restitui ex 17-19. a m. sec. 20. 21. 23. 24. 27. 48. 54-68. 71-74. ut sensus sit: quæ alto mari in cornu quasi coeunt, ut ap. Homer. Od. N. 97. δὸς προβλήτες ἄκται ἐκπρόβδρες, λιμένας ποτιπαρατηναί, h. e. προσπερανθούσαι: αὐτὰς κατὰ τοῦ λιμένος, quomodo hæc verba interpretatur Heyne ad Virg. *Æn.* i. 160. 161. *pelago currunt* l. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 19. a m. pr. 22. 25. 26. 45-47. 49. 50. 69. 70. 75. 76. 77. 82. quæ verba vulgo exponunt: in altum procurrunt mare. (Schol. vet. *intrans mare, et admittunt terram solidam.*) Sed ita in vel *per pelagus* dicendum erat.—78 *nec sic* l. *mirabile* 21. a m. pr.—80 *Post cymbæ et sinus punctum positum* in 82. et aliis.—81 *Tunc stagnante sinu* 10. 11. 12. 15-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. *Tunc stagnante sinu, gaudent ubi* 11. 15. 16. 17. 19. 20. 23. 24. 27. Quæ verba vulgo sic explicant: portu tranquillos habente fluctus, tempestate

#### NOTÆ

*Porrectaque brachia rursus*] Nam Ostiæ portum ac moles Augustus primo cœperat, instauravit deinde Claudius; post etiam Trajanus.

77 *Longeque relinquunt Italiam*] Recedunt ab Italica ora dum in mare procurrunt.

78 *Non sic igitur mirabere portus*] Certe naturales portus non æque mirandi ut hic arte factus prope Ostiam urbem ad ostia fluminis Tiberis exstructam.

80 *Interiora petit*] Penetrat Ostiæ portum, ubi stagnans aqua et tempestatum expers tutam dat navibus stationem.

*Baianæ pervia cymbæ*] Illuc enim navigia Baianis usitata frequenter subeunt.

81 *Sinus*] Veluti sinus intra moles et aggeres tanquam brachia.

*Gaudent ibi*] Habet enim jucundi-

tatem præteritorum malorum recordatio. Cicer. Epist. v. 12. 'Habet præteriti doloris secreta recordatio delectationem: ceteris vero nulla perfunctis propria molestia, casus autem alienos sine ullo dolore intuentibus etiam ipsa misericordia est jucunda.'

*Vertice raso*] Ingruente oppressi tempestate ac vitæ periculo nautæ caput radebant more servorum, liberationem ac salutem a Diis expectare se velut profitentes.

83 *Ite igitur, pueri*] Inquit Juvenalis ad pueros, ite, parate necessaria ad rem divinam pro reditu Catulli faciendam.

*Linguis animisque faventes*] Cicero de Divin. l. i. n. 102. 'Rebus divinis quæ publice fierent, ut faverent linguis, imperabatur.' Et l. ii. n. 83. 'Jam illa, favete linguis, &c. Quan-

Sertaque delubris, et farra imponite cultris,  
 Ac molles ornate focos, glebamque virentem : 85  
 Jam sequar, et sacro, quod præstat, rite peracto,  
 Inde domum repetam, graciles ubi parva coronas  
 Accipiunt fragili simulacra nitentia cera.  
 Hic nostrum placabo Jovem, Laribusque paternis  
 Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores. 90  
 Cuncta nitent : longos erexit janua ramos,  
 Et matutinis operatur festa lucernis.

*fanis, atque gladiis molam farream: decorate etiam teneros caminos, et capitem viridantem. Mox adero; ac perfecto, ut decet, sacrificio, quod est optimum, hinc revertar in ades, ubi exiguae imagines cera molli fulgentes donabuntur tenuibus corollis. Ibi nostratem Jovem propitium reddam, et thus adelebo Penatibus avitiis, violasque diversi coloris spargam. Universa jam munda sunt: octium ramos tollit oblongos, ac festivum diluculo tegitur lampadibus. Ne vero tibi ista suspicionem*

\*\*\*\*\*

jam sedata, tunc, ubi in portam venero.—85 Et 15. honate (forte honorate)  
 focos 22.—86 quod restat 9. a m. sec.—89 Hac 23.—91 Cuncta nitent 10.—  
 92 operatur restitui ex 10. 11. 12. 15-27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. 75. 76.

NOTÆ

do enim illa observans, quieto et libero animo esse poteris, ut ad rem gerendam non superstitionem habear, sed rationem ducem? &c. Erat igitur sollemnis hæc formula in Sacris, ut et silentium indiceretur, et faustæ cogitationes ac vota mentibus præciperentur; ne qua mala vox, neve quid mali ominis accideret.

84 *Sertaque delubris*] Tempia floribus exornate.

*Farra imponite cultris*] Mola, ex farre, sale, et aqua, solebant aspergi tria hæc, ignis, caput victimæ, et cultri quibus illa macianda erat.

85 *Molles focos*] Seu quod recenter structi, seu quod e thure, molles vocat. Hoc posterius habet vetus Schol.

*Glebamque virentem*] Aram e cespite, herbosaque terra. Supra vs. 2.

86 *Quod præstat*] Alias, *Quod restat*.

87 *Domum repetam*] Ubi etiam domesticos Deos placabo et colam.

*Simulacra nitentia cera*] Vide Sat. x. vs. 55. ibidemque annot. ad vo-

*Delph. et Var. Clas.*

cem *lucernæ*.

90 *Laribus*] Sat. VIII. 14. Annot.

90 *Omnes violæ jactabo colores*] Violas purpureas, albas, luteas.

91 *Cuncta nitent*] Domi sunt parata ad rem divinam, et ad lætitiæ documentum omnia, jam a summo mane. Vel Poëta indicat his verbis, cuncta jam a ministris ad sacrificium comparata.

92 *Matutinis operatur festa lucernis*] Sic legitur vulgo; et quidam ex veteri Schol. *operantur*, id est, sacrificant, solenne verbum. Placet tamen sequi emendationem Justi Lipsii, quæ est *operitur*, Elect. i. 3. ubi vulgarem lectionem albis dentibus ridere se ait: præclare vero observat, in omni publica privataque lætitia lucernas appendi consueviase domorum foribus, fenestris etiam: item arboribus interdum, &c., ibidemque subjungit: addit Poëta, *matutinis*, non sine satyrico morsu, quasi claro die opus esset alia luce. Senec. Epist.

*Juv.*

2 S

Nec suspecta tibi sint hæc, Corvine. Catullus,  
 Pro cujus reditu tot pono altaria, parvos  
 Tres habet hæredes. Libet expectare, quis ægram  
 Et claudentem oculos gallinam impendat amico  
 Tam sterili. Verum hæc nimia est impensa: coturnix  
 Nulla unquam pro patre cadet. Sentire calorem  
 Si cœpit locuples Gallita, et Paccius, orbi,  
 Legitime fixis vestitur tota tabellis

95

100

*dent, O Corvine; Catullus ob cujus reditum tot aras constituo, parvulos hæredes ternos habet. Placet opperiri quoniam pro familiari sis infructuoso gallinam insuget imbecillam, et lumina claudentem. At gravior est ille sumtus: nulla coturnix unquam maculabitur pro parente. Si divites Gallita, et Paccius orbatu incipient ardorem perescire, omne æstum appensis rite tabellis integitur; extant qui vocant*

~~~~~

81. Id vulgo ita interpretantur: *festa janua operatur sacris*, h. e. rem sacram facit, vel janua mea operatur festa, celebrat festivitatem, *matutinis lucernis*, matutino die s. tempore. Bahrdt vertit: *die Thüre feiert schon bei früher Lampen Licht*. Ego malim: *festa janua operatur*, operam dat, *lucernis matutinis*, h. e. servi occupati sunt in lucernis ad januam suspendendis, et matutino jam tempore accendendis. Operari est id. qd. operam dare, v. c. sacris, textis, Munis cet. v. Heyne ad Tibull. II. 1. 65. 3, 36. et ad Virg. Ge. I. 339. Benti. et Javi ad Horat. Od. III. 14. 6. operantur I. et 8. prob. Pithæo, qui vellem adjecisset rationem et h. l. sententiam. Schol. vet. exponit, sacrificant. Equidem eodem sensu accipio: *operantur festa* (plur. pro sing.) *lucernis*, h. e. festo hoc die jam mane parantur lucernæ. Præstiterit tamen operitur, h. e. tegitur, vestitur, (venuste de copia lucernarum, ut mox vs. 100. *Legitime fixis vestitur tota tabellis Porticus*) quod ex emendat. Lips. Elect. I. 3. legitur in 70. 77. 82. probb. Prat., Lubino, Grang. et Schurzfl.—93 *New* emend. Schrader. sunt 45.—97 vero 23. est non extat in 16. 45.—98 cadat 22. dolorem 22. colorem 73. 77.—99 Gallita 17. Gallica 46. 48. 49. Paccius 25. 57. 58. 60. 64. Patius 21. Poeticus 22. Pictius 17. orbus 16.—100 *fraxis* 22. *libellis* 2. 3.

NOTÆ

96. 'Accendere lucernas prohibemus, quoniam nec lumine Dii egent, et ne homines quidem delectantur fuligine.' Tertull. Apologet. 'Nec lucernis diem infringimus.' Vide Pers. Sat. v. vs. 181.

93 *Nec suspecta tibi sint, &c.* Ne suspicere hæc a me fieri, ut Catulli hereditatem ambiam. Is enim habet liberos.

95 *Libet expectare*] An quisquam modo gallinam saltem moribundam pro amico velit sacrificare, sine ulla spe lucri.

97 *Coturnix nulla*] Ne vilis quidem avicula impenditur pro eo cui sunt

fili et hæredes.

98 *Calorem*] Febriculæ æstum et ardorem.

99 *Si cœpit locuples, &c.*] Statim atque dives aliquis orbus morbo tentatur, certatim studium ostentant insidiosi hæredipetæ, ut legatum aliquod ex testamento nanciscantur.

Gallita, Paccius] Opulenti, filiis carentes. Utriusque meminit Cornelius Tacitus: Paccii quidem Africani, Histor. IV. Gallitæ vero Crispillinæ, ut sœminæ pecunia et orbitate potentis, 'quæ bonis malisque temporibus juxta valent,' inquit Histor. I. 1.

100 *Legitime fixis, &c.*] Rite et ex

Porticus. Existunt, qui promittant hecatomben ;
Quatenus hic non sunt, nec venales elephanti,
Nec Latio, aut usquam nostro sub sidere talis
Bellua concipitur ; sed furva gente petita,

hecatomben, quandoquidem istic haud adsunt neque venduntur elephanti, nec ejusmodi pecus gignitur in Latio, vel alicubi sub nostro sole ; verum accersitur ex atra

~~~~~

4. 7. 10. 11. 15. 17. 19-22. 29. 45. quod magis satiricum videbatur Schurzfl. ut poëta dicat, non tabellas amplius, sed totos libros in porticibus templorum fixos, delubraque quasi iis vestita esse. Hinc et vet. Schol. in cod. Scharzfl. *Ironia: tabulis longis.*—101 promittunt 10. 11. 17-20. 25. 27. 45-50. 54-60. 64. 66. Sed nostra lectio auribus gratior est, et vera Latinitas postulat, ut formulam loquendi sunt, vel existunt et inventantur, qui conjunctivus excipiat. Conf. Ernesti ad Cic. Off. I. 2. n. 17. et c. 20. extr. c. 24. pr. Fin. I. 20. al.—102 Quatenus multae edd. etiam Hennin. Sed arguantur vet. Grammatici, qui contendunt, quatenus esse adverbium, quod quoque fine, et quatenus conjunctionem, quae quoniam significet. Nullum esse discrimen, nisi in scriptura, ut in protenus et protinus, scripturamque per e antiquiorem esse, docent Jani ad Horat. Od. III. 24. 80. Cellar. orthogr. lat. T. II. p. 48. ed. Harles. et Casaub. ad Suet. Claud. 26. Ceterum legendum crediderim : *Quatenus hic non sunt res venales elephanti, Nec Latio. Haud usquam...concipitur ; sed furva a gente petita* (nisi malis *petitum...armementum*) *Arboribus* cet. *hi pro hic* 15. *elephantis* 27. 46. 47. 48. 50. 54. 58. 61. 63. 65-68. 71. 73. *elephantia* 45. 49. 55.—103 *haud usquam* 11. *haud usquam* 47. 48. 49. 54. 59. 60. 64. 65. prob. Schurzfl. *aut nunquam* 15. 16. *nostro sub sidere* pro *sub nostro sidere* revocavi ex 10. 61. 62. 63. 65-69. 71. 72. 73.—104 *Bellua*, non *Bellus* 17. 18. 20.

#### NOTÆ

ordine appensis in Deorum honorem, hinc etiam promissio pro ægri salute sacrificio.

101 *Porticus*] Templorum atria, ipsaque fana tabellis exornantur: vel porticus ipsorum hereditarum et captatorum.

*Hecatomben*] Sacrificium maximum a Iaconibus, ut aiunt, inventum, pro gravissimis dantaxat rebus, ut cum pestilentia laboratur. Nomen a centenario numero. In eo quippe centum aræ uno in loco e cespite eriguntur, in quibus uno tempore victimæ centum ejusdem generis cæduntur, puta centum oves, centum boves, &c. Quod si votum est Imperatoris, centum leones, centum aquilæ. Vide Col. Rhodig. xx. 6. Alex. ab Alex. III. 22.

102 *Hic non sunt, &c.*] Romæ aliquando generatos elephantos, auctor est Columella. Illic primum visos Pyrrhi Regis bello anno urbis 472. diserte scribit Plin. VIII. 6. Plura diximus de illis Sat. x. ad vs. 150. Vide et infra.

103 *Latio*] Hæc Italiæ regio notissima Thusciam habet ad occasum, et Campaniam ad ortum. Pro tota Italia usurpatur. Synecdoche.

*Aut usquam, &c.*] Nam elephantos etiam velint mactare captatores, si liceret.

104 *Furva gente*] Qualis Indica, Africana, Mauri, Æthiopes, &c. Sat. præced. vs. 125. Hinc etiam nigri appellantur elephantia, Horat. Epod. &c.

Arboribus Rutulis, et Turni pascitur agro 105  
 Cæsaris armentum, nulli servire paratum  
 Privato: siquidem Tyrio parere solebant  
 Hannibali, et nostris ducibus, regique Molosso,  
 Horum majores, ac dorso ferre cohortes,  
 Partem aliquam belli, et euntem in prælia turrim. 110

*natione, atque Rutulis nemoribus, ac Turni campo nutritur grex Imperatoris, nemini privato utilis aut accommodatus. Enimvero obedire consueverant Annibali Tyrio, nostrisque Imperatoribus, ac Molossorum Principi: istorum autem ceteri etiam tergo portare turmas, partem quandam militiæ, turrimque ad certamina progre-*

\*\*\*\*\*

45-50. 59. 60. 64. v. ad iv. 122. *fulva* 11.—105 *Rutulis* 11. 17. a m. pr. 20. a m. pr. 23. 24.—106 *parere paratum* 2. 4. *servire solebant* 29.—107 *Tyrio siquidem* 22. *servire* pro *parere* 11. 16. 21. a m. sec. 61. 62. 63. 66-69. 71-74. prob. Schurzfl. qui tamen mihi non persuasit, veteris elegantiae esse, idem verbum bis ponere. *solebat* 16. 21. 22. 23.—109 *et dorso* 10. 16. 18. 19. 20. 22-27. 45-50. 54-69. 71-74.—110 *bellique* 9. a m. sec. et 23. haud dubie hiatus

#### NOTE

105 *Arboribus Rutulis*] In saltu prope Lavinium, ubi quondam Rutuli, et Dux eorum Turnus. Ardea Metropolis erat.

*Turni*] *Aeneidos* posterioribus Libris adeo celebrati.

106 *Cæsaris armentum*] Elephantos enim alere tantis sumptibus non nisi Imperatorum est. Ad voluptatem nimirum et spectacula jam Domitianus eos adhibet, qui præliis olim utiles erant. *Sarcasmus*.

107 *Tyrio*] Oriundo e Carthagine, quam ædificavit Dido, Tyro urbe in Africam profecta, cum colonia Tyriorum.

*Parere solebant*] Eruditi ad bellum Elephantis, de quorum pugnis, Plin. cit. viii. 7. Quint. Curt. 8. Ambros. Hexamer. vi. 5. infra citand. &c.

108 *Nostris Ducibus*] Illis etiam in bello utentibus Ducibus Romanis: v. g. Scipione Pompeii socero adversus Cæsarem. Appian.

*Regique Molosso*] Molossi, populi in Epiro, ubi regnavit Pyrrhus, qui primus in Italia elephantos bellatores advexit, et vincentes jam Romanos

inuitata belluarum forma stupere, et mox prælio cedere coëgit. Justin. l. xviii.

109 *Horum*] Elephantorum.

*Ferre cohortes, &c.*] Plin. mox cit. De Turrigeris elephantis: Cæsar. Commentar. passim, &c. Vide et *Ælian.* ac *Philostrat.*

110 *Turrim*] Ligneam, elephantorum tergo impositam, e qua milites depugnabant, et in subjectos tela jactabant. Machab. i. 6. n. 34. et seq. 'Elephantis ostenderunt sanguinem uræ et mori, ad acuendos eos in prælium. — Et astiterunt singulis elephantis mille viri in loriciis concatenatis; et quingenti equites ordinati unicolque bestiæ electi erant — et quocumque ibat, ibant: — Sed et turres lignæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias, et super eas machinæ: et super singulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper: et Indus magister bestim.' Plin. cit. viii. 7. refert Cæsarem tertio Consulatu spectaculum edidisse, in quo turriti elephantas viginti, cum sexaginta propugnatoribus, cartavers

Nulla igitur mora per Novium, mora nulla per Histrum  
Pacuvium, quin illud ebur ducatur ad aras,  
Et cadat ante lares Gallitæ, victima sola

*dientem. Ergo nulla cunctatio per Novium, nulla cunctatio per Istrum Pacuvium, quominus hoc ebur ad altaria pertrahatur, macteturque ante Penates Gallitæ, sancta*

\*\*\*\*\*

vitandi causa. At v. ad l. 151. *turram* pro *turrim* 10. 11. 15. 18. 19. a m. sec. 20. a m. sec. 22. 23. 25. 45-50. 54-69. 71-74. 77. *turbam* 2. 4. 7. 16. 17. 19. a m. pr. 20. a m. pr. 21. 24. 27.—111 *Phonium* 16. *Histrum* restitui ex 10. 11. 12. 17. 18. 21. 45-50. 54. 55. 57. 58. 64. 66. 67. 71-74. quoniam et sup. 11. 58. in omnibus fere libris legitur *Hister*, quod ejusdem viri nomen esse videtur. *Istrum* 19. 20. 23. 24. 25. 56. 59. 60. 65. 68. *Istram* 14. 15. 16. 22. 27. 61. 62. 63. 65. (Paris. 1512.) 69. 70. 75. 76. 77. 81. 82.—112 *Paucuvium* 11. ut et inf. v. 125. 128. *Pacuvium* quidam.—113 *Gallitæ* 17. 18. *Gallites* 22. *Gallilæ* 66. *Gallicæ* 46. 48. *Gallinæ* 61. 62. 63. 67. *victima sacra* 10. 15-27. 45-50. 54-69. 71-74. Non male: nam *sacra* poëtis etiam dicuntur, quæ vel magna, vel admirabilia, vel præclara sunt: ut et *lepæ* ac *stia* ap. Hom. Il. A. 141. 366. B. 535. Δ. 416. P. 464. et al. Cf. ad Sil. VII. 9. Sed major vis inest *re sola*, modo post *Gallitæ* comma ponatur, non post *sola*, et sensus h. l. sit: quæ *victima sola* tantis deis digna est. Hinc vulgarem distinctionem

#### NOTÆ

adversus quingentos pedites, equitesque totidem. Rem et apparatus diserte explicat Aldrovandus de Quadraped. l. 9. ubi ex Vartomanno sic loquitur: 'Indi bella inituri clitellas elephanto imponunt, supra quas hinc et hinc domus, vel, si mavis turrim aut caveam ligneam appellare. Collo jungunt caveas assamenta nescio quæ crassitudine medii palmi. Singulas caveas terni homines ingrediuntur: inter utrasque dorso belluæ insidet Indus, qui belluam alloquitur. Homines sunt loricati, ferentes arma, lanceas, enses. Promusci elephanti, quam manum vocant, loricator: illi alligatur exertus ensis duorum cubitorum, latitudine palmæ.' Similiter et Gesnerus, 'Cum elephantos Indi ad bellum armant,' inquit, 'in clitellas geminis ex ferro catenis infra alvum cinctas utrimque velut caveam ligneam imponunt, atque ad collum alligant. Singulas caveas terni homines ingrediuntur,' &c. Philostratus elephanto homines quindecim ferri asse-

rit. Quantam verò stragem edat sic instructus elephas, egregie describit S. Ambros. Hexam. l. vi. toto c. 8. 'Persarum gens,' inquit, 'ferox bellis; quia de superioribus ad inferiora validiore nisu tela torquentur, acies eorum velut gradientibus turribus septa procedit. In mediis campis tanquam de muro dimicant, ac velut in arce quadam et specula collocati, tuti mobilibus bestiarum. Si quis accedit, desuper jaculis figitur, inferius elephantorum conteritur incursum.—Hi velut mobiles quidam montes versantur in præliis, ut colles alto eminent vertice, mugitus autem fragore omnium perturbant confidentiam. — Bestia quoque nec nuda, nec penetralibus ferro, sed munita lorice sine sui periculo acies secat, et turmas conterit,' &c.

111 *Nulla igitur mora, &c.*] Nihil ergo retardaret Novium et Pacuvium captatores, &c.

113 *Illud ebur*] Elephas, cujus dentes ebur. Metonymia.



Tantis digna Deis, et captatoribus horum.

Alter enim, si concedas mactare, vovebit

115

De grege servorum magna, aut pulcherrima quæque

Corpora; vel pueris, et frontibus ancillarum

Imponet vittas: et, si qua est nubilis illi

Iphigenia domi, dabit hanc altaribus; etsi

*hostia, tantis Numinibus idonea atque illorum insidiatoribus. Unus etenim, si permittas sacrificare, de famulorum multitudine singula corpora promittet maxima et speciosissima: aut servis atque ancillarum capitibus admovebit fasciolas. Quod si habet in ædibus Iphigeniam quandam nuptus aptam, illam aris donabit, quamvis*

mutavi.—114 *Digna Deis tantis* 17.—115 *vovebat* 16. *movebit* 22. 23.—116 *et pro aut* 10. 11. 12. 15-20. 22. 25. 27. 45-50. 54-63. 65-69. 71-74. *quamque* 25. 57.—117 *vel frontibus* 15. Vox pueris languet et importuna est, quia modo servorum mentio facta, eademque sententia bis expressa est. Legendum puto: *nec pueris et frontibus ancillarum Imponet vittas; sed si qua est* cet. h. e. non modo servis, sed etiam filiæ.—118 *imponat* 16. *vittas* 15. 16.—121 *testamentis*

## NOTE

114 *Tantis digna Deis*] Vel Laribus divitum; vel ipsos divites orbos indicat, quos hæredipetæ velut Deos observant et colunt, ut officiis suis velut nassa includant, quod mox dicit Poëta.

*Captatoribus horum*] Insidiosus divitum asseclis, ambitiosa observantia hæreditatem orborum captantibus.

115 *Alter*] Pacuvius.

*Si concedas*] Si per legem liceat humanas victimas sacrificare, ut olim, ultro mactaret et servos et ancillas, quin et liberos. Humanas olim victimas variis locis immolari suetas constat ex Lactantio, D. August. Item ex Diodor. Plin. &c. Vide Cæsar. Rhodig. XIII. 23. Apud Macrob. Saturnal. I. 7. hoc refertur oraculum, καὶ καπλάς ἐδῶ καὶ τῇ παρὶ πῆμπερ φῶρα. Hinc Diti et Saturno humanæ hostiæ; donec per Italiam veniens Hercules suavit, ut faustis sacrificiis infasta mutarent; oscillisque Ditem, Saturnum vero accensis luminibus placerent, quoniam vox, φῶρα, non virum tantum, sed et lumina significaret, &c. Plin. xxx. 1. ait: 'Annō urbis 657.

Lentulo et Licinio Consulibus factum Senatusconsultum ne homo immolaretur: palamque ad tempus illud prodigiosa sacra extitisse.' Additque, 'non satis æstimari posse quantum Romanis debeat, qui monstra sustinere, in quibus hominem occidere religiosissimum erat.'

*Vovebit*] Pro ægri salute devovebit caput servorum, et horum morte mortem illius redimet. Sic apud Euripid. Alcestis pro Admeto conjuge, Parcis ita largientibus, morti se offert. Apud Livium, Decii pro Romano exercitu se devovent Diis Manibus. Apud Sueton. Calig. cap. 14. non defuere 'qui depugnatos se pro salute ægri Imperatoris, et capita sua titulo proposito voverent,' &c. Vide Macrob. III. 9. Alex. ab Alex. III. 22. &c.

118 *Imponet vittas*] Ex more, vittis enim exornabatur victima cum ad aram immolanda trahebatur. Virgil. Æn. II. Sinon aræ destinatus ita loquitur: 'Mihi Sacra parari, Et saltem fruges, et circum tempora vittæ.'

119 *Iphigenia*] Propria filia, qualis illa Agamemnonis.

Non sperat tragicæ furtiva piacula cervæ. 120  
 Laudo meum civem, nec comparo testamento  
 Mille rates : nam si Libitinam evaserit æger,  
 Delebit tabulas, inclusus carcere nasse, 125  
 Post meritum sane mirandum, atque omnia soli  
 Forsan Pacuvio breviter dabit. Ille superbus

*hanc expectet clandestinam expiationem cervæ tragicæ. Approbo meum civem, neque testamento confero naves millenas. Enimvero si mortem effugerit ægrotus, rotæ custodia implicatus, post meritum certe admirabile, codices obliterabit, cunctaque propedem uni fortasse Pacuvio largietur. Hic tumidus ambulabit superatis annis.*

77.—122 si bithina coarserit 11.—123 Debebit 15. Nasse 2. et Natta 4. 11. in quibus omnibus scholion vetus legitur: *Nasse s. Natta physicus, qui infirmos domunculis suis inclusos curabat.* Sed vulgata lectio multo venustior est, et illud medici nomen Scholiastarum ingenio effectum.—124 Per 20.—125 Pau-

## NOTÆ

*Dabit hanc altaribus*] Sicut Agamemnon Iphigeniam tradidit Dianæ mactandam. Vide Euripid. Iphigen. in Aulide, et in Tauris.

*Etsi non sperat, &c.*] Non sperat substituendam pro filia altaribus ad-mota cervam, ut de Iphigenia Poëtæ narrant.

120 *Tragicæ*] De quo Tragedias scripsere. Euripid. cit. &c.

121 *Laudo meum civem, &c.*] Sarcastico. Bene sapit Pacuvius civis meus, inquit Juvenalis, qui ultro facit, quod vix Agamemnon in animum induxit facere.

*Nec compare testamento, &c.*] Testamentum et hæreditas adipiscenda, res gravis, et pro qua libenter mac-tari debeant a Pacuvio filii: at non ita Græcorum classis mille navibus constans, pro quibus tamen exsolven-dis Agamemnon filiam dedit. Ironice.

122 *Mille rates*] Historia patet ex Eurip. cit. Detinebatur in portu Aulidis classis Græcorum ad Trojanam expeditionem euntium, irata Diana. Tandem ex responso redemptus est ventus, et fausta navigatio, oblata ad

Dianæ aram Iphigenia. Quæ tamen per vicariam cervæ expiationem libera-ta est, et in Tauricam Chersonesum translata Dianæ Sacra curavit. Virg. Æn. II. 'Sanguine placastis ventos, et virgine cæsa.'

*Libitinam*] Funerum Deam, in cujus œde vendebantur ad funus neces-saria. Hanc cum Venere eandem esse, et illinc significari quicquid gignitur, caducum esse; quod ortus atque interitus una sit Dea præses; auctor est Plutarchus in Problem.

123 *Delebit tabulas*] Priores nempe, in quibus hæredes alii scripti erant.

*Inclusus carcere nasse*] Pacuvii cap-tatione velut nassa irretitus. Alii *Nassam* Medicum ægros domi suæ curare solitum comminiscuntur. Quod minus arridet.

124 *Post meritum sane mirandum*] Post tot vota et sacrificia a Pacuvio tam liberaliter, imo insidiosè peracta, quibus illi devinctus habetur dives a morbo liber.

125 *Breviter dabit*] Brevi codicillo Pacuvium ex asse hæredem scribens: vel, paulo post, ubi convalescerit. Qui-

Incedet victis rivalibus. Ergo vides, quam  
Grande operæ pretium faciat jugulata Mycenis.

Vivat Pacuvius, quæso, vel Nestora totum :  
Possideat, quantum rapuit Nero : montibus aurum  
Exæquet ; nec amet quenquam, nec ametur ab ullo ! 130

*lis. Cernis igitur quantum laboris præmium afferat Mycenis sacrificata. Oro vivat Pacuvius, etiam Nestoris ætatem integram ; habeat quantum Nero deprædatus est ; montibus par aurum accumulet ; neque ullum diligat, neque a quoquam diligatur.*

~~~~~

cuio 22.—126 Incedit 15. 21. 22. vide 27. 47. 48. 58. 66.—128 tantum 16.

NOTÆ

dam explicant, brevi manu : sed parum ad rem.

Ille superbus, &c.] Pacuvius exclusis ab hæreditate ceteris competitoribus, jam victor et dives factus insolescet.

127 *Jugulata Mycenis]* Immolata filia, par Iphigeniæ filiæ Agamemnonis Regis Mycenarum, in Peloponneso.

128 *Vivat Pacuvius]* Imprecatio, ut diuturna vita diuturniores faciat æ-

rumnas.

Nestora] Vide Sat. x. vs. 250.

129 *Quantum rapuit Nero]* Lege Sueton. Neron. c. 26. et 32. Apud Xiphilin. Jul. Vindex ita loquitur de Nerone ut de universi orbis deprædatore.

130 *Nec amet quenquam, &c.]* Quasi *μωδὸς πᾶσι*, cunctis odiosus, aliis æque ac ipse sibi gravis : proindeque nullam capiat voluptatem ex acquisitis per nefas divitiis.

D. JUNII JUVENALIS
AQUINATIS
S A T I R A R U M
LIBER QUINTUS.

S A T I R A XIII.

EXEMPLO quodcumque malo committitur, ipsi
Displicet auctori. Prima est hæc ultio, quod se
Judice nemo nocens absolvitur; improba quamvis
Gratia fallaci Prætoris vicerit urna.

Quoties pravo exemplo perpetratur, ipsi committenti maiorem creat. Ea vindicta prima est, quod nullus noxius liberatur semet arbitro, licet Prætoris favor

1 *Quodcumque* 13. 61. *malum* cod. Ms. Hammondi, et inde ed. Lond. 1612. teste ac prob. Hennisio, quo iudice hæc lectio longe elegantior est, et magis refert acumen Juvenalis. Præstiterit ita certe *quodcumque mali*. Sed mea qualicumque sententia vulgaris lectio aptissima est et unice vera; illa autem ab h. l. aliena. *Malum committit exemplo*, qui illud non primus, sed post alios facit. *Exemplo autem malo* aliquid *committit* is, qui turpe perpetrat facinus, quod alios male docet, et ad idem facinus incitat.—2 *actori* 13. 16. *hæc est* 15. 17.—4 *fallacis Prætoris* 10. 11. 12. 15. 16. 17. 19. 20. 23-27. 45-50. 54-60. 71-74. 77. prob. Lubino. *Prætoris fallacis* 13. *urnam* 10. 12. 13. 15. 16. 17. 19-24. 27. 45-50. 54-57. 59-60. 71-74. 77. *fallacem...urnam* malebant quidam.

NOTE

1 *Exemplo quodcumque, &c.*] Calvinus de negato deposito morentem consolatur: asseritque ultrice conscientia improbos plecti, ita volente Deo ac providente.

2 *Displicet auctori*] Nam torquetur animus sceleris sibi conscius, occultasque dat pœnas.

3 *Improba quavis, &c.*] Quamvis absolutus sit per Judicem corruptum, atque tutorio, ut aiunt, atramento.

4 *Vicerit urna*] Vicerit accusatorem, mutante vel amovente ex urna Prætoris contra leges suffragia Judicum in eam conjecta. Cic. ad Q. fratrem: 'Senatorum urna copiose

Quid sentire putas omnes, Calvine, recenti
 De scelere, et fidei violatæ crimine? Sed nec
 Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris
 Jacturæ te mergat onus: nec rara videmus,
 Quæ pateris. Casus multis hic cognitus, ac jam
 Tritus, et e medio Fortunæ ductus acervo.
 Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo
 Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.

5

10

iniquus urna fraudulenta superaverit. O Calvine, quid existimas a cunctis judicari de novo facinore, atque flagitio fidelitatis læsa? Verum neque ita parvos sortitus es facultates, ut exigui damni pondus te obruat. Quæ sustines frequentia cernimus. Plurimis notum id malum, jamque vulgare, et e medio sortis cumulo depromptum. Dimittamus graviores luctus. Viri marrorem non oportet esse justo vehementiorem,

~~~~~

—5. 6 ejecti e 13. Quid censere putas 15. putas homines 11. prob. Schurzfl. *retenti* (h. e. depositi abnegati ac non redditi) conj. Rutgers. Var. Lect. n. 17.—7 Si tibi non tenuis sit census, nec mediocris 13. census 74.—8 videbis 11. probante Schurzfl. onus, fortem patiendo Quæ pateris 13.—9. 10 post vs. 16. leguntur in 13. hic multis 16. 25. 27. 45-47. 49. 54. 55. 57. 58. 60. 64. 65.—10 a medio F. d. acervo est 22.—11 nimios questus 7.—12 esse dolor 13.—

## NOTE

absolvit.' Quippe in urnam seu cistam missi in consilium Judices conjiciebant tabellas ceratas sententiam continentes, scripta seu notata litera: A, absolutionem, C, condemnationem indicabat. Judices quoque a Prætoris vel edebantur, vel sorte legabantur ex tabellis in urnam conjectis: hinc Cicero pro Milone: 'Neque vero, quod nonnulli dictitant, se crevit in Judicibus legendis amicos meos.' Multis igitur modis poterat Quæsitores seu Prætores Reo favere, præter fas et jus. Vide Sigon. de Judic. II. 22.

[Urnæ] Alii legunt, *Urnæ fallacem*; alii, *fallacis Prætoris vicereit urnam*.

5 *Quid sentire putas, &c.*] Ejusmodi perfidum omnes execrantur: et hæc altera ultio est; et secundum consolationis argumentum.

[Calvine] Is fuit amicus Juvenalis. Poëtam mediocrem extitisse innuit

Martialis, ubi ait: 'Æquales scribit libros Calvinus, et UMBER: Æqualis liber est, Critice, qui malus est.'

[Recenti] Alii legunt, *retenti*, id est, negati depositi.

6 *Fidei violatæ crimine*] Ab eo qui depositum negat ac retinet, duplex crimen patrat. Injustus est qui aliena possidet; perfidus, qui non reddit quod redditurum se juraverat. Cicero pro Roscio Amerino: 'Perditissimi est igitur homines, simul et amicitiam dissolvere, et fallere enim, qui læsus non esset nisi credidisset.'

[Sed nec tam tenuis, &c.] Tertium consolationis argumentum, quod sit mediocris Calvino jactura decem se tertiorum.

8 *Nec rara videmus*] Quartum solatii genus, socios habuisse malorum.

10 *E medio Fortunæ ductus acervo*] Non e summo: id est, non e raris et gravioribus infortuniis.

**Tu** quamvis levium minimam, exiguamque malorum  
**Particulam** vix ferre potes, spumantibus ardens  
**Visceribus**, sacrum tibi quod non reddat amicus 15  
**Depositum**. Stupet hæc, qui jam post terga reliquit  
**Sexaginta annos**, Fonteio Consule natus ?  
**An nihil in melius tot rerum proficis usu ?**  
**Magna quidem**, sacris quæ dat præcepta libellis  
**Victrix Fortunæ Sapiencia**. Ducimus autem 20  
**Hos quoque felices**, qui ferre incommoda vitæ,

*neque plaga grandiore. Tu calamitatis licet exigue parvulum ac mediocrem partem ægre sustinere vales, æstuantibus intimis effervescens, quoniam familiaris haud tibi restituit religiosum creditum. An ista miratur qui a dorso dimisit annos sexagenos, sub Fonteii Consulatu genitus? Nihilone magis sapiens ex tot negotiorum experientia? Sortem profecto domat grandis Philosophia, quæ documenta sanctis codicibus tradit: at eos etiam beatos vocamus, qui vitæ ærummas pati, et jugum non*

\*\*\*\*\*

13 *Tunc* 21. Qui 13. *laborum pro malorum* 17. 20. 21. 29. quod doctius videri potest vel exquiritius. *laboris* 13.—15 quod non tibi 16. *reddet* 13.—16 *hic* 11. 16. 64. *hoc* 10. *Depositum. nescis fieri quod sæpe videmus* 13. *ejecto* vs. 17.—18 *An* 1. 10. 12. 13. 14. 23. 24. 54. 64. 70. 75. 76. 77. 82. *Ac* 11. 19. *Ad* 22. *At* 15-18. 20. 21. 25. 27. 45-50. 55-63. 65-69. 71-74. *proficis* restitui ex 10-13. 16-27. 45-47. 49. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. 77. *proficit* 14. 15. 48. 56. 58. 70. 74. 75. 76. 81. 82. *unus* 18. a m. pr.—19 *equidem* 17. 18. 20. 22.—20 *Ducimus* 13. 16. 17. a m. pr. 18. 19. 20. a m. sec. 24-27. 45-50. 54-63. 65. 66-69. 71-74. Parum interest. *Ducimus* 23.—21 *Nos* 48.—22 *dedicere* 15.

#### NOTÆ

14 *Spumantibus ardens visceribus*] Fervente ac despumante bili, indignatione, iracundia.

15 *Sacrum*] Ob sacramentum et iurjurandum, cuius Dii testes.

16 *Stupet hæc, qui, &c.*] An ejusmodi fraus mira videri debet homini rerum perito, atque annos nato sexaginta ?

17 *Fonteio Consule*] Luc. Fonteius Capito cum C. Vipsanio Consul fuit, Plinio teste, VII. 20. Ex hoc loco demonstratur pervenisse Juvenalem ad Adrianum Imperatorem. Enimvero Satira hæc scripta sexaginta annis post Consulatum L. Fonteii, seu post natum eo Consule Calvinum, ad quem Satiram hanc Juvenalis inscribit. Atqui tempus illud incidit in Imperium Adriani. Vixit igitur

et scripsit Poëta noster sub eo Imperatore: attigitque annum urbis octingentesimum septuagesimum secundum, ut diserte concludit Just. Lipsius Epistolic. Quæst. I. IV. Epist. 20.

19 *Sæcis*] Est enim Philosophia 'Donum inventumque Deorum.' Cicero Tusc. I. n. 64.

20 *Victrix Fortunæ Sapiencia*] Sat. X. vs. 52. Democritus Fortunæ minaci mandat laqueum, mediumque ostendit unguem.

21 *Hos quoque felices*] Non tantum sapientes, adeoque felices sunt qui Philosophiam Moralem imbuti præceptis fortunam vincunt, sed et ii qui longo usu et experientia, sapere, sortisque minas contemnere didicerunt.

Nec jactare jugum, vita didicere magistra.  
 Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem,  
 Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum  
 Quæsitum, et partos gladio vel pyxide nummos? 25  
 Rari quippe boni: numerus vix est totidem, quot  
 Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.  
 Nona ætas agitur, pejoraque sæcula ferri -  
 Temporibus: quorum sceleri non invenit ipsa  
 Nomen, et a nullo posuit Natura metallo. 30

*excute erudiente vita sunt edocti. Quamam dies ita sollemnis, quæ non deprehendat latrocinia, fallacias, dolos, et quantum per quodvis nefas comparatum, atque opes acquisitas ense, aut vasculo? Pauci enim sunt probi: vix numero tot extant, quot Thebarum portæ, aut abundantis Nili ora. Nona ætas ducitur, ac tempora ferreo sæculo deteriora, quorum crimini appellationem non reperit ipsa natura, neque ab*

\*\*\*\*\*

—23 fures 45.—24 ex abest a 16.—26 numerus vix est totidem (scil. hominum) quot (sunt) Thebarum portæ 1. 13. 14. 18. 48. 70. 75. 76. ut exercitui, cujus numerus duodecim millium fuit ap. Corn. Nep. Iphicr. 2. numero vix sunt totidem 10. 15-17. 19. 21-27. 45. 46. 47. 49. 50. 55-69. 71-74. 77. numero sunt vix 20. numero vix totidem 11. Numerus, vix sunt totidem malebat Schurzß. tanquam convenientius stylo poetæ.—27 hostia 19. 20. 25. 45. 46. 47. 49. 57. 58. 64-67. —28 Nona 16. 22. igitur 22. Fuere qui conjicerent: Nunc ætas agitur.

#### NOTE

22 *Nec jactare jugum*] Qui non fuerunt impatienter vitæ incommoda, malaque omnia, quibus homines sunt obnoxii.

25 *Pyxide*] Veneno, quod in pyxide condebatur. Metonymia.

26 *Rari quippe boni*] Alludit ad Sapientum numerum. Hi septem fuere, sicut septem Nili ostia, et septem portæ Thebarum: ut bene notat vetus Schol.

27 *Thebarum*] Bæotiarum nempe: nam Ægyptiæ Thebæ portas centum habuisse jactantur.

*Divitis ostia Nili*] Multa sunt ea: verum celeberrima septem enumerantur, Strab. l. xvii. et Plin. v. 10. proximum Alexandriæ Canopicum, deinde Bolbitinum, Sebenniticum, Phatniticum, Mendesicum, Taniticum, Pelusiacum. Hinc Nili septemgemina ostia Virgilio Æneid. vi.

septemfida Ovidio Metamorphos. xv. *Dives* autem hic vocatur, quæ sua exundatione Ægyptum ditat. Vide quæ annotavi Sat. vi. vs. 83. ad vocem, *Nilum*.

28 *Nona ætas*] Quatuor ætates Latini statuebant, ut patet ex Ovidio Metamorphos. i. At Græci octo, quot sunt metalla, nempe, Auream, argenteam, electream, æream, cupream, stanneam, plumbeam, ferream. Nona igitur ætas istis omnibus pejor quæ? An lutea? Sunt quibus hæc interpretatio non aridet, sed nec ea lectio: legunt igitur, *Nunc ætas agitur, &c.* Isaac. Vossius, octo illas ætates credit appellatas a cæli regionibus, quas octo faciebant Pythagorei: nonam vero, de qua hic, a Tellure denominatam opinatur; in Libello de Sibyll. Orac. Oxoniæ nuper edito, cap. 5. alibi jam cit.

Nos hominum Divumque fidem clamore ciemus,  
 Quanto Fæsidium laudat vocalis agentem  
 Sportula. Dic senior bulla dignissime, nescis,  
 Quas habeat Veneres aliena pecunia? nescis,  
 Quem tua simplicitas risum vulgo moveat, cum  
 Exigis a quoquam, ne pejeret, et putet ullis  
 Esse aliquod numen templis, aræque rubenti?

*nullo metallo imponit. Nos invocamus opem hominum ac Deorum, tanta vociferatione, quanta Fæsidium perorantem extollit clamorosa sportula. Fare vetule bullam promerite, an ignoras quanta sint illecebra nummorum alterius? Ignoras quantos excitet cachinnos plebi tua simplicitas, quando exposcis ab aliquo ne fidem fallat, cogitque nonnullos esse Deos in quibusdam fanis, atque altaribus rubris? Eo modo*

Præstiterit: Quinta ætas agitur.—30 imponit 13.—31-33 ejecti e 13.—32 Quando legit, vel certe in vers. german. expressit Bahrdt. Sed vulgata lectio longe aptior, et in ea major vis est. Fæsidium 1. 10. 11. 12. 14. 15. 18. 22. 54. 55. 70. 75. 76. 82. Fessidium 20. 24. 25. 27. 47. 48. 50. 56-69. 71-74. 77. Fessidium 19. Phæsidium 21. 23. 45. 46. Phæsidium 49. Phæsidium 17. Scilicet 16. laudet 25. 56. 57. 59. 60.—34 abest a 16. et post vs. 35. legitur

## NOTÆ

31 *Nos hominum Divumque fidem, &c.*] Scilicet præ stupore velut ad rem novam exclamamus, cum tot scelera grassari videmus. Verum quid aliud ferre potest sæculum pessimum, ætas, inquam, nostra ferrea deterior?

*Hominum Divumque fidem*] Vulgaris apud Comicos exclamatio.

32 *Quanto Fæsidium laudat, &c.*] Quantum edunt clamorem clientes mercede conducti, et sportula invitati ad tollendas voces, *pulchre, bene, recte*, dum agit in foro et causam perorat Fæsidius. Sic enim Causidici, Poëtæ, Histriones recitaturi conducebant homines qui dicentibus acclamarent, ac populo præirent ad applaudendum atque approbandum. Horat. Epist. 1. 19. 'Non ego ventosæ plebis suffragia venor, Impensis cœnarum, et tritæ munere vestis.' Vide Plin. Epist. 11. 14. ubi conductos ejusmodi laudatores exagitat, vocatque 'Landicænos, redemptos manicipes, auditores actoribus similes,

qui ternis denariis ad laudandum trahantur. Et tamen crescit in dies illa fœditas,' inquit: 'in media basilica sportulæ dantur palam ut in triclinio: tanti constat, ut sis disertissimus: hoc pretio subsellia implentur, hoc infiniti clamores commoven- tur.—Primus hunc morem induxit Licinius, ut auditores corrogaret,' &c.

33 *Sportula*] De hac fuse Sat. 1. ad vs. 95. et seq.

*Bulla dignissime*] O Calvine, in senio quasi repuerascens, (erat enim bulla puerorum insignis, ut notabo ad Pers. Sat. v. vs. 31.) an adeo rerum imperitus es? Salsissima undequaque ironia.

35 *Cum exigis a quoquam, &c.*] Adeo bardus es, ut fidem exigas, cum perjuria illaque facinora invaluerunt. Ironia.

37 *Esse aliquod numen*] Quasi dicat, imperiti duntaxat jam verentur Deos perjuratorum vindices.



Quondam hoc indigenæ vivebant more, prius quam  
 Sumeret agrestem posito diademate falcem  
 Saturnus fugiens : tunc, cum virguncula Juno, 40  
 Et privatus adhuc Idæis Jupiter antris.  
 Nulla super nubes convivia Coelicolarum,  
 Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor  
 Ad cyathos, et jam siccato nectare tergens

*pridem agebant Aborigines, antequam Saturnus extorris relicta corona rusticam falcem acciperet; tunc quando Juno erat adolescentula, atque Jupiter hucusque privatus in speluncis Idæ latebat. Deorum epulas supra nebulas nullæ tunc erant; neque juvenis Trojanus, neque pulchra Herculis conjux ad scyphos eis porrigendos:*

~~~~~

In 19. *ventres* 13.—36 *Exigit* 13. *Exiges* 16. *illis* 22.—40 *Saturnus fugiens, et erat virguncula Juno* 11. plane eleganter et recte, judice Schurzfl. qui monet, lacunas olim in primigenio exemplari poetæ fuisse, quas librarii, pro captu quisque suo, expleverint. Nonnulli pro majoribus distinctt., v. 40. 45. 49. et 50. positos, minores substituant, ut omnia a voce. *tunc cum pendant.* Ita quidem sententia h. l. non mutatur: sed tam longas propositiones respuit poësis. *tum* 21.—41-45 extrusi ex 13. *Et primævus... Jupiter conj.* Britan. coll. verbis Claudiani: *Talis ab Idæis primævus Jupiter antris Possessi statit arce poli.*—43 *Hæc* 25.—44 *et jam pro etiam revocavi* ex 23. 25. 45-50. 55-60. 62. 65-69. 71-77. Vetus scholion est: *etiam exsiccato faculento, aut liquefacto.* Inde Schurzfleisch. hæc notavit: 'Schol. forte *saccato* legit. Glossæ: *sacco, exprimo, decolo.* In ntribus habebant olim vina. Decolatis igitur exinde fœcibus brachia, tanquam oleo aliquo, unxisse Vulcanum ait poëta.' Præstiterit *nec jam*, vel potius *aut jam* (ut mox vs. 50.) *siccato nectare*,

NOTE

Aræque rubenti] Vel igne, vel sanguine, in sacrificiis.

38 *Indigenæ*] Veteres illi Italiæ populi, ibidem nati, innocentiam colebant, aurea quidem ætate, cum Saturnus regnabat; nondum vero Jupiter, Sat. vi. vs. 15. et seq.

39 *Falcem*] Dicitur enim Saturnus Agriculturam docuisse, insitionem sarculorum, &c.

40 *Saturnus fugiens*] Regno Cretensi pulsus a Jove filio, et in Italiam veniens.

41 *Adhuc Idæis Jupiter antris*] Cum Jupiter in Ida Cretensi monte puer aleretur, clam Saturno patre, ne ab eo voraretur, ex pactione cum Titano fratre iuta. Nota Fabula. Vide Cic. de Nat. Deor. 2. n. 63, et seq. ubi

de Saturno et Jove. Et Cæl. Rhodig. XIII. 21. ubi mythologia Saturni filios devorantis explicatur.

43 *Puer Iliacus*] Ganymedes, de quo Sat. v. vs. 59.

Herculis uxor] Hebe Jovis ac Junonis filia, Juventutis Dea, nupta Herculi. Hæc autem primo, et postea Ganymedes Deorum pocillatores dicuntur. Vide Cic. Tusc. I.

44 *Siccato nectare tergens, &c.*] Necdum Vulcanus post haustum in Cælo nectar, deterisique brachiis, demigrabat ad officinam Lipaream: vel, necdum Vulcanus nigra e fornace et camino brachia detergens, Deorum accumbebat mensæ, et nectar potabat.

Nectare] Quæ Deorum potio est,

Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna. 45
Prandebat sibi quisque Deus, nec turba Deorum
Talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis
Numinibus miserum urgebant Atlanta minori
Pondere. Nondum aliquis sortitus triste profundū
Imperium, aut Sicula torvus cum conjuge Pluto. 50
Nec rota, nec Furiae, nec saxum, aut vulturis atri

atque Vulcanus epoto jam nectare detergens brachia atra ex officina Liparæa. Singula Numina privatim canebant; neque multitudo Numinum tanta, sicut nunc extat; et Cælum paucis Diis contentum leviori onere premebat infortunatum Atlantem. Nullus adhuc sorte adeptus erat regnum maris tristiflucum, vel trax Pluton cum uxore Sicula. Non erant rota, neque Furia, neque lapis, vel nigri

forte etiam tendens brachia...nigra, scil. cum pocula porrigeret.—45 *Liparæa* 20. 45. *Liparæis* 22.—49 *necdum* 21.—50 *Pluto* 16. 17. 18. 23. 23. 24. 64. *Pluton*, Πλούτων, dicitur Virg. *Æn.* vii, 337. Claud. R. P. i. 276. al.—51 *aut*

NOTÆ

Cic. de Nat. Deor. i. n. 113. 'Poëtæ nectar, ambrosiam, epulas comparant: et aut Juventutem, aut Gany-medem pocula ministrantem.' Apul. *Metamorphos.* vi. 'Tunc poculum nectaris Jovi quidem suus pocillator ille rusticus puer, ceteris vero Liber ministrabat.' Athen. ii. 2. refert circa Lydiæ montem Olympum Nectar a quibusdam præparari, vino, favis, ac floribus bene olentibus in unum commixtis. Ibid. ex Anaxandride, cibis Deorum nectar, potus ambrosia est: at contra Homerus, &c. Macrobius in *Somn. Scip.* i. 12. ait cognitionem purissimam atque altissimam nectar vocari, credique esse potum Deorum. Vide Cæl. Rhodig. vii. 13. Item l. ix. c. 14. ubi contemplationis præmium ambrosiam, emanans autem exinde gaudium nectar, quod et immortalitatem significat, intelligendum recte assertit. Festus Pomp. 'Quod *νέκταρ* Græcis,' inquit, 'Latinis *marrina* est, prædulcis et ipsa potio.'

45 *Vulcanus*] Igni præsidere, et Deorum arma fabricare Vulcanum;

hinc et loca omnia ignes eructantia tenere, et in iis officinas habere fabulantur.

Liparæa] Siciliæ adjacent Insulæ septem *Liparæa*, quæ et *Æolia*, et *Vulcania*. Harum una proprio nomine vocatur, *Vulcania*, quæ ignea emittit: ad istam sane respicit Juvenalis, cum *Liparæam* Vulcani tabernam dicit. Vide Sat. i. vs. 8. et Sat. x. vs. 132. ibid. Annot.

46 *Turba Deorum*] Præclare Ethnicorum superstitio hic deridetur.

48 *Atlanta*] Quem fingunt humeris Cælos portare. Vide Sat. ii. vs. 24.

49 *Nondum aliquis sortitus, &c.*] Orbis Imperium nondum inter se dividerant Saturni filii: nondum Jupiter Cælum, Mare Neptunus, Inferos Pluto sorte obtinuerant.

50 *Sicula*] Proserpina Cereris filia, quam in Sicilia rapuit Pluto, et matrimonio sibi copulavit.

51 *Nec Rota*] Nondum rotæ in-nexus torquebatur Ixion, ob ejus petulantiam adversus Junonem.

Nec Furia] Nullæ tunc scelerum

Poena; sed infernis hilares sine regibus umbræ.

Improbilas illo fuit admirabilis ævo.

Credebant hoc grande nefas, et morte piandum,

Si juvenis vetulo non assurrexerat, et si

55

Barbato cuicumque puer, licet ipse videret

Plura domi fraga, et majores glandis acervos.

vulturis supplicium: verum lati Manes absque Tyrannis Inferorum. Eo saculo malitia stupenda erat. Illud putabant ingens crimen, ac nece expurgandum, si adolescens seni, ac si juvenis cuius barbato non assurrexisset, quamvis ipse in ædibus plura cerneret fraga, cumuloque glandium ampliores. Adeo venerationis dignum

~~~~~

*Furia* 15. *nec vulturis* 16. *ac vulturis* 13.—52 *inferius* 16. *legibus* 24.—54 *quod pro hoc* 13. 17. 19. 20. 21. 23. 24. 27. 45. 49. 54. 55. *quoque pro hoc* 22.—55 *assurrexerit* 21. 22. 24.—56 *quicumque* 21. a m. pr. *ille* 22.—57 *fraga* 1. 14. 18. 21. a m. pr. 23. 24. 48. 59. 70. 75. 76. 77. *arva* 44. b. 83. 84. *ferre* 10-13. 15. 16. 17. 19. 20. 21. a m. sec. 22. 25. 26. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 54-58. 60-69. 71-74. prob. Autumno, quia *fragorum acerrus* custodiri non possit; (!) *nec improb.* Farnab. quod Juvenalis respexisse videatur Ovid. Met. v. 131. Sed aurea ætate homines solis arborum fructibus atque herbis victitasse, jam

#### NOTE

ultrices; Alecto, Tisiphone, Megæra, Noctis et Acherontis filiae: quibus conscientiae stimuli significantur.

*Nec Saxum*] Necdum Sisyphus ob latrocinia plectebatur, volvendo saxo addictus.

*Aut Vulturis, &c.*] Neque tunc vultur Jovis ille minister depascebatur jecur aut Tityl, quod Latonæ vim inferre tentasset, aut Promethei, quod ignem Cælo subreptum in terras detulisset.

52 *Sine Regibus Infernis*] Sine Plutone Rege, sine Judicibus Æaco, Rhadamantho, Triptolemo.

53 *Improbilas illo fuit admirabilis ævo*] Mirabile fuit, si quis eo tempore improbus inveniretur. Ita vetus Schol.

55 *Si juvenis vetulo non assurrexerat*] Si adveniente seniore junior honoris causa non surrexisset.

57 *Plura domi fraga*] Licet ipse domi opulentior foret. Nam 'divitiæ in fragis et glande numerabantur,' inquit vetus Schol. Legunt alii, *far-*

*ra*: at quamvis veterum Romanorum frugalitatem commendet, quod frequentior apud eos pultis usus, quam panis fuerit, ut ait Valer. Maxim. ii. 5. et nos alibi notavimus; tamen hic ubi sæculi aurei mentio est, videtur magis ad rem vox, *fraga*, quia tunc solis fructibus atque herbis victitabant.

*Fraga*] Plin. xxi. 15. scribit, 'Herbis sponte nascentibus pro cibo usus gentium plerasque, maxime vero Ægyptum, frugum quidem fertilissimam, sed ut prope sola iis carere possit: tanta est ciborum ex herbis abundantia. In Italia quidem paucissimas novimus,' inquit, '*fraga*,' &c.

*Glandis*] Plin. l. xvi. in Proœm. ait, 'Glandiferas arbores primo victum aluisse mortalium:' cap. 3. 'perpetuum iis honorem apud Romanos fuisse:' cap. 5. 'Opes esse nunc quoque multarum gentium glandes, molli in farinam, ac in panis usum spissari: quin et hodieque per Hispanias ad-

**Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,  
Primaque par adeo sacræ lanugo senectæ!  
Nunc, si depositum non inficietur amicus,  
Si reddat veterem cum tota æruginе follem,  
Prodigiosa fides, et Tuscis digna libellis,  
Quæque coronata lustrari debeat agna.**

60

*erat superare quatuor annis, et prima pubes tam æqualis sanctæ senectuti. Jam si familiaris non negaverit creditum; si restituat crumenam antiquam cum integrâ æruginе, portentosa fidelitas videtur, dignaque Etruscorum commentariis, et quam oporteat explere ovicula coronata. Si vitrum eximium et incorruptum video, prodigi-*

alii monuere. majoris 15. 17.—59 ejectus e 18. pars quidam, probb. Ascensio et Lubino, ut sensus sit: tam venerabilis erat lanugo, quæ prima est pars vel initium senectæ. Male!—61 *veteres...folles* 21.—62 *tabellis* 10. 16. 20. 23-27. 45-48. 50. 56-59. 64-67.—68 extrusus e 13. coronanda 19.—65 Ut 17.

## NOTÆ

hiberi secundis mensis.' Per glandem etiam quodlibet fructuum genus hic fas est intelligi, nostro quidem iudicio.

58 *Tam venerabile erat, &c.*] Valer. Max. II. 1. 'Senectati juvenus,' inquit, 'ita cumulatam et circumspertam honorem reddebat, tanquam majores natu adolescentium communes patres essent. Quocirca juvenes Senatus die, atque aliquem ex Patribus Conscriptis, aut propinquum, aut patrum amicum ad Curiam deducebant; affixique valvis expectabant, donec reducendi etiam officio fungeretur.' Et postea: 'invitati ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei convivio essent adfuturi, ne senioris adventum discubitu præcurrerent; sublataque mensa, priores consurgere et abire patiebantur,' &c. Gell. II. 15. pariter loquitur: 'Apud antiquissimos Romanorum,' inquit, 'neque generi, neque pecuniæ præstantior honos quam ætati tribui solitus; majoresque natu a minoribus colebantur, ad Deum prope et parentum vicem. Atque in omni loco, inque omni specie honoris priores

potioresque habiti. A convivio quoque, ut scriptum est in antiquitatibus, seniores a minoribus domum reducebantur. Eumque morem accepisse Romanos a Lacedæmoniis traditum est, apud quos Lycurgi legibus major rerum omnium honos majori ætati habebatur.'

59 *Primaque par, &c.*] Id est, tam venerabilis prima lanugo prope ut ipsa sacra et veneranda senectus. Legunt alii, *pars*, id est, venerabantur ipsam primam lanuginem velut senectutis futuræ partem.

61 *Cum tota æruginе*] Si reddat pecuniam dudum sibi commissam, quam nec viderit, aut contrectarit, nec sacculo moverit: undè contraxerit æruginem illa præ vetustate.

62 *Tuscis digna libellis*] Sive ut in eis inscribatur, sive ut ex eorum præscripto expietur velut prodigium, ac lustretur cæsa victima ex more coronata sertis ac floribus. Vide quæ notabo ad Pers. Sat. II. vs. 26. et seq. Cic. de Divin. II. aruspiciinæ originem Etruscis attributam, ejusque observationes egregie suggillat n. 50. et seq.

*Delph. et Var. Clas.*

*Juv.*

2 T

Egregium sanctumque virum si cerno, bimembri  
 Hoc monstrum puero, aut miranti sub aratro  
 Piscibus inventis, et foetæ comparo mulæ,  
 Sollicitus, tanquam lapides effuderit imber,

65

*gium illud conféro infanti biformi, vel miris piscibus sub aratro repertis, atque prægnanti mulæ; anxius quasi saxis depluerit; atque examen upum oblongi racemi*

21. 40. 55. et cod. quidam Pith. aut restitui ex 11. 15. 23. et 10. 12. 16. 17. 19-22. 24-27. 45-50. 54-69. 71-74. vel 14. 18. 70. 75. 76. 77. 82. Haud dubie id substitutum ab iis, qui hiatum, Juvenali familiarem, non concoquebant. v. sup. ad l. 151. *miranti* revocavi ex 10-13. 16. 17. 19-27. 45-50. 54-69. 71-74. et cod. quodam Pith. Nam præclare sic summum adumbratur monstrum, cujus novitatem ipsum aratrum mirari fingitur, et more poetarum sensus tribuitur rei inanimatæ. *aut miranti sub aratro* 11. 23. *et miranti sub aratro* 16. 17. 19-22. 24. 43. 46. *et miranti jam sub aratro* 10. 12. 25. 27. 47-50. 54-69. 71-74. Sed rō jam insertum ob metum laborantis metri, qui vanus est. *aut miranti jam* 15. *puerque miranti* 13. *puero admiranti* cod. quidam Pith. *mirandis* 14. 18. 70. 75. 76. 77. 81. 82. probant. Schinzli. qui monet, *pisces mirandos* dici, ut inf. vs. 70. *gurgites miros*, quod inter *Θαυδάρια* *ἀνδοκοματά* referantur. Sed nostra lectio longe venustior est, hæc emendationem sapit, et quidem ineptam: non enim *pisces* sunt *mirandi*, sed *mirandum* est, quod *sub aratro inventi* sint.—66 *foetæ* scripsi pro *foetæ*. v. ad xi. 40.—68 *Era-*

## NOTÆ

64 *Bimembri puero*] Prodigioso, membra duplicia habenti, v. g. duo capita; vel biformi, ut si fuerit semibos, semiequus; quales Minotaurus, Centauri.

65 *Miranti*] Sic legunt alii, eritque hypallage; pro agricola mirante: alii *mirandis piscibus*.

66 *Piscibus*] Hi quippe duntaxat in aquis vivunt ac reperiuntur: mirum ergo et portentosum, si sub aratro terram scindente occurrant.

*Foetæ comparo mulæ*] Cic. cit. mox sic habet: 'Utrum igitur eum concoepit mula, an cum peperit, ostentum est? Conceptio contra naturam fortasse: sed partus proprie necessarius.' Et n. 61. 'Sæpins mulam peperisse arbitror, quam sapientem fuisse.' Plin. viii. 44. 'Observatum est,' inquit, 'e duobus diversis generibus nata tertii generis fieri, et neutri parentum similia esse, eaque non gignere quæ sunt ita nata, im-

omni animalium genere: ideoque mulas non parere. Est in Annalibus nostris, peperisse sæpe; veram prodigii loco habitum. Theophrastus vulgo parere in Cappadocia tradit; sed esse id animal ibi sui generis.' Plutarch. de Placitis Philosoph. v. 14. mulas esse steriles refert, quod earum vulva non se pandat: vel quod sit exilis, arcta, demissa; idque patere dissecando earum corpus.

67 *Sollicitus, tanquam*] Tanquam de portento, quo aliquid indicetur; vel quod sit procurandam expiandumque, ad averruncanda quæ portantur mala.

*Lapides effuderit imber*] Id crebro legitur accidisse apud Liv. Valer. Max. i. 6. in prodigiis numerat; 'in Piceno lapidibus pluuisse: Cerites aquas sanguine mistas fluxisse,' &c. Vide Plin. ii. 58. et xxxi. 1. Alex. ab Alex. v. 27.

Examenve apium longa consederit uva  
 Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis  
 Gurgitibus miris, et lactis vortice torrens.

70

Intercepta decem quereris sestertia fraude  
 Sacrilega? quid si bis centum perdidit alter  
 Hoc arcana modo? majorem tertius illa  
 Summam, quam patulæ vix ceperat angulus arcæ?  
 Tam facile et pronum est Superos contemnere testes,  
 Si mortalis idem nemo sciat! Aspice, quanta  
 Voce neget? quæ sit ficti constantia vultus?  
 Per Solis radios, Tarpeiaque fulmina jurat,

*forma consiterit in templi vertice; quasi flumen ad mare decurrerit aquis mirabilibus, et lactes manans gurgite. Conquereris crepta dolo sacrilego decem sestertia. Quid si alius ea ratione amittit ducenta clam deposita: tertius vero grandiore hac summam, quam vix continebat angulus amplæ ciuæ? Adeo promptum ac proclive est Deos conatos spernere, quando nullus homo idipsum norit. Certe qua vociferatione inficietur: qualis sit faciei simulatæ firmitas. Affirmat per Solis iubar, et fulmina Tarpeia, et Martis hastam, et tela Cirrhæi Vutis, per sagittas*

\*\*\*\*\*

*menve pro Examenque legendum semper putavi, et nunc recepi ex 11. con-*  
*derat 12. cum sederit 20-22. una 13.—69 Culmen 16. delubrum 11. quod*  
*pro delubrorum positum suspicabatur Schurzfl.—70 Gurgitibus nioeis vel nigris*  
*conj. Schrader. aut lactis præstiterit. vertice 12. 21. 22. v. sup. ad vi. 524.*  
*—71-74 eiectione 13. sestertia 19. 20.—73 ille 12. 15. 16. 17. 10-24. 27. a m.*  
*sec. 45. illo 25. 27. a m. pr. 47. 48. 56-60. 64. 65.—74 Partem 77. coperit 23.*  
*—75 Est facile et pronum superos 13. est non extat in 24.—76 sciet 16. nesciat*  
*56. 57.—78 flumina 11.—79 phrameam 27. Cirrei 43. Circei 13. a m. sec. 20.*

## NOTÆ

68 *Examenve apium longa, &c.*] Si connexæ pedibus apes, glomeratumque examen in pendentis uvæ speciem fuerint ad frondentis arbusculæ ramum, aut alibi. *Borpuddv* vocat Homer. *Iliad. B.* Hinc Virgil. *Georgic. iv.* in fine, 'Jamque arbore summa Confinere, et lentis uvam demittere ramis.' Plin. *ii. 17.* Tunc ostenta faciunt apes, nva dependente in domibus templisve, sæpe expiata magnis eventibus.

70 *Gurgitibus miris*] Portentosis, v. g. atris, sanguineis, lacteis. Cic. de *Divin. i. ii. n. 58.* 'Sanguinem pluviæ Senatui nuntiatum est: Atra-

tum etiam fluvium fluxisse sanguine,' &c. Tit. Liv. *xxiv. 10.* prodigia multa refert, inter quæ, 'Mantus stagnum effusum Mincio amni, cruentum visum: sanguine pluisse in foro Boario,' &c. Valer. Maxim. cit. 'Cerites aquas sanguine mistas fluxisse.' Plin. cit. *ii. 56.* 'lacte et sanguine pluisse,' ait.

71 *Sestertia*] Vide Sat. *i. vs. 92.* Annot.

73 *Arcana*] Arcanæ fidei credita, sine ullis testibus.

78 *Tarpeiaque fulmina*] Jurat per fulmen Jovis, qui in rupe Tarpeia seu Capitolina fanum habebat.

Et Martis franeam, et Cirrhæi spicula vatis,  
 Per calamos venatricis pharetramque Puellæ,  
 Perque tuum, pater Ægæi Neptune, tridentem :  
 Addit et Herculeos arcus, hastamque Minervæ,  
 Quicquid habent telorum armamentaria cœli.  
 Si vero et pater est : Comedam, inquit, flebile nati

89

*et pharetram Virginis Venatricis, et per tuam fuscinam, Neptune Ægæi parent. Adjungit etiam arcus Herculis, atque lanceam Palladis ; et quæcumque arma sunt in caelesti arce. Quod si ille est etiam parens, manducem, ait, aqua coctum deplo-*

\*\*\*\*\*

Cyrrhæi 25. 50. Cyrrhæi 66. 67. Cyrræi 19. 27. 46. 47. 48. Cyrræi 17. Curei 13. a m. pr. Circei 23.—80-83 ejecti e 13.—81 Ægei al. etiam Hennin. Sed Ægeus, Alyxos, Thesei pater, a quibusdam Pandionis filius, ab aliis Scyrii, ab aliis Phemii, (v. Heyne ad Apollod. p. 871. sqq.) a nemine vero, quod sciam, Neptuni filius editur. Eum quidem in mare Ægeum se præcipitasse ei que dedisse nomen, fabulantur Diodor. iv. 62. 63. Pausan. i. 22. 5. et Hygin. f. 43. non vero, eum propterea filium Neptuni creditum esse, quod nonnulli suspicantur. Illud quoque mare non Ἀλγείον, sed Ἀγαίον dicitur. Fac tamen, Neptunum etiam Ægei patrem esse editum, hæc appellatio Dei, cui a poetis multi tribuuntur filii, admodum h. l. jejuna est, ne quid gravius dicam. Multo exquisitior vulgata lectio Ægæi, a nobis restituta, quæ etiam in plerisque certe codd. mss. reperiretur, nisi hi diphthongos respuerent.—82 Addidit 16. 23.—83 et armamentaria 16.—84 Si verum pater 24. et abest

#### NOTÆ

79 *Franeam*] Quidam interpretantur gladium ancipitem, alii, hastam. Cornel. Tacit. de Moribus Germanorum sic habet : ' Rari gladii aut majoribus lanceis utuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo, franeas gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel eminns pugnent,' &c. Cæl. Rhodig. xxi. 18. ' Acinaces,' inquit, ' hastæ Persicæ, græsa propria sunt Gallorum tela, sarissæ Macedonum, franeæ Germanorum.'

*Cirrhæi Vatis*] Apollinis, qui religiose colebatur in Cirrha Phocidis oppido, et in proximis Delphis oracula et responsa dabat.

80 *Calamos venatricis*] Per Dianæ sagittas, quam ob virginittatis studium aiant sylvæ colere, et venationi indulgere. Vide Cic. de Nat. Deor. iii. Virgil. Eclog. iii. ' Daphnidis arcum Fregisti et calamos.'

81 *Ægæi*] Ægeus Neptuni erat filius, Thesei pater ; Athenis regnavit ; nomen dedit Ægeæ mari, cum in illud se præcipitasset.

82 *Herculeos arcus*] Fatalia nempe arma, sine quibus expugnari Troja non potuit. Herculeum aiunt in Ceta morientem Philocteti comiti reliquisse arcum et sagittas Hydræ cruore seu felle tinctas. Vide Sophocl. Philoctet.

*Hastamque Minervæ*] Græci Palladem vocant a πᾶλλειν, vibrare ; quod sit Dea bellicosa, et hastam teneat, et eam quateri videatur.

84 *Si vero et pater est*] Quod si ille depositi interceptor ac defraudator filios habeat, non verebitur ita jurare, ac pejorare ; si quid alienum habeo, contingat mihi quod Thyestæ olim, cui frater Atreus proprios filios nescienti edendos apposuit.

Sinciput elixi, Pharioque madentis aceto.

85

unt, in Fortunæ qui casibus omnia ponant,

Et nullo credant mundum rectore moveri,

Natura volvente vices et lucis, et anni;

Atque ideo intrepidi quæcumque altaria tangunt.

Est alius, metuens ne crimen poena sequatur:

90

Hic putat esse Deos, et pejerat, atque ita secum:

Decernat, quodcumque volet, de corpore nostro

*randi filii caput aceto Ægyptio perfusum. Nunc reperiuntur qui untorras attri-  
bunt fortuitis sortis cornibus, atque nullo gubernatore orbem agi putant, Natura  
tervante vicissitudines et diei et anni: et eam ob rem qualibet aras attriciant sine  
metu. Alter invenitur qui timet ne animadoersio succedat accleri: is credit extare  
Numina, atque falsum jurat, sic vero apud se cogitat: quod placuerit statuat Iole*

\*\*\*\*\*

ab 15. 25. 27. 46. 47. 49. 54-58. 60. 64. 65.—86 *Sunt, qui in Fortuna jam casi-  
bus* 10. 12. 17. 19-23. 24-27. 45-47. 49. 50. 54-69. 71-74. 77. *Sunt qui Fortuna  
jam casibus* 16. 23. *Sunt, qui Fortuna sub casibus* 13. *Sunt qui Fortuna jam  
lapsibus* 30. *ponant* 10-13. 15. 16. 45. 50. 60-63. 65. 68. 69. 71-74. 77. *Sic et  
mox* vs. 87. *credunt* 10. 11. 12. 15. 16. 23. 25. 27. 45. 46. 47. 49. 60. 54 58.  
60-64. 65. 68. 69. 71-74. 77. *At v. sup. ad XII. 101.*—87 *nullum* 13.—88 *re-  
cente* 64.—89 *Atque ergo* 11.—91 *et pejerat* 16.—92 *discernat* 16. 22.—95 *phi-*

#### NOTÆ

85 *Pharioque madentis aceto*] Quo  
solet condimento comedi vervecis  
caput. Porro Ægyptium acetum  
laudatur apud Athen. II. 26. Et  
Martial. Epigram. XIII. 122. 'Am-  
phora Niliaci non sit tibi villis aceti.'  
Pharos enim Ægypti Insula, de qua  
Sat. VI. vs. 83. Metonym. Ægyptum  
indicat.

86 *Sunt, in Fortuna, &c.*] Quidam  
ut pejerent, et poenæ metu se libe-  
rent, negant Deos esse, cum Diagora  
et aliis, quos Tullius de Nat. Deor.  
I. II. n. 44. ita perstringit: 'Ease  
Deos ita perspicuum est, ut qui ne-  
get, vix cum sanæ mentis existimem.'

87 *Nullo credant mundum rectore  
moveri*] Alterum genus hominum, qui  
cum Epicuro Deos quidem esse pu-  
tant, sed res humanas curare negant:  
et hos egregie refellit Cicero lib. de  
Natura Deorum.

88 *Natura volvente vices*] Errabant

nimirum illi Naturam a Deo separan-  
tes. Unde Senecam velut Stoicorum  
sapientissimum laudat Lactantius,  
quod is intellexerit Naturam aliud  
nihil esse quam Deum. Tullius cit.  
de Natura Deorum I. II. n. 128. 'In-  
telligamus nihil horum esse fortui-  
tum, sed hæc omnia esse providam  
solertisque Naturæ,' &c.

89 *Altaria tangunt*] Qui jurabant  
Deorum tangebant altaria. Virgil.  
Æneid. XII. 'Tango aras: medios  
ignes et Numina testor.'

90 *Est alius, metuens, &c.*] Tertium  
hominum genus, qui vindices Deos  
timent: verum alterutrum sibi spon-  
dent, et se ita consolantur: aut me  
ulciscetur Deorum Numen cito, aut  
tarde: si tardant Dii, forte effugiam:  
quod si perjurii repetat a me poenæ,  
et solvam, alicui obnoxius morbo et  
incommodo; tum etiam malim ægre-  
tare, et dives esse.



Isis, et irato feriat mea lumina sistro,  
 Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.  
 Et phthisis, et vomicæ putres, et dimidium crus  
 Sunt tanti? Pauper locupletem optare podagram  
 Ne dubitet Ladas, si non eget Anticyra, nec  
 Archigene. Quid enim velocis gloria plantæ

96

*de nostro corpore, et iracundo crepitaculo meos oculos percutiat, ut etiam excecatus conservem pecuniam quam inficior. Et phthisis, et fatentes vomica, et tibia mutila sentne tanti putanda? Neque Ladas inops ambigat exoptare divitem podagram, si quidem non opus habet Anticyra, nec Archigene. Nam quid confert*

sis 60. phthisis 23. ptysis 27. 46-49. 56. ptisis 19. thisis 15. 16. 17. 20. 22. thisis 21. thysis 13. cthisis 45. etysis 24.—96 semper pro pauper 16. optabo 13.—97-99 ejeti e 13. Ne restitui ex 2. 21. 25. 56-60. 62. 64. 66. 68. 69. 71-76. Nec 1. 3. 5. 10. 11. 12. 14-20. 22. 23. 24. 27. 45-50. 54. 55. 61. 63. 65. 67. 70. 77. 82. Non 11. Malim, Num dubitet Ladas? Mox dubitat 3. 5. 10. 22. 23. 27. a m. pr. dubitat, vel dubitet: laudas, si cet. 2. 3. 5. 10. 11. 12. 15. 17. 19-22. 24-27. 45-49. 55-60. 65. 66. 67. laudes 16. 23. Sexcenties nomina propria sic corrupta.—98 Archigene 24. Arcygene 17. 20. et quid 10.—

## NOTE

93 *Isis*] Ægyptiorum Dea, de qua nos abunde Sat. vi. Hanc opinabantur perjuri infestam, et præsentem poenam irrogare, cæcitatem. Ovid. de Ponto lib. 1. Eleg. 1. 'Vidi ego linigeræ Numen violasse fatentem Isidis, Isiacos ante sedere focos. Alter ob huic similem privatus luminæ culpam, Clamabat media se meruisse via.' Vide Pers. Sat. v. vs. 186. et ibid. Annot.

95 *Phthisis*] Macies, tabes lenta.

*Vomicæ*] Apostemata, ulcera putrida et maligna, abscessus, quos vocat Galen.

96 *Sunt tanti*] Ut non eligantur ea cum opibus, potius quam paupertas cum sanitate.

*Locupletem podagram*] Cum divitiis conjunctam ægritudinem corporis ne dubitet quis optare, si mente sanus est.

97 *Ladas*] Is sæpe victor in Olympicis agilitate pedum clarus. Ejus meminit Pausan. in Corinth. Cicero

ad Herenn. iv. Martial. Epigr. x. 100.

*Si non eget Anticyra*] Quidam explicant: modo morbus ille articularis non sit inveteratus, cui curando opus sit helleboro, et perito Medico. Nam certe ex Plin. xxv. 5. 'Helleborum medetur podagricis.' Verum ego malim cum aliis interpretari aic: Ladas si sapit, si non eget helleboro, quo etiam insanientes curantur, ex Plinio ibid. certe debet malle dives esse cum podagra, quam sua pedum celeritate in Olympicis cursu vincere et coronari, atque mox esurire et cum fame luctari.

98 *Archigene*] Perito quovis Medico, ad venam in media fronte sciendam, quo deliri et furiosi sanantur. Vide Sat. vi. vs. 46. et 236.

*Quid enim velocis, &c.*] Quid prodest agilitate pedum valere, ut nobilis ille cursor Ladas, si pariter ut ipse postea sis inops?

**Præstat, et esuriens Pisææ ramus olivæ ?**  
**Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.** 100  
**Si curant igitur cunctos punire nocentes,**  
**Quando ad me venient ? Sed et exorabile Numen**  
**Fortasse experiar : solet his ignoscere. Multi**  
**Committunt eadem diverso crimina fato :**  
**Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema.** 105  
**Sic animum diræ trepidum formidine culpæ**  
**Confirmant. Tunc te sacra ad delubra vocantem**

*hænos celeris pedis, atque famelicus surculus olivæ Pisææ ? Et si gravis sit Numinum ultio, et profecto æra est. Ergo si noxios omnes plectere satagant, ecquando ad me pervenient ? At forte Deos quoque sentiam placabiles. Istis indulgere consueverunt. Varia sorte plurimi paria scelera perpetrant. Hic facinoris mercedem nactus est patibulum, iste coronam. Ita mentem atrocis noxæ metu parentem roborant. Tum te ad sanctas ædes invitantem antecedit, promissus etiam*

99 *Præstat* 16.—101 *curent* 10. *currant* 54. 64.—102 *veniet* 45. 46. 47. 57. 58. *sed exorabile* 19. *sed explorabile* 15. *si et exorabile* 11. unde Schurzli conj. *Siet* ! (sit ita, fiat, ἵππιδος κέστος) *Exorabile numen* cet.—103 *is* 45. 46. 47. 49. —105 *pretium* vel *prociūm* *sceleris* 10. 17. 19-23. 24-27. 45-50. 54-69. 71-74.—106-111 *ejecti* e 13. *intrepidum* 23.—107 *confirmat* 15. 27. 54. 58. 64. *avocan-*

## NOTÆ

99 *Et esuriens Pisææ ramus olivæ*] Quid etiam juvat oleaginea corona Lædæ pauperi et famelico toties delata, apud Pisam urbem Peloponesi, ubi quinto quoque anno Olympici Lædi agebantur ?

100 *Lenta ira Deorum*] Valer. Max. 1. 1. 'Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira : sed tarditatem supplicii gravitate compensat.' Vide Plutarch. de tarda Numinis vindicta.

103 *Solet his ignoscere*] An perjurii, non tam in Numinis contemptum, quam ad pecuniam habendam factis ? An *his*, id est, quibusdam pejerantibus ?

105 *Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema*] Si quidam scelera pœnam, at alii fractas metant. *Hic diadema* : Romulus fratricida scilicet Imperium nactus est, &c.

*Crucem*] Plant. Mostel. Sc. 5. 'Ego

dabo ei talentum, prius qui in crucem excurrerit ; sed ea lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia.' See-mec. Consol. ad Marciam c. 20. 'Video istic cruces non unius quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatas. Alii capite conversos in terram suspendere : alii per obocœna stipitem egerunt : alii brachia patibulo explicuerunt,' &c. Vide Lips. de *Crucis*. Porro servile hoc pridem tormentum, crucis, inquam, supplicium abrogavit Imperator Constantinus, anno Christi trecentesimo vigesimo quinto, postquam cœlesti Crucis ostento victor esset factus. Sozom. 1. 1. &c.

106 *Sic animum diræ, &c.*] Ita se obfirmant adversus pœnæ et vindictæ formidinem.

107 *Ad delubra vocantem præcedit*] Non tantum sequitur te ad aras, sed et audacter anteit iste frandator, ubi

Præcedit, trahere immo ultro, ac vexare paratus.  
 Nam, cum magnæ malæ superest audacia causæ,  
 Creditur a multis fiducia. 110  
 Mimū agit ille,  
 Urbani qualem fugitivus scurra Catulli :  
 Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis,  
 Vel potius, quantum Gradivus Homericus : Audis,  
 Jupiter, hæc, nec labra moves, cum mittere vocem  
 Debueras, vel marmoreus, vel æneus ? aut cur 115  
 In carbone tuo charta pia thura soluta

*sponte deducere, et exagitare. Etenim quando improbe causæ ingens impudentia præsto est, fiducia a pluribus existimatur. In histrionem præstat, qualem sannio fugax Catulli facit. Infelix tu vociferaris adeo ut Stentora superare queas, imo vero sicut Mars apud Homerum: Auscultas ea, Jupiter; neque labia commoves, quando loqui oportebat, sive e marmore, sive ex ære fores? Vel quare prunis tuis imponimus thus religionem, aperta papyro, atque hepæ*

\*\*\*\*\*

*tem 24.—108 et vexare 10.—112 Tum 1. exclamas, qui damnum passus es, audis 13.—118 ejectus e 13.—114 committere 11. 13. 18. 21. 22. 60. emittere 28. 68.—115 Debueris 17. 20. 21. 22: Deberes 11. æneus 46. 48. æneus 13. 25. 49. 50. 57. 59-63. 66. 67. 68. 71. 72. 73. 77. v. sup. ad III. 285.—116-129 extrusi*

#### NOTÆ

inret nihil sibi creditum; quin etiam eo te ipse cunctantem provocabit, ut iurejurando purget se, et te velut sycophantam traducat ac vexet.

109 *Nam, cum magna, &c.*] Audaciam negantis depositum plures interpretantur innocentis fiduciam.

110 *Mimū agit ille, &c.*] Ille perurus te subsannat etiam, ut servus iste Comicus herum vexans improbe et in jus trahens, scilicet in Fabula Catulli Mimographi, de quo jam Sat. VIII. vs. 186.

111 *Urbani*] Alii cognomen hoc esse, alii epithetum arbitrantur.

112 *Exclamas*] Nempe talem videns impudentiam ac fraudem.

*Stentora*] Magnanimum illum Græcum, qui vociferans in bello, quin-quaginta virorum clamorem adæquabat. Homer. Iliad. v.

113 *Gradivus Homericus*] Iliad. ctt. Mars a Diomede sauciatus tam hor-

rendam emisit vocem, ut Græcos pariter atque Trojanos terruerit: qualem videlicet non ediderint novem aut decem hominum millia. Porro *Gradivus*, a *gradere*, ab hasta quantiendi; vel, ut Festo placet, a *gradiendo*, quod eatur ad bellum gradatim et per ordines.

*Audis, Jupiter, hæc*] Perjuria, ludibria.

114 *Nec labra moves*] Ut increpes, atque minas ac supplicia intentes.

115 *Vel marmoreus, vel æneus*] Sarcasmus in Idololatrias: quamvis eo non spectet Juvenalis.

*Cur in carbone, &c.*] Cur igitur tibi thus adolemus surdo, stupido, marmoris et æris instar, tanta scelera non vindicanti?

116 *Charta*] Qua thus involvebatur. Alii obaignata ex more vota hic significari volunt.

**Ponimus, et sectum vituli jecur, albaque porci  
Omenta? ut video, nullum discrimen habendum est  
Effigies inter vestras, statuamque Vagellf.**

**Accipe, quæ contra valeat solatia ferre, 120  
Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit**

*Juveni concium, et omenta suis candida? Quantum intellige, differentia nulla facienda est inter vestras imagines, et Batylli statuas. Suscipe consolationem quam adversus ista mala dare queat etiam qui neque Cynicorum, neque Stoicorum evolvit documenta a Cynicis veste differentia; quique non observat Epi-*

.....

e 13.—117 *Profinus* 20.—118 *Omenta* 16. est non extat in 18.—119 *Vagelli* 1. 14. 70. 76. 76. 82. Vetus scholion est: qui, ut eos, stultissimus accepit statuas. Designatur forte idem *Vagellus* Mutinensis et declamator, cui multum cor tribuitur inf. xvi. 23. *Bacilli* 10. 11. 16. 17. 19. 20. 21. 29. 45. *Batila* 23. *Bathulli* 15. *Batilli* 18. 22. 24-27. 40-49. 54. 55. 57. 58. 61-64. 65. (Paris. 1512.) 66-69. 71. 72. 73. 77. *Batylli* 50. 60. 65. *Bathylli* 56. 59. 60. 74. 81. probb. Britann. Grang. Prat. et aliis, ut non sit *Bathyllus* ille pantomimus, de quo v. sup. ad vi. 68. sed adolescens Samius, cujus insigni pulchritudine Anacreon non magis, quam Polycrates, tyrannus Samius, captus dicitur, et de quo Apul. Florid. ii. sub finem: *In Samo, quæ modica est insula in mari Icario, templum Junonis antiquitus famigeratum conspici, cujus ante aram statua erat Bathylli, a Polycrate tyranno dicata, qua nihil unquam affectutius fuit.* Cf. Winckelm. A. z. G. d. K. p. 55. Sed hujus Bathylli mentio parum apta h. l. cui maxima potius vis inest, si *Vagelli* vel alius cujuscunque hominis stulti ac fatui nomen memoratur. Cf. sup. i. 120-132.—120 qui 16. vulcant 46. 47. 49. 64. valent 45.—121 *Comicos* 15.—123 *Suci-*

# NOTE

117 *Sectum vituli jecur*] Forte ut facilius comburatur, minutatim sectum: vel simpliciter, resectum et separatim ab aliis intestinis.

*Albaque*] Vel adipe candentia, vel candentis et albensis porci.

118 *Omenta*] Sunt quasi panniculus seu membrana, qua intestina involvuntur: ut dicemus ad Pers. Sat. ii. vs. 47. et Sat. vi. vs. 74.

*Nullum discrimen, &c.*] Gravior alter sarcasmus in falsos Deos. Quamquam Juvenalis aliud nihil intendit, quam ut exprimat verba hominis ex summa indignatione loquentis, ob emunctam sibi pecuniam negatamque depositum.

119 *Vagellf*] Sic quidam Codices habent; id est, hominis stulti ac fatui, ex vet. Schol. Quidam codices

habent *Batylli*, cui citharædo insigni erecta in Fano Junonis Samiæ statua per Tyrannum Polycratem; teste Apuleio, Florid. 15. vel, ut vulgo legunt, 2. sub finem.

120 *Accipe, quæ contra, &c.*] O Calvine amice, a me Juvenali consolationem accipe e sensu communi petitam: philosophicis enim rationibus non debet curari levius illud malum tuum, jactura nempe decem sestertiorum.

121 *Qui nec Cynicos, &c.*] Imperitus quilibet et indoctus.

*Cynicos*] Horum sectæ Princeps fuit Antisthenes Socratis discipulus; claruere postea Diogenes, et Crates Thebanus. Vide Annot. ad Pers. Sat. i. vs. penult.

*Stoica dogmata*] Stoicis dux fuit

A Cynicis tunica distantia ; non Epicurum  
 Suspicit exigui lætum plantaribus horti.  
 Curentur dubii medicis majoribus ægri ;  
 Tu venam vel discipulo committe Philippi.  
 Si nullum in terris tam detestabile factum  
 Ostendis, taceo ; nec pugnīs cædere pectus  
 Te veto, nec plana faciem contundere palma :  
 Quandoquidem accepto claudenda est janua damno,

125

*curum parvi hortuli oleribus contentum. Ægroti ancipites sanentur summis Medicis: at tu venam trade etiam discipulo Philippi. Si demonstras nullum in orbe facinus esse adeo execrandum, sileo; nec prohibeo te pugnīs verberare pectus, neque vultum extensa manu percutere; quoniam obstruendæ sunt fores jactura facta, et*

\*\*\*\*\*

pit 17. 20. 21. 22. 24. 45. 60. 65.—124 *medicis melioribus* 4. e glossa.—125 *venam* 17. 20.—129 *claudenda* 48.—130 *At* 16. *Sic* 13.—131 *et nemo* 15. *dolores*

## NOTÆ

Zeno, de quo et Stoicis dogmatis Diogen. Laërt. l. vii. Vide Annot. ad Pers. Sat. iii. vs. 53.

122 *Tunica distantia*] Stoici tunicam gerebant sub pallio: at Cynici minime, sed interulas duntaxat leviores: utrique vero doctrina convenientes, divitiarum contentum, frugalitatem, patientiam profitebantur. Hor. Epist. i. 17. 'Contra, quem duplici panno patientia velat, Mirabor.' Ubi, duplex pannus, est, tunica, et pallium. Cave autem ne duplex iis fuisse pallium, cum quibusdam credas.

*Epicurum*] De eo multa Diogen. Laërt. l. x. Is in animi tranquillitate ac voluptate felicitatem collocabat: ceterum valde sobrius et paucis contentus horti victitabat olusculis. Plin. xix. 4. 'Jam quidem,' ait, 'hortorum nomine in ipsa urbe delicias, agros, villasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus otii magister; usque ad eum, moris non fuerat in oppidis haberi rura.'

124 *Curentur dubii, &c.*] Qui tam gravi morbo decumbant, ut de eorum salute dubitetur, ille summo indigent

Medico: sic et consolatione philosophica graviore, qui magnis ærumnis conflictantur. Tu vero, Calvine, leve quid passus, a rudi quolibet levioribus remediis curabere.

125 *Venam*] Scindendam, metaph. id est, mentem ob negatam pecuniam ægre habentem.

*Philippi*] Imperiti illius temporis Medici, cujus proinde rudis imo rudior discipulus.

126 *Si nullum in terris*] Si nihil usquam fiat tam detestabile, quam id quod pateris, ego te non veto plangere et lamentari.

129 *Quandoquidem accepto, &c.*] Quandoquidem jam moris est ridiculi certe, facta pecuniæ jactura sic lugere, ut in funere propinquorum, imo vero gravius.

*Accepto claudenda est janua damno*] In signum luctus ac mœroris, ex recepta consuetudine: ex veteri Scholiaste. Alii velut adagium hic observant, hoc sensu: nempe ablatiis per fures nummis sero janua clauditur; pariter et stabulum, abacto pecore. Sed non valde sensum juvenis hac interpretatione existimo.

Et majore domus gemitu, majore tumultu 190  
 Planguntur nummi, quam funera. Nemo dolorem  
 Fingit in hoc casu, vestem deducere summam  
 Contentus, vexare oculos humore coacto.  
 Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.  
 Sed si cuncta vides simili fora plena querela; 135  
 Si, decies lectis diversa parte tabellis,  
 Vana supervacui dicunt chirographa ligni,  
 Arguit ipsorum quos litera, gemmaque princeps  
 Sardonychum, loculis quæ custoditur eburnis:

*gracior familia luctu, graviori trepidatione deploratur pecunia quam mors. Nullus maiorem simulat in ea occasione, aut aperiens duntaxat supremam chlamydem, lacrymis expressis oculos fatigat. Sincero fletu lugentur nummi deperditi. At si omnes curias paribus querimoniis refertus aspicias, si post tabulas relectas decies variis in locis, futilia chirographa ligni superflui affirmant i quos convincit sua scriptura, et primarius lapillus Sardonyches, qui theca ex ebore sercatur: jam delicatu-*

\*\*\*\*\*

13. 16. 17. 20. 25. 27. 45-49. 54-60. 64. 74.—132 in occurru 10. 15-23. 47. 49. 54. 55. 57. 58. 62. 66-69. 71-74. *deducere* restitui ex 10. 13. 18-20. a m. sec. 22-24. 45. 74. aliisque codd. mss. quos laudant Heins. ad Ovid. Amor. 1. 7. 48. et vir doctus in Misc. Obs. crit. Vol. v. T. II. p. 298. *diducere* in reliquis libris, quod etiam non ineptum forte, si exposueris: distrahere tantum, pectoris nodandi plangendi causa. Sed illud dolori, etiam ficto, convenientius videtur. Sic ap. Ovid. Met. vi. 405. *Dicitur unus Flesse Pelops, humeroque suas ad pectora postquam Deduxit testes:* et ap. Senec. Troad. vs. 86. sqq. de choro Iliadum, Hectoris Priamique mortem lugente: *veste remissa Substringe sinus, utroque tenuis Pateant artus;* et vs. 102. sqq. *cadat ex humeris Vestis apertis; utrumque tegat Subfulta latus: jam nuda vocant Pectora dextras cet.* Cnf. sup. ad x. 153.—136 *diversa in parte* 10. 11. 12. 16-27. 45-50. 54-60. 71-74.—137 *ducunt* 16. Pro ligni h. l. et inf. xvi. 41. ubi idem legitur *versus*, vel *lini* vel *signi* reponendum putabat Heins. ad Ovid. ex Ponto II. 9. 69. ut vel linea intelligerentur vincula, tabellis testamentisque obsignandis adhiberi solita, vel *chirographum* et *signum* conjungerentur, ut ap. Cic. ad Att. II. 20. Sed vulgata quoque lectio non inepta videtur.—139 *Sardonychus*

#### NOTE

132 *Vestem deducere summam, &c.]* Vulgo *diducere*. Imo tunc præ vero dolore quisque vestem omnino dilacerat, nec leviter distrahit solum; quicque lacrymas ubertim erumpentes via coercet.

135 *Fora]* Vel plateas, vel Judicum tribunalia, ubi passim queruntur homines fraudem sibi factam in re pecuniaria.

136 *Si, decies lectis, &c.]* Si post cationes seu schedas obligatorias decies

lectas apud diversos testes sigillatim eas subsignantes, postea tamen adulterinas audent illas dicere debitores, et affirmare inanes et confictas, reclamante licet ipsorum chirographo et sigillo.

137 *Chirographa ligni]* Ligneas tabulas cera illitas, in quibus scriptitabant veteres ante inventam chartam.

138 *Gemmaque princeps Sardonychum]* Sigillum in gemma insculptum.

139 *Sardonychum]* Legunt alii, Ser-

Ten', o delicias! extra communia censes  
 Ponendum? qui tu gallinæ filius albæ,  
 Nos viles pulli nati infelicibus ovis?  
 Rem pateris modicam, et mediocri bile ferendam,  
 Si flectas oculos majora ad crimina. Confer  
 Conductum latronem, incendia sulphure coepta,

140

145

*lum te arbitraris eximendum a sorte vulgari, quod tu sis natus gallina candida, nos vero ignobiles pulli miseris ovis exorti. Rem parvam toleras ac levi indignatione sustinendam, si veritas aspectum ad graviora flagitia. Comparā immisum prædōnem, incaptam sulphure et fraudulenter combustionem, quando prius incendium*

68. 74. 77. 81. *Sardonichus* 49. 55. 72. *Sardonycus* 10. 50. 54. 64. 67. *Sardonius* 13. 15-20. 23-27. 45-48. 56-63. 65. 66. 69. 71. 73. *Sardonicum* 21. *Sardondotum* 22. Sed omnes illæ vocis formæ nusquam occurrunt, et effectus videntur a librariis vel scholasticis, qui ignorabant, *Sardonychum* esse gen. plur. voc. *sardonys*, *σαρδόνυξ*, *vixos*. *Sardonyches* edd. recenti. Prat. et al. rectius forsā, certe doctius: nisi malis *Sardonychis*, vel Græce *Sardonychos*.—140 *Ten'* o delicias 14. 21-24. 48. 70. 82. Recte, opinor, et venuste, modo eo, quo curavi, modo exclamandi interrogandique signa ponantur. *Te nunc delicias* 10. 11. 13. 15-20. 25. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 54-69. 71-77. *Curr te delicias* 13. *Te nunc deliciarum inter communia male conj.* Schurzfl.—141 *qua tu* 15. *quod tu* 13. *quia tu* 10. 11. 12. 17. 19. 25. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 54. 55. 57. 58. 60-69. 71. 72. 73. 75. 76. 77. Forte legendum: *qui tu gallinæ filius Afræ*. Gallinæ Africanæ s. Numidicæ, si Varro et Plinio fides habenda, *novissimæ sunt peregrinarum avium in mensas Romanorum receptæ propter ingratum virum*, et tamen in delicatis veterum cibis maxime prædicantur. Sola itaque raritas lia videtur auxisse pretium, quod et Petrou. c. 93. innuit his verbis: *Afræ volucres placent palato, Quod non sunt faciles scil. paratu*. Cf. Bochart. Hieroz. P. II. l. i. c. 19. et Wernsdorf Poët. lat. min. T. III. p. 70. Hinc *gallinæ filius Afræ* proverbii loco quis dici potest eo sensu, quo *phœnix* quis dicitur, aut sup. vi. 165. *Rara avis in terris nigroque simillima cycno*. Cf. Erasmi proverb. II. l. 1. 21.—142 *Non* 71. 73. *Nos viles, populus* 11. *Nos viles populi* 16. *Nos vilis populi* 21. 22. *Nos vilis populus* 7. 12. 13. 17. 20. 29. non improb. Schurzfl. ut eo sensu hæc dicta sint, quo Horatiana: *Nos numerus sumus, et fruges consumere nati*. Sed venustior est vulgata lectio, qua *viles pulli* opponuntur *gallinæ albæ*.—144 *Si confers oculos* 11. quod arrisise Schurzfl. mireris. Cui enim placebit idem verbum, vario sensu bis in eodem versu positum?

## NOTÆ

*donyches*. Vide Pers. Sat. I. vs. 16.

140 *Ten'*, o delicias] Alii legunt: *Te nunc delicias*, &c.

141 *Gallinæ filius albæ*] Proverb. Id est, tu nimirum singulari felicitate natus, ceteri communi fortunæ obnoxii. Candida boni esse ominis annotavi ad Pers. Sat. II. vs. 1. et seq. adde aliud Proverbium, 'Mali corvi malum ovum.' Quidam hic alludi

aiunt ad Sueton. Galb. c. 1. et Plin. xv. cap. ult. ubi refertur, 'In Livie Drusillæ gremium demissam ab aquila prætervolante gallinam albam.' Alii, ad Ledam ova duo parientem, e quibus alii immortales nati, Castor et Pollux; alii mortales, Helena et Clytemnestra. Sed quid opus ad ista recurrere?

145 *Conductum latronem*] Sicarium

Atque dolo, primos cum janua colligit ignes:  
 Confer et hos, veteris qui tollunt grandia templi  
 Pocula adorandæ rubiginis, et populorum  
 Dona, vel antiquo positas a rege coronas.  
 Hæc ibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui 150  
 Radat inaurati femur Herculis, et faciem ipsam  
 Neptuni; qui bracteolam de Castore ducat.  
 An dubitet, solitus totum conflare Tonantem?  
 Confer et artifices, mercatoremque veneni,  
 Et deducendum corio bovis in mare, cum quo 155  
 Clauditur adversis innoxia simia fatis.  
 Hæc quota pars scelerum, quæ custos Gallicus Urbis

*fores concipiunt. Compara etiam illos qui ex antiquo fano rapiunt vasa rubiginē veneranda, et plebis munera, aut coronas a vetusto Rege collocatas. Quod si ea non extant illis, aderit minor sacrilegus qui eradat coxam Herculis inaurati, ipsumque Neptuni vultum, aut qui de Castore bracteam detrahatur. Numquid enim id facere vereatur asmetum integrum Jovem fundere? Compara quoque opifices et autorem toxicum: atque deducendum in mare pelle bovis, cum quo includitur simia innocens infecta sorte. Ista vero quota portio criminum quæ Gallicus Roma custos*

*conferet Conductum cet. 16. 22.—146 ejectus e 13. dolo 21. a m. sec. primo 71.—147 his 46. 48. 49. veteres 27. 54. 58. veteris avi 72. tollunt qui 17.—148 rubiginis 17-22. 60. 64. Sed rubiginis in antiquis. codd. legitur. v. Heins. ad Ovid. Fast. iv. 907. et Virg. Ge. i. 151.—149 et pro vel 15.—150-153 ejecti e 13. tibi 16. 47. 48. 54. 58.—151 inaurati 16.—153 dubitat 18. 22. solus 23. 24. solitus dubitet 25.—154 Conferet 22. artificem 13. 16. 17. mercatoremque 19.—155 deducendum 63.—157 quo iudex sedatus urbis 13.—158 Viz*

## NOTE

ad inferendam necem conductum.

*Incendia sulphure cepta*] Incendiarios, sacrilegos, templorum spoliatores.

146 *Primos cum janua colligit ignes*] Apposita face cum materia sulphurea ardet primum janua, et hinc tota domus. Vide Sat. ix. vs. 98.

150 *Hæc ibi si non sunt*] Si vero in templis desunt vasa pretiosa, pocula antiqua, regales coronæ, quæ surripere queat sacrilegus, saltem deradet statuas et imagines Deorum inauratas.

153 *Bracteolam*] Tenuem auri laminam, ramenta.

153 *Totum conflare Tonantem*] Jovis effigiem furto ablatam refundere au-

sus, ne agnoscatur.

154 *Artifices, mercatoremque veneni*] Veneficos.

155 *Deducendum corio bovis in mare*] Parricidas culeo insui, ac projici in mare solitos. Vide Annot. Sat. viii. vs. 214.

156 *Innoxia simia*] Quæ adversante fato quamvis innocens et parentes non occiderit, parricidarum tamen supplicii est particeps.

167 *Gallicus*] Rutilius Gallicus sub Domitiano urbi præfectus, rerum capitalium cognitor et Iudex. De eo Statius Sylv. 'Quem penes intrepidæ mitis custodia Romæ.'



Quaquam eadem assidue spectentur praelia, ridet  
Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.

Nullane perjuri capitis, fraudisque nefandæ  
Poena erit? Abreptum crede hunc graviore catena 175

Protenus, et nostro (quid plus velit ira?) necari  
Arbitrio. Manet illa tamen jactura, nec unquam  
Depositum tibi sospes erit. Sed corpore trunco  
Invidiosa dabit minimus solatia sanguis.

At vindicta bonum vita jucundius ipsa. 180

Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis  
Interdum, aut levibus videas flagrantia causis.  
Quantulacumque adeo est occasio, sufficit iræ.  
Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaletis

*nullus cachinnatur, ubi omnis turma non est major uno pede. An nullum erit supplicium hominis pejerantis ac nefarii doli? Sic habet illum statim durioribus vinculis tractum, et ad libitum nostrum interfici: quid ultra cupiat iracundia? Nihilominus damnum illud perreperat, neque saluum unquam tibi creditum extabit. At mutilato corpore modicus cruor afferet consolationem invidendam. Sed ultio bonum est ipso vita suavius. Scilicet imperiti id putant, quorum intima cernas ardentia quandoque nullis vel parvis rationibus. Denique vel minima aena satis est iracundia. Chrysippus non pariter loquitur, neque mansuetus animus Tha-*

~~~~~

10-13. 15. 16. 18. 19. 21. 23-27. 45-50. 64-68. 65-69. 71-74. 77. minus venuste. quatuor et illic 20. 22.—173 Vox *quaquam* ab h. l. plane aliena videtur, et vix dubito, quin totus hic versus ab ingenio interpolatoris profectus sit. *Assidue quaquam* 16. 17. *spectantur* 10. 15. 16. 18. 19. 22-24. 45.—174-185 in 13. ita mutati et transpositi: *Querunt indocti, quorum præcordia nullis Interdum, aut levibus surgunt flagrantia causis. Quantulacumque etenim est occasio, sufficit iræ. Nullane perjuri capitis fraudisque nefandæ Poena datur; manet illa quidem jactura, nec unquam Depositum bene sospes erit. De corpore trunco Invidiosa stans reddat solatia sanguis. Nam vindicta bonum vita jucundius ipsa. Sed non vindictam sapiens commendat, ut ille, Qui cet.*—175 *affectum* 16. 29. *arrep-*
tum 21. 22. *major* 7.—177 *movet* tamen illa 16. *ulla* 73.—180 *Aut* 45. *bonum*
est 15. 16.—182 *nullis, Interdum levibus* 11.—184 *dicet* 16. 23. 24. 60. 65.—185

NOTE

174 *Nullane perjuri capitis, &c.*] An ergo non punietur, an impune abibit ejusmodi scelus?

175 *Abreptum crede hunc, &c.*] Responsio ad objectionem mox factam. Ne dubita; pro certo habet, plecti ac puniri sceleratum quemlibet, statim post admissum facinus, flagellante conscientia, torquente jugulante; adeoque id quod optas dante.

178 *Sed corpore trunco, &c.*] At cor-

pore velles mulctari potius. Prolepsis.

181 *Nempe hoc indocti, &c.*] Responsio. Id quidem imperiti sentiunt, dicunt, optant; non ita vero sapientes.

184 *Chrysippus*] Stoicus ille Philosophus. De quo ad Pers. Sat. vi. vs. ultimo.

Mite Thaletis ingenium] Thales unus e septem Græcorum Sapientibus, inje-

Ingenium, dulcique senex vicinus Hymetto, 186
 Quī partem acceptas sæva inter vincla cicutas 188
 Accusatori nollet dare. Plurima felix
 Paulatim vitia, atque errores exuit omnes,
 Prima docet rectum Sapia: quippe minuti
 Semper et infirmi est animi exiguique voluptas 190
 Ultio. Continuo sic collige, quod vindicta
 Nemo magis gaudet, quam foemina. Cur tamen hos tu
 Evasisse putes, quos diri conscia facti

desis, et vetulus suavi Hymetto proximus, qui cicuta portionem in dira catena summa non concesserit delatori. Beata sapientia principio instituens ad justum, pedetentim excludit multa vitia et cunctos errores. Nam pusilla ac imbecille et abjecta mentis nunquam non gaudium est vindicta. Proinde ita concludit: quod nullus plus delectatur ultione quam mulier. Nihilominus quare tu illos arbitraris effugisse, quos stupefactos tenet animus truci facinoris con-

Hymetto 25. 27. 45. 47. 48. 50. 57-60.—186 sæva 25. 27. 46. 48. 50. 57-60. 64. sæva 47.—188 aut errores exuit omnes Prima docens r. S. legisse vet. Schol. suspicabatur Schurzfl. At sensum forte loci huius, ut toties, non percepit.—189 docens 10-13. 15-22. 25. 27. 45-50. 54-59. 60-63. 65-69. 71-74. docens 59.—190 Semper et exigui est infirmi animique voluntas 13. forte animi infirmi que voluptas.—191. 192 ejecti e 13.—193 putes 16. 17. 20. 21. 22. putes

NOTE

riarum patientiam, ut et ceteri Sapientes, professus. De eo Diogen. Laërt. I. I.

185 *Dulcique senex vicinus Hymetto*] Socrates Atheniensis, adeoque vicinus Hymetto Atticæ regionis monti, dulci quidem, quia mellis optimi copiam habet.

186 *Qui partem acceptas, &c.*] Vide Annot. ad Pers. Sat. IV. vs. 1. et 2.

187 *Accusatori nollet dare, &c.*] Socrates enim prodicionis accusatus in vincula coniectus est cum accusatore: huic vero oblatus veneni partem petenti dare noluit ille. Vetus Schol.

Accusatori] Tres fuere Socratis accusatores, Anytus, Melitus, Lycon. De his ille aiebat: possunt quidem occidere me, non autem lædere. Nimirum quia nemo læditur nisi a seipso.

188 *Paulatim vitia, atque errores exuit, &c.*] 'Vitzæ Philosophia dux, vir-

tutis indagatrix, expultrixque vitiorum.' Cicero Tusc. 5. n. 5.

189 *Quippe minuti, &c.*] E contra magni est animi injurias oblivisci. Cic. de Orat.

191 *Vindicta nemo magis gaudet, quam famina*] Hæc enim quo imbecillior, eo facilius ira et ultionis cupiditate vincitur.

193 *Cur tamen hos tu evasisse putes*] Age vero, meritis pœnas, et justam ultionis acerbiter evasisse improbos ne puta. Nam, ut ait Seneca Epist. XVII. 'Prima et maxima peccantium pœna est, peccasse: secundæ vero pœnæ sunt timere semper et expavescere, et securitati diffidere: et fatendum est mala facinora conscientia flagellari, et plurimum illic tormentorum esse, eo quod perpetua illam sollicitudo urget ac verberat,' &c.

Delph. et Var. Clas.

Juv.

2 U

Mens habet attonitos, et surdo verberare cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum ?

195

Pœna autem vehemens, ac multo sævior illis,
Quas et Cædicus gravis invenit, et Rhadamanthus,
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.
Spartano cuidam respondit Pythia vates :
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret

200

sciis, et occultis ictibus verberat, cruciante mente secretum flagrum incutiente. At suum testem diu nocturne ferre in animo, grave est supplicium longeque durius iis quas excogitavit severus etiam Cæditius, vel Rhadamanthus. Lacedæmonio cuiuspiam Pythia fatidica responsum dedit: non inultum olim futurum, quoniam ambigeret

~~~~~

nunquam quos conacia facti 13.—194 cæce verbera pulsant 77.—195 quatiente 13. 20. 21. 22. 24. quatiente animum terrore 4.—196 Pœna etenim vehemens est et ævus cruciatus 13. et 16.—197 ejectus e 13. Cædicus recepi ex 1. 17. 21. Cæditius 20. 22. 45. Sedicitus 18. 23. 60. Cæditius in reliquis libris. aut Rhadamanthus 23. 61. 63. 63. 66-69. 71-74. 77. Radamanthus 18. 20. 45. Rhadamanthus 50. Radamanthus 17. 19. Sed Gr. Παδμανθός dicitur.—199-207 ejecti e 13.—200 fore quondam 16. forte 45.—201 detinere 24.—203 facinus illi 11.—

## NOTE

197 *Cædicus, Rhadamanthus*] Cædicus erat Iudex valde severus, tempore Vitellii. De eo Sat. XIV. *Rhadamanthus* unus ex Inferorum Iudicibus. Vide Sat. I. vs. 10. ad vocem *Æacus*.

198 *Nocte dieque suum gestare in tortore testem, &c.*] Conscientiam non testem solum, sed etiam Iudicem, et carnificem, atque, ut mox dicebat Iuvenalis, tortorem.

199 *Spartano cuidam respondit, &c.*] Glaucos Epicydidis filio, apud quem ob justitiæ famam, Milesius quidam vir Spartam veniens redactam ex bonorum dimidio pecuniam deposuit, ea lege, ut qui certam notam exhibens nummos reposceret, hos statim reciperet. Interjecto tempore ad Glaucum accedunt filii ejus qui deposuerat: notam ostendunt, repetuntque id quod fuerat a patre depositum. Tum vero Glaucos tergiversari, et dicere se non reminisci; facturum tamen quod justum est, intra menses

quatuor, si reminiscatur. Absunt Milesii amissam pecuniam existimantes. Interim ille Delphos pergit, consulitque oraculum, an jurejurando pecuniam deprædari debeat. Cui per Pythiam Apollo respondit: vel oh hoc quod dubitarit depositum restituere, pœnis fore obnoxium: nam par esse flagitium, Deum tentare, ac perpetrasset. His vero territus Glaucos Milesios accersit, atque pecuniam creditam restituit: neque pœnas effugit tamen: sed extincta illius progenies, et ex Sparta radicibus extrita est. Hæc ex Herodot. lib. VI.

*Pythia*] Sacrificula Apollinis, qui dictus Pythius a Pythonæ serpente sagittis confecto, Ovid. Metamorph. I. Fab. 8. Porro illa domicilium habebat in spelunca profunda, ore angusto, in cujus aditu locatum tripodem inscendens, divinationis afflabatur spiritu, indeque responsa reddebat.

200 *Quod dubitaret depositum retinere, &c.*] Tantum quod anceps fuisset

**Depositum retinere, et fraudem jure tueri**  
**Jurando.** Quærebat enim, quæ Numinis esset  
**Mens, et an hoc illi facinus suaderet Apollo?**  
**Reddidit ergo metu, non moribus; et tamen omnem**  
**Vocem adyti dignam templo, veramque probavit,** 205  
**Extinctus tota pariter cum prole domoque,**  
**Et, quamvis longa deductis gente, propinquis.**  
**Has patitur poenas peccandi sola voluntas.**  
**Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,**  
**Facti crimen habet. Cedo, si conata peregit?** 210  
**Perpetua anxietas nec mensæ tempore cessat,**  
**Fancibus ut morbo siccis, interque molares**  
**Difficili crescente cibo. Sed vina misellus**

*creditum non reddere, ac fallaciam asserere perjurio. Explorabat almirum quod foret Dei consilium, atque utrum Phæbus ei suggereret istud scelus. Restituit igitur per formidinem, non per indolem: ac nihilominus integrum responsum penetratis fano congruum et verax expertus est, periitque simul cum omni sobole, atque familia, et cognatis antiquo licet genere propagatis. Eam fert animadversionem consilium duntaxat scelus patrandi. Quisquis enim apud se meditatur arcumque aliquod facinus, perpetrati culpam contrahit: quid autem, quæso, si tentata perfecit? Continua sollicitudo nequidem per cenam desinit; arido gutture, sicut in agritu-*

206 pariter tota 10. 16: 18. 19. domoque 20.—207 deductus 20.—208 sæva pro sola 13. 20. 21. voluptas 17. 20. 21. 22. 24. 27. 45-49.—210 Facti crimen habet vitiosa mente peractum 13. credo 47. 48. dic pro cedo 22. ex interpret.—211-223 ejecti e 13.—212 et morbo 15. 17. 20. 23. 27. e morbo 11. ex morbo 21. 22.—213 Setina misellus Excepit, Albani veteris pretiosa senectus Displicet in Klotz. Actis literariis [ingeniose conj. Cl. Herel, qui bene monet, hæc vini genera etiam sup. v. 33. 34. conjungi, et rō sed h. l. ineptum esse, vina autem simpl. dicta non satis respondere consilio poetæ, qui id agat, ut fastidium exprimat deliciarum cujuscumque generis, quod anxius habeat homo scelerisque sibi conscius. De hac conjectura Ruhnkenius olim gratulatus est docto ejus auctori, qui per literas id mihi significavit. Eadem firmatur alio, qui mihi succurrit, poetæ nostri loco sup. x. 27. (*lato Setinum ardebit in auro*)

## NOTE

redderetne depositum, an repetentes defraudaret.

204 *Reddidit ergo metu, &c.*] Ergo depositum restituit Glaucus ob incussum ab Oraculo timorem, non ob justam fideique reverentiam. Hor. Epist. i. 16. 'Oderunt peccare boni virtutis amore: Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.'

205 *Adyti*] Intimus Fani recessus

*adytum* vocatur, ab a priv. et *δω*, ingredi: nec enim fas erat cuilibet illuc subire, sed Sacerdotibus tantum.

212 *Molares*] Dentes majores a molendo cibo atterendoque dicti.

213 *Difficili crescente cibo*] Dum mens ægre habet, et corpus ægrum fit: hinc cibus vix dentibus absumitur, videturque in ore crescere præ nausea et fastidio, cum nonnisi diffi-

**Exspuit: Albani veteris pretiosa senectus**  
**Displicet. Ostendas melius, densissima ruga** 215  
**Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.**  
**Nocte brevem si forte indulsit cura soporem,**  
**Et toto versata toro jam membra quiescunt:**  
**Continuo templum, et violati numinis aras,**  
**Et, quod præcipuis mentem sudoribus urget,** 220  
**Te videt in somnis. Tua sacra et major imago**  
**Humana turbat pavidum, cogitque fateri.**  
**Hi sunt, qui trepidant, et ad omnia fulgura pallent,**

*dine; atque ceca sub molaribus augescere. Verum infelix respuit merum: sordet Albanum antiquum vetustate exquisitum. Si suavius exhibeas, pilæ multiplices in frontem coeunt quasi acerbo Falerno productæ. Quod si casu somnum exiguam noctu concessit anxietas, ac per omnem modo lectum conversi artus requiescunt, statim fanum atque altaria Dei læsi, quodque majoribus animum laboribus promitt, te aspiciit inter soporem: effigies tua religiosa, atque humana grandior percellit trepidantem, et adigit confiteri. Isti sunt qui pavent atque expalleant ad cuncta*

~~~~~

ubi *Setinum* sc. vinum dicitur, ut h. l. *Setina*. Forte etiam epitheton *veteris*, cui parum apte h. l. *senectus* jungitur, e glossa irrepsit. Similia tamen passim in poetis obvia.—217 *soporem* 16. 21. 60.—218 *tota* 16. *versata* 24. *foro* 77. *quiescant* 18. 23. 27. 46. 47. 48. 50. 55. 64.—219 *et templum* 24. *aram* 24.—221 *at* 16.—223 *Qui peccant, trepidant* 13. *fulmina* 3. 4. 16. 22. 27. 46. 47. 48.

NOTE

culter deglutitur.

214 *Albani veteris pretiosa senectus, &c.*] Nec sapit ei vinum licet optimum e collibus Albanis. Vide Sat. v. vs. 33. ibique annotata.

215 *Densissima ruga cogitur in frontem*] Frons caperatur, ob mærorem, et animi æstus quos patitur.

216 *Velut acri ducta Falerno*] Quasi aceto; vel quod Falernum per se mite et jucundum, ipsi austerum et acre videatur. Vide Sat. iv. vs. 138. annot.

219 *Continuo templum, &c.*] Cruciat animus, dum ei semper obversatur templum, in quo pejeravit, Deosque violavit. Maxime vero torquetur, cum tu menti ejus redis; et cum præsentem veluti habet te, cui, depositum negando, fidem fregit.

Sacra] Execrabilis, religionem incutiens ac pavorem homini sacrilego.

221 *Major imago humana*] Quales videntur umbræ, dum apparent. Suet. Claud. c. 1. 'Hostem,' inquit, 'frequenter cæsum ac penitus in intimas solitudines actum non prius destitit insequi,' (Drusus nempe Claudii pater,) 'quam species barbaræ mulieris humana amplior,' victorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset.'

222 *Fateri*] Fraudem, perjurium, meritis pœnas.

223 *Ad omnia fulgura pallent*] Sic Calligula Sueton. c. 51. 'Ad minima tonitrua et fulgura connivere, caput obvolvere, ad majora vero proripere se e strato, et sub lectum condere solebat,' &c. Quædam tamen fulgura ac tonitrua boni fuisse ominis olim

Cum tonat: exanimes primo quoque marmure coeli;
Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed 225
Iratus cadat in terras, et judicet ignis.
Illa nihil nocuit, cura graviore timetur
Proxima tempestas, velut hoc dilata sereno.
Præterea, lateris vigili cum febre dolorem
Si coepere pati, missum ad sua corpora morbum 230
Infesto credunt a Numine: saxa Deorum
Hæc, et tela putant. Pecudem spondere sacello

fulgetra, quoties intonat, fere expirantes singulis fragoribus aëris, tanquam non causa, neque statum furoris, sed indignandus ignis in terras decidat atque ulciscatur. Si hæc procella non laserit, posterior formidatur majori anxietate, quasi reservata post illud audum. Deinde si incipiunt sentire tormentum lateris cum febricula inasomni, languorem putant suis corporibus inmissum ab Diis advergis, eos Numinum lapides et jacula existimant. Fano vovere balans animal, et Penatibus galti

64. solenni varietate.—224 quoque primo 25. 46-50. 57-60. 64. 65.—225 fortuitus 18. 19. 20. 27. 45-50. 54. 55. 56. 59-65. 68. 71-74. Nostra lectio doctior est.—226 ut pro et 16. 19. *judicet* 7. 10. 13. 16. 19. 20. 22-27. 29. 45-50. 64-69. 71-74. Sed exquisitius videtur *judicet*, judicis quasi personam agat, sententiam quasi de reis ferat, eos condemnet ac puniat.—227 neceat 24.—228 hæc 24.—231 de numine 23. *saxa deorum* 18. *et saxa* 10.—232 *Hæc tela esse pu-*

NOTÆ

creditum, ut quæ ex sinistra parte, item quæ ab Ortu veniunt. Vide Alex. ab Alex. v. 13. et 27.

225 *Fortuitus*] Ex opinione Epicureorum, qui expuncta divina providentia, casu et Fortuna omnia tribuebant.

Ventorum rabie] Ex nubium ac ventorum conflictu et collisione vet. Schol. Sic et Plutarch. de Homero Lib. ait, cum in nube ventus includitur, eamque vi perumpit, tonitrua fulguraque gigni, et simul emitti fulmen. Observandum itaque hic loqui Juvénalem ex opinione vulgi: nam constat tonitru fieri quoties exhalatio quædam calida ad secundam aëris regionem elata, nubibus constricta collectatur ut erumpat: fulgur autem, cum sicca illa exhalatio mota rarescit

ignescitque, et per nubem exit et emicat: denique fulmen esse exhalationem illam compactam et accensam, quæ magno impetu et fragore nubes effringit, sæpe in terras delabitur, ac modo ingenti strage quævis perumpit, modo incendio absumit.

226 *Judicet ignis*] Vibratus ab irato Jove hominum crimina ulciscente.

229 *Lateris vigili cum febre dolorem*] Pleuritida, seu lateralem morbum, cum febre somnum adimente ob nimios æstus.

231 *Saxa Deorum hæc et tela putant*] Quibus petunt improbos ac mulctant Dii.

232 *Pecudem spondere sacello non audent*] Ovem non audent vovere pro sanitatem ab Diis impetranda, quia se illis norunt exosos, adeoque desperant

Balantem, et Laribus cristam promittere galli
 Non audent. Quid enim sperare nocentibus ægris
 Concessum? vel quæ non dignior hostia vita? 285
 Mobilis et varia est ferme natura malorum.
 Cum scelus admittunt, superest constantia. Quid fas,
 Atque nefas, tandem incipiunt sentire peractis
 Criminibus. Tamen ad mores natura recurrit
 Damnatos, fixa et mutari nescia. Nam quis 240
 Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
 Ejectum semel attrita de fronte ruborem?
 Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno
 Flagitio? Dabit in laqueum vestigia noster

cristam timent polliceri. Nam quid expectare licet sceleratis agrotantibus? Aut quæ victimâ non magis meretur vivere? Improborum indoles mutabilis est ut plurimum et inconstans. Quando scelus patrant, extat firmitudo: admissis denique flagitiis auspicantur intelligere quid licitum atque illicitum. Nihilominus ad culpatores actus redit indoles firmata, nec faciliâ immutari. Ecquis enim præstituit sibi modum criminibus? ecquando recuperavit pudorem e fronte perfricta exutum? Ecquis est hominum, cui tu scelus unicum satis esse perspexeris? Noster defraudator mittet

tant 16.—283 *permittere* 46. 47. 48. 58.—285 *abest* ab 23.—237 *Dum* 23. Tam 60. *superest audacia* 77. *quid fas pro quod fas restitui* ex 10. 21. 24. 25. 47. 48. 55-60. 62. 66-69. 71-74.—238 *tamen* 25. 46. 49. 56. 57. 60. 65.—240 *et fixa* 13. 23.—241 *imposuit* 19.—242 *attritum* 13. *pudorem* 21. 22. 24. 28.—244-249 in

NOTÆ

quicquam ab eis consequi.

283 *Cristam galli*] Id est, cristatum gallum, quem Laribus et Æsculapio solebant mactare, præsertim a morbo convalescentes. Vide Cœl. Rhodig. l. xvi. c. 12. et 13.

285 *Quæ non dignior hostia*] Quam sceleratus homo, pro cuius salute voveretur.

237 *Quid fas, atque nefas, tandem incipiunt sentire, &c.*] Postquam scelus est admissum, tum ejus gravitas sentitur, quod antea blandum ac suave cupido ac libidinoso videbatur.

239 *Ad mores natura recurrit*] Horat. l. i. Epist. 10. 'Naturam expellas furca, tamen usque recurret.'

240 *Fixa et mutari nescia*] Obfirmata consuetudine peccandi. S. Au-

gustin. Confess. l. viii. c. 5. 'Suspirabam,' inquit, 'ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meam tenebat inimicus, et inde mihi catenam fecerat et constrinxerat me. Quippe ex voluntate perversa facta est libido, et dum servitur libidini, facta est consuetudo, et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis (inde catenam appellavi) tenebat me obstrictum dura servitus.'

244 *Dabit in laqueum vestigia, &c.*] Etiam impune perûdo fuit prius flagitium, paenisper expecta: statim aliud perpetrabit, propter quod in vincula tradetur, ac pro utrisque dabit penam, seu exilio, seu capite mulctatus.

Perfidus, et nigri patietur carceris uncum,
Aut maris Ægæi rupem, scopulosque frequentes
Exulibus magnis. Poena gaudebis amara
Nominis invisi, tandemque fatebere lætus,
Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum.

pedes in catenas, et obacuri ergastuli uncum perferet, vel cautes et saxa Ægæi maris summis exterritis notissima. Lataberis acri supplicio exosi nominis, ac denique hilaris confitebere, neque surdum, neque par Tiresiam esse ullum Numism.

~~~~~

13 ita mutati: dabit in laqueum vestigia latro, Et demum merita torrebatur in cruce noto Crimine deprensus; tandemque fatebere lætus cet.—246 Et 16. Ægæi 19.—248 Nominis 21. Nominis illius 16.

#### NOTÆ

245 *Nigri patietur carceris uncum*] Carceris tædia et horrorem feret, ibique unco ferreo constringetur: vel inde trahetur unco, et raptabitur ad scalas Gemonias. Vetus Schol. Vide quæ notavi Sat. x. vs. 66.

246 *Maris Ægæi*] Vide Annot. ad Pers. Sat. v. vs. 142.

*Rupem, scopulosque*] Ad scopulosas istas Insulas, in quibus exulant insignes Rei bene multi, procul hinc deportabitur.

247 *Pœna gaudebis amara, &c.*] Tum certe cum ingenti gaudio accipies graviter et juste plecti invisum tibi

hominem depositi raptorem. Tum vero Deos non amplius incusabis, quod scelera non vindicent, quod sceleratis parcant, ut modo faciebas.

249 *Surdum*] Quasi tua Dii vota non audierint vindictam poscentis.

*Tiresiam*] Id est, cæcum, instar Tiresiæ Thebani, quasi non viderent Dii aut certe conniverent ad perjuriam, et alia tot improbe facta in hoc inferiori orbe. De Tiresia Vate ab irata Junone excæcato, vel, ut alii volunt, a Pallade, Ovid. Metamorph. III. Fab. 4.



## SATIRA XIV.

**PLURIMA** sunt, Fuscine, et fama digna sinistra,  
Et nitidis maculam hæsuram figentia rebus,  
Quæ monstrant ipsi pueris traduntque parentes.

*O Fuscine, multa sunt et lævæ existimationem merentia, et rebus mundis labem et rugam incurrentia, quæ genitores ipsi docent ac ingerunt filiis. Si perniciosæ aler*

\*\*\*\*\*

1. 2 in 13. in unum contracti: *Plurima sunt nitidis rubem facientia rebus.*—3 *maculam et rugam* 22. (Gr. σκῆλον καὶ πυρίδα) *maculam ac rugam* 10. 11. 12. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 25. 26. 27. 45-50. 54-69. 71-74. prob. Rigalt. Ante hunc versum alius legitur in multis codicibus, et quidem *Et quid majorum vitio sequiturque minores* in 12. *Et quod m. vitio* (al. vitium) s. m. in 2. 4. 8. a m. sec. 11. 23. 24. 27. 35. 36. 45. 74. *Et quod m. vitia* s. m. in 17. 19. 20. Pithæus non repugnat, quo minus eum retineamus, dummodo post vs. 3. reponatur. Sed argumentum potius Satiræ hoc versu et forte altero, qui exciderit, comprehensum fuisse, non male suspicabantur Lipsius Epist. Quæst. iv. 15. Grangæus, Calder. et alii, qui recte monent, in membranæ plerisque, memorie juvande causa, versum, quo argumentum contineatur, vel Satiris præfixum, vel, ut in cod. Divæi, ad marginem libri scriptum legi, indeque spurium illum et ineptum, quo tota loci hujus sententia turbetur, facile potuisse in textum irreperere.—3 *traduntque* 13.—4 *juvet* 22.—5 *ejectus e* 13.—6 *Nec melius*

## NOTE

1 *Plurima sunt, &c.*] Gravissima est hæc Satira, in qua redarguuntur parentes prava filiis exempla monstrantes, quibus et ipsi pravi fiunt atque omni vitiorum genere corruptissimi.

*Fuscine*] Is quisnam fuerit haud bene patet.

2 *Nitidis maculam hæsuram figentia rebus*] Res ex se bonas corrumpentia.

*Hæsuram*] Quidam legunt, *et rugam*. Nonnulli etiam Codices post primum versum habent: 'Et quod majorum vitio, sequiturque minores.' Sed hunc versiculum velut ineptum, ut sententiam turbatorem, denique velut peregrinum in urbem irrepentem, id est,

e titulo vel margine in Satiram ipsam ab imperitis insertum jure proscribit Just. Lipsius Epistolic. Quæst. L. iv. Epist. 15.

3 *Traduntque parentes*] Vide Plutarch. de instituendis liberis: ubi ait, sane juvenes esse procacissimos illic oportere, ubi senes impudentes sunt: et qui peccantes ipsi pueros castigant, sui ipsorum accusatores fieri; imo peccandi esse ipsi auctores et magistros. Et Quintil. l. i. c. 2. 'Utinam,' inquit, 'liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim deliciis solvimus. Mollis illa educatio quam indulgentiam ve-

**Sì** damnosa senem juvat alea, ludit et hæres  
**Bullatus**, parvoque eadem movet arma fritillo. 5  
**Nec** melius de se cuiquam sperare propinquo  
**Concedet** juvenis, qui radere tubera terræ,  
**Boletum** condire, et eodem jure natantes  
**Mergere** ficedulas didicit, nebulone parente,  
**Et** cana monstrante gula. Cum septimus annus 10  
**Transierit** puero, nondum omni dente renato,

*delectat vetulum, etiam ludit hæres bullam gerens, et similia verat instrumenta mediocri pyrgo. Neque meliorem de se expectationem ulli cognato dabit puer, qui tubera humi scalpere, fungos condire, atque pari iusculo immanis perfundere ficedulas eruditus est nugatore patre atque alba ingluvie docente. Statim ac juvenis annum septimum exceuserit, necdum exortis cunctis dentibus, quamvis hinc millenos præcep-*

*cuiquam de se 11. 16. 17. 45. Nec de se cuiquam melius 20. Nec de se melius cuiquam 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. cuidam 12. 15.—7 Concedit 10. 13. 15. 16. 17. 19-24. 27. 48. 54. 59-65. radere quosdam legere monet Lubinus, qui id exponit, avide vorare.—10-24 extrusi e 13. cana 45.—11 puero pro puerum restitui ex 10. 15. 16. 17. 19-27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. Possis etiam*

## NOTE

canus, nervos omnes et mentis et corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit?—Ante palatum eorum quam mores institimus.—Gaudemus si quid licentius dixerint.—Discunt hæc miseri antequam sciant hæc vitia esse, &c.

4 *Hæres bullatus*] Puer nobilis. Vide quæ annotavi ad Pers. Sat. v. vs. 31.

5 *Parvo*] Ætati et parvæ sum manus apto.

*Arma*] Tesseras, talos, alveolum.

*Fritillo*] Pyrgo, turricula, pyxide cornea oblonga, e qua tali mittuntur. Vide Pers. Sat. III. vs. 50. Annot.

7 *Radere tubera*] Expurgare, et in cibum parare, et condire. Vide Annot. ad Sat. v. vs. 116.

8 *Boletum*] Vide cit. Sat. v. vs. 147.

*Eodem jure*] Eodem condimento, quo boletum et tubera.

9 *Ficedulas*] Aviculas boni succi, de quibus Athen. l. II. c. 24. et Plin.

lib. x. c. 29. Nullam avem, præter ficedulam, totam comesse oportere, ex placito et palato luxuriosorum, affirmat l. xv. c. 8. A. Gellius. Dicta ficedula, ab edenda fico, seu quod ea saginetur. Martial. L. XIII. Epigram. 49. 'Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis, Cur potius nomen non dedit uva mihi?'

*Nebulone*] Guloso, larcione, luxurioso.

10 *Cana monstrante gula*] Vetulo gulæ pridem addicto, nec albis licet et canescentibus capillis sibi temperante.

11 *Dente renato*] Macrobi. l. I. in Somn. Scip. c. 6. ait, 'Post septem menses mandibulis dentes emergere infantibus, post annos septem qui primi dentes emerant, aliis aptioribus ad cibum solidum nascentibus cedere.' Sic et Plin. l. VII. c. 16. 'Editis infantibus primores dentes septimæ signi mense: eodem anno

Barbatus licet admoveas mille inde magistros,  
 Hinc totidem, cupiet lauto coenare paratu  
 Semper, et a magna non degenerare culina.  
 Mitem animum, et mores modicis erroribus æquos 15  
 Præcipit, atque animas servorum et corpora nostra  
 Materia constare putat, paribusque elementis;  
 An sævire docet Rutilus, qui gaudet acerbo  
 Plagarum strepitu, et nullam Sirena flagellis

*tores barba insignes adhibeas, totque illinc, nunquam non volet grandi apparatus coenare, et a pingui coquina non deficere. An Rutilus mansuetum docet ingenium, indolemque temperatam paucis vitiis; atque famulorum mentes, et corpora, materia nostra, et principiis similibus conflatu existimat, an vero crudelem esse monstrat, qui sævo delectatur verberum sonitu, ac nullam Sirenem confert flagris, velut Anti-*

\*\*\*\*\*

legere: *Transierit, pueri nondum cet. nec dum* 23.—13 *cupiens* 9.—15 *æquus* 48.—16 *Præcipitat qui* 29. *Præcipitateret* 12. *animos* 10. 12. 15. 17. 19. 25. 27. 45-50. 54. 55. 57-63. 65-69. 71. 72. 73.—17 *paribusve* 17.—18 *Insævire* quidam. *Rutilus* 11. 17. 19. 21-24.—19 *nulla* 16. 19. *Syrena* 17. 20.—20 *et pro*

#### NOTÆ

septimo decidere, aliosque suffici.'

12 *Barbatus*] Sapientes, Philosophos. Vide Annot. ad Pers. Sat. iv. vs. 1.

13 *Cupiet lauto coenare paratu, &c.*] Sicut a teneris assuevit, ita grandior laute vesci volet, neque frugalitatem doceri poterit. Tull. de Invent. 'Vetus consuetudo naturæ vim obtinet;' et de Finib. 'quasi altera natura est,' inquit. 'Hinc venatores in nive pernoctant, in montibus uri se patiuntur;' ut ait idem Cicero Tusc. II. n. 40. Virgil. Georgic. II. 'Adeo in teneris consuescere multum est.' Horat. L. I. Epist. 2. 'Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.'

15 *Mitem animum, &c.*] An clementiam, an crudelitatem docet filios qui in servos ipse crudelis sævit?

*Mores modicis erroribus æquos*] Horat. L. I. Sat. 3. 'Nam vitiis nemo

sine nascitur, optimus ille est Qui minimis urgetur.'

16 *Animas servorum*] Non de elementorum materia qualibet, sed ex nihilo creatam hominis cujusunque animam, ex D. Augustino asserit Cæc. Rhodig. I. II. c. 22. Eo quod si ex elementis constaret, sane foret corporea. Porro immortales æqualesque esse omnium hominum animas, non fide solum Christiana certum est, sed et Sapientes Ethnici agnovere. Vide Cæc. Rhodig. cit. cap. et seq.

*Nostra*] Eadem, qua nos.

17 *Paribusque elementis*] Aqua, terra, ære, igne, simul commixtis.

18 *Rutilus*] An is, de quo non semel initio Sat. 11.

19 *Nullam Sirena flagellis comparat*] Nullius cantum Sirenis, suavem licet, æque audire capit ut sonam flagellorum servis inflictorum.

*Sirena*] Vide Sat. IX. vs. ultimo.

**Comparat, Antiphates trepidi laris, ac Polyphemus? 20**  
**Tum felix, quoties aliquis tortoro vocato**  
**Uritur ardenti duo propter lintea ferro.**  
**Quid suadet juveni lætus stridore catenæ,**  
**Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer**  
**Rusticus? Expectas, ut non sit adultera Largæ 25**  
**Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos**  
**Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu,**  
**Ut non ter decies respiret? Conscia matri**

*phates, et Polyphemus domus timida? Is tunc beatus, quando quispiam accersito carnifice adurit lamina ferrea candenti, ob lintea bina surrepta. Quid puero suggerit qui gaudet strepitu vinculorum, quem valde juvant notata mancipia, agreste ergastulum? An speras ut mæcha non sit Larga nata, quæ matris adulteros recensere nunquam adeo velociter, neque festinatione tanta enumerare queat, ut non triecies respiret? Dum esset adolescentula, fuit concia parenti: jam illa docente*

\*\*\*\*\*

ac 23.—21 Tunc 10. 11. 17. 19-24. 45. aliquis quoties 7. et mox vs. 23. propter duo 7. 11. Utrumque probavit D'Orville ad Chariton. 1. 5. p. 234. ed. Lips.—25. 26 Expectas frustra, quod non sit adultera tandem. Quæ virgo nunquam cet. 13. expectes 15. 25. 46-50. 54-60. 64. 65. Laga 21. a m. sec. 22. large invita Minerva conj. Fidentius et Sabinus.—26 discere 24.—27 non 22. potuit 24. poterit tanto 21.—28 tredecies 16.—29. 30 Turpi, quæ ceras illa dictante

#### NOTÆ

20 *Antiphates trepidi laris, &c.*] Familix suæ tam metuendus ac formidabilis, quam fuere pridem vel Anthropophagus ille Rex Læstrigonom Antiphates, vel immanis Polyphemus Cyclopum unus.

*Antiphates*] Vide Homer. Odyss. 10.

*Laris*] Vide Annot. Sat. viii. vs. 14.

*Polyphemus*] Vide Sat. ix. vs. 64.

21 *Tum felix, quoties, &c.*] Quoties occasionem sæviendi nanciatur, toties lætus ille est.

23 *Catenæ*] Servo injectæ et impactæ.

24 *Inscripta ergastula*] Metonym. pro servis in ergastulo compeditis, in fronte vero candenti ferro seu cauterio inustis, ac certis literis aut stigmate notatis et compunctis, ob aliquod furtum, aliudve crimen. Hinc illi apud Ciceronem II. Offic. n. 25.

'Stigmatizæ,' vel 'Stigmatici,' vocantur. Plin. mox citand. 'Inscripti vultus;' Plaut. et Apul. Metam. ix. 'Literati.' Vide Cæsl. Rhodig. l. vii. c. ult. et Alex. ab Alex. l. iii. c. 20.

*Ergastula*] Vide Sat. vi. vs. 150.

*Carcer rusticus*] Seu quod servi in villarum ergastulis, id est, cellis subterraneis custodiebantur: de quibus vide Brisson. l. ii. c. 9. seu quod operi rustico addicebantur. Hinc Plin. l. xviii. c. 3. 'Vincti pedes,' inquit, 'damnatæ manus, inscripti vultus rura exercent.' Et c. 6. ejusdem Libri, 'coli rura ab ergastulis pessimum est, et quicquid agitur a desperantibus.'

25 *Largæ*] Adulteræ famosæ ille ævo.

26 *Nunquam maternos dicere mœchos*] Adeo nempe multi sunt.

Virgo fuit : ceras nunc hac dictante pusillas  
Implet, et ad mœchos dat eisdem ferre cinædis.

30

Sic natura jubet : velocius, et citius nos  
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis  
Cum subeunt animos auctoribus. Unus et alter  
Forsitan hæc spernant juvenes, quibus arte benigna,  
Et meliore luto finxit præcordia Titan :

35

Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt,  
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.  
Abstineas igitur damnandis. Hujus enim vel

*ceras tabellas parvas perscribit, atque ad adulterum deferri mandat per eodem*  
\* \* *Ita natura præcipit : promptius ac facilius depravant nos familiaria scelerrum*  
*exempla, quoniam mentem penetrant summis suavoribus. Ea fortasse contemnant*  
*unus vel duo pueri, quibus industria propitia, atque ex argilla nobiliore formavit*  
*animos Prometheus : at alios abripiunt evitanda parentum exempla, et disturni cri-*  
*minis rota pridem ostensa abducit. Ergo fuge culpanda. Nam istius etiam una*

\*\*\*\*\*

*pusillas Implet, et incestis fert mæchis verba refertque* 13. *has* 16. *nunc hac ceras*  
11. *non hac ceras* 11. ad marg.—30 *mæchos pro mæchum* revocavi ex 10. 11. 12.  
15. 16. 17. 19. 20. 25. 27. 45-50. 54-60. 64. et Prisciani l. vii. et xiii. *easdem*  
16.—31 *natura docet* 24.—32 *magis* 13. *magna* 47.—33 *subeant* 10. 13. 15. 16.  
17. 19-22. 24-27. 45-50. 54-69. 71-74. *actoribus* 16. *doctoribus* 7.—34 *spernant*  
45. *spernent* 15. *spernet* 13.—38-43 in 13 ita transpositi et contracti : *Turpi-*  
*bis et pravis omnes dociles imitatur. Raro Brutus erit, Bruti vel avan-*  
*culus unquam. Quolibet in populo sævum videas Catilinam. Una potens ratio*  
*est, ne crimina nostra sequantur Ex nobis geniti, nec proficit ulla nisi ista.*  
*Abstineat* 12. *Abstineas igitur damnis* (sceleribus, quæ tibi liberisque  
tuis exitio sunt) ; *hujusce etenim* (rei) vel *Una potens* cet. 10. 11. 12. 15. 17.

## NOTE

29 *Ceras pusillas*] Ætati et manui  
accommodatos pugillares.

30 *Dat eisdem ferre*] Iisdem famu-  
lis ac internunciis per quos mater so-  
let missitare literas amatorias ad suos  
mæchos.

32 *Magnis auctoribus*] Parentibus  
ac majoribus, quorum potens apud fi-  
lios exemplum atque auctoritas. Cic.  
Epist. l. iv. ad Ser. Sulpic. Epist. iii.  
'Quod exemplo fit, id etiam jure fieri  
putant.'

34 *Forsitan hæc spernant, &c.*] Pra-  
va exempla parentum pauci forte ab-  
horreant juvenes bene nati, et ad vir-  
tutem proni. Vide Senec. Epist. 97.  
ubi, 'ad deteriora faciles sumus,' in-  
quit, &c.

35 *Titan*] Vide Ovid. Metam. l.  
Fab. 2. et quæ notavi ad Sat. iv. vs.  
133. Item Sat. viii. vs. 132. ad vo-  
cem *Titanida*.

36 *Fugienda*] Pessima, improba.

37 *Orbita*] Proprie orbita currentis  
est rotæ vestigium. Docet Tullius ad  
Attic. l. ii. Epist. 21. ubi ait, 'Sic  
orbem Reipublicæ esse conversum,  
ut vix sonitum audire, vix ingressam  
orbitam videre quia posset.' Hic ve-  
ro significat consuetum agendi mo-  
rem, et quotidiana vitiorum exempla  
pueris monstrata.

38 *Damnandis*] Alii legunt, *damnis*,  
*hujusce etenim vel*, pari sensu, id est,  
*facinoribus damnosa familia*.

Una potens ratio est, ne crimina nostra sequantur  
 Ex nobis geniti : quoniam dociles imitandis 40  
 Turpibus ac pravis omnes sumus ; et Catilinam  
 Quocumque in populo videas, quocumque sub axe :  
 Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus usquam.  
 Nil dictu foedum visuque hæc limina tangat,  
 Intra quæ puer est. Procul hinc, procul inde puellæ 45  
 Lenonum, et cantus pernocketantis parasiti.  
 Maxima debetur puero reverentia. Si quid  
 Turpe paras, ne tu pueri contemseris annos :

*est efficax causa, ut non scelera nostra imitentur ex nobis orti ; quia cuncti sumus faciles doceri, et amulari facta atque percussa. Catilinam vero cernas qualibet in gente, quavis in regione, at neque Brutus aderit usquam, neque Bruti avunculus. Nil turpe dictu vel aspectu eam domum attingat, in qua est adolescentulus. Longe illinc, longe istinc lenonum juvenula, et cantiones parasiti noctem comessando traducuntis. Summa habenda est erga puerum obsecrantia. Si moliris aliquid*

19. 20. 21. a m. sec. 22-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. *damnas, et huiusce*  
*etenim 16.—39 est non extat in 11. 19. 23. nec 22. 23. 24. 65.—40 vobis*  
*23. mirandis 22.—41 et 16.—42 in templo videas 21.—43 unquam 21.—44 Nec*  
*12. 45.—45 Intra quæ pater est 1. 11. 29. 75. prob. Schurzfl. ac pro hinc 11.*  
*12. 22. et hac 10. 17. 19. 20. 21. 24. 45. profani pro puellæ 11. procul hinc, pro-*  
*cul ite puellæ recte, opinor, in literis ad me datis emend. Cl. Herel, qui suspi-*  
*catur, vocem importunam inde ab indocto librario repositam esse, ut rj hinc*  
*responderet.—46 ut cantus 16.—47 pueris 22.—48 ne recepti ex 13. 27. 47.*

## NOTÆ

39 *Una potens ratio est, ne crimina nostra sequantur*] Et si aliæ desint rationes, at hæc una debeat a vitiis nos avocare, ne scilicet filios ac familiares exemplo nostro corrumpamus.

41 *Catilinam quocumque in populo videmus*] Frequentes malos ubique reparias, non etiam bonos. Seneca ad Lucil. Epist. 97. 'Omne tempus Clodius, non omne Catones fert.'

*Catilinam*] Catilinæ similes, flagitiosos, patriæ hostes, omni scelere inquinatos. Vide Ciceronem, Sallustium, &c.

42 *Axe*] Orbem terræ velut axe volvi, qui duobus hinc inde cardinibus sustineatur, Arctico et Antartico, Geographi finxere.

43 *Brutus*] Vir bonus, amans virtutis, libertatis vindex, patriæ liberator, etiam capitis periculo. Vide

Sat. v. vs. 37.

*Bruti avunculus*] Cato Uticensis, cujus soror Servilia mater fuit Bruti. Vide Sat. II. vs. 40. Annot.

45 *Puellæ lenonum*] Meretrices.

46 *Parasiti*] Vide Sat. I. vs. 139.

47. *Maxima debetur puero reverentia*] Plutarch. in Vita Catonis Censorii, refert eum præsentem puero filio sic a verborum turpitudine temperasse, velut arbitris virginibus Vestalibus locuturus fuisset: neque cum filio unquam lavisse; quod et tunc a Romanis factitatum.

48 *Ne tu pueri contemseris annos*] Ne existimes tuum peccandi exemplum non ei fore noxium, qui valde juvenis sit et mali ignarus. Imo vel ob hoc abstine, quod ætas illa est in vitium flecti facilis, et quasi cerea, ut ait Horatius ad Pisones, vs. 163.

Sed peccaturo obstat tibi filius infans.  
 Nam si quid dignum Censoris fecerit ira  
 Quandoque, et similem tibi se non corpore tantum,  
 Nec vultu dederit, morum quoque filius, et qui  
 Omnia deterius tua per vestigia peccet,  
 Corripies nimirum, et castigabis acerbo  
 Clamore, ac post hæc tabulas mutare parabis.  
 Unde tibi frontem libertatemque parentis,  
 Cum facias pejora senex, vacuumque cerebro  
 Jam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærat?

50

55

*factum, ne tu pueruli annos spreveris, verum te crimen admittendum impediatur filius licet juvenculus. Etenim si quidpiam Censoris animadversioni obnoxium egerit, quia se parem tibi exhibebit non solum corpore vel facie, sed etiam indolis filius; et quando nihil non prave faciet ad tuum exemplum, redargues acilicet atque objurgabis acri vociferatione, deinde vero codicillos immutare tentabis. Unde tibi sumes frontem ac patris auctoritatem, quandoquidem vetulus deteriora perpetras: atque tanto plena cucurbitula jamdudum investigat caput illud tuum inane. Cum hospes ad-*

~~~~~

Idem conj. V. Cl. Herel. nec in plerisque libris. non in quibusdam. tu ne pueri 18.—49 Si 13. obstat 1. 14. 16. 18. 24. 70. 82. obstat 19. obstat 23. obstat 10. 12. 13. 15. 17. 20. 21. 22. 25. 27. 45-50. 54-60. 71-76. Rectius; nisi potius repositum est ab iis, qui metro timebant. v. snp. ad i. 151.—50-58 in 13 ita mutati et contracti: Nam si quid dignum Censoris feceris ira, Unde tibi frons vel libertas corripendi, Cum facias pejora senex, morumque sit ipse Filius et similis tibi sit non corpore tantum.—51 Quandoquidem et similem 10. 12. 16. 17. 19-27. 45-50. 54. 55. 57-64. Quandoquidem similem 11. 15. 50. 55. 65-69. 71. 72. 73. 77. Illud probavit Schrader, hoc Schurzfleisch. non se 22. Vulgo verba Quandoquidem... filius, vel adeo tres versus, 51. 52. et 53., parentesi includuntur.—52 morum tibi filius 12. 17. morum quod filius quidam. et cum Omnia cet. 10. 15. 16. 17. 19-21. 23-27. 45-50. 54-60. 71-74. 77.—54 et nimirum 15. 16. nimum 45.—55 aut post hæc 12. 16-20. 24. 25. 27. 45-48. 56. 58. 60. 64. 65. ac posthuc 24. 77. ad hac post 23. ut post hæc 57. 59.—57 facies 12. 23.—

NOTE

52 *Morum quoque filius*] Hæres et æmulus paternæ improbitatis.

55 *Posthæc tabulas mutare parabis*] Qua fronte minaberis testamenti mutare tabulas, et illum exhæredare ob flagitia? Agell. l. i. c. 6. 'Parentes, si pergunt liberi errare, bonis exhæredant; inquit Metellus.'

56 *Frontem libertatemque parentis*] Severitatem atque audaciam castigandi, qualis patrem decet.

57 *Vacuumque cerebro*] Carens mente et sapientia. Nam ex Macrob.

l. vii. c. 5. 'Cerebrum consilii sedes est.' Et c. 9. 'Animæ habitatio est in cerebro, indeque sensus ingeruntur et gubernantur.' Ex Plin. l. ii. c. 37. 'Cerebrum est velut arx sensuum: huc venarum omnis a corde vis tendit, hic desinit: hic culmen altissimum, hic mentis est regimen.' Vide Cæl. Rhodig. l. ii. c. 28, et alibi.

58 *Caput hoc ventosa cucurbita quærat*] Id est, tuum caput male sanum eget cucurbita, sive cucurbitula, qua

Hospite venturo, cessabit nemo tuorum.

Verre pavementum, nitidas ostende columnas,

60

Arida cum tota descendat aranea tela ;

Hic leve argentum, vasa aspera tergeat alter ;

ventat nullus famulorum erit otiosus. Pavimentum expurga, inquires, mundas exhibe columnas: sicca aranea deficiatur cum omni tela: iste abluat argentea vasa: alius inaequalia vascula abstergat. Clamor obstreperit heri argenti, et virgum in-

60 et nitidas 12. 23.—62 lavet argentum 10-13. 15. 16. 18-23. 24-27. 45-56. 54-60. 71-74. 77. lave argentum in reliquis. Ego leve scripsi. v. ad II. 12.

NOTÆ

inciso occipitio adhibita curetur tua phrenesis: ex Cornelio Celso l. III. c. 18.

Ventosa cucurbita] Levis, tennis, cava.

Cucurbita] Sunt qui putent hanc perinde ac helleborum insanis mederi: adeoque hic intelligi cucurbitam, maxime sylvestrem, ut colocynthidem, &c. De hujus virtutibus et facultatibus Plin. l. XX. c. 3. et alibi. Athenæus autem l. II. c. 18. ait, cucurbitam corporis habitum humectare, egeri celeriter, bonum succum generare, &c. Alii volunt hic a Juvenale designari cucurbitulam, Gallice, *ventouses*. Nomen, vel a cucurbitæ similitudine, vel quod e cucurbitis facta sint primum ea vascula, quæ subinde ænea, cornea, vitrea, quibus Medici utuntur ad noxios humores et sanguinem, levi interdum scarificatione, aut etiam sine illa, educendos. Vide Corn. Cels. l. II. c. 11. Plin. l. XXXII. c. 10. 'Eadem est,' inquit, 'earum' (hirudinum) 'curatio, quæ cucurbitularum medicinalium, ad corpora levanda sanguine, spiramenta que laxanda.' Platarchus Lib. de animi tranquillitate, affert exemplum cucurbitularum, quæ pessimum humorem e carne ad se trahunt. At in Quæst. Platon. circa medium ita

rem explicat: Πρῶτον μὲν ὅν τὸ περὶ τὴν σικῶν τοιοῦτόν ἐστιν ὁ περιληψθεὶς ἐπ' αὐτῆς πρὸς τῇ σαρκὶ μετὰ θερμότητος ἀπὸ ἐκφυρθεὶς, καὶ γενόμενος τῶν τοῦ χαλκοῦ πόρων ἀραιότερος, ἐξέπεσεν οὐκ εἰς κέρην χάραν, (οὐ γὰρ ἐστιν) εἰς δὲ τὸν περιστῶτα τὴν σικῶν ἔξωθεν ἀέρα, καὶ κείων ἀπέωσεν, ὁ δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ τοῦτο πάσχωσι καὶ ἄλλων ὁ ἐμπροσθεν ἐποχρεῖ τῆς κενομένης γλαχόμενος χέρας, ἣν ὁ πρῶτος ἐξέλιπεν οὕτω δὲ τῇ σαρκὶ περιπίπτων, ἥς ἡ σικῶν δέδρακται καὶ ἀναζέων ἅμα συνεκθλίβει τὸ ὑγρὸν εἰς τὴν σικῶν. In cucurbitula sic se res habet: Aër in illa comprehensus, postquam adhæsit carni, factus per calorem subtilior poris ænei vasis, effert se non vacuum in locum, (nullus enim est) sed in illum aërem qui cucurbitulam foris circumstat, eumque dispellit: hic vero eum qui ante ipsam est. Idque patiens assidue agensque aër anterior cedit in locum quem prior vacuum reliquit. Ita vero circumfusos carni, quam cucurbitula prehendit, vellicans simul humorem in cucurbitulam exprimit.

61 *Aranea*] Vide Plin. XI. 24.

62 *Hic leve argentum*] Id est, politum, nulla que celatura asperum et inæquale. Alii legunt, *Hic lavet*.

Aspera] Ob extantia signa in sculpta, anaglypha.

Vox domini furit instantis, virgamque tenentis.

Ergo miser trepidas, ne stercore foeda canino

Atria displiceant oculis venientis amici,

65

Ne perfusa luto sit porticus : et tamen uno

Semodio scobis hæc emendat servulus unus.

Illud non agitas, ut sanctam filius omni

Aspiciat sine labe domum, vitioque carentem ?

Gratum est, quod patriæ civem populoque dedisti,

70

Si facis, ut patriæ sit idoneus, utilis agris,

Utilis et bellorum, et pacis rebus agendis.

Plurimum enim intererit, quibus artibus, et quibus hunc tu

tentantis. Times igitur, O infelix, ne vestibulum caninis sordibus inquinatum offendant oculos familiaris accedentis, neve xystum corno sit aspersum: ac nihilominus famulus unicus ea purgat uno pulvisculi semimodio. Hoc vero non laboras, ut filius parus aedes videat absque ulla macula, et scelere vacantes? Placet quod civem donasti patriæ et plebi, modo efficias ut evadat patriæ utilis, ruri fructuosus, aptus administrandis tum militia cum otii negotiis. Nam valde refert quibus illum tu

tergat et 13. tergeat atque 12. 17.—63 ejectus e 13. furit 1. 14. 18. 48. 70. 75. 76. 82. fremit 7. 10. 11. 16. 20. 21. 23-27. 39. 45. 46. 47. 49. 50. 54-69. 71-74. 77. fremat 12. 16. 17. 19. premat 22.—64 ut pro ne 19. a m. pr.—66 Nec 25. 45. 50. 56. 57. 60. Parum interest.—67 scobis 11. 12. 16. 17. 19. 20. 24. scropis 23. emondat vet. Ms. Rittershus. mundat 12. emundet 21. a m. sec. emundat 11. 23. 24. quod recte, opinor, probarunt Sciopp. Veris. iv. 10. et Schurzfl. qui monet, ita etiam legisse Eutichium Gramm. l. ii. p. 2174. ed. Putsch.—69 tate 23.—70 abest ab 23. patriæque dedisti 22. Patribus civem populoque emend. et copiose defendere conabatur Benti. ad Horat. Od. iii. 6. 20. putaus, ineptam non modo h. l. esse tautologiam, sed inficetam quoque inconcinnamque repetitionem voc. patriæ. In hac vero repetitione magna potius vis inest, et patriam populumque diserte etiam junxit Ovid. Met. xv. 572. (cui loco eandem adhibere medicinam, magnæ temeritatis est) neque ea prorsus synonyma esse verba, sed patriam, quatenus sit ipsa res publica, cum partibus suis, majestate, dignitate, securitate et salute publica, distingui et posse et debere a populo s. civibus, jam monuit Jani ad Horat. l. l.—72 rebus pacis 23. 25. 27. 46-49. 54-60. 64. 65.—73 Intererit multum, quibus...ipsum

NOTÆ

67 *Semodio scobis hæc emendat, &c.]* Id est, et tamen totam domum everrens, et singula tergens ac deradens servus, vix inde scobis auferi semodium, seu modium dimidium pulveris atque ramentorum.

70 *Gratum est, quod patriæ civem, &c.]* Quod genueris filium, modo ille futurus sit aliquando patriæ utilis,

bene est.

73 *Quibus hunc tu moribus instituas]* Plutarchus ante citatus de Institutione liberorum, optime affirmat, naturæ bonitatem socordia labefactari, contra vero pravam licet indolem doctrina et institutione emendari: adeo valent sedulitas et labor. Vide supra.

Moribus instituas. Serpente ciconia pullos
Nutrit, et inventa per devia rura lacerta : 75
Illi eadem sumtis quærant animalia pinnis.
Vultur jumento, et canibus, crucibusque relictis,
Ad foetus properat, partemque cadaveris affert.
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, et se
Pascentis, propria cum jam facit arbore nidos. 80

disciplinis quibusque institutis informes. Ciconia pullos alit anguibus et lacertis per remotos agros repertis: hi acceptis aliis investigant ejusmodi animantes. Vultur mortuos equos et canes, et patibula dimittens ad pullos advolat, et cadaveris frustum portat. Illinc igitur esca est grandis etiam vulturis seque metipsum nutriendis,

tu 13.—74 *nidos* pro *pullos* 84. a m. pr. prob. Schradero in Observatt. p. 70. ubi recte, puto, monet, vulgatam lect. ex glossem. irrepsisse, (ut et ap. Claud. iii. Cons. Honor. Præf. vs. 5.) et pullos aviumque foetus a poetis aliisque scriptoribus, originem vocabuli respicientibus, erudite *nidos* vocari. Juvenalis docte loqui amat, et quis sibi persuadebit, *nidos* librariorum ingenio deberi?—75 *Nutrire* 22.—76 *quærant alimonia* 11. ad marg. Glossem; *Alimonium*, τροφήν, τροφή; et eadem voce usus est Varr. R. R. i. 8. 7. ii. 1. 14. 5, 16. iii. 16. Sed alibi, quod sciam, ea non occurrit, et *eadem animalia* h. l. sunt serpentes et lacertæ. *pennis* 10. 13. 15. 16. 17. 19-27. 45-50. 54-69. 71-74. Præstat *pinnis*, si verum est, de quo tamen dubitare licet, ita dici plumas, h. e. molliores exiguasque pennas.—77 Fuerunt, qui mallent *grauibusque relictis*: sed hi sententiam h. l. parum perspexisse videntur.—78 *Affectus properat* 9. 22.—79 *Hinc* 21. *jam* pro quoque 15.—81 *fecit* 11. a m. sec. unde

NOTÆ

74 *Serpente ciconia pullos nutrit, &c.]* Probat exemplis, sumtam a teneris annis consuetudinem præsertim a parentibus inditam retineri in adulta ætate.

Ciconia] Plutarch. Quæst. Convival. viii. 7. ait ciconiam quæ nullam ab homine opem accipit, ei tamen opitulari, siquidem insidiantes rubetas et angues circumvagans perimit. Idem de Iside, ait, Thessalis coli ciconias ob serpentes deletos. Similiter et Plin. x. 23. Tantum ciconiis honorem in Thessalia fuisse, ut eas occidisse, perinde ac hominem, capitale fuerit. Ex S. Ambrosio Hexameron v. 16. et Cæl. Rhodig. ii. 17. Ciconia Romano usu *pia* vocatur, quod pulli parentibus jam senio confectis, nec alimenta sibi conquirere valentibus opem et victum suppeditant. Hinc

Delph. et Var. Clas.

a Petronio ciconia nuncupatur, *pietaticultrix*.

76 *Illi eadem sumtis quærant animalia pinnis]* Pulli ciconiæ jam pennati vescuntur item serpentibus.

77 *Vultur]* Vide Annot. Sat. iv. vs. 3. ad vocem, *Vulturibus*.

Crucibusque relictis] In quibus pendunt humana cadavera, quorum est avidus.

79 *Hic est ergo cibus magni quoque vulturis]* Alii legunt, *Hinc est ergo cibus, &c.*; nimirum e cadaveribus quibuscumque.

80 *Propria cum jam facit arbore nidos]* Affirmat contra Plinius x. 6. non in arboribus, sed in excelsis valde rupibus vultures nidificare. Favet et Plutarch. Qu. Cent. Rom. 93. ubi ait, vix ulli inventum vulturis nidum.

Car.

2 X

Sed leporem, aut capream, famulæ Jovis, et generosæ
 In saltu venantur aves: hinc præda cubili
 Ponitur: inde autem, cum se matura levarit
 Progenies, stimulante fame, festinat ad illam,
 Quam primum prædam rupto gustaverat ovo.

85

Ædificator erat Cetronius, et modo curvo
 Littore Caietæ, summa nunc Tiburi arce,
 Nunc Prænестinis in montibus, alta parabat
 Culmina villarum, Græcis longeque petitis

quando jam nidum extruit, in arbore peculiari. At leporem vel capream in sylva captant ministra Jovis, ac nobiles volucres. Inde præda nido collocatur. Quando vero se hinc efferet adulta proles, excitante esurie, properat ad eam prædam, quam ovo discluso statim delibavit. Centronius erat ædificandi cupidus, et jam incurvus Caietæ ripa, jam alto vertice Tiburis, modo Prænестinis in collibus excelsa moliebatur domorum fastigia, Græcis et procul quæsitis marmoribus superans Fortunæ et

~~~~~

cum fecit in arbore conj. Schurzfl.—82 tunc præda 10. 12. 15. 16. 17. 19-27. 45-50. 54. 56-69. 71-74.—83 se cum 13. jam matura 16. natura 45-48. levabit 10. 12. 13. 17. 19-27. 48. 54-63. 65. 66-69. 71-74.—85 primum 17. 20. rupto 16. rupto prædam 61. 62. 63. 66. 67. 68. 71-74. gustaverit 11. (alia lectio, ab eadem manu notata 22. 25. 27. 49. 50. 56-65. 68. 71-74. gestaverit 46. 47. 66. 67.—86-95 ejecti e 13. Cetronius 1. 11. 12. 14. 19. 22. 45. 49. 70. 75. 76. Centronius 10. 15. 16. 18. 20. 21. 23-27. 46-48. 50. 54-69. 71-74. 77. Cetronius 17. Cretonius 8. et mox vs. 92. Cetonius, sed utroque loco Cetronius a m. sec. Centonius, Ceronius, Ciconius al.—87 et tunc 15. 23. nec 16.—90 ac 27. 46-50.

## NOTÆ

81 *Famulæ Jovis*] Aquilæ; quæ sic nuncupantur, sive quod nectar Jovi portarit Aquila, cum ille apud Cretam in antro edacaretur, ut est apud Athen. II. 12. Seu quod Ganymedem jubente Jove rapuit. Ex Hygin. Astrol. Poët. Seu quod Jovi fulmina adversus Gygantes bellanti subministraret Aquila, ut fabulantur. Seu denique quod fulminata nunquam Aquila, ideoque Jovis armigera credita est; quod refert Plin. x. 3. Vide Cæl. Rhodig. XIII. 20.  
*Generosæ aves*] Accipitres, falcones, &c.

86 *Ædificator erat Cetronius*] Amabat ædificare Cetronius, et suas opes ædificando perdidit: pariter et ejus filius insanas substructiones amando bona quæ supererant, dilapi-

davit, paternam secutus exemplum.

87 *Curvo littore Caietæ*] Hæc urbs vulgo *Gaieta*, Latii novi pridem, hodie Terræ Laboris, in ora Tyrrheni maris sita, ad collis radices, portum habet atque arcem. Nomen habet a curvo, quod Laconia Lingua Caietam dicunt: vel ab Æneæ nutrice, ex Virgil. Æn. VII.

*Tiburis*] Sat. III. vs. 192.

88 *Prænестinis*] Sat. III. vs. 190.

89 *Græcis*] Plin. XXXVI. 7. 'Pretiosi quidem generis,' inquit, 'marmor extitit Lacedæmonium viride, cunctisque hilarius.'

*Longe petitis*] Ex Ægypto, Numidia. Plin. mox cit. 'Augustum marmor ac deinde Tiberianum in Ægypto, Augusti ac Tiberii primum principatu reperta: Augustum undatim cris-

**Marmoribus, vincens Fortunæ atque Herculis ædem;** 90  
**Ut spado vincebat Capitolia nostra Posides.**  
**Dum sic ergo habitat Cetronius, imminuit rem,**  
**Fregit opes: nec parva tamen mensura relictæ**  
**Partis erat: totam hanc turbavit filius amens,**  
**Dum meliore novas attollit marmore villas.** 95

*Herculis templa; sicut Posides Eunuchus superabat nostra Capitolia. Itaque dum sic habitandas struit ædes Centronius, bona dilapidavit, facultates attrivit; nihilominus haud modica erat amplitudo residua portionis. Eam vero absumsit omnem inanis filius, cum recentes e nobiliori marmore domos fabricatur. Nonnulli paren-*

\*\*\*\*\*

54-56. 59. 60. 64. 65.—91 *Posides* 18. 47. 49. 60. *Posides* 21. *Busides* 16.—92 *Cetronius* 1. cet. v. ad vs. 86. *imminuit* 16.—95 *attollat* 18.—97 *ejectus* e

#### NOTÆ

pura in vortices, Tiberium sparsim convoluta canitie et luce. Adde Naxium, quod diu placuit ante alia; ita vocantur cotes in Cypro Insula genitæ: et quod postea vicit, Armenium. Plin. ibid. Adde, si vis, Parium candore et luce pretiosum: Chium, Sicyonium, Synnadicum maculis distinctum, Numidicum purpureo colore exquisitum,' &c.

90 *Marmoribus, vincens Fortunæ atque Herculis ædem*] Licet magnifice et Imperatorio sumtu exstructam, Fortunæ quidem, a Nerone marmoream: Herculi vero, a Martio Philippo Augusti vitrico. Vide Sueton. August. c. 29. Sed nec solum Romæ, sed et Tibure, et Præneste. Vide Plin. xxxvi. 22. et 25. &c.

91 *Capitolia nostra*] Non nunc fuisse Capitolium indicat. Certe Romæ duplex, vetus et novum, hoc regione sexta, octava illud; Romanamque illam arcem inter orbis miracula numeratam, teste etiam Ammiano Marcellino, refert Cœl. Rhodig. xxiii. 6. Alia etiam erant per Italiam Capitolia, ut Capuæ, Beneventi, Pompeiis. De quibus Hadr. Turneb. ii. 2. Alex. ab Alex. vi. 11. Vel Juvenalis respicit ad Capitolii vices, quod

primo quidem a Tarquinio ex Apollinarum Latinorum urbis præda exstructum, ex Plin. iii. 5. Cum deflagrasset deinde a Sylla restitutum, exornatumque est, tum a Vespasiano Domitianoque, cum ab aliis. Vide Alex. cit. Porro arx illa condita est in monte, qui Saturnius primum, dein Tarpelus a Tarpeia Virgine Vestali Sabinorum scutis ibi obruta: denuum Capitolinus dictus, unde et Capitolii nomen; acclis et ob humanum caput vivo simile, recenti et calido sanguine inde proficiente, ibidem cum fundamenta foderentur, inventum. Auctor est Dionys. Halic. l. iv. Capitolii substructiones insanas admirationi fuisse, refert Plin. xxxvi. 15.

*Posides*] Is erat libertus Claudii Imperatoris. Sueton. Claud. c. 28. ita scribit: 'Libertorum præcipue suspexit Posiden spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donavit.' Magnificas autem balineas in Bajano sinu ac littore ab illo constructas, quæ et Posidianæ vocarentur, accepto nomine a Claudii Cæsaris liberto, testatur Plin. xxxi. 2.

93 *Relicta partis*] Hæreditatis filio transmissæ.

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,  
 Nil præter nubes, et cœli numen adorant;  
 Nec distare putant humana carne suillam,  
 Qua pater abstinuit; mox et præputia ponunt:  
 Romanas autem soliti contemnere leges, 100  
 Judaicum ediscunt, et servant, ac metuunt jus,  
 Tradidit arcano quodcumque volumine Moses.

*tem adepti Sabbata observantem, nihil nisi nubila et Cœli Deum colunt; neque arbitrantur ab humana carne differre porcinam, qua parens abhorruit: deinde ressecant etiam præputia, Romanorum vero Jura spernere assueti discunt tenentque et verentur Leges Judæorum, et quicquid secreto codice mandavit Moses: haud iter indicare*

13. *cœli lumen* alii, nescio qui, probb. Cantero Nov. Lectt. rv. 2. ac 5. et Scalig. ad Cirin, sed refrag. Lips. ad Tac. Hist. v. 5.—98 *Non 13. suilla* 22.—99 *Cum pater* 13. *Quod pater* 18.—101 *discunt* 15. et *discunt* 19. *edificant* 22. *ac servant* 22. 23. *et metuunt* 11. 16. 22. 23. 25. 27. 46. 47. 48. 55-60. 64. 65.—102 *arcano...volumina* 23. *Mosis* 46. 47. *Moyes* 17. a m. pr. 18. 19. a m.

## NOTÆ

96 *Quidam sortiti, &c.*] Superstitionem etiam pueri discunt a parentibus superstitionis.

*Metuentem Sabbata*] Judaicos ritus ac religiones colentem.

*Sabbata*] Vide Annot. Sat. vi. vs. 159.

97 *Nil præter nubes, &c.*] Videtur alludere ad id quod legitur Exod. xiii. vs. 21. 'Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem, in columna nubis; et per noctem in columna ignis, ut dñx esset itineris utroque tempore.' Et c. 19. vs. 9. ait Mosi Dominus: 'Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te,' &c. Vel eo Judæos calumniatur adorare nubes, quod Deum in Cælo regnantem colerent, ac precando Cælum inspicierent. Simili prope ratione Socratem velut nubes adorantem suggillabat Aristophanes.

*Cœli Numen*] Legunt alii, *lumen*. Tacit. Histor. v. initio, multa de Mose et Judæis mentitur: at vere hoc, 'Mente sola,' inquit, 'unumque Numen intelligunt, summum illud et

æternum, neque mutabile, neque interiturum: profanos vero putant, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingunt. Igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sunt,' &c.

98 *Nec distare putant, &c.*] Tam abhorrent ab edenda suilla carne, quam ab humana; Judæorum more. Hi enim sue abstinent, inquit Cornel. Tacit. mox cit. ubi et falsam addit rationem, nempe quod scabie laborarent, cui morbo id animal obnoxium: at vera est quæ habetur Levit. 11. nimirum quod immundum sit hoc animal, atque luto amicum, ut ait Horatius. Sic enim docebantur illi abstrahere mentem a sordidis ac imis cogitationibus, atque ad cœlestia erigere. Vide Lactantium.

99 *Præputia ponunt*] Cornelius Tacitus ibid. 'Judæi genitalia circumcidunt, ut diversitate noscantur. Transgressi in morem eorum idem usurpant.' Vide Genes. c. 17. vs. 10. et seq. Deuteron. c. 10. vs. 16. Item Annot. ad Pers. Sat. v. vs. 184.

102 *Tradidit arcano quodcumque vo-*

**Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti :**

**Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.**

**Sed pater in causa, cui septima quæque fuit lux** 105

*præterquam eandem religionem profitenti, atque ad petitam scaturiginem tantummodo circumcisos dirigere. Auctor vero parens, qui otiosam duxit diem unanquam-*

\*\*\*\*\*

pr. 20-24. *Tradit et arcano* 11. non improb. Schurzfl. ut senans sit: *ediscunt* ritus Judæorum, et *observant, quodcumque tradit Moses*, quale est, *non monstrare vias*, nisi Judæis, et non circumcisos ne communis quidem aquæ usu dignari velle, aut *sitientibus* fontem ostendere. Hæc vulgaris interpretandi ratio dura, sed lectio illa omnino probanda videtur, modo post *Moses* non colon, ut vulgo fit, sed punctum ponatur, ut infinitivi *monstrare* et *deducere* non pendeant a verbis *Moses tradidit*, sed narrativi sint sive historici. Ita *voc. quodcumque* aptius est, quam si ad *jus Judaicum* referatur: nec opus, *versus* 103. et 104. post vs. 100. collocare, quod Scaligero placuisse docet Pitheus, ut infinitivi illi ad *voc. soliti* vs. 100. pertineant. Forte tamen in *fine* vs. 103. post *voc. colenti* ineuria librariorum excidit copula *et*, qua certe inserta oratio magis fuit.—103 *Nec* 22.—104 *verpes* 13.—105 *Sed pater in*

#### NOTÆ

*lumine Moses*] Nec enim Gentibus evulgabant Judæi suos ritus ac mores, quos Moses scripto commendavit eis Pentateucho. Constat nihilominus Ethnicis non latuisse Sacros Libros, cum ex eis pleraque suas in Fabulas traduxerint. Sic diluvii generalis, ac Noëmi ejusque filiorum Historiam, Deucalionis commentis utcumque expresserant: sic et Iphigenia sua, Isaacum, et Jephthe filiam, &c.

*Moses*] Vox Hebraïca significans, *abstractum*. Is revera ex aquis assumptus a filia Pharaonis Regis Ægypti, et ejus cura educatus fuit; ut fuse narratur Exod. c. 2. Annos natus octoginta, apparente sibi Deo in rubo ardente, constitutus est Israëlitarum Dux: tum e servitute vindictos per aquas Rubri maris mirabiliter interruptas transvevit; Pharaonem vero et Ægyptios jam multis antea prodigiis fractos fluctibus denique submersit. Diem suum obiit supremum anno ætatis centesimo vigesimo, ante Christum fere millesimo quingentesimo, succedente ipsi Josuë. *Plin. xxx. 1.* Mosen ut artis Magicæ antesignanum celebrat, accensetque

Jamni aliisque Magis Pharaonis. Vide Cæl. Rhodig. x. 1.

103 *Non monstrare vias, &c.*] Unis adeo sua religione imbutis consuecere soliti sunt, ut nec errantes in viam, nec sitientes ad quæsitas aquas perducant alienos. Tacit. cit. 'Separati epulis, discreti cubilibus, misericordiam inter se adversus alios omnes hostile odium exercent,' inquit. Verum id imperarat sapienter Deus, ne profanis Gentium religionibus ipsaque idololatria contaminarentur. Deuteron. 7. De iis Cic. Offic. iii. n. 55. 'Quid aliud est erranti viam non monstrare, quod Athenis execrationibus publicis sancitum est,' &c. Ceterum hunc versum et sequentem non nemo collocandos putavit ante istos, *Judaicum ediscunt*, &c. Id quidem textum et sensum facit aliquanto clariorem; at repugnat optimorum Exemplarium fides.

104 *Verpos*] Apellas vocat Horatius; recutitos Persius. Vide Annot. ad Pers. Sat. v. vs. 184.

105 *Sed pater in causa*] Superstitiosus pater exemplo suo superstitiosum fecit filium.

Ignava, et partem vitæ non attigit ullam.

Sponte tamen juvenes imitantur cetera: solam

Inviti quoque avaritiam exercere jubentur.

Fallit enim vitium specie virtutis et umbra,

Cum sit triste habitu, vultuque et veste severum. 110

Nec dubie, tanquam frugi, laudatur avarus,

Tanquam parcus homo, et rerum tutela suarum

Certa magis, quam si fortunas servet easdem

Hesperidum serpens, aut Ponticus. Adde quod hunc, de

*que septimam, nullumque vitæ munus obit. At alia ultro amulantur adolescentes, unam autem avaritiam reluctantes etiam coguntur amplecti. Nam vitium decipit imagine et simulatione virtutis, quoniam habitu grave est ac fronte vestimentoque austerum. Neque dubitanter avarus commendatur velut frugalis, ut vir temperans: atque fortunarum ipsius custodia securior, quam si opes istas tueatur Hesperidum vel Ponti draco. Accedit quod eum, de quo verba facio, præclarum existimat plebs et*

\*\*\*\*\*

*causa, requies cui septima lux est 13. in causa est 22.—106 ejectus e 13.—108 Invitam 46. 48.—110 habitum 45. voce pro veste 2.—111 laudatur 10. 11. 15. 17-22. 25. 27. 45-50. 54-63. 65-69. 71-74. 77. laudator 16.—112 rerum cautela 4. 17. 21. 22.—113 si fortuna 75. 76. fortunas si 25. 27. 46. 47. 57-60. 64. sercat 16. 22. 45.—114 serpens, qui poma tuetur athlantis 13.—115 ejectus e 13.*

#### NOTÆ

*Septima lux ignava*] Feriata, sine ullo opere. Ita per Mosen Deus Populo suo mandaverat, Exod. xxxv. et Deuter. v. Vide supra in voce, *Sabbata*. Corn. Tacit. jam cit. sic habet: 'Septimo die otium placuisse ferunt, quia is finem laborum tulerit: dein blande inertia septimum quoque annum ignaviæ datum,' &c.

106 *Partem vitæ non attigit ullam*] Nihil operis ea die peregit. Ad laborem vivimus, nec vivere censetur qui nihil agit. Ergo pars vitæ præcipua quidem labor est et opus. Atque ad id homo damnatus, Genes. iii. Natus vero dicitur ad laborem, Job. c. 5. vs. 7.

107 *Sponte tamen juvenes imitantur, &c.*] Avarum patrem habentes filii avaritiam discunt, et quasi laudabilem parsimoniam colunt.

109 *Fallit enim vitium specie virtutis*] Horatius ad Pisones, vs. 25. 'Deci-

pimur specie recti.'

110 *Cum sit triste habitu, &c.*] Quoniam avaritiæ vitium hominem facit tristem, severum, luxuriæ inimicum, hinc vana virtutis umbra et specie parum cantos decipit: et parvo contentus ac temperans habetur qui triparcus et turpis est avarus. Senec. 'Timidus se cautum vocat: sordidus parcum,' &c.

112 *Tanquam parcus, &c.*] Horatius ad Pisones, vs. 170. 'Querit, et inventis miser abstinet, ac timet uti.'

114 *Hesperidum serpens*] Draco pervigil aurea mala custodiens in horto Hesperidum. Vide Annotat. Sat. v. vs. 152.

*Ponticus*] Sat. i. vs. 10. diximus de Dracone altero Aurei Velleris custode, quod tamen apertente Medea Jason rapuit e Colchide regione Ponti

**Quo loquor, egregium populus putat acquirendi  
Artificem: quippe his crescunt patrimonia fabris.  
Sed crescunt quocumque modo, majoraque fiunt  
Incude assidua, semperque ardente camino.  
Et pater ergo animi felices credit avaros,  
Qui miratur opes, qui nulla exempla beati**

115

120

*venerandum opificem. Nam ejusmodi artificibus amplificuntur divitiæ, et augentur quævis ratione, et accrescunt diligenti incude, atque fornace nunquam non succensæ. Itaque parens etiam beatos mente avaros putat, qui divitiis laudat, qui nulla egentis felicitis exempla extare arbitrat, monet adolescentes ut idem iter ineant ac simile*

*putat atque verendum Artificem* 10. 11. 18-21. 23-27. 45-50. 54-60. 71-74. *atque verendi* 12. 16. 17. 21. quod Pulmannus exponit: verecundæ actionia.—  
116 *Planguia sub cupido crescunt p. fabro* 13. *crescent* 16.—117 *quocumque malo* 4.—119 *Et solos animi felices* 13. *animi felicitis* (scil. esse) 10. 15-21. 23. 25. 48. 54. 55. 57-63. 65. 66-69. 71. 72. 73. non male! Sed doctior est et Græca dictio *Felix animi*, ut *μακάριος τῆς τύχης, εὐτυχὴς τῆς ἀνίας* cet. et contra *infelix animi* ap. Virg. *Æn.* iv. 529.—120 *mirantur* 10. 12. 13. 15-27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. 77. *hi nulla* 12. 15-18. 20. 21. 23. 24. 45. 46. 49. 55. 56.

## NOTÆ

115 *Acquirendi artificem*] Alii legunt, *Atque verendum artificem.*

116 *Fabris, incude, camino*] Metaphora a monetæ fabricatoribus.

117 *Sed crescunt quocumque modo*] Per fas et nefas.

118 *Incude assidua*] Pertinaci labore et opera, sudoribus assiduæ ac vigiliis, cupiditate flagrantes, lucro semper inhiantes quæstum faciunt illi, augentque opes, ac nummos velati eundem et congerunt.

119 *Et pater ergo animi felices credit avaros*] Horatius Epist. i. 15. vs. ult. 'Vos sapere, et solos aio bene vivere, quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.'

120 *Nulla exempla beati pauperis*] Attamen cum Deus interrogaretur, quis finem ac fidem veræ felicitatis impleset, Apollinis oraculo declaratus est felicissimus Aglæus Arcas qui nunquam agellum patrum excesserat: inquit vetus Schol. post Plin. vii. 46. quem vide. Paupertatis encomiam Apuleius egregie persequitur

in Apolog. ubi sic habet? 'Enimvero paupertas olim Philosophiæ vernacula est, frugi, sobria, parvo potens, æmula laudis, adversam divitiarum possessa, habitu secunda, culta simplex, consilio benesuada: neminem unquam superbia inflavit, neminem impotentia depravavit, neminem tyrannide efferavit. Delicias ventris et inguinum neque vult ulla, neque potest. Quippe hæc et alia vitia et flagitia divitiarum alumni solent. Maxima quæque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies: ubi contra hæc temere inter illustres viros et divites comparent; sed quemcumque in aliqua lande miramur, eum paupertas ab incunabulis nutrita est. Paupertas, inquam, prisca apud sæcula omnium civitatum conditrix, omnium artium reperitrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes perfuncta. Eadem enim est paupertas apud Græcos in Aristide



Pauperis esse putat: juvenes hortatur, ut illam  
 Ire viam pergant, et eidem incumbere sectæ.  
 Sunt quædam vitiorum elementa: his protenus illos  
 Imbuit, et cogit minimas ediscere sordes.  
 Mox acquirendi docet insatiabile votum.  
 Servorum ventres modio castigat iniquo,  
 Ipse quoque esuriens: neque enim omnia sustinet unquam  
 Mucida cœrulei panis consumere frusta,  
 Hesternum solitus medio servare minutal  
 Septembri; nec non differre in tempora cœnæ

125

130

*institutum colant. Sunt aliqua scelera principia: his statim eos informat, jubet-  
 que tenuissimas lucris feditates edoceri: tum suggerit inexplebile opes accumulandi  
 desiderium. Famulorum abdomen defraudat injusto modo, ipse pariter famelicus.  
 Nam haud sibi indulget unquam cuncta comedere fragmenta panis licet e rancore  
 cyanei; assuetus pridianum minutal dimidio Septembri custodire, atque in aliam*

\*\*\*\*\*

59. 60. 65.—121 putant 10. 12. 15-21. a m. sec. 22. 24. 25. 27. 45-47. 49.  
 54-69. 71. 72. 73. hortantur 10. 18. 19. 22-27. 45. 46. 47. 49. 54-69. 71. 73.  
 73. avarus pro ut illam 13.—122-124 ejecti e 13. peragant 9. 11. 15. 16. 23.—  
 124 nimias 4. 5. 20. 21. 22.—125 Et conquirendi docet i. v. 13. insanabile 22.  
 —126 avarus pro iniquo 13.—127 nec 15. 16. enim abest a 12. Vetus Schol.  
 hæc notavit: 'id est, omnia sustinet. Duo negativa confirmativum faciunt.'  
 Hinc eum legisse, neque enim non sustinet unquam Omnia cœrulei cet. suspicaba-  
 tur Schurzfl. putans, mucidi fuisse glossam τοῦ cœrulei, et deinde textum ob-  
 sedisse.—128 Mucida 13. 16. frustra 22. 24. 45. 47. 48.—129 Est solitus  
 medio hesternum s. m. 13. medici pro medio 7.—130-132 ejecti ex 13. tempore

## NOTE

justa, in Phoclone benigna, in Epa-  
 minonda strenua, in Socrate sapiens,  
 in Homero diserta. Eadem pauper-  
 tas etiam Populo Romano Imperium  
 a primordio fundavit: proque eo in  
 hodiernum Dlis immortalibus simpu-  
 vio et catino fictili sacrificat,' &c.  
 quæ ibid. lege.

121 *Juvenes hortatur, &c.*] Vide Ho-  
 rat. ad Pisones vs. 324. et seq.

122 *Eidem incumbere sectæ*] Sequi  
 exempla et rationes fœneratorum et  
 avarorum.

124 *Cogit minimas ediscere sordes*]  
 Pater filios erudit in arte quæstus  
 faciendi etiam circa minima: docet

eos diligenter sordidæ cupiditatis  
 astus omnes technasque vel tennissi-  
 mas.

126 *Modio iniquo*] Mensura ciborum  
 nimis parva dimenso cibo. Quater-  
 nos frumenti modios in mensem servi  
 accipiebant; hocque dimensum voca-  
 batur; inquit Donat. in Terent.

129 *Minutal*] Vel e carnibus resi-  
 duis minutatim concisus; vel condi-  
 menti genus a marino pisce, liqua-  
 mine, oleo, vino, porris, coriandro.

130 *Septembri*] Autumnali tempore,  
 quo facile corrumpuntur obsonia ob  
 humidam tepidamque cœli tempe-  
 riem. Vide Annot. Sat. VI. vs. 514.

**Alterius, conchem æstivam cum parte lacerti  
Signatam, vel dimidio putrique siluro,  
Filaque sectivi numerata includere porri.  
Invitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.  
Sed quo divitias hæc per tormenta coactas, 185  
Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis,**

*diem reservare conchem alterius prandii obsignatam, cum particula lacerti æstivalis, aut colia medio et satente; et computatos porri sectilia surculos includere. Quispiam de ponte ad ista vocatus abnuet. At quorum opes per istos cruciatus accumulatas? Quandoquidem certa est insaniam et aperta dementia, inopi sorte victitare, ut*

\*\*\*\*\*

16. 27.—131 conchem 2. 3. 5. 10. 17-24. 27. 45-49. 54. 55. 57-60. 66-69. 71-74. conchem 12. æstivi 2. 3. 5. 10. 16-27. 45-47. 49. 50. 54-69. 71. 72. 73. 77. Concha æstivi cum parte lacerti apta h. l. si vile concharum genus intellexeris, quia cum lacerto conjungitur. Sed conchem et lacertum junxit etiam Martial. VII. 77. conchem æstivi cet. 16. 25. 50. 56. 61-65. 77. prob. Magio in Miscell. II. 3. et 10. ubi partem h. l. dici credebatur caudam lacerti, et hanc solam in pretio fuisse colligebat ex Martial. l. l.—133 porri 22.—134 extrusus ex 13. negabit restitui ex 10. 11. 12. 16-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. probb. Lindenbr. et Heins. ad Ovid. in Ibin vs. 420. negavit 14. 15. 70. 75. 76. 82. quod *æploratus* accipi potest. *negavit* non male conj. Schurzfl.—135 quod 25. 61. quid pro quo al. Sed doctius *ad quo*. per hæc 16. 45. mala per tormenta 13.—136 phrenesis manifesta 11. Recte, opinor, ut priores syll. voc. *phrenesis*, *phrenesis*, sint breves. Eas quoque corripuerunt Prudent. Hamartig. 125.

#### NOTÆ

131 Conchem] Vide Sat. III. vs. 293. et ibid. Annot.

Æstivam] Alii legunt, *Æstivi*; scilicet, *Æstivo* calore facile putrescentis. *Lacertum* salsum piscem ait vetus Schol. Colias vocatur Athenæo et Plinio. Athen. III. 33. ait Coliam et Sardam magnitudine pares: Coliam glutinosiorem, acriori scillæ gustu, mordaciorem, peiori succo; præstantiorem esse Amyclanum et Hispanum, qui Sexitanus dicitur, cui nimirum tennior et dulcior caro est. Ad ditque ex Strabone III. Geograph. prope Herculis Insulas et Carthaginem novam esse urbem Sexitaniam, a qua salsamenta cognominantur. Plin. XXXII. 11. 'Colias,' inquit, 'sive Pariannus, sive Sexitanus a patria Bætica, lacertorum minimus,' vel ut alii legunt, *Æmulus*. Hujus piscis cæca inprimis laudabatur, teste

Martiale Epig. VII. 77. 'Dum Sexitani ponatur cauda lacerti, Et bene si cœnas, conchis innuncta tibi est.'

132 Signatam] Sigillo munitam adversus gulam et fraudem servorum. Vide Pers. Sat. VI. 17. Annot.

Siluro] Piscicula, de quo ante, Sat. IV. vs. 33.

133 Sectivi porri] Non capitati, quod majus est. De utrisque Plin. XIX. 6. ubi et 'porro sectivo datam auctoritatem a Nerone Principe, vocis gratia,' inquit: item XX. 6.

Includere] In promptuario.

134 Aliquis de ponte] Mendicis ad pontis iter sedens. Vide Sat. IV. vs. 116. ibique annotata.

Negabit] Respuet ejusmodi cibaria.

135 Sed quo divitias, &c.] Ad quid habes divitias, si non iis uteris?

136 Phrenesis] Horatius: 'Danda est ellebori multo pars maxima avaris.'

Ut locuples moriarius, egentis vivere fato?

Interea pleno cum turget sacculus ore,

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crevit;

Et minus hanc optat, qui non habet. Ergo paratur

140

Altera villa tibi, cum rus non sufficit unum,

Et proferre libet fines; majorque videtur,

Et melior vicina seges: mercaris et hanc, et

Arbusta, et densa montem qui canet oliva.

Quorum si pretio dominus non vincitur ullo,

145

Nocte boves macri, lassoque famelica collo

Jumenta ad virides hujus mittentur aristas;

Nec prius inde domum, quam tota novalia sævos

*dives excedas e vita? Interim quando locus inflatur ore redundant, ut ipsi nummi augeantur, ita augetur pecunia cupiditas: quique illis caret, minus capit. Itaque tibi secunda acquiritur domus rustica, quando villa unica haud satis est, placetque terminos extendere: agrum autem finitimum ampliore et fertiliorē judicas; illum etiam emis, arbustique, et collem oleis frequentibus albescentem; quorum si possessor nulla pecunia superatur, macilenti boves et armenta fatigata cervice emarcentis noctu deducuntur ad virentem illius segetem, neque hinc ad aedas retrahuntur, ante-*

—————

et Seren. Samm. 90.—137 *egenti vivere fato* 10-13. 16. 18-21. a m. pr. 22-27. 45-50. 54-69. 71-74. rectius forsā, certe doctius.—138 *Præterea pleno consurgit* 13.—139 *pecunia crevit* 10-13. 15-27. 48. 54-69. 71-74. 77. forte rectius.—140 *qui non habet, artius autem* 13.—141 *ejectus e* 13.—142. 143 *Si quis habet, cumulare cupit majorque videtur Et melior vicina seges, mercetur ut illam* 13.—144 *extrusus ex* 13.—145 *Cujus* 13. *dominus pretio s. pretio* 11. 13. 16-24. 45. *pretiis ullis* 77.—147 *Armenta* 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. *mittantur* 16. *mittantur* 10-13. 15. 17-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—148 *sævos* 18. 23.—149 *habeant* 17. 20. 22-24. 27. 45. 46. 49. 56.

#### NOTÆ

137 *Egentis vivere fato*] Fatali paupertate temetipsum excruciare, genus defraudare, metu futuræ inopiæ. Cic. de Senect. n. 65. 'Avaritia vero senilis quid sibi velit non intelligo: potest enim esse quicquam absurdius, quam quo minus viæ restat eo plus viatici quærere?'

139 *Crescit amor nummi*] Horatius l. iir. Ode 16. 'Crescentem sequitur cura pecuniam, Majorumque fames.'

142 *Majorque videtur, &c.*] Horatius l. i. Sat. 1. 'Quodque aliena capella gerat distentius nber, Tabescat.'

144 *Cinet oliva*] Albentibus oleæ floribus canescit.

145 *Quorum si pretio, &c.*] Quod si vicinæ segetis, arbusti et oliveti dominus ea vendere rennit oblato pretio; tum vero potens avarus adeo molestiis et injuriis fatigat, ut ille vel invitus ad venundandos agros et prædia cogatur.

147 *Jumenta ad virides hujus mittentur aristas*] Immissa noctu a vicino divite jumenta, vel, ut alii legunt, *armenta*, segetem depascuntur ac evasunt: unde illius dominus redactus ad paupertatem agrum vendit ut vivat: iste vero sic fruitur optatis.

148 *Novalia*] Novalē est quod alternis annis semitur. Plin. xviii. 19:

In ventres abeant, ut credas falcibus actum.  
 Dicere vix possis, quam multi talia plorent, 150  
 Et quot venales injuria fecerit agros.  
 Sed qui sermones? quam foedæ buccina famæ?  
 Quid nocet hæc? inquit. Tunicam mihi malo lupini,  
 Quam si me toto laudet vicinia pago,  
 Exigui ruris paucissima farra secantem. 155  
 Scilicet et morbis, et debilitate carebis,

*quam universæ fruges in diras fauces transierint; ita ut putaveris rem falcibus confectam. Difficulus enumeraveris quot lugeant similia, et quam multos campos vendere coegerit molestia. Verum enimvero quinam rumores? Quæ turpis existimationis tuba? Ecquid obest illud? ait: potius mihi duco siliquam lupini, quam si vicinitas omni me vico celebret metentem agelli parvi exiguum segetem. Nimirum*

60. 65. habebant 47. credant 20. 24.—151 Et sic venales 16.—152 Si quem corripit fœdæ quoque b. f. 13. quæ fœdæ 17-21. 23. 24. 27. 45-47. 49. 50. 54-58. 61-69. 71-74. tam fœdæ 22. buccina 17. 18.—153 Quid nocet hoc 10. 11. 12. 15-22. 24. 25. 45-50. 54-69. 71-74. 77. Non nocet hæc 13. Quam nocet hoc al. Mox lupini restitimus ex 10-13. 15-21. 23-27. 45. 46. 47. 49. 50. 54-69. 71-74. 77. lupinæ 14. 22. 48. 70. 75. 76. 81. 82. quæ vox, quod sciam, non alibi occurrit, nisi adjective posita.—155 farra metentem 22. Non male!—156-171

## NOTÆ

149 *In ventres abeant*] Nempe devorata a jumentis et pecoribus.

*Falcibus actum*] Segetem falcibus succisam.

152 *Sed qui sermones*] Poëta ad avarum ait: atenim malam tibi famam comparas.

153 *Quid nocet hæc*] Respondet avarus: mala fama quid nocet? Pluris facio lupini tunicam vilem rem licet, quam bonam famam et existimationem cum paupertate. Sat. i. vs. 48. 'Quid enim salvis infamia nummis?' Horat. Sat. i. 'Quidam memoratur Athenis Sordidus ac dives populi contempnere voces Sic solitus: Populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi, simul ac nummos contemtor in arca.'

*Lupini*] Lupinum leguminis genus valde amarum, de quo Athen. ii. 14. in quo refert Zenonem erga familiares darum atque iracundum, at cum vino se largius ingurgitasset, lenem ac be-

nignum aliquando interrogatum fuisse, a quodam: quid ita fieret, et quomodo sic ingenium mutaret? Respondisse, id sibi accidere quod lupinis: nam lupinos antequam maderiant aqua, amarissimos esse; at cum macerati sunt et appoti, fieri mitissimos. Plin. xviii. 14. ait, 'lupinum hominibus juxta et quadrupedibus utile, cum Sole quotidie circumagi, horæque agricolis etiam nubilo demonstrare.' Erasm. Chiliad. 2. Cent. 7. Adag. 98. 'Lupinum potum dicitur,' inquit, 'adversus eos qui gravi periculo voluptatem emunt.'

154 *Pago*] Α παῖς, Dorice παῖς, dicitur, quod prope fontes, ut adquatio sit facilior, extrui villæ soleant. Vide Turneb. ii. 8.

156 *Scilicet et morbis, &c.*] Hæc ironice Poëta in avarum: scilicet cum pecunia abundabis, habebis omne bonum, nec te ulla aegritudo la-

Et luctum et curam effugies, et tempora vitæ  
 Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur;  
 Si tantum culti solus possederis agri,  
 Quantum sub Tatio populus Romanus arabat. 160  
 Mox etiam fractis ætate, ac Punica passis  
 Prælia, vel Pyrrhum immanem, gladiosque Molossos,  
 Tandem pro multis vix jugera bina dabantur  
 Vulneribus. Merces hæc sanguinis atque laboris  
 Nullis visa unquam meritis minor, aut ingrata 165  
 Curta fides patriæ. Saturabat glebula talis  
 Patrem ipsum, turbamque casæ, qua foeta jacebat  
 Uxor, et infantes ludebant quatuor, unus

*agrotationis etiam ac infirmitatis eris expert, atque mœstitiam et ægritudinem eluc-  
 taberis, ac diuturnum vivendi spatium tibi postea concedetur benigniori sorte, si  
 tantundem excolti campi unus habueris, quantum Romana Plebs colebat sub Tatio.  
 Dein quoque senio debilitatis, et Carthaginenses pugnas expertis aut inimitem Pyr-  
 rhum et Molossorum enses, denique pro frequentibus plagis duo jugera ad summum  
 concedebantur. Id cruoris sudorumque pretium nullis unquam meritis inferius  
 habitum est, vel immemoris patriæ exigua pietas. Agellus istiusmodi nutrebat  
 parentem ipsum, et numerosam tugurii familiam, ubi conjux puerpera cubabat, lude-  
 bantque pueruli quaterni, servulus unus, heri terni: istorum vero fratribus grandiori-*

ejecti e 13.—153 abest ab 23.—159 *solus culti* 25. 46-49. 54-60. 64.—161  
*passis ætate* 11. sed *fractis* in marg. et *Punica* 25. 27. 46. 47. 49. 54-58. 60. 64.  
 Ante hunc versum excidisse unum alterumve suspicari possis: in sententia-  
 rum saltem ordine est, quod severiori judici displicere possit.—162 *Molossos*  
 46-49. *gelidosque Molossos* malebat Scaliger, quod multo concinnius videbatur  
 Plathnero.—163 *dabuntur* 49.—164 *merces ea sanguinis* 10. 11. 12. 15-27.  
 45-50. 54-69. 71-74. 77.—165 *haud ingrata* 10. 11. 12. 15-18. 20-24. 27. 45.  
 46. 47. 56. 65.—167 *in qua* 15. *qua camera* 16.—171 *postibus olla* 21.—

## NOTÆ

pugnabit; fugient morbi, et luctus;  
 arcebis etiam mortem, aut saltem  
 ævum produces.

160 *Quantum sub Tatio*] Tum an-  
 gusti erant Imperii nascentis fines,  
 quando Titus Tatius Dnx Sabinorum  
 icto fœdere cum Romulo in urbem  
 receptus consociavit Imperium. Li-  
 vius, Florus, &c.

161 *Mox etiam fractis, &c.*] Prisco-  
 rum Romanorum frugalitatem obiter  
 commendat.

161 *Punica prælia*] Vide Sat. x.  
 vs. 155. et præced. ibidemque Annot.

De bellis autem Punicis Florus ii.  
 2. 6. et 15. Tit. Liv. &c.

162 *Pyrrhum immanem*] Regem  
 illum Epirotarum acris adeo bellicosi-  
 que animi, ut nec vincens nec victus  
 posset quiescere, resque semper no-  
 vas molliretur, teste Plutarcho in ejus  
 vita. De eo Florus i. 18. Justinus  
 xvi. et seq. &c.

*Molossos*] Vide Sat. xii. vs. 108.  
 ibique annot.

163 *Jugera bina dabantur*] Scilicet  
 militibus Romanis emeritæ præmium  
 militiæ.

**V**ernula, tres domini : sed magnis fratribus horum  
**A** scrobe, vel sulco redeuntibus, altera coena 170  
**A**mplior, et grandes fumabant pultibus ollæ.  
**N**unc modus hic agri nostro non sufficit horto.  
**I**nde fere scelerum causæ, nec plura venena  
**M**iscuit, aut ferro grassatur sæpius ullum  
**H**umanæ mentis vitium, quam sæva cupido 175  
**I**ndomiti census. Nam dives qui fieri vult,  
**E**t cito vult fieri. Sed quæ reverentia legum,  
**Q**uis metus, aut pudor est unquam properantis avari?  
**V**ivite contenti casulis et collibus istis,  
**O** pueri, Marsus dicebat et Hernicus olim, 180

*bus a fossa vel sulco reversis aliud prandium majus parabatur, ingentesque lebetes pultibus fumabant. Jam vero campus ille modicus haud satis est horto nostro. Hinc ferme criminum origo: nullumque humani ingenii vitium aut toxicum sæpius temperavit, vel telo saviit frequentius, quam dira cupiditas opum infinitarum. Quisquis enim cupit esse locuples, etiam repente esse cupit. Quenam vero legum observantia? Quis timor unquam est aut verecundia avari festinantis? Marsus senex, et Hernicus, et Vestinus aiebat pridem: O juvenes, satis habete tuguria hæc et montes:*

172 *Namque antiquus ager nostro non s. atro* 13. *vestro* 57. *agro pro horto* 15. —173 *ejectus e* 13.—174 *Jam non inter nos grassatur* 13. *ac ferro* 21. *crassatur* 18. 19.—175 *scrova* 23.—176 *Indomiti census* revocavi ex 10. 12. 13. 17-23. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. h. e. immeusi, quo sensu *indomita prela* dixit Plin. xvii. 10. s. 14. *Immodici census* 11. 14. 15. 16. 23. 24. 70. 75. 76. 82. quæ lectio haud dubie ex interpret. orta. Illam certe librariorum ingenio deberi, quis sibi persuadeat?—177 *neque enim est pro sed quæ* 13.—178 *Nec metus* 13. *et pudor* 18. *Quis modus, aut pudor est in literis ad me scriptis ingeniose emend.* Cl. Herel. coll. Horat. Od. i. 24. 1. *Quis desiderio sit pudor aut modus*, qui locus Juvenalis forte menti obversabatur. *Vox metus languet*, quoniam cum *reverentia legum* jungitur.—179 *his casulis* 15. *gazulis et mollibus agris* 13.—180. 181 in 13. ita contracti: *O pueri, panem curvo quaratis aratro.*—

## NOTÆ

170 *A scrobe, vel sulco*] A fodiendo, vel arando.

171 *Cena amplior*] Ratione majoris laboris.

*Pultibus*] Vide Annot. Sat. vii. vs. 185. Præsertim vero Pers. Sat. vi. vs. 40.

172 *Modus hic agri*] Duo jugera nobis non sufficiunt ad hortos ac delicias, quæ pridem satis erant ad alendam suo proventu familiam integram.

173 *Inde fere scelerum causæ*] E cu-

piditate veneficia, homicidia, latrocinia, omniumque scelerum fluxit eluvies. Apost. Paul. 1. ad Timoth. c. 6. 'Radix omnium malorum cupiditas.' Virgil. Æneid. 3. 'Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?' 178 *Properantis*] Ad magnas opes, et cito ditari cupientis.

179 *Collibus istis*] Montanis agris, quos paulo difficulter colendo panem habeamus, e victum necessarium.

180 *Marsus*] Marsi Italiæ populi sub Samnitibus, a Marso Circes filio

Vestinusque senex ; panem quæramus aratro,  
 Qui satis est mensis : laudant hoc numina ruris,  
 Quorum ope et auxilio, gratæ post munus aristæ,  
 Contingunt homini veteris fastidia quercus.  
 Nil vetitum fecisse volet, quem non pudet alto  
 Per glaciem perone tegi ; qui submovet Euros

185

*arando paremus victum sufficientem mensæ: id placet agrestibus Diis, quorum favore et adminiculo quercus antiquæ nausea cepit homines post dona jucundioris segetis. Prohibitum nihil perpetrare cupiet qui non erubescit per gela excoctas perone vestiri, qui Euros arceat inversis pellibus. Ad crimen et flagitium, quodlibet*

182 Qui restitnimus ex 11. 12. 13. 10-20. 23-27. 45-50. 55. 57-69. 71. 72. 73. 75. 76. Quis 10. 14. 15. 21. 22. 54. 56. 70. 74. 77. 82. quod minus aptum videtur, nisi forte ita junxeris verba: *aratro panem quæramus mensis nostris, quis satis est*, quibus sufficit panis. *laudant hæc* 11. 21. a m. sec. 22. 23. *numina vatis* 16.—184 *Contingunt homines* 10. 11. 12. 17-24. 27. 45-49. 54. 55. 56. 60-63. 65-69. 71-74. 77. non improb. Schurzfl. qui comparavit Gr. ἀνταί κόπος. *Contemnunt homines* 13. *Effugiunt homines* 50. 64.—180 Post hunc versum in 16.

## NOTÆ

dicti, Solino teste, hodie *Ducato de Marsi*.

*Hernicus*] Et hic fuit Latii populus, vetus colonia Pelasgorum, ab Hernico Duce nuncupatus. Macrobi. Saturnal. v. 18. ex Jul. Higino.

181 *Vestinus*] Ea gens Samnitibus proxima.

183 *Gratæ post munus aristæ*] 'Postquam Ceres invenit frumenta cum antea glande vescerentur: eadem vero molere, et conficere in Attica, Italia, et Sicilia, ob idque Dea iudicata.' Hæc Plinius, vii. 56. initio. Virgilius Georgic. 1. 'Liber, et alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista. Et Ovid. Fast. l. i. 'Placentur frugum matres, Tellusque Ceresque, Farre suo, &c. Hæc præbet causam frugibus, illa locum. Consortes operum, per quas correcta vetustas, Quænaque glans victa est utiliore cibo.' Et Fast. l. iv. 'Panis erant primis virides mortalibus herbæ, Quas Tellus nullo sollicitante dabat. Et modo carpebant vivæ et cespite gramen, Nunc epulæ

tenera fronde cacumen erant. Postmodo glans natæ est: bene erat, jam glande reperta; Duraque magnificas quercus habebat opes. Prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato, Mutavit glandes utiliore cibo.' Vide Cæli. Rhodig. xvi. 3. ubi sic habet: 'Arcadas glandibus vesci docuit Rex eorum Pelasgus, perseveravitque diu plerisque diætæ ratio hæc, inquit Pausanias,' &c. Deinde, 'Mitiores Arcadibus victum induxisse Arcas dicitur primus, ac panis docuisse rationem,' &c. Idem Pausanias in Laconicis, ait Myletam Lelegis filium molam primum reperisse, ejusque usum in molendis frugibus.

184 *Contingunt homini veteris fastidia quercus*] Homini jam meliore fruente alimento, viliores ac deteriores cibos, e quercu glandes, quibus ante vesebantur, fastidire cœperunt.

186 *Perone*] Vide Annot. ad Pers. Sat. v. vs. 102. ad vocem *Peronatus*.

*Euros*] Ventorum frigus et molestim.

**Pellibus inversis. Peregrina ignotaque nobis**  
**Ad scelus, atque nefas, quæcumque est, purpura ducit.**

**Hæc illi veteres præcepta minoribus: at nunc**  
**Post finem auctumni media de nocte supinum** 190

**Clamosus juvenem pater excitat: Accipe ceras,**  
**Scribe, puer, vigila, causas age, perlege rubras**  
**Majorum leges, aut vitem posce libello.**

**Sed caput intactum buxo, naresque pilosas**  
**Annotet, et grandes miretur Lælius alas.** 195

*est, incitat purpura externa et nobis incognita. Prius illi dabant ea monita junioribus: jam vero Autumno transacto, nocte concubia, parens assidue vociferans desidem puerum jubet surgere, atque; O juvenis sume tabellas ceratas, literas exara, elucubra, orationes conscribe, evolve rubeas antiquorum leges, vel scripto ritem pete. At Lælius observet imperum buxo caput, et nasum pilis hirsutum,*

\*\*\*\*\*

insertus est iste: *Frondoso pariter requiem capessere lecto.*—188 *quodcumque* 13. 49. 55. 61. 62. 63. 65-69. 71-74.—189 in 13. legitur post vs. 178. et ita: *Ista dabant veteres præcepta minoribus olim. et nunc* 16.—190 *Nunc autem cupidus media* 13.—192 *vigila ac causas age* 17. 19. *vigil ac* 16. 21. a m. sec. 22. 28.—193-200 in 13. ita contracti: *Majorum leges, aut si te ferre labores hos pigeat, tua cura paret, quod vendere possis* cet.—194 *Sit caput* 11. 20. prob. Schurzfl. putans, voce *sed* turbari sensum.—195 *Advocet* 16.—196 *Dirue* majorum cet.

#### NOTÆ

187 *Pellibus inversis*] Conversis ad corpus laeva, villis, pilis, non tam ornatus quam caloris fovendi gratia.

*Peregrina*] Tyria, Laconica, Africana.

*Ignotaque*] Quia Romæ non conficitur.

188 *Purpura*] Synecdoche. Luxus et pompa vestium, magnificæ supellectilium cupido; ambitio, superbia.

190 *Post finem auctumni*] Quo tempore lucubrationes suas studiosi veteres auspicabantur, noctibus jam longioribus, vel sæviante hyeme et frigore, non parcit, urget, excitat. Hoc melius.

*Supinum*] Dormientem, pigram.

191 *Ceras*] In ceratis enim tabellis stylo scribebant olim.

192 *Causas age*] Agendas in foro contexe orationes.

*Rubras majorum leges*] Rubricas Juris. Vetus Schol. Quintil. xii. 3.

‘Alli se ad album ac rubricas transtulerunt, et Formularii, vel, ut ait Cicero, Leguleii quidam esse maluerunt, tanquam utiliora eligentes,’ &c. Ubi per album, Prætorium Jus, per rubricas, Jus Civile, quod duodecim tabulis continebatur, intellexit Fabius, ex Tarnebo iv. 5. Vide Annot. ad Pers. Sat. v. vs. 90. in voce *Rubrica*.

193 *Vitem*] Centurionis munus, cujus insigne vitis erat, quique vito castigabat milites. Vide Plutarchum in vita Galbæ, sub finem, et quæ notavi Sat. viii. vs. 247.

*Libello*] Vel supplice, vel landatorio, ad animum Imperatoris demerendum.

194 *Sed caput intactum buxo, naresque pilosas, &c.*] Exhibe vero te incultum ac pilosum: sic enim videbere strenuus ac militiæ magis idoneus.

*Buxo*] Pectinæ e buxo.

195 *Grandes alas*] Grandibus pilis



Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum,  
 Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus  
 Afferat: aut, longos castrorum ferre labores  
 Si piget, et trepidum solvunt tibi cornua ventrem  
 Cum lituis audita, pares, quod vendere possis

200

*magnasque laudet axillas. Everte mapalia Numidarum, ac Britannorum castella, ut aetas sexagenaria tibi producat Aquilam divitem. Vel si tædet sustinere labores militis diuturnos, ac tibi trementi laxant alvum audita cornua cum buccinis, compara quod venundare queas dimidio majore pretio, neque te invadat nausea ullius*

20. attegias 27. 47. 55. attegias 24. acegias 23. ad tegias 19. Brigantum 18.—  
 198 at 11. 15. 16. et 45.—199 trepido 10. 11. 12. 16-27. 45-50. 54. 55. 57-69.

## NOTÆ

hirsutas, quod te robustum probabit.  
 Vide Sat. II. vs. 11.

*Lælius*] Clarus aliquis Imperator, sub quo militabis, similis ejus Lælii Scipioni Africano admodum familiaris, de quo etiam multa Cicero.

196 *Dirue Maurorum attegias, &c.*] Acrem vero te bellatorem ostende, ut hinc assequare dignitates ac munera bellica quibus diteris.

*Attegias*] Tabernacula, casas, quas sibi Mauri struere consueverunt.

*Brigantum*] Britannæ seu Angliæ populorum, quos Eboracenses esse volunt nonnulli.

197 *Ut locupletem Aquilam tibi sexagesimus annus afferat*] Id est, ut annos sexaginta natus, emeritis jam stipendiis, obtineas signiferi munus, quo locupletere. Vide Sat. x. vs. 43. ibique annot.

*Sexagesimus annus*] Tunc enim honesta militibus dabatur missio. Vetus Schol. Alii missionem quinquagenario militi dari solitam affirmant. Vide Alex. ab Alex. vi. 22. &c.

198 *Aut, longos castrorum ferre labores si piget*] Quod si militare piget, mercaturam et negotiationem exerce, et quocumque modo quæstum fac.

199 *Trepidum solvunt tibi cornua*

*ventrem*] Si bellorum horror ac periculi metus tibi laxat alvum, teque adeo deterret. Ex Aristot. Problem. et Macrob. vii. 11. 'Laxamentum ventris comitatur timorem; quia musculi quibus claudiebantur retrimentorum meatus, fugientis introrsum animæ virtute destituti laxant vincula quibus retrimenta usque ad digestionis opportunitatem continebantur.'

199 *Cornua cum lituis*] Educendi exercitus et conserendi certaminis signum apud Romanos, concentus erat tubarum et cornuum: et si quando silentio educendum foret, tesseram fuisse accepimus. Tubam Tyrrhæus Pisæus invenit primus æneam, (ex Plin. vii. 56.) cum antea ex cornu bubulo fieret: tuba pedites, equites lituo ad pugnam vocabantur. Cum movenda erant castra, cornicines signum dabant: excubias autem somnique et vigiliarum tempora buccina designabat. Quod si legiones in hostem ducendæ, et acie decernendum foret, ant receptui canendum, tum simul cornua tubæque caneant, &c. quæ habet Alex. ab Alex. iv. 2. Vide Macrob. vi. 8.

**Pluris dimidio, nec te fastidia mercis**  
**Ullius subeant ablegandæ Tiberim ultra :**  
**Neu credas ponendum aliquid discriminis inter**  
**Unguenta, et corium. Lucri bonus est odor ex re**  
**Qualibet. Illa tuo sententia semper in ore** 205  
**Versetur, Dis atque ipso Jove digna, poetæ :**  
**Unde habeas, quærit nemo ; sed oportet habere.**  
**Hoc monstrant vetulæ pueris repentibus assæ :**

*mercis mittenda trans Tyberim, nec quicquam distare existima unguentum a pelle. Gratus est odor quævis e quacunque re. In ore tuo volvatur assidue pronuntiatum illud Vatis Ennii, dignum Numinibus ipsoque Jove: nullus petit unde possideas opes, at possidere necesse est. Anus id docent parvulos assen rogantes; id cunctas*

\*\*\*\*\*

71. 72. 73.—202 *Ullius subeant mittenda trans mare longe* 13. *Tyberim* 17. 20. 62. 68. 69. 71. 73.—203 *Ne* 63. *Nec* 13. 17. 18. 23. 25. 27. 45-50. 54-63. 64-69. 71-74. Eadem varietas est ap. Virg. Ge. iv. 47. et al. debeturque librariis, qui ignorabant, neu vel neve passim pro nec poni.—204 *Turpes atque bonas. Lucri bonus cet.* 13.—206 *poeta* 8. 13. 21. prob. Pith. Sed junge: *sententia poeta*.—207 *Unde habes, nemo quærit* 16. *quærit nummos* 22.—208 *ejectus e* 13.

#### NOTÆ

201 *Pluris dimidio*] Quam constiterat.

*Nec te fastidia mercis ullius subeant*] Nec mercem ullam fastidam licet aspernare, modo fructuosa sit et quæstiosa.

202 *Ablegandæ Tiberim ultra*] Sci licet in Transtiberina regione exercebantur opera sordida, ut excoitationes, sulphurata, &c. Martial. Epig. i. 42. 'Hoc quod Transtiberinus ambulat, Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.' Et Epig. vi. 98. 'Non detracta canit Transtiberina cati.'

203 *Neu credas ponendum aliquid discriminis inter, &c.*] Quæstiosa si quæ sunt, perinde habe, sive unguenta bene et suave olentia, sive corium male olens ac fastidium.

204 *Lucri bonus est odor ex re quælibet*] Alludit ad id quod de Vespasiano Snetonius refert e. 23. Is nempe 'reprehendenti filio Tito; qudo

*Delph. et Var. Clas.*

*Juv.*

etiâ quinquæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: et illo negante; atqui, inquit, e lotio est.'

206 *Poeta*] Ennii scilicet, qui quidem ironice sententiam istam pronuntiavit: pariter et Juvenalis hic.

208 *Hoc monstrant vetula pueris repentibus assæ*] Id est, pueris vix dum gradientibus hoc monstrant vetulæ assæ, seu nutrices et famulæ iis custodiendis et curandis adhiberi solitæ. 'Assas, nutrices,' inquit Nonius Marcellus, 'difficilis multi existimant intellectus. At vero acri intentione indagare potuimus, ob eam proprietatem officii, eo nomine nuncupari, quod assint his quos nutriunt, nec ab eis vel exiguo divellantur: unde et asseculas, cen asseculas, eo quod assint et omnibus jussis dominorum præsto sint, esse vocitatas.' Astipulator etiam adest vetus Schol.

2 Y

Hoc discunt omnes ante alpha et beta puellæ.

Talibus instantem monitis quemcumque parentem

210

*sciunt adolescentulæ præ Alpha et Beta. Ejusmodi cohortationibus urgentem quemlibet patrem ita fas esset alloqui: Fare, o levisime, quisnam te properare adigit?*

\*\*\*\*\*

Hæc 20. pueris vetulæ 10. 17-24. 45. *repentibus assæ* 1. 10. 14. 70. 75. 76. 77. 82. *repentibus assem* 21. 24. quod conj. Schurzfl. coll. v. 144. *poscentibus assem* 11. 12. 15-20. 22. 23. 25. 27. 45-50. 64-69. 71-74. probb. Grang. et Rigalt. coll. eodem loco sup. v. 144. qui sane huic lectioni favet, vel potius alteri *repetentibus assem*, quæ ad nostram propius accedit, et peperit tertiam: *poscentibus* enim est glossa, verbo *repetentibus* ascripta. Nostram lectionem primus revocavit Carrio Emendatt. II. 9. ubi monet, *assam* dici nutricem, quod semper *assit* s. *adsit* iis, quos nutrit. Sed rectius forte vetus Schol. interpretatur hanc vocem: '*Assa* dicitur nutrix sicca et vetusta, quæ lac non præstat infantibus, sed solum diligentiam et munditiam adhibet.' Gloss. vett. '*Assæ*, adsestrices, ἀσαστρίαι, τὰς τρυφούσας ὑμπεροῦσας, aliquando etiam τρῶφοι.' *vetulæ pueris poscentibus assæ* legebat Is. Pontan. ad Macrob. VII.—209 Hæc 19. *alpha et vita* 11. a m. sec. et 64. Cf. Valesiana p. 206.

#### NOTÆ

atque tum lectioni isti cum interpretationi favet: '*Assa*,' inquit, 'dicitur nutrix, quæ lac non præstat infantibus, sed diligentiam et munditiam adhibet. Illa ergo nutricula sicca vetusta infantibus monstrat,' scilicet avaros jam tum esse. Vulgo legitur *poscentibus assem*, ut sensus sit: prævum hoc avaritiæ studium vetulæ monstrant pueris, jam tum cum crepundia duntaxat amant, et ad ea emenda frequenter assem petunt. Vide Annot. Sat. v. vs. 144. ad eas voces, '*Assemque rogatum*.' Item præcedent. et sequent. Accedit porro Joan. Isac. Pontanus: ac ne asymbolus venire videatur, conjecturam e conjectura contexens, hic asserit legendum: *pueris pascentibus*, non, *poscentibus*, quod tamen in manuscriptis, diserteque in suo fatetur legi. Illud vero sic asserit, 'ne vel ipsi Pyrrhoni Philosophi, qui de omnibus addubitare solebant, addubitent.' Hæc ille suis in Notis ad Macrob. Saturn. VII. 16. Sua sit fides ariolis, conjectoribus ac divinis: verumtamen prima lectio retinenda censeatur, eaque in-

tegra servetur.

209 *Hoc discunt omnes ante alpha et beta puellæ*] Has etiam avaritiæ sordes edocentur a teneris ipsæ puellulæ, antequam legere addiscant, literasque primas Alphabeticas nosse et appellare.

*Alpha et beta*] Heus Heus corruptores: hem ad rectam Græce pronuntiandi rationem, vel duce Poëta nostro, si sapitis, redite. Age vero, Joannes Britannice, alioqui bonus Interpres, quid hic garris? Legendum est, inquis, *Vita*, non, *Beta*; cum nomina sint Græcarum literarum. Ohe, vir cetera sapiens, quis te malus repente afflavit Genius? An vero tam supinum Juvenali errorem impingere non dubitas? Ipsum vero frementem audi, tibi que occinentem e Satira sua VI. 28. et 29. 'Certe sanus eras. Dic qua Tisiphone, quibus exagitare colubris?' At insanire libet quoniam tibi, dic saltim, amabo, dic quibus in Codicibus, quibus in Manuscriptis usquam talia comperiisti?

**Sic possem affari: Dic, o vanissime, quis te  
Festinare jubet? meliorem præsto magistro  
Discipulum. Securus abi: vinceris, ut Ajax  
Præteriit Telamonem, ut Pelea vicit Achilles.  
Parcendum teneris. Nondum implevere medullas 215  
Maturæ mala nequitiae. Cum pectere barbam  
Cœperit, et longi mucronem admittere cultri,  
Falsus erit testis, vendet perjuriam summa  
Exigua, et Cereris tangens aramque pedemque.**

*Discipulum præbeo doctore solertiorum. Discede tutus; superaberis, velut Ajax Telamonem vicit, sicut Achilles Peleum antecessit. Indulgendum est mollioribus: naturalis improbitatis perversitas non replevit adhuc medullas: quando barbam incœperit depectere, et oblongæ novaculae aciem admoveere, fiet testis mendax, perjuriam renundabit modica pecunia, Cereris etiam altare ac basim contingens. Jam ex-*

*minores pro puella 13.—211 possum 10. 13. 15-25. 54-60. 62, 64-69. 71-74. possunt 27. 48. 61. 63. dico 27. 61. 62. 63.—212 Festinare facit 16.—213 abis 66.—214 et Pelea 15. aut Pelea 23. vincit 18.—215 Parcendum teneris 10. 17. ut ap. Virg. Ge. II. 363. Id substitui pro vulg. Parcendum est teneris. Librarii sexcenties inculcarunt quod est, ubi bona Latinitas illud omittere solet. Parcendum est pueris 22.—216 Maturæ 14. 15. 16. 23. 24. 48. 59. 65. 70. 77. Naturæ 10-13. 17-22. 25. 26. 27. 45-49. 54-58. 60. 75. 76. non improb. Schurzfl. ut medulla naturæ maxima dicatur κακοφύλα. Naturæ 50. 61-64. 66-69. 71-74. Mox ante cum insertum est At in 14. 70. 82. quod extrusi, quoniam abest ab 10-13. 16-27. 45-50. 54-69. 71-77. et interpolationem redolet. pectore 16. 22.—217 mucronem attingere c. 13.—219 Copula et*

## NOTE

211 *Quis te festinare jubet*] Quis cogit tam cito depravare filium tuum, et vitis inquinare, maxime avaritia?

212 *Meliorem præsto magistro discipulum*] Ne sis adeo sollicitus de filio tuo: quiesce; spondeo illum in componendis sceleribus fore peritiorum te qui docuisti.

213 *Vinceris; ut Ajax, &c.*] Improbitate et avaritia superabit te filius tuus, sicut virtute bellica Telamonem Ajax, et Peleum Achilles vicit.

*Ajax*] Telamonis filius, inter belatores Græcos insignis. De eo jam ad Sat. VII. vs. 115.

214 *Achilles*] Pelei filius Græcorum fortissimus, fama super æthera notus.

215 *Parcendum teneris*] Imitatio Virgilii Georgic. Sensus est hic:

expecta dum puer adoleverit, videbis cum ætate crevisse perversitatem.

*Nondum implevere medullas maturæ mala nequitiae*] Medullas, id est, præcordia, intima. Sensus est: nondum roborata est malitia, quam tuo exemplo didicit, necdum plane animum occupavit.

216 *Cum pectere barbam cœperit*] Cum radere barbam cœperit, jamque perfecta virum ætas fecerit, firmatam in eo avaritiam omnemque nequitiam intelliges.

219 *Cereris tangens aram*] Ubi juramenti fides habebatur sanctissima; sicut et Cereris Sacra pariter et mysteria nihil nisi sanctum admittebant. Vide Sat. VI. vs. 50. ibique annot. et Alex. ab Alex. I. VI. vs. 19.

Elatam jam crede nurum, si limina vestra  
 Mortifera cum dote subit. Quibus illa premetur  
 Per somnum digitis! nam quæ terraque marique  
 Acquirenda putas, brevior via conferet illi.  
 Nullus enim magni sceleris labor. Hæc ego nunquam  
 Mandavi, dices olim, nec talia suasi.  
 Mentis causa malæ tamen est, et origo penes te.  
 Nam quisquis magni census præcepit amorem,  
 Et lævo monitu pueros producit avaros,  
 \*Et qui per fraudes patrimonia conduplicare

220

225

*istima sepultam nurum, si vestram domum ingreditur cum dote lethifera. Quatibus ea digitis opprimetur per soporem? Quæ etenim expetenda credideris et terra et mari, hæc præbebit ei ratio celerior. Nulla quippe difficultas ingentis criminis. Tu aliquando inquis, ego ista nunquam imperavi, neque præcepi similia. Nihilominus apud te est fons et principium improbæ indolis. Quicumque enim summus jussit opes diligere, sinistra etiam adhortatione parvulos facit avaros: et qui bonam per fallacias geminandi licentiam concedit, omnes cursui habenas laxat; quem si*

abest ab 10-13. 15-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. *togensque aramque* 21. —223 *Acquirenda recte, puto, emend.* Grang. v. sup. ad vi. 501. *putes* 18. 19. 23. 27. 46-50. 54. 55. 56. 59-64. 65. 68. 69. 71-74. 77.—224 *magis pro mag-* ni 10. 54.—228 *levi* 45. *lato* 16. *providit* 15. 16. 29.—229 *Atque docet fraude-* *conduplicari* 13. *fraudem* 24. *conduplicari* 13. 17. 18. 20. 22. 23. 24. 27. 45. 47.

## NOTE

*Tangens aramque*] Jam notavi Sat. XIII. vs. 89. eos qui jurabant aras tenere solitos, quasi fidem Numinum contestant. Exhibetur ergo hic pejerantis audacia intrepide aras tangentis, sine ulla Numinis vindictis reverentia, ut ait Juvenalis loco mox cit. Sat. XIII.

*Pedemque*] Vel statuæ Cereris pedem ipsum, vel basim.

221 *Mortifera cum dote*] Quæ mortis ei causa sit. Uxorem enim veneno allave ratione extinguunt ille, ut dotem occupet. Vide Pers. Sat. II. vs. 14. ibique Annot. ad verba hæc, 'Nerio jam tertia ducitur uxor.'

*Quibus illa premetur per somnum digitis*] Vel strangulantibus, vel pudendo muliebri venenum affricantibus inficentibusque, et sic clam et cito enecantibus. Plin. XXVII. 2. 'Om-

nium,' inquit, 'venenorum constat occysimum esse aconitam, et tactis genitalibus fœminei sexus animalium eodem die inferre mortem. Hoc venenum fuit, quo interemtis dormientes a Calpurnio Bestia uxores M. Cæcilius accusator objecit. Hinc atrox illa peroratio, ejus in digito mortuas.'

222 *Terra marique*] Seu negotiando et navigando; seu militando, variasque ærumnas exantlando.

223 *Brevior via conferet*] Uxoris occulta cædes conferet avaro divitias.

224 *Nullus enim magni sceleris labor*] Facinus ingens ubi quæstuosum est, facile perpetratur.

*Hæc ego nunquam mandavi*] Excusatio patris, quam refellit statim Poëta.

225 *Talia*] Veneficium, parricidium, &c.

**Dat libertatem;** et totas effundit habenas  
**Curriculo :** quem si revoces, subsistere nescit,  
**Et te contempto** rapitur, metisque relictis.  
**Nemo** satis credit tantum delinquere, quantum  
**Permittas :** adeo indulgent sibi latius ipsi.  
**Cum** dicis juveni, stultum, qui donet amico, 235  
**Qui** paupertatem levet, attollatque propinqui;  
**Et** spoliare doces, et circumscribere, et omni  
**Crimine** divitias acquirere, quarum amor in te,  
**Quantus** erat patriæ Deciorum in pectore, quantum

*retrahas, stare non novit, teque spreto fertur præceps, metasque transiit. Nulus putat sat peccare tantundem quantum sinas : ita sibi metipsis donant amplius. Quando puero ais, fatuum esse qui familiari largiatur, qui opitulatur inopi cognato, et eum erigat, monstras et denudare, et circumvenire, atque quotvis flagitio congerere opes, quarum cupiditas in te est tanta, quanta erat patriæ charitas in Deciorum*

54. 58. 64. *conduplicandi* 15. Forte rectius, etsi non ignoro, vocem *libertatem* etiam infinitivo junctam legi, v. c. ap. Prop. 1. 1. 28. et Val. Fl. 1. 601.—Totus autem versus abest ab 2. 10. 11. 12. 16. 21. neque eum in suo exemplari habuisse videtur vetus Schol. qui illum silentio prætermisit, et verba *dat libertatem* exposuit : auctoritatem et nequitiam permittit. Est haud dubie lacinia, assuta ab interpolatore, qui verba *Dat libertatem* non concoquebat, nisi talia adderentur. Minus quidem languebit, si *rd* et vs. 228 et 230 pro *etiam* positum acceperis. At quis ferat hanc copulam toties ac vario sensu repetitam, eandemque sententiam ter expressam? Hinc etiam non placet opinio eorum, qui vs. 230 *rd* et ante *totas* delendum putant, ut verbis *Nam quisquis...dat libertatem prætrahis*, (quæ sic nimis longa est et *ταυτολογος*) reliquis vero, *totas effundit habenas* cet., *ἀπὸδοῖς* contineatur. Toto potius versu ejecto nihil est, quod in h. l. displiceat.—230 *effudit* 21. 22. 25. 27. 46-49. 54-63. 66. 67. 69-73.—232 *Cum* 22. Sed non male conj. Plathner. *meritisque relictis* 9. a m. pr.—233 *credet* 24.—235 *Cur* 22. *dicis* 16. *stultus, qui donat a.*, *Qui p. levat attollitque p.* 13. Non male, ut ipsa sint patris verba.—236 *levat* 13. 16. 23. *attollitque* 13. 16. *attolletque* 15. *tollat leveatque* 24. *propinquum* 21.—238 *acquirere* etiam h. l. suspicari possis. v. sup. ad vi. 501. *in te est* 18. 19. a m. sec. 23. 25. 27. 46. 47. 48. 50. 54-60. 71-74.—239 *in pectore sato*

## NOTE

230 *Totas effundit habenas, &c.*] Metaphora a decurrentibus in circo : id est, omnem dat licentiam quodvis sceles audendi.

231 *Curriculo*] Id est, juveni per multiplices jam avaritiæ sordes decurrenti.

232 *Te contempto rapitur*] Virgil. 'Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.'

233 *Nemo satis credit, &c.*] Ultra præscriptos fines quisque tendit : nemo concessis est contentus.

237 *Spoliare doces et circumscribere*] Doces et fallere, et deprædari, alienisque inhiare divitiis per fas et nefas rapiendis.

239 *Deciorum*] Vide Sat. viii. vs. 254. ibique annot.

Dilexit Thebas, si Græcia vera, Menœceus :

240

In quorum sulcis legiones dentibus anguis

Cum clypeis nascuntur, et horrida bella capessunt

Continuo, tanquam et tubicen surrexerit una.

Ergo ignem, cujus scintillas ipse dedisti,

Flagrantem late, et rapientem cuncta videbis.

245

Nec tibi parceretur misero, trepidumque magistrum

In cavea magno fremitu leo tollet alumnus.

Nota mathematicis genesis tua : sed grave tardas

*corde, quantum Thebas amat Menœceus, in quarum sulcis legiones cum scutis exoriantur e dentibus serpentis, statimque tetra ineunt certamina, quasi buccinator simul etiam enatus esset. Incendium igitur cujus scintillas ipse præbuit, inflammari valde et omnia devastare aspicies. Neque tibi condonabitur infelici, trementem vero te præceptorem occidet, sicut nutritorem leo in cavea horrendum sævius. Astrologis cognita est genitura tua; at molestum est lentas colos opperiri: extim-*

~~~~~

13.—240-243 ejecti e 13. *Menœceus* 19. 45. *Menœceus* 15. *Menœceus* 18. *Menœceus* 11. ut in aliis Mss. *inophorus*, *iconomus* cct. v. Gifan. Ind. Lucret. *Menichæus* 47. *Menichæus* 27. *Miniceus* 22. *Mynœceus* 16. 17. *Menœceus* 20. —241 *quarum* (scil. Thebarum) 19. 25. 46. 48. 49. 50. 54-57. 59-69. 71-74. Sed doctius est *quorum*.—243 *et tanquam* 20. *tibicen* 22. 49.—245 *et late* 10. 11. 15. 17-19. 23. 25. 45-49. 54. 55. 57-60. 64. 65.—247 *caveam* 15-20. 22. 24.—248

NOTÆ

240 *Thebas*] Bœotias, regionis olim istius caput, a Cadmo conditas.

Si Græcia vera] Vide Sat. x. vs.

174.

Menœceus] Creontis Thebanorum Regis filius, qui ut patriam servaret ab Argivis obsessam, morti se devovit; quoniam ex oraculo compererat salvas fore Thebas, si ultimus e stirpe Cadmæa sponte moreretur. De hoc Statius Thebaid. x. Tullius Tusc. 1. circa finem ejus etiam meminit: sic enim loquitur n. 116. 'Menœceus vero non prætermittitur, qui oraculo edito largitus est patriæ suæ sanguinem.'

241 *In quorum sulcis, &c.*] In Thebarum agro seminatis dentibus draconis a Cadmo interfecti, nati sunt armati viri, qui se continuo mutuis vulneribus conciderunt. Vide Ovid. Met. III. Fab. 1.

243 *Tubicen*] Ad canendum classi-

cum, et bellum ciendum. Vide paulo ante notata ad hæc verba, *Cornus cum lituis*.

244 *Ignem*] Avaritiæ ardorem, habendi cupiditatem inflammata.

245 *Rapientem cuncta*] Jura omnia violentem ad congerendas opes. Allegoria.

246 *Nec tibi parceretur, &c.*] Neque patri tibi avarus ille filius parceret.

247 *Leo*] Sicut educatorem suum devoravit leo ille, Domitiani temporibus, Mart. Spectac. Epig. x.

248 *Nota mathematicis*] Tibi quidem Mathematici ex horoscopo tuo prædixerint ac spendeant longævam ac seram senectutem, sed filius tuus haud expectabit adeo tardans fatum. Sueton. Calig. c. 57. 'Consenti de genitura sua,' inquit, 'Sulla Mathematicus certissimam necem appropinquare affirmavit.' Et Tit. c. 9. Ipse 'dicitur cognita duorum Patri-

Expectare colus. Morieris stamine nondum
Abrupto. Jam nunc obstas, et vota moraris : 250
Jam torquet juvenem longa et cervina senectus.
Ocyus Archigenen quære, atque eme, quod Mithridates
Composuit, si vis aliam decerpere ficum,
Atque alias tractare rosas. Medicamen habendum est,

gueris filo non adhuc abscisso. Modo ponis obicem, ac retardas petita: nunc adolescentem cruciat tua senecta diuturnior et cervina. Cito coce Archigenem, et mercede quod Mithridates conflavit, si cupis ficum alteram colligere, atque alias rosas apprehendere. Sumendum præ alimento pharmacum parandum est, quale sorberi

nec grave 24.—249 colos 13. 18-21. a m. sec. 22. 23. 24. 46-50. 54-57. 59. 60. 62. 64. 65. 68. 69. 71-74.—252 Archigenem 17. 19. Ego Archigenem pro Archigenem scripsi. Mithridates 17. 18. 19. 46. 47. 50. 64. Mithridates 20. 21. 45. 60.—253 Opposuit 22.—254 togas pro rosas 16. est non extat in 17. 18.—

NOTÆ

ciorum genitura, imminere ambobus periculum affirmasse, venturum quandoque et ab alio: sicut evenit.

Sed græce tardas expectare colus] Sed filio tuo erit tædiosa vitæ tuæ diuturnitas. Non poterit sibi temperare dum Parcæ compleverint colos, ipse abruptet filium, teque enecabit, ut hæreditatem citius invadat. 'Filius ante diem patrios inquiri in annos.'

249 *Colus]* Vide Sat. III. vs. 27. Annot. ad vocem *Lachesi*.

250 *Jam nunc obstas]* Nimirum jam cupiditati effrænatae filii tui moram injicis, et molestiam creas.

251 *Cervina senectus]* Qualem cervis natura concessit. Virg. Eclog. VII. 'Vivacis cornua cervi.' Cic. Tuscul. III. n. 69. 'Theophrastus,' inquit, 'moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguum vitam dedisset. Quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisset ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur.' Plin. VIII. 32. ita scribit: 'Vita cervis in con-

fesso longa, post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander addiderat, adoptis jam cute in magna obesitate.' Plutarch. de orac. defectu, ex Hesiodo, ait quatuor ætates cornicis vivere cervum, tres cervi corvum, novem corvi Phœnicem Indicam, &c. Coel. Rhodig. IV. 17. 'Nonnulli veterum,' inquit, 'vitæ longioris, atque (ut Græcis dici assuevit) polychroniæ rationem scrutati, e fellis vacuitate demanare id sunt suspicati, argumentum ex cervorum vita deducto. Sed et Delphinus, qui fellis expertus item est, longævus est,' &c.

252 *Archigenen]* Peritum ac fidelem Medicum, qui pharmacum depellendis toxicis idoneum tibi temperet. De *Archigene* jam ter Juvenalis.

Quod Mithridates composuit] Antidotum adversus insidias et veneficia filii tui. Vide Annotat. ad Sat. VI. vs. ult.

253 *Aliam decerpere ficum]* Alium autumnum videre.

254 *Alias tractare rosas]* Aliud veraspicere, et vitam producere.

Sorbere ante cibum quod debeat et pater et rex.
 Monstro voluptatem egregiam, cui nulla theatra,
 Nulla æquare queas Prætoris pulpita lauti,
 Si spectes, quanto capitis discrimine constant
 Incrementa domus, ærata multus in arca
 Fiscus, et ad vigilem ponendi Castora nummi,
 Ex quo Mars Ultor galeam quoque perdidit, et res
 Non potuit servare suas. Ergo omnia Floræ
 Et Cereris licet, et Cybæles aulæa relinquo :

265

260

oporteat vel a patre vel a rege. Ostendo præstans oblectamentum, cui theatra nulla, nulla pulpita Prætoris magnifici possis comparare, si consideras quam magno rila periculo stat familiæ amplificatio, sacculus plurimus in capsâ ære munita, et pecunia collocanda apud Castora custodem, ex quo Mars Vindex cassidem etiam amisit, suasque res tueri nequivit. Itaque dimittas licet cuncta Floræ Cererisque et Cybæle peri-

255 aut pater aut rex 10. 11. 15-20. 24-27. 45-50. 54-69. 71-74.—256-297 ejecti e 13. qui 71. 72. 73.—257 queat 15. 64.—258 spectas 18. 23. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. constant 21. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74.—259 multis 60.—263

NOTÆ

255 *Pater aut rex*] Uterque sibi metuens, pater a nequam filiis, Rex a perfidis subditis.

256 *Monstro voluptatem, &c.*] Si mecum vis attendere, monstrabo tibi curas et labores avarorum, e quorum contemplatione plus voluptatis et oblectamenti capias, quam e ludis scenicis.

257 *Prætoris pulpita*] Vide Sat. x. vs. 36.

259 *Incrementa domus*] Locupletatio, opum accessio.

260 *Ad vigilem ponendi Castora nummi*] Nummi, quos divites deponebant in templis, sub Numinum tutela. Vide Brod. Miscellan. iv. 17.

261 *Ex quo Mars, &c.*] Antea quidem solebant thesauros condere in foro Martis, sed ex quo illi a furibus expilati sunt, in Æde Castoris posuere, excubiasque addidere.

Mars Ultor] Sueton. Ang. c. 29. 'Publica opera plurima construxit, ex quibus vel præcipua, forum cum

æde Martis Ultoris.'

Galeam quoque perdidit] Hanc scilicet inauratam fures abrasere.

262 *Res non potuit servare suas*] Sarcasmus in Deos.

Ergo omnia Floræ, &c.] Relinquo ergo ludorum oblectamenta sponte, ut majori voluptate fruaris spectando avarorum cruciatus.

Floræ] Dimitte Floralia. Vide Pers. Sat. v. vs. 178.

263 *Cereris*] Ludos Cereales. Tacit. Annal. 15. ad finem, scribit decretum esse, ut Circensium Cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur. Ovid. Fast. iv. 'Circus erit pompa celeberrimoque Deorum, Primaque ventosis palma petetur equis.' Hinc Cereris ludi.

Cybæles] Megalesia. Vide Sat. vi. vs. 69. De Cybele, Sat. ii. vs. 111. &c.

Aulæa] Ornamenta cœnæ. Vide Sat. vi. vs. 67.

Tanto majores humana negotia ludi.

An magis oblectant animum jactata petauro 265
Corpora, quique solet rectum descendere funem ;
Quam tu, Corycia semper qui puppe moraris,
Atque habitas, Coro semper tollendus et Austro,
Perditus, ac vilis sacci mercator olentis :

stromata, occupationes hominum eo jucundiora sunt spectacula. Numquid plus exhilarant mentem corpora petauro librata, et qui per funem tenuum desilire assueverunt, quam tu qui Corycia nave continuo insistis ac permanes, nunquam non jactabundus Coro atque Austro, desperatus et ignobilis negotiator sacculi odorati; qui

~~~~~

*relinques* 22.—265 *Non* 12. *jactare* 12.—266 *solent* 27. 47. 54. 61. 63. 64. 74.—267 *Quantum* 16. in ante *Corycia* non male inseritur in 10. 17. 19. 23. 24. vel ante *puppe* in 45. *Coricia* 10. 17. 19. 23. 24. 46. *Coritia* 47. 48. 50. 64. *Corithia* 21. 45. *Corinthia* 22. *rupe* 21. a m. sec.—268 *choro* 17-22.—269 *ac vilis* 1. 2. 14. 18. 56. 70. 74-77. 82. *Perditus*, a *Siculis sacci mercator* (qui a *Siculis* saccum mercaris) 3. 5. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 19-27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. quod perperam probat *Plathnerus*, quia *saccus olens* sit *crocum*, quod plurimum in *Sicilia*, unde et *Sicanium* dicatur *Stat. Sylv.* v. 3. 41. *oletis* 11.

#### NOTÆ

264 *Tanto majores humana negotia ludi*] Adeo negotia et sollicitudines hominum lucri cupidorum sunt majora ludicra, quam *Circus* et *Circenses*.

265 *An magis oblectant, &c.*] Annon par ludus et simile ludicrum est videre petauristas ac funambulos, et mercatorem perpetuo navigantem, qui proinde ventis ac funibus nauticis libratur atque jactatur?

*Petauro*] *Petauri* ludus est, cum per circulos quispiam veloci cursu transvolat, corpore ita librato, ut circulum non offendant; unde petauristæ ludiones dicti. Ita *Alex.* ab *Alex.* III. 21. 'Petauristæ a veteribus dicebantur qui saltibus vel schemis levioribus moverentur: et hæc proprietas a Græca nominatione descendit, ἀπὸ τοῦ πετάρου;' inquit *Non. Marcel.* de prop. serm. Alii dicunt petaurum fuisse ligneam machinam, per quam rotarum impulsu corpora jactabantur per aëra. *Mart. Epig.* II. 86. 'Quid si per graciles vias petauri Invitum jubeas subire *Ladam*.' Et *Epig.* XI. 22. 'Quam rota transmissio

toties impacta petauro.' Vide *Tur.* neb. VIII. 4. item XXIX. 19. Aliter paulo *Manilius* rem videtur explicare l. v. ubi sic canit: 'Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem Corpora quæ valido saliant excussa petauro: Alternosque ciet motus; elatus et ipse Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.' Quem in locum *Josephus Scaliger* ait, rotam fuisse, quam duo versantes, alter superne alter infra nitens, vicissim dejecti nunc penderent, nunc erecti sederent.

267 *Corycia puppe*] Navi dante vela in *Ciliciam*, ad *crocum* apportandum, quod ibi copiose optimum provenit ad oppidum *Corycum*.

268 *Coro*] Ventus hic fiat ab Occasu Solstitiali; *Zephyron* et *Argesten* Græci vocant: inquit *Plin.* II. 47.

269 *Sacci olentis*] Aromatibus atque odoribus pleni. Alii legunt hic: *Perditus a Siculis sacci mercator olentis*; id est, opobalsamorum atque aromatum mercator advectorum quidem e *Sicilia*; in qua, *Strabone* teste, præ-

Qui gaudes pingue antiquæ de littore Cretæ 270  
 Passum, et municipes Jovis advexisse lagenas ?  
 Hic tamen ancipiti figens vestigia planta  
 Victum illa mercede parat, brumamque famemque  
 Illa reste cavet: tu propter mille talenta,  
 Et centum villas temerarius. Aspice portus, 275  
 Et plenum magnis trabibus mare: plus hominum est jam

*ex opima veteris Cretæ ripa delectaris apportare mulsum, et Jovis municipes amphoras: ille nihilominus dubio pede inficiens passus, eo præmio cibum lucratur, et lugem atque esuriem eo fune devitat: tu vero inconsideratus id facis ob talenta millena, villasque centenas. Intuere portus, et mare navibus ingentibus refertum. Plures modo sunt homines in mari, quam in terra. Ibit classis quocumque spes*

—270 pingui 16. 27. 45. 59. 60. antiquo 22. antiquum 27. 47.—273 Victum ex illa merce 22.—275 Et mille villas 19. a m. pr.—276 est non extat

## NOTE

ter frumentum, mel, &c. crocum etiam apportabatur.

270 *Antiquæ Cretæ*] Hæc Insula maris Mediterranei valde celebrata tum ob alia multa, cum ob Jovis natales. Ejus incolæ perfidiæ fama laborarunt, teste proprio ipsorum Poëta Epimenide. Unde Apostol. ad Tit. c. 1. alt: 'Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.' Lucan. l. III. 'Jam dilecta Jovi centenis venit in arma Creta vetus populis.'

271 *Passum*] Ita vocatur liquor ex uvis ad Solem arefactis expressus. Varro de Vita Populi Romani ita scribit: 'Passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent, eamque passi essent a Sole aduri.'

*Municipes Jovis lagenas*] Vinum e Creta, et ex eodem, quo Jupiter, loco et municipio. Sic Sat. IV. vs. 33. *Municipes Crispini, siluros* appellavit.

272 *Hic tamen*] Funambulus, pe-taurista, gesticulator.

273 *Victum illa mercede parat*] Vic-tum habet e mercede, quam pro in-dustria et ludo percipit.

274 *Tu propter mille talenta, &c.*] Iste ladio quidem hos labores subit, ut

victim habeat necessarium: unde quasi invitus hæc agit: tu vero teme-rarius, eoque dementior, qui tot dis-crimina terra marique sponte incas, ut superflua nanciscaris; et cum parvo natura jubeat contentum esse te, et satis sit una villa, quæris opes im-mensas et villas centenas.

*Talentum*] Talentum Atticum minus (de quo ut plurimum intelligendi Asc-tores) valebat minas sexaginta, id est, sexcentos coronatos, monetæ Galli-cæ, hos quidem æstimando triginta quinque solidis Turonensibus. Ergo singula talenta libellas Tu.onenses mille et amplius faciunt, adeoque ta-lenta mille plusquam millionem. Vide Budæum de Asse.

275 *Aspice portus, &c.*] Ut intelligas quanta sit hominum avaritia, vide portus et mare navibus plena; et hinc cognosce plures esse homines in mari navigantes, quam terram inco-lentes, adeo nullis deterrentur peri-culis, plusque movet lucri capido quam mortis ipsius metus. Hor. Epist. I. 1. 'Impiger extremos cur-rat mercator ad Indos, Per mare per-riem fugiens, per saxa, per ignes.'

**In** pelago : veniet classis, quocumque vocarit  
**Spes** lucri, nec Carpathium, Gætulaque tantum  
**Æquora** transiliet : sed longe Calpe relictæ,  
**Andiet** Herculeo stridentem gurgite solem.  
**Grande** operæ pretium est, ut tenso folle reverti  
**Inde** domum possis, tumidaque superbus aluta,

280

*quæstus invitaverit : neque solum transgrediatur Carpathium et Gætula maria, verum dimissa procul Calpe, strepentem in Herculis freto Solis currum auscultabit. Magna erit merces laboris, si hinc in ades quas redire folle distento ; atque inflata*

~~~~~

im 21. 22.—277 vocat te 10. 27. 47. 54. 58.—279 Secundam syll. voc. Calpe in sexto casu corripitur, jam miratus est Priscian. l. vi. Eandem brevem esse ap. Avien. Arat. vs. 1023. observat Curio prava lectione deceptus, qui cum aliis putabat, id propterea fieri, quod Calpe etiam tertiæ declinationis sit, et Calpes, Calpis non minus recte dicatur, quam Calpe, Calpes.

NOTE

278 *Carpathium*] Dictum ab Insula Carpatho, hodie *Scarpanto*, Rhodum inter et Cretam sita, quodque est ab hac ad illam mare Carpathium vocatur.

Gætula] Libyca. Jam diximus alibi Gætuliam interiori Libya contineri.

279 *Sed longe Calpe relictæ, &c.*] Ultra Calpen progrediatur ipso Hercule audacior, qui hic inscripsit : *Non plus ultra.*

Calpe] Mons est et urbs Hispaniæ Bæticæ, nunc *Gibraltar* vocatur, ut et fretum proximum ; una ex Herculis columnis, cui respondet altera ex adverso, *Abyla*, mons pariter et oppidum Mauritanis.

280 *Herculeo gurgite*] Intelligit fretum Gaditanum, quod et Herculeum ab Herculis navigatione ibi finita, constructisque columnis, de quibus mox : dicitur et Ostium Oceani, et limen Interni maris ; vulgo *Gibraltar*, latum est quinque leucas Hispanicas aut circiter.

Stridentem solem] Nempe dum occidit, ejusque fervens carrus aquis mersus stridet, ut candens ferrum solet. Ex opinione Pseidonii Sophistæ,

et aliorum. Hinc Statius Sylvar. l. ii. in Genethliaco Lucani : 'Felix heu nimis et beata tellus, Quam pronos hyperionis meatus Summis Oceani vides in undis, Stridoremque rotæ cadentis audis.' Vide Cæli. Rhodig. xxiv. 13. ubi 'Talpis,' inquit, 'cæcior Epicurus, qui tamen unus primusque hominum veritatem invenisse videri vult ; astra cum oriuntur accendi, cum occidunt extingui astruit.—Hinc Solem in Oceanum mergi, cumque mergatur, quasi candens ferrum sonum edere,' &c. Porro sensus est hic avarum illum mercatorem ad ultimas Occidentis plagas navigare lucri causa.

281 *Grande operæ pretium, &c.*] Ironice. Magnum quid fecisse putas, si dives redeas e tam longinqua et periculosa navigatione.

Tenso folle] Marsupio summis distento, crumena plena : ut solet vento plenus folles turgere.

282 *Tumida aluta*] Quidam intelligunt vela ventis inflata ; alii ipsam crumenam. Nam *aluta* est pellis quavis mollior, e qua fiunt sacculi, crumenæ, &c.

Oceani monstra, et juvenes vidisse marinos.
Non unus mentes agitat furor. Ille sororis

pelle jactabundus aspexisse Oceani prodigia et maritimos adolescentes. Hæc unica vexat animos insania. Illic in germanæ brachiis Furiarum expatrescit faciem atque

NOTE

283 *Oceani monstra*] Belluas marinas stupendæ magnitudinis, orcas, balænas, de quibus Plin. ix. 6. Idem ibidem cap. 5. meminit belluæ cjunsdam maritimæ in Gaditana littora illisæ, 'cujus inter duas pinnas ultimæ caudæ cubiti sexdecim fuissent, dentes centum viginti maximi, dodrantium mensura, minimi semipedum.' Item ait monstri illius, 'cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romam allata ex oppido Judææ Ioppe, longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinæ crassitudine sesquipedali.' Horat. Od. i. 3. 'monstra natantia,' appellat ingentes fillos Oceani pisces.

Juvenes vidisse marinos] Adeoque totum quasi enavigasse Oceanum, in quo cernuntur homines marini interdum, Tritones, Nereides. Maritimi Tritonis mentionem invehit Tullius de Natura Deorum, l. i. n. 79. Plin. l. ix. cit. c. 5. ita scribit: 'Tiberio Principi nuntiavit Olyssipponensium legatio ob id missa, visum auditumque in quodam specu Tritonem concha canentem, qua noscitur forma. Et Nereidum falsa opinio non est, squamis hispido corpore, etiam qua humanam effigiem habent. Namque hæc in eodem spectata littore est, ejus etiam morientis gannitum tristem accollæ audivere.' Additque: 'Divo Augusto Legatus Galliæ complures in littore apparere exanimis Nereidas scripsit.' Tandem ait, 'Auctores habeo in Equestri Ordine splendentes, visum ab his in Gaditano

Oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine: ascendere eum navigia nocturnis temporibus, statimque degravari quas insederit partes; et si diutius permaneat, etiam mergi.' Pausanias l. ix. paulo ante medium, Tritonum describens figuram, ait; capitis comam palustri apio similem, tum colore, tum quod capillum omnino nullum ab aliis possis discernere; corpus reliquum minuta squama inhorrescere, eaque valde dura: branchias infra anres habere, nares humanis similes, rictum oris latiore, pantheræ dentes, oculos glaucos; manus, digitos, ungues, quali sunt forma superiores conchyliorum testæ: pinnulas sub ventre ac pectore pro pedibus, veluti Delphinis sunt, &c. Vide Alex. ab Alex. iii. 8. Georg. Furnerium, Hydrogr. xix. 39. Bartholin. Epist. Miscell. Medicophysic. Acad. Curios. German. &c. Ceterum apud Bibliothecam Sanctæ Genovesæ Parisiis servatur, atque ostenditur Sirenæ manus, humana paulo longior.

284 *Non unus mentes agitat furor*] Tres insaniæ species explicat Cornel. Celsus iii. 18. Sensus Juvenalis hic est: fuerit insanus Orestes, fuerit Ajax, insanior est avarus mercator.

Ille sororis, &c.] Orestes occisæ matre Clytemnestra Furiis agitatus consolantem se Electram sororem, et manu circumplexam repellit, sicque alloquitur: 'Dimitte me quæ una es mearum Erynnium, quæque me complecteris, ut in Tartarum præcipites.' Apud Euripid. in Oreste.

In manibus vultu Eumenidum terretur et igni : 285
Hic bove percusso mugire Agamemnona credit,
Aut Ithacum. Parcat tunicis licet atque lacernis,
Curatoris eget, qui navem mercibus implet
Ad summum latus, et tabula distinguitur unda :
Cum sit causa mali tanti, et discriminis hujus, 290
Concisum argentum in titulos faciesque minutas.

flammas. Iste juuenco interfecto putat mugitus edere Agamemnonem vel Ulyssem. Qui mercibus navem onerat usque ad supremum latus, atque asserere duntaxat separatur ab aqua, indiget custode, quamvis non laceret chlamydem et pallium; quandoquidem tam magnæ istius pestis atque periculi origo est argentum excusum in in-

285 *terretur* 11. in marg. non improb. Schurzfleisch. *igne* 16.—286 *credet* 17.—287 *lacertis* 7. 12. 15. 17. a m. sec. 20. 21. 22. 46. 61. 62. 63. 65-69. 71-73.—288 *navem* qui 21.—289 *tabula dist.* *uda* 15. 16. 19. 21. 23-27. 46-49. 55-60. 68. *una* 17. 20. 22. 28. 74. *kuda* 65.—291 *Concisum* 16. 21. 22.—293 *piperisve* 19.

NOTÆ

285 *Eumenidum*] Anguibus et facibus armatarum. Furis porro dictæ Eumenides per antiphrasim, quod nequaquam benevolæ.

286 *Hic bove percusso, &c.*] Ajax in furem ex ira versus ob negata sibi Achillis arma, et Ulyssi adjudicata, sævit in pecudes, sævire credens in Græcos, injuriamque nescisci. Duos autem arietes eximios raptat, cædit, mactat, Agamemnonem et Ulyssem existimans. Vide Sophoclis Ajacem Flagelliferum.

Agamemnona] Græci exercitus Imperatorem, atque inter contententes de armis Achillis Ajacem et Ulyssem, Judicum Principem. Vide Ovid. Metamorphos. XIII. et quæ notavi Sat. VII. vs. 115.

287 *Ithacum*] Ulyssem natum dominatumque in Ithaca Ionii maris Insula Cephaleniæ vicina.

Parcat tunicis licet, &c.] Etsi non laceret vestes, ut solent furiosi, sanus tamen non est avarus ille, quem, ut ait Horat. Sat. I. 'Neque fervidus æstus Dimoveat lucro, neque hyems,

ignis, mare, ferrum: Nil obstat,' &c. Hinc idem Horat. Sat. II. 3. 'Danda est hellebori multo pars maxima avaris. Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.'

288 *Curatoris eget*] Quippe insipientibus dabantur curatores patrimonii. Unde Horat. Sat. II. 3. 'Interdicto huic (insano) omne adimat jus Prætor, et ad sanos abeat tutela propinquos.'

289 *Tabula distinguitur unda*] Legunt alii, *tabula distinguitur una*; alii, *uda*: pari sensu. Vide Sat. XII. vs. 58.

290 *Cum sit causa mali tanti, &c.*] Cum tot vitæ adeat ultro pericula, propter nummorum cupiditatem.

291 *Concisum argentum in titulos faciesque minutas*] Argentei nummi Principum inscriptionibus et imaginibus signati. Plin. XXXIII. 3. ita scribit: 'Proximum fecit scelus qui primus ex auro denarium signavit, quod et ipsum latet, auctore incerto. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus

Occurrunt nubes et fulgura. Solvite funem,
 Frumenti dominus clamat, piperisque coëmti;
 Nil color hic cœli, nil fascia nigra minatur;
 Æstivum tonat. Infelix hac forsitan ipsa
 Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premetur
 Obrutus, et zonam læva morsuque tenebit.
 Sed cujus votis modo non suffecerat aurum,

296

descriptions ac pusillos cultus. Quod si apparent nebulae, et fulgetra, tritici po-
nor et mercator piperis vociferatur: rudentes laxate: nihil iste cœli color, nihil ater
circulus portendit: Æstatis est tonitru. Infortunatus eadem etiam nocte fortassis
in mare devolvitur, rupta navi; et undis mersus obruitur: atque manu sinistra, et
dentibus cingulum retinebit. Verum cujus cupiditati non erat satis aurum quod de-

45. non male! coëmtor 11. coëmtor 15. 16. 19. 21. a m. pr. 23-27. 46-50.
 54-69. 71. 72. 73.—295 at forsitan 15. 17. 20. 21. 22. ac forsitan 16. 19. 23-27.
 48. 56-64. 66-69. 71-77. an forsitan al.—296 cadit 21. trabibus fractis 10.—
 298 suffecerit 20. 21. 27. 46. 47. 48. 54. sufficeret 23.—299 voluit 22. soltis

NOTÆ

est.—Servius Rex primus signavit
 æs nota pecundum: unde pecunia ap-
 pellata, &c. Vide Cœl. Rhodig. x.
 2. et Alex. ab Alex. iv. 15. de his
 multa referentem. Sub Numa Pom-
 pilio nummi fuere scortei, deinde
 stannei, tum ærei. Post Attilium
 Regulam argenteus nummus primum
 signatus: denique aureus. Nota
 porro fuit initio, pecus, ovis, bos, sus:
 dein Janus bifrons ex una parte, ex
 altera vero, navis prora. Postea bi-
 gæ, quadrigæ, victoria. Unde num-
 mi bigati, quadrigati, victorlati. De-
 mum effigies Cæsarum cum titulis et
 inscriptionibus apposita est. Nero
 quidem Citharædi, Severus Impera-
 tor Alexandri habitu nummis insculpi
 se voluerunt. Augustus Cæsar ar-
 genteum nummum percussit nota si-
 deris Capricorni, sub quo in lucem
 editus fuerat.

292 *Occurrunt nubes, &c.*] Mercator
 ille lucri avidus, etiamsi immineat
 tempestas, urget tamen navigare, et
 portu solvere.

294 *Nil color hic cœli*] Hic cœli

color, quamvis præsagens tempesta-
 tem, haud avarum deterret. Vide
 seq. Annot.

Fascia nigra] Plin. xviii. 35. 'Si
 nubes,' inquit, 'Solem circumclu-
 dent, quanto minus luminis reli-
 quent, tanto turbidior tempestas erit;
 si vero etiam duplex orbis fuerit, eo
 atrocior.—Si Oriens cingetur orbe,
 ventus expectetur.—Si circa Occi-
 dentem circulus erit candidus, levem
 tempestatem; si nebula, vehementio-
 rem; si ater fuerit circulus, ventum
 magnum præsagit.'

295 *Æstivum tonat*] Adeoque non
 diuturnum, ut æstate solet. Vide
 Plin. ii. 43.

297 *Zonam*] In qua insuti nummi
 et absconsi. Matth. c. 10. 'Nolite
 possidere anrum, neque argentum,
 neque pecuniam in zonis vestris.'
 Sueton. Vitell. c. 16. 'Zona se au-
 reorum plena circumdedit.'

Læva morsuque tenebit] Dum læva
 dentibusque zonam retinet, dextra
 natabit, aut reget tabulam cui inniti-
 tur.

Quod Tagus, et rutila volvit Pactolus arena,
 Frigida sufficient velantes inguina panni, 300
 Exiguusque cibus, mersa rate naufragus assem
 Dum rogat, et picta se tempestate tuetur.
 Tantis parta malis, cura majore metuque
 Servantur. Misera est magni custodia census.
 Dispositis prædives hamis vigilare cohortem 305

fert Tagus et Pactolus lucenti sabulo, huic satis erunt panniculi gelidum inguen obtegentes, et esca parva, quando submersa nari factoque naufragio mundicabit assem, sequæ procella adumbrata sustentabit. Tot ærumnia acquisita graviore solitudine ac timore custodiuntur. Infelix est conservatio summarum opum. Licinus

16.—300 *sufficient* 16.—301. 302 ejecti e 13. *Exanguisque cibus* 21.—305 *Dispositis* 16. *perdives* 24. *dices* reponi jubebat Cnrio, et *armis* pro *hamis* Britann. ut metro consuleretur. Neptunum iis venisset in mentem, nisi perperam de

NOTÆ

299 *Tagus*] Hispaniæ fluvius, vernacule, *Tajo*; auriferis arenis celebratus, ut testatur Plin. iv. 22. Martial. Epigram. i. 50. *aureum* vocat *Tagum*, auriferum vero Epigr. x. 96.

Pactolus] Hic Lydiæ fluvius, hodie *Sarabat*, olim et *Chrysorroas* ab arenis aureis dictus, teste Plinio, v. 29. Apud Herodot. l. v. dicitur Pactolus e Tmolio monte auri ramenta volvere, dein flumini Hermo commisceri, cum illo demum in mare influere.

302 *Picta se tempestate tuetur*] Vide Sat. xii. vs. 28. et Pers. Sat. i. vs. 89. ibique annotata.

305 *Dispositis prædives hamis, &c.*] Licinus pro conservatione divitiarum anxius famulos plures vigilare cogit.

Hamis] Ne *hamos* hic, nam penultima producitur, sed *hamas* accipe. Cato de Re Rustica cap. 133. *hamam* recenset in rusticis instrumentis; Plutarchus, in haustoriis. Apud Hesychium idem est *ἄμη*, quod *σκάφη*. Plin. Epist. x. 42. ita scribit: 'Nicomediæ vastissimum incendium multas privatorum domos et opera publica duo absumsit. Latius autem

est sparsum tum violentia venti, cum inertia hominum.—Et alioqui nullus usquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda,' &c. Quid igitur per hamas intelligemus? Alii uncus ferreos explicant, seu ad diruenda in incendio ædificia, seu ad capiendos fures. Alii astipulantur Turnebo, qui ii. 29. locum hunc Juvenalis explicat de homine incendia metuente, vasaque multa aquaria ad id præparante. Lib. vero xix. cap. 28. quærens cur Præfectus vigilum juberetur per noctes circumire cum hamis et dolabris, *hamam* interpretatur *vas aquarium rotundioris formæ, globosique ventris*; affertque, ad rem, Columellam l. xvii. de cucurbita sic loquentem: 'Sive globosi Corporis, atque ntero nimium quæ vasta tumescit, Ventre leges medio: sobolem dabit illa capacem Naryciæ picis, aut Actæi mellis hymetti, Aut habilem lymphis hamulam.' Favet vetus Schol. qui sic loquitur hic: 'Per translationem disciplinæ militaris, Sparteoli Romæ, quorum cohortes in urbis tu-

Servorum noctu Licinus jubet, attonitus pro
Electro, signisque suis, Phrygiaque columna,
Atque ebore, et lata testudine. Dolia nudi
Non ardent Cynici : si fregeris, altera fiet
Cras domus, aut eadem plumbo commissa manebit. 310
Sensit Alexander, testa cum vidit in illa
Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui

opulentus præparatis hamis famulorum turmam nocte vigilare imperat, timens propter electrum, et suas statuas, ac Phrygias columnas, eburque, et amplam testudinem. Demutati Cynici dolia non deflagrant. Ea si ruperis, ædes aliæ cras fabricabuntur; vel ipsæ plumbo connexa subsistent. Quando Alexander asperit grandem incolam in eo fictili, tum intellexit quanto beatior is qui nihil exoptaret, quam qui

hamis piscium cogitassent.—306 Licinus 12. Licius 22. Lamos 16.—308-310 ejecti e 13.—310 aut eadem 10. 11. 12. 14. 15. 18. 19. 23. 24. 43. 45. 50. 64. 70. 82. atque eadem 16. 17. 20. 21. 22. 25. 27. 46-49. 54-63. 65-69. 71-77. At quomodo altera fiet domus, et simul manebit eadem? Id jam monuit Lips. Epistol. Quæst. iv. 25.—312 quantum 23. 47. 48. 49. 55. 58. 64.—313 totum

NOTÆ

telam cum hamis et aqua vigiliis consuerunt curare vicibus; causa ignis videlicet.

Vigilare] Horat. Sat. i. 'An vigilare metu exanimem, noctesque diesque Formidare malos fures, incendia, servos, Ne te compilent fugientes; hoc juvat?'

306 *Licinus]* Quilibet dives. Vide Annot. ad Sat. i. vs. 109. et Pers. Sat. ii. vs. 36.

307 *Pro electro, signisque suis, &c.]* Pro varia suppellectile pretiosa, vasis ex electro, statuis ex auro, argento, &c. columnis e marmore Phrygio, mensis ebore ornatis, discubitoriis lectis, testudinum putaminibus operatis. Vide Sat. ii. vs. 94. et 123.

308 *Dolia nudi non ardent Cynici]* Incendio non sunt obnoxia: quippe fictilia seu testa fuerunt olim dolia, teste Plinio xxxv. 12. ubi sic ait: 'Defunctos se multi fictilibus doliis condi maluere, sicut M. Varro.'

309 *Cynici]* Diogenis pauperculi, cui dolium pro domo fuit. Vide An-

not. Sat. xiii. vs. 121. et Pers. Sat. i. vs. penult.

310 *Eadem plumbo commissa manebit]* Si frangas dolium testeum, partes ejus dissolutæ et fragmenta poterunt ferruminatione vel plumbatione conjungi et instaurari. Non ita vero dives ædes suas reficere potest, casu vel incendio dirutas. Vide Lips. Epistolic. Quæst. iv. 25.

311 *Testa cum vidit in illa]* Cum vidit Diogenem in dolio suo testaceo. Diogenis tamen dolium potius ligneum fuisse, notat Gujetus, quippe quod ab eo sæpius illæsum versaretur, otii vitandi causa.

312 *Magnum habitatorem]* Diogenem parvi dolii habitatorem certe magnum, animo, sapientia, divitiarum contemptu, ipsoque Alexandro Magno majorem: quod nec Rex ille ignorasse videatur. Nam cum Philosophos complures et viros primarios salutatores habuisset, adiit ipse Diogenem; quin et se suasque opes despicientem adeo est admiratus, ut

Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem
 Passurus gestis æquanda pericula rebus.
 Nullum numen habes, si sit prudentia : nos te, 315
 Nos facimus, Fortuna, Deam. Mensura tamen quæ
 Sufficiat census, si quis me consulat, edam :
 In quantum sitis, atque fames, et frigora poscunt,
 Quantum, Epicure, tibi parvis suffecit in hortis,
 Quantum Socratici ceperunt ante penates. 320
 Nunquam aliud Natura, aliud Sapiëntia dicit.
 Acribus exemplis videor te claudere. Misce

mundum sibi peteret universum, paria factis discrimina subiturus. O Fortuna, nihil discriminum tibi est, si nobis insit sapientia : nos vero te Numen consecramus. Si nihilominus aliquis sciocitetur a me, proferam quis opum modus sit satis : nempe quantum petunt sitis et esuries ac gelu : quantum satis tibi fuit, o Epicure, in hortibus exiguus : quantum antea continebat Socratis domus. Nunquam diversum natura, diversum prudentia loquitur. Videor te constringere severis exemplis. Ad-

qui 27. 47. 48. 49. 56-60. 64. 65. poscerit 21.—315 Nullum numen habet 13. 15. 16. 19. 20. 23-27. 45-50. 54-63. 65-69. 71. 72. 73. sed te Nos facimus 10. 13. 15. 16. 17. 20-27. 46-50. 54-69. 71-74. sed nos Te facimus 12. 19. v. sup. ad x. 265. ubi iidem leguntur versus.—316 Deam, colloque locamus 45. ex x. 266.—317 consulit 16. 21.—318 En quantum suspicari possis. ac frigora 21.—321 dicit 11. 22. 23. 25. 27. 46-50. 54-60. 65.—322-331 desunt 13. ludere 45. inclu-

NOTE

amicis dixerit ; Nisi Alexander essem, profecto Diogenes esse vellem. Plutarch. in Alexandri vita. Laërt. l. vi.

313 Totum sibi posceret orbem] Vide Sat. x. vs. 168.

314 Æquanda pericula rebus] Si enim magna gessit Alexander, magna quoque est perperasus. Pariter et alii summi Imperatores, quibus magna semper gloria magno stetit ambitiosis.

315 Nullum numen habes, &c.] Vide Sat. x. ad calcem.

319 Quantum, Epicure, &c.] Vide Sat. XIII. vs. 122. et Annot. ibid.

320 Quantum Socratici ceperunt ante penates] Socrates nimirum ante Epicurum vixit. Nam Socrates natus refertur Olympiade septuagesima septima, anno ante Christum quadringenis. Delph. et Var. Clas.

gentesimo septuagesimo octavo, et vixisse annos septuaginta. Epicurus autem in lucem prodit Olympiade centesima nona, vixitque annos nonaginta duos.

Socratici penates] Frugalis domus Socratis, quem Laërtius scribit, Athenis peste laborantibus, unum a morbo fuisse immunem, ob cibi temperantiam. Vide quæ etiam de illo annotabo ad Pers. Sat. iv. vs. 2. et seq.

321 Nunquam aliud Natura, &c.] Frugalitatem aliasque virtutes pariter natura et sapientia præcipiunt. Seneca Epist. 50. 'Virtus,' inquit, 'secundum naturam est, vitia inimica et infesta sunt.'

322 Acribus exemplis, &c.] Ad rigida nimis et severa exempla te revoco et redigo : id est, si Philosophorum aus-

Juv.

2 Z

Ergo aliquid nostris de moribus : effice summam,
 Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.
 Hæc quoque si rugam trahit, extenditque labellum ; 325
 Sume duos Equites, fac tertia quadringenta.
 Si nondum implevi gremium, si panditur ultra :
 Nec Cræsi fortuna unquam, nec Persica regna
 Sufficiant animo, nec divitiæ Narcissi,

habe igitur quiddam e nostris moribus. Fac summam, quam lex Othonis dignam putavit quatuordecim gradibus. Si illud etiam rugam inducit, et labium porrigit, accipe binos Equites ; acquirere trina quadringenta. Quod si non adhuc sinum replevi, si amplius extenditur ; neque menti satisfaciunt unquam Cræsi sors, neque

~~~~~

*dere 15. claudere 16. 17. 19-22. 25. 46-50. 55. 57-60. 64-67. Cludere apocryphum passim scriptum reperitur. v. Drakenb. et nos ad Sil. vi. 451. xv. 655. Intpp. Cic. N. D. ii. 39. Heins. ad Valer. Fl. i. 34.—323 de nostris 19. 25. 27. 46-50. 54. 55. 57-60. 64. 65. In omnibus, quas vidi, editt. perperam non post summam, sed post ordinibus distinguitur.—324 dignetur 45.—325 labellis 22.—326 quadringenta 16. 20. a m. pr. 22. v. ad i. 106.—327 non 27. 64.—328 Rosci pro Cræsi 4. forte e glossa, ad vs. 324. ascripta. Cræsi, regis Lydorum, divitiæ cui non sunt auditæ ? vel Persica 16.—329 Sufficiunt 27. Narcissi 67. 68. 71. 72. 73.*

#### NOTÆ

teritas te deterret ; si tantam ferro nequis paupertatem : modicis igitur opibus contentus esto.

323 *Misce ergo aliquid nostris de moribus*] Ergo imitare homines hujus ævi, et Romanos nostros divitias congerere amantes : at modum saltem et frænum injice tuæ cupiditati : opes aliquas para, sed ne, ut illi, quære immensas.

323 *Effice summam, &c.*] Censum Equestrem posside, per melicet. Vide Sat. i. vs. 106. ibique annot.

324 *Quam lex dignatur Othonis*] Roscius Otho Tribunus Plebis legem tulit, qua nemini licebat sedere in Theatri gradibus quatuordecim, nisi haberet Equestrem censum, seu quadringenta sestertia. Vide Sat. iii. vs. 164. et 169. et Annot. ibid.

325 *Hæc quoque si rugam trahit*] Si augustiores etiam hi divitiarum termini, quos præscribo, tristem te faciunt.

*Extenditque labellum*] Rictum porrigit : ut indignabundis ac mœstis contingit. Gallice, *faire la moue*.

326 *Sume duos Equites, &c.*] Equestrem ergo censum duplica, vel ad summum, triplica. Tantum habere divitiarum, quantum satis esset duobus aut tribus Romanis Equitibus.

327 *Si nondum implevi gremium*] Si tibi necdum satisfacio : si fortunis ejusmodi, quas habere tibi concedo, non es contentus, certe nullis eris.

*Si panditur ultra*] Si plura appetis.

328 *Cræsi*] Hujus Lydorum Regis opes iu proverbium abierunt etiam. Vide Sat. x. vs. 274.

*Persica regna*] Darii et Xerxis Regum Persicorum ingentes divitias celebrat Justinus, &c.

329 *Nec divitiæ Narcissi*] Nec sufficient opes hujus liberti Claudii Cæsaris, de quo Sueton. Claud. cap. 28. 'Suspexit,' inquit, 'ante omnes Narcissum ab epistolis, et Pallantem à

**Indulsit Cæsar cui Claudius omnia, cujus  
Paruit imperiis, uxorem occidere jussus.**

330

*Persidis Imperium, neque opes Narcissi, cui nihil arguit Claudius Cæsar, jussu  
cujus peregit coactus interficere conjugem.*

## NOTÆ

rationibus: quos decreto quoque Senatus non præmiis modo ingentibus, sed et Quæstoriis Prætorisque ornamentis ornari libenter passus est: tantum præterea acquirere et rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate, non absurde sit dictum; abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur.' Plin. etiam XXXIII. 10. hujus opes notat. 'Juvat,' inquit, 'insectari inextinguibilem istam habendi cupidinem: multos cognovimus servitute liberatos opulentiores, pariterque tres Claudii Principatu, Pallantem, Callistum, Narcissum.'

330 *Cujus paruit imperiis, &c.*] Narcissi obsecutus voluntati Claudius,

Messalinam uxorem neci addidit. Cornelius Tacitus Annal. XI. ad finem, 'Mirum inter hæc silentium Claudii: nempe cum indefensa conjux exitio daretur.—Omnia liberto obediebant.—Ac ni cædem ejus Narcissus properavisset, verterat perniciem in accusatorem. Et cum Imperatoris languescere iram, amorem redire audisset, prorupit Narcissus, denuntiaturque Centurionibus et Tribuno, qui aderant, exequi cædem,' &c. Idem alibi: 'Nec enim Claudius Messalinam uxorem, quæ nupsit Silio, interfecisset, nisi properasset index, delator adulterii, et quodammodo imperator cædis Narcissus.' Vide Sat. X. vs. 330. et seq.

## SATIRA XV.

QUIS nescit, Volusi Bithynice, qualia demens  
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat

*Equis ignorat, o Volusi Bithynice, quæ monstra veneretur Ægyptus insana?*

~~~~~

1 Ejectus e 13. *Bythinice* 17. *Bitynice* 46. *Bitinice* 19. *Bitinnice* 22.—
2 colit 13. 23. *cocodrillon* 11. 13. 17. 21. 22. 24. 45. *cocodrilon* 15. 16.—3 *ibim*

NOTÆ

1 *Quis nescit, Volusi*] In odium forte Crispini Ægyptii, de quo antea non semel, scripsit Juvenalis hanc Satiram, in qua ridiculas Ægyptiorum superstitiones insectatur, pariter et crudelitatem; ut qui bruta colant, hominem autem quidam eorum devorant.

Bithynice] E Bithynia oriande: quæ est Asiæ minoris regio, Euxino mari et Propontidi vicina.

2 *Ægyptus*] Africæ regio celebratissima, Rubro mari proxima versus Orientem; ab Occidente Barcana deserta contingit, a Septentrione mare Mediterraneum, a Meridie Æthiopiam. Urbium olim dicitur habuisse millia viginti: quas inter famosæ Memphis, Alexandria, Pelusium, Babylon nova, hodie Cairus, Thebæ, Syene, &c.

Qualia portenta colat] Velut Numina. Quæ vero, quot, et cur, enarrant Strabo l. xvii. Diodor. Sicul. ii. 4. Herodot. l. ii. &c. Cicero de Nat. Deor. iii. n. 39. 'Omne fere genus bestiarum consecrarunt Ægyptii,' inquit.

Crocodilon] Portentosum certe animal, quod ex ovo anserino simili na-

scens, in eam excrescit magnitudinem, ut cubitos aliquando viginti æquet longitudine, interdum et superet. Quadrupes est, specie lacertæ, in terra pariter et in aqua degens. Ad annos sexaginta vivere, semper crescere, hyemè latere, ac sine cibo plures menses durare fertur. Ad Nilum frequens, at præcipuè magnitudinis est apud Gangem Indiæ fluvium: auctores sunt Ælianus Histor. animal. x. 22. et xii. 36. et Plin. mox citand. Hoc unum ex animalibus caret lingua: inferiorem maxillam non movet, sed superiorem inferiori admovet: oculos habet suillos, in aquis obtusos, extra eas perspicacissimos; dentes ingentes, serratos et prominentes; ungues robustos; pellem dorsi squamosam ac duritie impenetrabilem. Hæc ex Herodoto, l. ii. Plinio, viii. 25. Diod. Sicul. i. 3. Cur autem Crocodilos colerent Ægyptii? Diod. Sicul. ii. 4. rationem affert, quod securitatem patriæ conferant adversus Arabiæ Libyæque latrones, qui Crocodilos veriti Nilum non audent transire populatum. Alia quoque ibidem affertur ratio, nempe ob Menam Regem a Crocodilo defen-

Pars hæc : illa pavet saturam serpentibus ibin :

Infæta regio Crocodilum colit : alia revegetur Ibin anguibus antiatam. Sacra

NOTE

sum contra persequentes canes : unde ille Crocodilam urbem condiderit, Crocodilos sacros esse deinceps, et coli a suis iusserit. Seneca Natural. Quæst. rv. 3. Delphinorum in Crocodilos ad æstium Nili pugnam, quin et victoriam amœna præsequitur narrationcula ; similiter et Plin. cit. mox loco, ubi et de Ichneumonis caliditate et insidiis ad conficiendos Crocodilos.

Adorat pars hæc] Ex Herodoto citato, Ægyptiorum quibusdam sacrosancti sunt Crocodili, maxime circa Thebas, aliis vero minime, sed velut hostes exagitant. Ex Plinio quoque et Seneca citatis locis, Crocodilis adversa est et plane infensa Tentyritarum gens ex Insula Nili Tentyri vocata. Cum enim Crocodili sint erga timidos audaces, in audaces pavidi, Tentyritæ strenue assiliunt, voce terrent, fugientes injecto laqueo trahunt, dorso inequant, quovis agunt, devorata recens corpora evomere cogunt, ad sepulturam.

3 *Saturam serpentibus Ibin*] *Fœda hæc avis* ab Ovidio decantata, apud Nili ripas frequens, Ciconiæ non ab-similis, ideo colebatur ab Ægyptiis, quod sit infesta serpentibus, a quibus ipsi infestantur. Hinc Cic. 1. de Natura Deorum n. 102. 'Ipsi,' inquit, 'qui irridentur Ægyptii nullam bellum, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt ; velut Ibes maximam vim serpentum conficiunt, cum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proce- roque rostro : avertunt pestem ab Ægypto, cum volucres angues ex Li- byæ vastitate vento Africo invectas interficiunt atque consumunt. Ex

quo fit ut illæ nec morsu vivæ noc- ceant, nec odore mortuæ. Possem de Ichneumonum utilitate, de Croco- dilorum, de felium dicere, sed nolo esse longa.' Herodot. l. ii. meminit alatorum serpentum in Ægyptum vere ineunte advolantium, quos statim conficiunt Ibides, quæ idcirco magno ibi in honore sint. Ibin porro du- plicis esse generis ait ; alteram, quæ tota nigra est, gruinis cruribus, rostro valde adunco, et eum serpentibus pugnat : alteram, quæ pedes habet humanis similes, gracile caput, et collum, pennas candidas, crura et rostrum alteri consentanea. Diod. Sic. ii. 4. ex avibus Ibin utilissimam ad serpentes et locustas brucosque delendos refert. Plin. x. 28. 'Invo- cant Ægyptii Ibes suas,' inquit, 'con- tra serpentium adventum.' Et cap. 30. 'Ibis circa Pelusiam tantum ni- gra est : ceteris omnibus locis can- dida.' Cæl. Rhodig. xiiii. 1. ex Mi- nutiano Cæcilio Auctore, observat Corvinum ab Ovidio appellatum fu- isse Ibin, ex avis fœditate, cui ven- trem rostro purgare insitum. Hoc idem testatur Plin. viii. 27. ubi sic habet : 'Simile quiddam monstravit in Ægypto Ibis, quæ rostri adunci- tate per eam partem se perlnit, qua reddi ciborum onera maxime salubre est.' Et Plutarch. de Iside et Osir. paulo ante finem, quædam habet de Ibi non omittenda ; quod Medicos purgationis usum docuerit, cum spec- taretur abluui et purgari a seipsa : quod Ægyptii Sacerdotes ea se lus- trant aqua, quam Ibis biberit. Hæc enim nunquam insalubrem aut veneno infectam bibit vel attingit, &c.

Effigies sacri nitet aurea cercopitheci,
 Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ,
 Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

5

cercopitheci fulget imago ex auro, ubi magicæ fides crepant mutilo Memnone, ac prisca Thebæ cum centum januis dejectæ procumbunt. Ibi caruleos, istic fluxii

45. 49. 60. 64.—4-6 extrusi e 13. *cercopytheci* 46-49. *circophitici* 10. 15. 16. 17. 19. *circophitici* 45. *circophetici* 24. *cyrcophetici* 20. *cirropetici* 22. *citrophetici* 21.—5 *Memnone* 21-23. 65. Ita ubivis scribendum putabat Har- duin. ad Plin. vi. 80. s. 85. x. 26. s. 37. xxxvi. 7. s. 11. *resonat sub Mem-*

NOTÆ

- 4 *Nitet*] Adornatur ad cultum.

Cercopitheci] Caudatæ simiæ, quam colebat Ægyptus, *κέρκος*, *cauda*, *κίρκος*, *simia*. Plin. viii. 54. 'simiæ can- dis inter se distinguuntur.'

5 *Dimidio magicæ resonant ubi Mem- none chordæ*] Apud Thebas Ægyptias in templo Serapidis (ut vult Plinius xxxvi. 7.) saxeæ visebatur Memno- nis effigies citharam tenens, quæ quo- tidie Solis orientis percussa radiis sonum edebat citharæ similem. Stra- bo vidit audivitque; at istius rei cau- sam non assequi se fatetur: ejus au- tem statuæ partem mediam, terræ motu corruisse narrat. Hinc Juve- nalis *dimidium* vocat *Memnonem*: *Magi- cas* porro *chordæ* ait, quia per Magi- cam Artem sonare creditum est. Nam et cum diruisset Thebas Rex Persarum Cambyses, statuam illam aperuit, ratus mechanicum aliquid intus latere, quo sonitus is fieret; verum nihil reperit: aperta vero sta- tua consuetum edere sonum perseve- ravit. Vetus Schol. Pansan. in Atti- cis. Philostrat. in Iconib. Cæl. Rho- dig. xxi. 5.

6 *Vetus Thebe*] Ex Diodor. Sicul. ii. 1. Thebæi se omnium antiquissi- mos jactabant: primosque Philoso- phiam et Astronomiam invenisse, &c.

Centum jacet obruta portis] Portas septem habuit Thebe Bæotia, ut dixi ad Sat. xiii. vs. 17. at Ægyptia He-

catompylus inde dicta portas centum, vel ut alii volunt, anlas ac domos Principum centenas: a Busiride Rege condita; centum et quadraginta sta- diorum pomerium ostentabat. Plin. xxxvi. 14. Herodot. i. ii. Thebas olim Ægyptum vocatas refert. Dio- dor. Sic. ii. 1. ait, 'Busirim condi- disse magnam civitatem, Thebas a Græcis, ab Ægyptiis autem Solis ur- bem dictam:' (Strabo Diospolim, non Heliopolim vocatam tradit, alii- que) 'pulchris et ingentibus ædificiis, ac speciosis Deorum templis exor- nasse: privatorum etiam ædes usque ad quartam aut quintam contignatio- nem construxisse: hanc demum non solum Ægypti, sed totius orbis feli- cissimam ac florentissimam reddi- disse.' Deinde subjungit: 'non cen- tum portas civitatis a quibusdam afferri, sed plures et egregias templo- rum januas, a quibus dicta fuerit cen- tum ceu plurium portarum. Ex ea vero curruum millia viginti ad bellum prodire solita,' &c. Sanctus Hierony- mus dictam suo tempore Thebestim scribit, Epist. ad Galat. Thebaidis olim regionis caput fuit: nunc detrita omnino paucis constat incolis, voca- turque *Minio*, teste Sansone: inter Memphis ad Boream, et Syenen ad Austrum sita.

Jacet obruta] Diodor. mox cit. re- fert ædificata Memphi opportuniore

Illic cœruleos, hic piscem fluminis, illic
 Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.
 Porrum et cæpe nefas violare, et frangere morsu.
 O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis 10

piscem, alibi canem urbes integræ colunt, nullus vero Dianam. Scelus est apprehendere porrum et capas, dentibusque rumpere. O religiosam nationem, cui isti

nomo 11. a m. pr.—7 v. Excurs. ad h. l.—9 Porrum sæpe 13. ac frangere 10. 12. 16-20. 22-25. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—10 ejectus e 13.—11 Illic laniatis

NOTE

situ, posteros Reges, Thebis relictis, Regiam illuc transtulisse: unde sint imminutæ jam Thebarum opes. Idem ibid. pariter et Herodot. l. iii. narrant Cambysem Persarum Regem Ægyptum occupasse, Ægyptios male mulctasse, clarissimas urbes, multaque Deorum templa, ad Thebas maxime, spoliasse; et in Asiam asportasse aurum, argentum, signa, artifices, &c. Hæc facta circa Olympiadem sexagesimam tertiam testatur Euseb. Chron. Plin. xxxvi. 9. 'Cambyses Rex,' inquit, 'cum Thebas expugnaret, grassareturque incendium ad crepidines obelisci, extingui ignem jussit, molis reverentia, qui urbis nullam habuerat.'

7 *Cœruleos*] Id est, pisces maris cœrulei. Brodæus, Turneb. vii. 8. aliique legunt, *aluros*, id est, feles, quos venerabantur Ægyptii, ut passim ostendunt Herodot. et Diodor. cit.

8 *Oppida tota canem venerantur*] Quædam animalia colebant universi Ægyptii; e terrestribus bovem, canem, felem: ex aquatilibus lepidotum, et oxyrinchum: e volatilibus ibin et accipitrem: alia quidam populi, et ovem Thebani et Saitæ: latum piscem Latopolitani, capram et hircum Mendesii; lupum Lycopolitani, &c. Vide cit. Strab. Diodor. Herodot. &c.

Canem] Hic tum venationi, tum ad

custodiam prodest: propterea Deum Anubim capite fingunt canino, significantes custodem corporis Osiridis atque Isidis fuisse. Adde quod Isidia canes corpus Osiridis quesitum investigarunt: unde in Festis Isidis canes præeunt pompam. Ex Diod. Sicul. cit. ii. 4. Vide et quæ notavi ad Sat. vi. vs. 533.

Nemo Dianam] Comparatio ironica: canem venerantur omnes; nemo canum dominam ac venatricem Dianam. Ridicula hominum religio! Scribit tamen Herodotus cit. l. ii. in urbe Bubasti pulcherrimo in templo coli Dianam, ipsamque Bubastin appellari.

9 *Porrum et cæpe nefas violare*] Plin. xix. 6. 'Allium,' inquit, 'cæpasque inter Deos in jurejurando habet Ægyptus.' Gell. xx. 7. 'Capitium,' inquit, 'revirescit et congerminat decedente Luna, contra autem inarescit adolescente. Eam causam esse dicunt Sacerdotes Ægyptii cur Pelusiotæ cæpe non edant, quia solum olerum omnium contra Lunæ aucta et damna vices minuendi atque augendi habeat contrarias.' Plutarchus de Iside et Osiri, ait Ægyptios sacerdotes cæpam aversatos eo quod lacrymas eliciat, atque Festos dies celebrantibus sic molesta, sitim quoque excitet iis gravem, qui religionis causa cibo potuque abstant.

10 *Nascuntur in hortis Numina*] Qui-

**Numina! Lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa. Nefas illic foetum jugulare capellæ:
Carnibus humanis vesci licet. Attonito cum
Tale super coenam facinus narraret Ulixes**

crescunt in hortulis Dii! Brutis lanigeris parcant singula mensæ: ibi capræ catulum occidere prohibetur, fas vero est hominis carnem comedere. Quando Ulysses

13.—12 *foetum violare* 45.—13 *humanis licet illic ad sacra vesci* 13. *vesci liber* 28. *attonitis* 22.—14 *Quando super coenam monstra hæc narraret* 13. *narravit* 22. *Ulixes* recepi ex 17. 19. 20. 58. *Ulyxes* 23. 46. 47. Vulgo *Ulysses*. Cf.

NOTÆ

dam enim Ægyptii lentem, alii fabam, alii cape reverebantur. Diodor. citat.

11 *Lanatis animalibus abstinet*] Ovi-
bus abstinebant, quoniam bis edunt
foetus, lanamque præbentes vario ac-
commodatam usui, lac præterea ca-
seumque suppeditant. Diodor.

12 *Nefas illic foetum jugulare capellæ*]
Paulo ante dixi capram Mendæalis
atque hircum adorari. Cic. Tusc. v.
n. 78. 'Morem Ægyptiorum quis ig-
norat? Horum imbutæ mentes erro-
ribus quamlibet carnificinam prius
subierint, quam Ibin, aut aspidem,
aut felem, aut canem, aut crocodilum
violent: quorum etiamai impruden-
tes quidpiam fecerint, poenam nul-
lam recusent.' Diodor. citat. II. 4. ita
refert: 'Si quis animalium istorum
aliquod occiderit, morte damnatur.—
Adeoque mentes hominum pervasit
ea superstitio, ut quo tempore Ptole-
mæus Rex a Romanis socius et ami-
cus dictus est, applaudentibus qui-
dem Ægyptiis, Italosque studiose ex-
cipientibus, tamen cum quidam Ro-
manus felem interfecisset, ad ejus
domum concursu plebis facto, neque
a Regiis ad id missis Principibus, ne-
que Romanorum timore absterri a
pœna hominis potuerint. Quam rem
non auditu percepimus sed visu;

cum in Ægyptum eo tempore navi-
gassemus.'

13 *Carnibus humanis vesci licet*] Dio-
dor. cit. mox loco ita pergit: 'Pre-
mente aliquando Ægyptios fame,
adeo ut plures ab humana carne, ob
inopiam cibi non abstinerent, anima-
lia sacra omnino intacta reliquere.'

Attonito cum tale, &c.] Exemplo
ostendit et illustrat quæ dixit de im-
mani Ægyptiorum crudelitate.

14 *Narraret Ulixes Alcinoos*] Uly-
ses nempè naufragus ad Corcyram
Insulam enavit. In ea tum regna-
bat Alcinoos Phæacum Rex. Hujus
filia Nausicaë nudum et egentem in
littore Ulyssem invenit, ejusque mi-
serta ad patrem perduxit: a quo be-
nigne exceptus inter coenandum enar-
ravit ille suos ab annis septem erro-
res ac labores: quemadmodum a Po-
lyphemo Cyclope, atque Antiphate
Læstrygonum Rege anthropophagis
quidam e suis devorati essent: &c.
Homer. Odys. 6. 7. 9. 10. Talia vero
illo referente (inquit Juvenalis) ac-
cumbentium Phæacum quidam ridere
fabulosa, alii vanum ostentatorem in-
dignari, ac dicere vel cogitare apud
se: huncce fabulatorem nemo in
mare abjicit? Charybdim fingit fal-
sam, at vera est dignus ipse, qua ab-
sorptus pereat, &c.

Alcinoo, bilem aut risum fortasse quibusdam 15
Moverat, ut mendax aretalogus. In mare nemo
Hunc abicit, sæva dignum veraque Charybdi,
Fingentem immanes Læstrygonas atque Cyclo-
Nam citius Scyllam, vel concurrentia saxa

*inter epulas ejusmodi facta commemorabat Alcinoo admiranti, indignationem forte vel cachinnos excitaverat nonnullis, tanquam vanus fabulator: ergone illum in mare nullus præcipitavit crudeli nec facta dignum Charybdi, sævos Læstrygonas et Cyclo-
 pas comminiscem? Facilius enim crediderim Scyllam, aut Cyaneas rupes coë-*

~~~~~

ad ix. 65. et xi. 31.—15 *Alcinoo* 21. 22. atque pro aut 16. risum sermone movebat 13. 16 *Ut mendax aretalogus* tamen in mare nemo cet. 13. *Moverat* 62. 68. 71. 72. 73. *aretalogus* 23. *aretalogus* 22. 17 *Scylla pro saxa* conjicit Schrader. *carybdi* 17. *caribdi* 19. 20.—18 *Fingentem* 57. 59. *Læstrygonas* 13. 16. 24. *Cyclopes* 13. 16. 24. et *Cyclopas* 10. 11. 17-20. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. quod aridebat Schurzfl. ut exprimeretur res ipsa, grandis scil. Cyclopium vastitas et moles quadrata, versu spondaico durum sonante.—19 *precurrentia saxa* conj. quidam male. v. Heins. ad Ovid. Met. vii. 63.—

#### NOTÆ

16 *Aretalogus*] Sueton. August. c. 74. 'inter cœnandum,' inquit, 'ant acroamata et histriones, aut etiam triviales e circo ludios interponebat, ac frequentissime aretalogos.' Hos vero Casaubonus ibid. parasitos Philosophos interpretatur, qui de virtutibus disputare soliti sint apud mensas divitum: ab ἀπερὴ et λέγω. Ipsos vocat circulatorum Seneca Epist. 29. Alii ex Porphyrione in Horat. Serm. propriæ virtutis ostentatorem aretalogum esse aiunt: alii nugatorem et scarram, seu festiva et faceta, ad oblectandos audientium animos, effluentem: ab ἀπερὸς blandus, gratus. Turneb. x. 12.

17 *Charybdi*] Voragine naves absorbente. Vide Satir. v. vs. 102. Annot.

18 *Læstrygonas atque Cyclopas*] Plin. vii. 2. 'Cogitemus in medio terrarum orbe, in Sicilia atque Italia homines hujus monstri, Cyclopas et Læstrygonas, qui corporibus humanis vescerentur.'

*Læstrygonas*] 'Formis antiqua Læstrygonum sedes,' inquit Plin. iii. 5.

*Cyclopas*] Similes Polyphemi, a quo devoratis jam Ulyssis comitibus, ipse tantum non peremptus est. Vide Homer. cit. et Sat. ix. vs. 64. Annot. Vide et Turneb. xxiv. 10. et xxviii. 46.

19 *Nam citius Scyllam, &c.*] Potius quam esse credam homines alios comedentes.

*Scyllam*] Proximus est et adversus Charybdi scopulus in freto Siculo, navigantibus uterque formidabilis. Hinc adagium: *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim*. Porro fabulati sunt meretrices esse portentosas, a quibus transeuntes devorabantur. Virg. Eclog. vi. 'Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est, Candida succinctam latrantibus inguina monstis Dulichias vexasse rates, et gurgite in alto Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis!' Vide Cæli Rhodig. xxx. 34. Ovid. Met. 13. et 14.

*Concurrentia saxa Cyaneas*] Alias vocantur *Symplegades* isti duo scopuli, ad os Thracii Bospori, qui cum a se parum distent, navigantibus con-

Cyaneas, plenos et tempestatibus utres  
 Crediderim, aut tenui percussum verbere Circes,  
 Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.  
 Tam vacui capitis populum Phæaca putavit?  
 Sic aliquis merito nondum ebrius, et minimum qui  
 De Corcyraa temetum duxerat urna:  
 Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat.

25

*tes, atque utres procellis refertos, vel Ieri Circes ictu pulsatum Elpenorem grunnitum edidisse cum suis remos agitantibus. Adeone inani cerebro existimavit Phæacum gentem? Ita quispiam jure sensisset, non adhuc temulentus, qui quæ paucillum vini hauserat ex amphora Corcyra: quippe unus Ithacus ea recitabat*

\*\*\*\*\*

20 *Cyaneas* semper suspicatus sum, et nunc recepi ex 28. ut sit appositio et interpretatio verborum *concurrentia saxa*. *Cyaneas* perperam legitur in 13. et recentt. editt., Prat., Bipont. al. Vulgo *Cyaneis*: sed saxa non concurrunt *Cyaneis*, sed *Cyaneæ* scil. rupes s. cautes sunt ipsa *saxa concurrentia*. *Sicaneis* emend. Schrader audacter invitæ Minerva, et *saxa Cyaneæ* Dausqueius ad Sil. xiv. 515. p. 628. contra metri leges et *κακοφάνους*. *plenos* rel 21. *vires* pro *utres* 73.—22 *grunisse* 46. 47. 50. 60. 64. *grinnire* 13. *Helpenora* 64. *Elphenora* 16. *Alphenora* 13. *Alphenora* 24. Hunc versum in 13. excipit alius, ab interpolatore procusus: *Quamquam homo carnes humanas ederit unquam*.—23-28 ejecti e 13.—24 *Hic* 20.—25 *temeti* (scil. *minimum* va. 24.) recte, opinor, emend. Schrader, idemque et nobis in mentem venit. *deduxerit* 16. *deduxerit* 12. 13. *deduxerat* 2-4. 7. 11. 15. 17. 19-22. 24-27. 45-49. 55. 57-60. 65. 66. contra usum loquendi et metrum: nam priores syll. vocis *temetum* producuntur.—26 *enim* deest 12. 15. *hæc* 12. 17. 19. 21. 22. 45.—27 v. Excurs. ad h. l.—

## NOTE

currere videntur et collidi. Hinc instabiles vocat Ovid. Trist. Eleg. i. 9.

20 *Plenos tempestatibus utres*] *Æolum* nempe fabulantur ventos utribus inclinis dedisse Ulyssi navigaturo; at hujus comites ratos aliud intus latere, aperuisse: unde soluti venti tempestates excitarunt horrendas. Homer. cit.

21 *Circes*] Famosa hæc venefica Solis et Perse filia, Colchorum Regis soror, in Italiam profuga apud Circaenum Promontorium habitavit. Ibi vero Ulysem tempestate actum suscepit, ejusque socios beneficiis in porcos mutavit, moxque pristinae formæ virga tactos restituit. Homer. Odys. cit. Ovid. Metam. Virg. Eclog. viii. 'Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis.' Plutarch. de Homero Lib. fabulam hanc explicat. Plin. xxv. 2.

ejus facit mentionem.

22 *Elphenora*] Unum e sociis Ulyssis. Vide notam præcedentem.

23 *Tam vacui capitis, &c.*] Adeone bardos ac stolidos nos putat iste, ut ejus fabulis habeamus fidem?

*Populum Phæaca*] *Populum* Insulae Corcyrae, quæ hodie *Corfu*, ad oram Epiri sitæ. Huic olim nomen dederat Corcyra Nympha; e qua Neptunus suscepit Phæacem: unde Phæacia dicta, et populi Phæaces vocati.

24 *Sic aliquis*] Aliquis convivarum et epulantium cum Ulyse ad mensam Alcinoi Regis Corcyrae.

*Minimum qui de Corcyraa temetum duxerat urna*] Sapiens quidam vir, vino moderate sumto, plane sui compos.

26 *Solus enim hoc, &c.*] Quippe unus evaserat emergeratque e nau-

Nos miranda quidem, sed naper Consule Junio

Gesta super calidæ referemus moenia Copti :

Nos vulgi scelus, et cunctis graviora cothurnis.

Nam scelus a Pyrrha, quanquam omnia syrmata volvas, 30

Nullus apud tragicos populus facit. Accipe, nostro

Dira quod exemplum feritas produxerit ævo.

Inter finitimos vetus atque antiqua similtas,

*nemine assistente. Nos stupenda certe, ut non ita pridem facta Junio Consule, ultra muros Copti ardentis, nos crimen totius populi narrabimus, et pejora omnibus cothurnis. Enimvero licet cuncta syrmata expendas, a Pyrrha sæculo, nusquam plebs omnis crimen patrat apud Tragædiarum scriptores. Audi quodnam exemplum edidit nostris temporibus sæva crudelitas. Inveterata pridem alienatio, jugis incidia,*

\*\*\*\*\*

28 *Facta* 20. *Combi* 24. *Compli* 22. *Coctæ* 19. *Cepti* 23. Cf. ad vs. 35.—*29-34* post vs. 106. leguntur in 13. *Nos miranda quidem, et cunctis cet.* 13. *scelera* 2. forte rectius.—30 *Crinina dicemus, quanquam* 13. *scirmata* 27. 46-48.—31 *ejectus e* 13. *populos* 16.—32 *Dira quidem exemplum nostro produxit in ævo* 13. *produxit in ævo* 13. 22.—33 *Inter f. dirum excrucanda similtas* 13. *Inter finitimas* scil. urbes emend. Salmas. Exerc. Plin. p. 447. Sed junge inter

#### NOTÆ

*fragio*: quare nemo aderat qui attestaretur vera esse quæ ab eo narrabantur.

*Ithacus*] Ulysses apud Ithacam natus Insulam. Vide Annot. Sat. xiv. vs. 287.

27 *Nos miranda quidem, &c.*] Quod Juvenalis ego referam, testes habet, ipseque vidi in Ægypto nuper, dum Romæ Consul erat Junius.

*Consule Junio*] Quid hic certi statuemus? Alii legunt, *Junco*; alii, *Via-co*: de his ita scribit Just. Lips. Epistolic. Quæst. iv. Epist. 20. 'Vincum sive Juncum Consules non invenio: et intricata pars illa fastorum ob Consules crebro suffectos.' Alii legunt, *Junio*; et quidam Junium Sabinum intelligunt, qui fuit Consul cum Domitiano, anno Urbis conditæ octingentesimo trigesimo sexto. Quidam Q. Junium Rusticum Imperatoris Hadriani Collegam afferunt, anno urbis conditæ octingentesimo septuagesimo secundo. Salmas. in Plin. &c.

28 *Copti*] *Coptos* urbs Ægypti, sive Thebaidis, ad Nilum, celebre est em-

porium Arabibus et Ægyptiis. Tropeo subjecta est, unde *calidam* vocat. Vide Strab. l. xvii. &c.

29 *Nos vulgi scelus, &c.*] Non unius hominis scelus, ut olim Atræi, Thyestis, Medæ, Orestis, Alcæonidis; sed totius populi crimen profero, quale nunquam auditum est, nec Tragicis decantatum.

*Graviora cothurnis*] Graviora his quæ in Tragædiis tractari solent, quarum Actores cothurnos induunt. De his vide Annot. Sat. vi. vs. 633. ad vocem *cothurnum*.

30 *A Pyrrha*] A diluvio, quod contigit sub Deucalione et Pyrrha. De quibus Sat. i. vs. 81. et 84.

*Syrmata*] Tragicas vestes, pro tragicis argumentis. Synecd. Vide Sat. viii. vs. 229.

33 *Inter finitimos*] Jam narrat facinus et facinoris causas. Nempe diversitas religionis odium inter eos generat atrox quidem: hinc rixæ, et cædes, et belluina feritas utrimque sævit.

Immortale odium, et nunquam sanabile vulnus  
 Ardet adhuc Ombos et Tentyra. Summus utrimque 35  
 Inde furor vulgo, quod numina vicinorum  
 Odit uterque locus, cum solos credat habendos  
 Esse Deos, quos ipse colit. Sed tempore festo.  
 Alterius populi rapienda occasio cunctis  
 Visa inimicorum primoribus ac ducibus, ne 40  
 Lætum hilaremque diem, ne magnæ gaudia cœnæ  
 Sentirent, positis ad templa et compita mensis,  
 Pervigilique toro, quem nocte ac luce jacentem

*plague immedicabilis fervet hactenus vicinos inter Ombos atque Tentyritas. Hinc et illinc indignatio plebi maxima, quoniam ambae regiones finitimum Deos ever-  
 santur, quandoquidem aestimant ea Numina duntaxat censenda esse, quæ ipsæ vene-  
 rantur. Atqui festo die alterius plebis, universi proceres et magnates hostium decre-  
 verunt captare opportunitatem vetandi quominus festivam lucem ac jucundam habe-  
 ret illa, neve gustaret lætitiâ ingentium epularum, statutis apud fana ac trivis  
 mensis, atque vigilantia lecto, quem noctu diuque stratum septima lux interim repe-*

*finitimos Ombos et Tentyra.*—34 et deest 19. *satiabile* 13. Ego potius verum  
 hunc pannum esse crediderim, a versificatore aliquo assutum.—35-77 *ejecti*  
 e 13. *Ombos* 1. 14. 18. 61. 70. 75. 76. 77. 81. 82. *Combos* 10. 17. 20. 21. 22.  
 24. 25. 45-50. 54-60. 62-69. 71-74. quod perperam proharunt Calder., Britann.  
 et Lubinus. *Ombi* diversi a *Combis*. vs. 28. *Combros* 11. 16. *Cumbros* 19. 22.  
 27. *Cambos* 16. *Tentyra* 11. 25. 48. 58. 59. 61-64. 66. *utrique* 64.—36 *vulgi*  
 16. 17. 19. 20. 22. 23. 28. 45. *nomina* 10. 47.—37 *Colit* 23. *credit* 22. 25.—  
 39 *multis pro cunctis* 15.—40 *Visaque* *majorum* 7. *majoribus ac ducibus* 11.—  
 41 *nec magnæ* 11. *magnæ ne* 45. *magnæ nec* 23. *gaudia vitæ* 22.—42 *Senti-*  
*ret* 16. 45. 67.—43 *luce ac nocte* (cum ingrata elisione) 10. 11. 12. 17. 19. 20.

## NOTE

34 *Nunquam sanabile vulnus*] Ani-  
 morum offensio et alienatio vix un-  
 quam reconcilianda.

35 *Ardet adhuc*] A tot sæculis.

*Ombos et Tentyra*] Urbs utraque  
 finitima, Ægyptiis et Arabibus com-  
 munitis, non longe ab Isthmo Rubri ma-  
 ris, mirum in modum dissentit: nam,  
 ut jam supra notavi, Tentyritæ Cro-  
 codilum insectantur et perimunt:  
 Ombi vero (seu Combi, ut aliis pla-  
 cet) eum adeo colunt, ut suos ab eo  
 liberos devorari non ferant solum,  
 sed etiam lætentur.

36 *Numina vicinorum odit uterque*  
*locus, &c.*] Diodor. Sicul. ante cit. 11.  
 4. ait, 'Apud priscos Reges descen-  
 dente frequenter populo, quempiam

prudentiâ conspicuum divisisse Æ-  
 gyptum in varias partes, singulisque  
 edixisse quæ animalia separatim co-  
 lerent; eo consilio, ut dum certa qui-  
 que animantia pro Diis haberent, quæ  
 ab aliis colerentur contemnit, alteri  
 alteros perosi, nequaquam simul ad-  
 versus Principes conspirarent. Quod  
 et secutum est. Nam diversorum  
 finium homines invicem dissentiunt,  
 mutuo sibi cultus impietatem obji-  
 cientes.'

39 *Alterius populi*] Omborum Diis  
 suis sacros et festos dies celebra-  
 tium.

40 *Inimicorum primoribus*] Tenty-  
 ritis.

43 *Pervigilique toro, &c.*] Lecto dis-

**Septimus** interdum sol invenit. Horrida sane  
**Ægyptus**: sed luxuria, quantum ipse notavi, 45  
**Barbara** famoso non cedit turba Canopo.  
**Adde**, quod et facilis victoria de madidis, et  
**Blæsis**, atque mero titubantibus. Inde virorum  
**Saltatus** nigro tibicine, qualiacumque  
**Unguenta**, et flores, multæque in fronte coronæ: 50  
**Hinc** jejunum odium. Sed jurgia prima sonare

*22. Barbara certe pars hæc Ægypti: at quemadmodum ego obsecravi, ferax illa multitudo luxu non concedit Canopo infami. Accedit quod nec arduus videbatur triumphus de odiis, et balbutientibus et nutantibus præ vino. Hinc tripudia hominum ad fuscum tibicinem, unguenta vulgaria, floresque et corollæ plurima circum tempora. Illinc famelica offensio. Atenim prior contentio emicare caput mentibus*

21. 27. 45-49. 54. 55. 57-60. 64. Pro *jacentem*, h. e. stratum, Plathner conj. *calentem* scil. ab iis, qui assidue ei incubant. Ego malim: *quo nocte ac luce jacentes Septimus interdum sol invenit.* Ex quo facile fieri poterat quem propter compendium scribe.—44 *interdum* 1. 14. 18. 25. 48. 57. 58. 59. 65. 66. 67. 69. 70. 75. 76. 82. *interea* 10. 11. 12. 15. 16. 17. 19-24. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 54. 55. 56. 60-64. 65. 68. 71-74. 77.—44. 45 Semper suspicatus sum, in h. l. mendum latere, varieque tentavi: *horrida sane hic* (in hac regione ac urbe) *Ægyptus*, vel: *horrida pars hæc* aut *gens hæc* aut *est Ægypti*, vel: *horrida sane Ægypti pura s. gens*; sed *luxu*, quantum cet. Nunc video, eandem mendi suspicionem fuisse Schraderi, qui conjecit: *horrida sane Est Coptos*. Sed h. l. de *Ombis* agitur, non de *Copto*. *quantum ipse putavi* 7.—46 *formoso* 21. *ripa* (scil. orientalis Nili, in qua siti Ombi) pro *turba* 3. 5. 7. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 19-27. 29. 45-49. 54. 55. 58-63. 65. 66. forte et vetus Schol. cujus glossa est: *Latini ripa*, quam Schurell. eam putabat dici, quæ tum sub potestate Latinorum fuerit.—50 *multoque* 60. *multaque* 25. 49. 57. 59. 61. 63. 65. *ventre pro fronte* 24.—51 *genuinum odium* 11. 24. quod et male conj. Merula. *geminum* 19. 20.

## NOTE

cubitorio, quo pervigiles epulas ex more agebant, genioque indulgebant per continuos dies septem atque noctes.

44 *Septimus interdum*] Quidam legunt, *interea*.

45 *Ægyptus*] Ea regio, in qua sunt urbes predictæ, et in qua ego præsens vidi quæ refero; inquit Juvenalis: quem proinde constat in Ægypto fuisse.

46 *Canopo*] Vide Sat. i. vs. 26. Annot.

47 *Adde, quod et facilis victoria*] Victoris de Ombis tum ebris reportandæ facilitas hostes eorum Tentyritas movit ad eos impetendos et lacescen-

dos, ex invidia scilicet.

*De madidis*] Unguento perfusus, ex more, et lascivientibus.

48 *Blæsis*] Aristot. in Problemat. scribit linguam vinolentis oberrare, vel quod uti totum corpus, sic et lingua titubat: vel quod lingue caro mollis inat spongiæ, madescendo ampliatur, hincque ob molem tardior non ita sincere verba exprimit.

*Inde virorum*] Ex parte Omborum.

49 *Nigro tibicine*] Mauro, Æthiope, tibia ludente, Ombi saltabant ad numerum.

51 *Hinc jejunum odium*] Contra vero Tentyritæ jejuni, et infesti.

Incipiunt animis ardentibus: hæc tuba rixæ.  
 Dein clamore pari concurritur, et vice teli  
 Sævit nuda manus: paucæ sine vulnere malæ:  
 Vix cuiquam, aut nulli toto certamine nasus 55  
 Integer. Aspiceres jam cuncta per agmina vultus  
 Dimidios, alias facies, et hiantia ruptis  
 Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnōs.  
 Ludere se credunt ipsi tamen, et pueriles  
 Exercere acies, quod nulla cadavera calcent. 60  
 Et sane quo tot rixantis millia turbæ,  
 Si vivunt omnes? ergo acrior impetus, et jam  
 Saxa inclinatis per humum quæsitā lacertis  
 Incipiunt torquere, domestica seditioni  
 Tela; nec hunc lapidem, quales et Turnus, et Ajax, 65

*fervidis. Ea certaminis buccina. Mox æquali vociferatione congregiuntur: ac pro spiculo denudata dextra pugnat: rara maxilla absque plaga: raro alicui vel nemini incolumes nares per omnem dimicationem. Modo cerneres in omnibus turmis facies mutilatas, vultus diversos, atque ossa divisa fractis malis, pugnōsque oculorum cruore perfusos. Isti nihilominus joculari se arbitrantur, et certamina puerorum agitare, quoniam cadavera nulla proterunt. Et certe quorsum tot millia populi dimicantis, si cuncti superstant? Itaque gravior fit incursus: jamque ordiuntur jacere lapides per terram collectos demissis brachiis, prompta seditioſorum arma. Neque vero id solum, quo se Turnus atque Ajax defenderunt, aut qua mole Tydei filius ceci-*

~~~~~

a m. sec.—52 hoc tuba 22.—53 Deinde clamore 24. Dehinc clamore 10. 11. 22. 23. 25. 27. 54-63. 65. 66-69. 71-74. Declamare 16.—55 cuidam 12. ac nulli 1. cæco certamine (in quod cæci, vel cæco impetu ruebant) quidam libri, testē Pithæo, nescio qui. Recte, opinor; saltem longe venustius.—56 aspicias 23. tota pro cuncta 25. 27. 46-49. 55-60. 64.—58 plenos sociorum 11.—59 tamen ipsi 46. 47. 49.—60 quia pro quod 22.—61 Et sane quod 15. 45. 46. 47. 49. 50. 54. 55. 58. 66-69. 74. Et sana quo 28. Et sana quot 48. 64. Saneque quo 15. Saneque jam quod tot 25. 41. 56. 57. Saneque jam quot 59. 60. 65. Et sanare quo 16.—62 Sic 21. 27. 54. 58. 64. 74. Sic vivant 64.—63 inclinantes 21. inclinantis 65.—64 seditione 10. 12. 15. 16. 21-24. 45. 46. 47. 49. 50. 54. 55. 59. 60. 65.—65 sed hunc 12. qualis Turnus 12. qualis se Turnus 24. qualis et Tur-

NOTÆ

52 Hæc tuba rixæ] Velut classicum.

57 Alias facies] Immutatas ac deformatas vulneribus et cruore.

58 Oculorum sanguine] Quos eruerint, aut foderint, aut cruentarint.

60 Nulla cadavera calcent] Nemine adhuc trucidato, cujus cadaver pedibus conculcent.

61 Et sane quo tot, &c.] Ironia.

64 Domestica seditioni tela] Consueta, familiaria. Virg. Æn. i. 'Jamque faces et saxa volant.'

65 Nec hunc lapidem] Neque vero tantum jaciunt, quantum olim Turnus, Ajax, Diomedes. Hi torquebant ingentem unum; illi heribus inferiores nonnisi leviores multos poterant movere.

Vel quo Tydides percussit pondere coxam
Ænææ; sed quem valcant emittere dextræ
Illis dissimiles, et nostro tempore natæ.
Nam genus hoc vivo jam decrescerat Homero.
Terra malos homines nunc educat atque pusillos. 70
Ergo Deus, quicumque aspexit, ridet, et odit.

dit Ænea coxendicem, sed qualem vibrare queant manus iis dispares ævoque nostro procreata. Illa enim progenies jam diminuebatur Homero superstitis. Modo hunc gignit homines improbos et parvos. Numen igitur quodlibet viderit,

vers 64. quali se Turnus et Ajax 11. 15. 17. 23. 25. 45-47. 49. 54-60. 62. 65-69. 71-74. Male: nam hi saxis se ipsi non percussisse dicuntur. quali Turnus 19. quali vel Turnus 10. 20. quali et Turnus 16.—66 Et quo 27. 46-50. 55. 56. 59-65. 68. 69. 71-74. Tydides 17. 19. Titides 20. 21. 22. costam 12.—71 Ecce Deus 21. Non male! Deus 50.—72 de verticulo scripsi pro vulg. di-

NOTE

Turnus] Adversus Æneam intorsit saxum Turnus: illud autem ingens, immane, limitem agro positum dicit Virg. Æn. xii. sub finem.

Ajax] Hic singulari certamine cum Hectore commissus. Iliad. 7.

66 *Tydides]* Diomedes Tydei filius Æneam graviter vulnerat, cit. Iliad.

69 *Nam genus hoc vivo jam decrescerat Homero]* Homer. cit. Iliad. ἢ οὐ δὲς ἄνθρωποι πέποιεν, ὅλοι γὰρ ἄποροι εἴσι. Quem imitatus Virg. Æn. cit. 'Vix illud lecti bis sex cervice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus.' S. Augustin. de Civit. Dei xv. 9. 'Non credunt,' inquit, 'magnitudines corporum tunc fuisse longe ampliores, quam nunc sunt.—Sed incredulos convincunt nudata per vetustatem, seu per vim fluminum, variosque casus sepulcra, ubi incredibilis magnitudinis ossa mortuorum apparuerunt. Vidi ipse non solus, sed aliquot mecum, in Uticensi littore, molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, eentum nobis videretur facere potuisse: sed eum gigantis alicujus fuisse crediderim.—Plinius Secundus comme-

morat naturam ferre minora corpora, idque Homerum sæpe carmine conquestum,' &c. Plin. vii. 16. ita scribit: 'Cuncto mortalium generi minorem in dies mensuram fieri prope modum observatur.—Sub Divo Claudio Principe visus Arabs quidam nomine Gabbara novem pedes altus. Orestis corpus septem cubitos habuit. In Creta terræ motu rupto monte, inventum corpus quadraginta sex cubitorum, quod alii Orionis, alii Oti fuisse aiunt,' &c. Gellius iii. 10. sic habet: 'Herodotus homo fabulator. Histor. i. scribit inventum esse sub terra Orestis corpus cubita longitudinis habens septem, quæ faciunt pedes duodecim cum quadrante: nisi si (ut Homerus opinatus est) vastiora prolixioraque fuerint corpora hominum antiquorum; et nunc quasi jam senescente mundo, rerum atque hominum decremenda sint.' Cæli. Rhodig. xviii. 31. 'In fluvii Orontis alveo,' inquit, 'reperit est cadaver Indi cujusdam Oroantis nomine, cubitos undecim longum, et amplius.'

71 *Ridet, et odit]* Odit malos, ridet pusillos.

A deverticulo repetatur fabula. Postquam
 Subsidiis aucti, pars altera promere ferrum
 Audet, et infestis pugnam instaurare sagittis :
 Terga fugæ celeri præstantibus omnibus, instant,
 Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ.
 Labitur hinc quidam, nimia formidine cursum
 Præcipitans, capiturque : ast illum in plurima sectum
 Frustra et particulas, ut multis mortuus unus
 Sufficeret, totum corrosis ossibus edit
 Victrix turba: nec ardenti decoxit æno,
 Aut verubus : longum usque adeo, tardumque putavit
 Expectare focos, contenta cadavere crudo.

75

80

deridet atque avertatur. A digressionē sermo revocetur. Posteaquam auxiliariis copiis roborati sunt, acies una ferrum distingere aggressa est, atque inimicis telis prælium redintegrare. Tum qui Tentyra habitant palmetis umbriferis proxima, urgent cunctos dorsum præcipiti fugæ dantes. Istic quispiam corruit præ metu immodico properans aufugere; et comprehenditur. Hunc vero multas in partes et frustula disceptum, ut unus exanimis pluribus satis esset, integrum devoravit superior multitudo, arrosis etiam ossibus: neque fervente cacabo verubusve coxit. Ita dilatum ac lentum existimavit caminum opperiri, crudo corpore satis gaudens.

~~~~~

verticulo, Latinitate ita postulante. *Deverticulum* enim et *deversorium* dicuntur a *devertere*, h. e. ab uno loco ad alium se convertere; a quo differt *dicerere*, quod adhibetur de duobus, qui diversam instituunt viam, unde *diceremus* et alia: quæ verba male vulgo a librariis confunduntur. v. Heins. ad Ovid. Am. ii. 8. 9. (ubi veterrimi codd. nobis favent) Burm. ad Petron. 10. et ad Virg. Ge. iii. 293. Benti. ad Terent. Eun. iv. 2. 17. et Ernesti clav. Cic. v. *devertere*.—73 *aucta* 10. *auctis* 27. 46. 47. 48. 56-60. 64. 74. *actis* 25. *pars altera amittere ferrum* 22.—74 *pugnas inferre* 2.—75 v. Excurs. ad h. l.—76 *umbrosa* 27. 47.—77 *hic* 10. 15. 16. 17. 19. 20. 24. 46-47. 49. 60. 54-60. 62. 64-69. 71-74. 77.—78-92 *versum* 34. excipiunt in 13. v. sup. ad vs. 29. *Nunc hominem quendam velut hostem plurima sectum* 13. *rapiturque* 16. *capiturque* 23. *illum ast* 23.—79 *Frustra* 16. 22. 23. 24. 46. 47. *ac* 27. 46-50. 54. 55. 59-65. 68. 69. 71. 72. 73.—81 *aheno* 25. 46-50. 57-60. 62. 64-69. 71. 72. 73. v. ad iii.

## NOTÆ

73 *A deverticulo repetatur fabula]* Relinquamus Turni, Ajacis, ac Diomedis Historiam, et ad nostram redeamus.

75 *Terga fugæ celeri, &c.]* Ombis universalis fugæ se dantibus instant armati Tentyritæ, in quorum terra crescant palmæ complures.

76 *Palmæ]* Vide multa scitu digna de palmis, apud Herodot. i. iv. Plu-

tarch. Nat. Quæst. Plin. passim. Athem. i. ii. et xiv. Cæl. Rhodig. v. 6. &c.

77 *Labitur hinc quidam]* Unus ex Ombis fugiens cecidit, et ab hostibus captus est.

81 *Nec ardenti decoxit æno, &c.]* Humanam vero carnem tam avidè appetiverunt, ut nec elixam nec assatam, sed crudam voraverint.

Hic gaudere libet, quod non violaverit ignem,  
 Quem summa cœli raptum de parte Prometheus 85  
 Donavit terris. Elemento gratulor, et te  
 Exultare reor. Sed qui mordere cadaver  
 Sustinuit, nil unquam hac carne libentius edit.  
 Nam scelere in tanto ne quæras, et dubites, an  
 Prima voluptatem gula senserit. Ultimus autem, 90  
 Qui stetit absumto jam toto corpore, ductis  
 Per terram digitis, aliquid de sanguine gustat.  
 Vascones, hæc fama est, alimentis talibus olim

*Inde fas est lætari, quod non ignem poluerit, quem e suprema cœli regione ablatum terris dedit Prometheus. Congratulor elemento: teque gaudere arbitror. At qui mandere cadaver haud dubitavit, nihil unquam deglutivit ea carne jucundius. In tali enim facinore, ne scisciteris et ambigas utrum prior inghuries delicias captarit: ut qui postremus accessit, ductis humi digitis, quidpiam delibat e cruore hominis jam integro cadavere decorati. Vascones, ut ferunt, cibis ejusmodi vescentes vitam*

285.—84 *Hinc* 10. 21. a m. sec. 23-25. 27. 45-50. 58. 61-69. 71-74.—85 *Promethea* 9.—87 *sed quæ* (sc. turba vs. 81.) emend. Schrader.—88 *nihil* 17. 20. 23-27. 45. 46. 47. 49. 50. 56. 58. 60-69. 71-74.—89 *non pro ne* 16.—90 *voluptates* 22. *ultimam* 24. ultimus auctor *Qui venit* conj. Schrader.—91 *Qui sitit* malebat Labinus. At sitis sanguinis, quæ huic homini fuit, satis exprimitur vs. 92.—92 *Per terram maxibus, a. de corpore gustat* 16.—93 *ut fama* 1-5. 10-13. 15-17. 19-27. 45. 47. 49. 54-60. 65. 68. 69. 74. et omnes codd. quos vidit Britann. qui tamen rō ut delendum putabat, ut versus staret; offensus haud dubie eo, quod alioquin syllaba secunda voc. *Vascones* h. l. brevis esset. Eadem corripitur a Prudent. *περὶ στέφ.* i. 93. et a Paulino Nolano ad Anson. Carm. x. vs. 203. 212. 218. Ptolemæus tamen et Strabo iii. p. 111. scribunt *Οὐδωνες* et rō τῶν Οὐδωνῶν ἔθνος. Suspiciari itaque possis, recte legi vel *Vascones, fama est, alimentis*, in 48. 61-64. 66. 67. 71. 72. 73. vel *Vascones, ut fama, alimentis* in 17. nisi malis: *Vascones fama est alimentis talibus olim Produxisse animas.* Mox *elementis talibus* 8. quod Pithæo placuisse mireris.

## NOTÆ

84 *Ignem*] Quem velut sacrum gentes multæ coluerunt. Vide Cic. 4. Acad. Quæst. n. 118. de Nat. Deor. 2. de Leg. 2. n. 20. Plutarch. de Plat. Philos. i. 3. et de faciē in orbe Lunæ. Herodot. i. iii. paulo post initium. Cœl. Rhodig. xv. 14. et 15. Alex. ab Alex. vi. 26. &c.

85 *Prometheus*] Vide Sat. iv. vs. 133. Cœl. Rhodig. vii. 19. 20. et 21. &c.

86 *Elemento gratulor*] Igni gratulor quod non sit violatus, coquendo carnes humanas, quibus impii Tentyritæ satiarentur.

*Delph. et Var. Clas.*

*Et te exultare reor*] Te, o Volusi, credo mecum sentire et lætari.

89 *Ne quæras, et dubites, an, &c.*] Ne dubites voracibus illis anthropophagis cibos impios maxime jucundos fuisse, cum de corpore hostili epulati sunt: quandoquidem is qui tarde venerat, saltem cruoris guttas humi colligit, et abligurit mira cupiditate. Nam primi non carnes solum assumpserant, sed et ossa corroserant.

93 *Vascones, hæc fama est, &c.*] Ex comparatione exaggerat crudelitatem Ægyptiorum.

*Juv.*

3 A

Produxere animas: sed res diversa, sed illic  
 Fortunæ invidia est, bellorumque ultima, casus 95  
 Extremi, longæ dira obsidionis egestas.  
 Hujus enim, quod nunc agitur, miserabile debet  
 Exemplum esse cibi: sicut modo dicta mihi gens  
 Post omnes herbas, post cuncta animalia, quicquid  
 Cogebat vacui ventris furor, hostibus ipsis 100  
 Pallorem, ac maciem, et tenues miserantibus artus,  
 Membra aliena fame lacerabant, esse parati  
 Et sua. Quisnam hominum veniam dare, quisve Deorum

*in longius traxerunt. At res absimilis. Hic enimvero fortis malignitas est, atque militia summum infortunium, arumna ultima, atque diuturna obsessionis sava inopia. Nam istius alimenti exemplum quod modo affertur, debet censi miseratione dignum. Quemadmodum populus mox a me nominatus, post cuncta olera, post animalia universa, quodcumque adigebat abdominis jejuni rabies, ipsis hostibus misericordia commotis ob pallorem, ac tabem, exilesque artus, aliorum membra per esuriam laniabant, prompti etiam edere propria. Ecquis mortalium, aut quis Numinum re-*

*humanis carnibus* 13. *usi pro olim* 7. 9-13. 15. 16. 17. 19-23. 25. 27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73.—94-96 *P. a. sed eos commovit ad istum Extremum casum longæ obsidionis egestas* 13. *Perduxere* 45. *illinc* 23. 27. 46. 47. 49. 58.—95 *bellorumque culmina* 29.—96 *dura* 21. *dura* 15.—97. 98 *ejecti e* 13. *qui pro quod* 21. *a m. pr.* 22.—98 *esse tibi* 24. 45. *sic* 15. 16.—99 *Hi nam post herbas* 13. *cunctas pro omnes* 16.—100 *hostibus istis* 22. *a m. pr.*—101 *Pallore ac macie extenuas* quidam cod. Pith. *et maciem* 10. 19. 25. 46-49. 55-60. 64. *mi-*

## NOTÆ

[*Vascones*] Hi pridem Tarraconensis Hispaniæ populi eam tenebant regionem, quæ sita est Iberum fluvium inter et Pyrenæos montes, et Navarra modo nuncupatur. Subinde vero in Galliam transgressi Aquitaniam partem occuparunt: eique suum indidere nomen, vernacule, *la Gasconne*.

[*Alimentis talibus usi*] Corporibus humanis in summa quidem necessitate, victitarunt. Alii legunt, *Alimentis talibus olim*.

96 *Longæ dira obsidionis egestas*] Quando nempe Calaguria, hodie Calahorra, urbs in Vasconum finibus, ad Iberum fluvium, a Pompeio et Metello obsessa, atque ad extrema redacta est; cum a Sertorianis tenere-

tur. Strabo, Plutarchus, Appianus, L. Florus, III. 22. ita scribit: 'In fame nihil non experta Calaguria,' Et Valer. Maxim. VII. 6. 'Numantinos in dira fame humanorum corporum dapibus usos supergressa est Calaguritanorum execrabilis impietas; qui quo perseverantius interemti Sertorii cineribus fidem præstarent, Cneii Pompeii obsidionem frustrantes; quia nullum jam supererat animal in urbe ipsorum, uxores suas ac natos ad usum nefariæ dapis vertebant,' &c.

102 *Membra aliena*] Vel ab hostibus, vel ab ipsismet occisorum.

*Esse parati et sua*] Nam quidam inedia pressi brachia sua nonnunquam arrosere.

Viribus abnuerit dira atque immania passis;  
 Et quibus illorum poterant ignoscere Manes, 105  
 Quorum corporibus vescebantur? Melius nos  
 Zenonis præcepta monent: nec enim omnia, quædam  
 Pro vita facienda putat. Sed Cantaber unde  
 Stoicus, antiqui præsertim ætate Metelli?  
 Nunc totus Graias, nostrasque habet orbis Athenas. 110

*cusarit ignoscere civitatibus sæva perpassis et inhumana; quibus etiam indulgere potuissent eorum manes quorum cadaveribus pasciebantur? At sanctius nos instituant Zenonis documenta. Nam neque universas quavis agenda pro vita censet. Verum quomodo Cantaber Stoicus foret, avo prisci Metelli præcipue? Jam vero mundus omnis possidet Græcas et nostras Athenas: Gallia diserta Britannos oratores eru.*

*rantibus* 13.—104 *Viribus* 8. 10-27. 45-50. 54-77. 81. 82. quod interpretantur: virilibus animis, vel viris fortibus. Quæ ratio dura est, etsi ferrem eam in poeta lyrico. *Urbibus* recentt. edd. Prat. et al., h. e. Calaguri, Numantiæ, Sagunto, ut vulgo putant; aut *urbibus* poet. pro *urbis*, Calaguri, et hoc pro civibus, ut passim, et apud Græcos πόλεις, Ἀργος, Ἑλλάς, de quo v. Facius ad Eurip. Orest. vs. 46. Sed hæc quoque ratio longe petita est. Poëta forte scripsit *Civibus*, vel *Fortibus*, vel *Talibus*. *abnueret* 21.—105 *ipsorum* 61. 62. 63. 66-69. 71-74.—106 *vescantur*, sed *melius* 23-26. 45-48. 54. 56. 58-60. 64. 65. *vescantur*, sed *melius* 19. *moriamini* pro *melius* nos 13.—107 *movent* 22. non omnia parva 13.—108 *Pro vita quoque servanda facienda salute* 13. *facienda putant* scil. præcepta 10. 11. 12. 15. 16. 45.—109-128 *ejecti* e 13.—110 *totas* 21.

## NOTE

104 *Viribus*] Id est, virilibus animis, vel, viris fortibus. Alii legunt *urbibus*; Calaguri, Numantiæ, Sagunto.

105 *Manes*] Vide Pers. Sat. v. vs. 152. Annot.

106 *Melius nos, &c.*] Nolim tamen excusare omnino Vascones, inquit Juvenalis, qui potius debebant mori quam cibus tam implis vitam producere. Nos certe Romani, melius instituti, sentimus cum Zenone, et summam credimus nefas animam præferre pædori, neque ob vitam perdere velimus vivendi causas, scilicet honestatem, humanitatem, pietatem. Seneca Epist. 72. 'Non omni pretio vita emenda est,' inquit. Et Plin. xviii. 1. 'Vitam quidem non adeo expectandam censemus, ut quoquo modo protrahenda sit. Quisquis es talis, æque mori, etiam cum obsecrans vixeris aut nefandus.'

107 *Zenonis*] Stoicorum Principis. Vide Lærtium, &c.

108 *Sed Cantaber unde Stoicus*] Unde vero sapientiam Stoicorum accepisset barbara gens? Non ergo mirum si tale facinus perpetrare non exhorruerit.

*Cantaber*] Vasconibus in Iberia finitimus est. Metonym. Biscaiā vocatur nunc, quæ dudum Cantabria.

*Stoicus*] Vide Sat. xiii. vs. 121.

109 *Metelli*] Hic a Pompeio missus in Iberiam ad expugnandum Sertorium. Appian. lib. i. et Florus cit. 'Cum Romana res,' inquit, 'uno Imperatore non posset tanto hosti' (Sertorio) 'resistere, additus est Metello Cn. Pompeius,' &c. *Antiqui*, vero dicit, quia Metelli alii exinde floruerant.

110 *Nunc totus Graias, nostrasque habet orbis Athenas*] Ubique jam dis-

Gallia causidicos docuit facunda Britannos:  
De conducendo loquitur jam rhetore Thule.  
Nobilis ille tamen populus, quem diximus; et par  
Virtute atque fide, sed major clade Saguntus

*diit: et Thule modo consultat de Rhetoricæ magistro mercede accersendo. Nilominus ea præstans natio, de qua locuti sumus, et Saguntini robore et fidelitate similes, damno vero superiores, quidpiam ejusmodi liberant culpa. At Ægyptus*

nostras Græciasque 22.—112 Thyle 1. 17. 23. 24. 45. 49. Thile 20. 21. 22. Tyle 27. 46. 47. 48. 57. 58. 75. 76. Tyle 19.—113 dicimus 68.—114 Saguntos 19. Sagunto 22. Versus 113. 114. 115. alii ita distinguunt: *Nobilis ille tamen populus, quem diximus, (et par Virtute...Saguntus) Tale quid excusat; alii sic: Nobilis...diximus, et par Virtute atque fide: sed major clade Saguntus Tale quid excusat; alii denique ita: Nobilis ille...diximus, et par Virtute atque fide, sed major clade Saguntus, Tale quid excusat, ut verba sic jungantur: Nobilis ille populus, Vascones, et Saguntus, ei par virtute atque fide cet.* Verba tamen Juvenalis, quocumque modo interpungantur, scabra videntur. Forte legendum:

#### NOTÆ

seminata sunt sapientiæ instituta, literæque tam Græcæ quam Latinæ: nemo igitur potest amplius ignorantia, vel barbarie excusari, si quid peccet contra humanitatem. Cic. pro Flacco. 'Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.'

111 *Gallia causidicos, &c.*] E Gallia transierunt in Britanniam disciplinæ liberales et Philosophiæ documenta: sicut e Græcia in Italiam et Ægyptum profecta sunt, &c.

*Facunda*] Vide Sat. I. vs. 44. et Sat. VII. vs. 148. ibique Annot.

*Britannos*] Vide Sat. II. vs. 161. Annot.

112 *De conducendo loquitur, &c.*] Ipsa Thule ad mundi fines posita vult conducere præceptorem, a quo erudiatur. Hyperbole.

*Thule*] Hanc Ortelius Norvegiæ tractum esse dicit. Alii est Insula Oceani Septentrionalis, nunc Islandia, 'ultima Thule' dicta Virgilio. 'De Thule obscura est historia,' inquit Strabo, 'propter ejus in ultima loca remotionem: hanc siquidem ad

Septentrionem expositam locant.' Hæc ab Europæis frequentari cœpta circa annum Christi millesimum: longa est leucas Gallicas ducentas, lata circiter centum. Regi Daniæ paret. Montem Heclam habet ignivomum, et Dæmonum spectris, ut referunt, terribilem. De hoc, si vacat et lubet, miranda multa lege apud Philipp. Camerar. Medit. Hist. c. 16.

113 *Nobilis ille tamen populus*] Vascones fide et virtute clari.

114 *Major clade Saguntus*] Hæc urbs Hispaniæ Tarraconensis olim præclara, nec hodie ignobilis in Regno Valentini, vulgo, *Morvedre*. *Major clade*; quoniam Saguntini cum essent Romanis fœderati, octo menses Annibali repugnarunt: tandem extrema passi, incenso rogo, se suæque maluerunt igni comburere, quam se hosti dedere, a quo expugnari se animadvertebant. Abiit in proverbium *Saguntina fames*. Polyb. I. III. Tit. Liv. I. XXI. Plin. VII. 3. ita scribit: 'Est inter exempla, in utrum protinus reversus infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta est.'

**Tale** quid excusat. Mæotide sævior ara 115  
**Ægyptus.** Quippe illa nefandi Taurica sacri  
**Inventrix** homines (ut jam, quæ carmina tradunt,  
**Digna** fide credas) tantum immolat, ulterius nil,  
**Aut** gravius cultro timet hostia. Qui modo casus  
**Impulit** hos? quæ tanta fames, infestaque vallo 120  
**Arma** coëgerunt, tam detestabile monstrum  
**Audere?** anne aliam, terra Memphitide sicca,  
**Invidiam** facerent nolenti surgere Nilo?

*altari Mæotico crudelior est. Hæc enim quæ dirum sacrificium instituit Taurica homines mactat solum, si quidem existimes fidem mereri quæ ferunt poemata: nihil amplius aut gladio pejus metuit victima. Jam vero quæ calamitas istos coëgit? Quæ tam gravis inedia, et quis exercitus aggere contrarius adegit moliri portentum adeo execrabile? Numquid offensionem diversam crearent Nilo intumescere abnu-*

~~~~~

et per Virtute atque fide, sed non et clade, Sagunto.—115 *Fata quid accuset?* conj. Schrader.—117 *qui 22.*—119 *Ut 22.* Qui pro *Quis restitui* ex 11. 17. 20. quia mollius est et doctius. v. Drakenb. ad Sil. II. 645. VII. 538. IX. 651. X. 117. XIII. 450. XV. 668. quosque laudavit Heins. ad Virg. Ecl. II. 19. ad Prudent. Apotheos. vs. 418. et ad Ovid. Met. XIV. 162. Gronov. Obs. ad script. eccles. c. 21. et Bentl. ad Horat. Sermon. I. 4. 41. 5. 79.—120 *qui tanta 22.*—123 *faceret 19. volenti 45.*—124 *Britones 1. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 18. 20. 23.*

NOTE

115 *Mæotide sævior ara*] Ad quam homines mactabantur. Mæotis palus, seu lacus, aut potius sinus Sarmatici maris, Tanaim amnem recipit; Euxino Ponto per Bosphorum Cimmerium iungitur: rigat Tauricam regionem seu Chersonesum, ubi pridem hospites et advenas Dianæ immolare mos et fas erat. Quod perseverasse aiunt usque ad Orestis ac Pyladis adventum, quos agnoscens Iphigenia ibi tum sacrificiis, inito cum iis consilio, Dianæ simulacrum inde aufugiens rapuit, atque Aricie consecravit.

116 *Taurica*] Hæc primum Gazaria; post occupantibus Tauris Scythiæ populis, *Taurica*; hodie, *Tartaria minor*; Mæotico et Euxino mari circumfunditur.

Nefandi sacri inventrix] Tauricam Chersonesi Ræx Thoas id nefas instituit.

117 *Quæ carmina tradunt*] Vide Euripid. Trag. Iphigen. in Tauris.

118 *Homines tantum immolat*] Tantum immolat, non etiam laniat dentibus ac devorat, ut faciant Ægyptii, barbaris proinde omnibus immaniores.

119 *Qui modo casus impulit hos*] Iterum ex collatione crimen Ægyptiorum auget. An, inquit, necessitas impulit? Imo crudelitas.

120 *Quæ tanta fames, infestaque, &c.*] Ut Vascones, Numantinos, &c.

121 *Monstrum*] Monastrosus scelus.

122 *Anne aliam*] Quid pejus committere potuissent ad irritandum Nilum, ut eo offensus, impiamque terram aversatus, jam nollet exundans illam fecundare?

Memphitide] Synecdoche, pro Ægypto, cuius nrbs Memphis pyramidibus celebrata Martiali, &c.

123 *Nilo*] De hoc antea non semel,

Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam,
 Sauromataeve truces, aut immanes Agathyrsi,
 Hac sævit rabie imbelle et inutile vulgus,
 Parvula fictilibus solitum dare vela phaselis,
 Et brevibus pictæ remis incumbere testæ.

126

enti, si aruerit solum *Memphiticum*? Qua rabie nunquam sævierunt aut Cimbri truces, aut *Aremorici*, ferocesque *Sarmatae*, vel crudeles *Agathyrsi*, ea sævit incepta bello et ignava plebs, assucta lembis testæis exigua vela expandere, curtosque re-

~~~~~

27. omnesque edd. vett. *Brittones* 17. et edd. recentt. *Prat.* et al. *Brytones* 19. *Bistoris* 21. *Bistones* 22. Jo. Schraderus in *Observatt.* libro p. 4-6. docte de h. l. ita disputavit: "*Brittones* in numerum ferarum et immanium gentium referuntur. Id dolens Marklandus inustam genti maculam delere tentavit ad *Stat. Sylv.* iv. 2. 38. reponens: *Cimbri, nec Teutones unquam, Sauromataeve truces*. Vir doctus in *Actis Lips.* An. 1729. p. 383 testatur, ei accedere quatuor Mss. in quibus *Sauromataeve* legatur; in aliis duobus esse *Bistones*, (ut in nostro cod. 22.) vel ex comp. scribendi *Bistones* vel *Biones*. Lectio *Bistones* reperitur etiam in cod. *Perizon.* ejusque vel in primis ratio videtur habenda, quod ipse *Juvenalis* hand leviter eam confirmat, *Sarmatas* et *Thracas* similiter jungens sup. iii. 79. ut ante *Martialis* xii. 8. 9. *Thracum* vero feritatem et crudelitatem omnes omnium temporum scriptores fere notaverunt. Sed et plurimos et locupletissimos diritatis atque immanitatis Britannorum testes ex vetustis monumentis excitavit *Barth.* ad *Claudian.* laud. *Stil.* ii. 246. et præcipue *Cons. Mall.* vs. 51. et *Rutil.* i. 500. *Claud. b. Get.* 568. *Avien. D. O. T.* 418. et 749. *Hor. Od.* iii. 4. 33. Aut igitur vulgata *Juvenalis* scriptura servanda est, aut locus, quem *Britones* obtinent, *Bistonibus* assignandus. *Britones* autem et *Britanni* ita dicti a vocab. *Brit*, quod proprie versicolore, depictum et coloratum denotat: nam moris fuit, ut Britannorum nurus eum cæruleo colore inficerent, de quo v. *Plin.* xxii. 1. s. 2. *Mel.* iii. 6. 155. *Camdenus* in *Britannia* p. 24. sq. 27. sq. *Cannegieter de Brittenb.* p. 6." Conf. etiam *Interpp.* *Prop.* ii. 17. 25. al. 18. 23. *Herodian.* iii. 14. *Cæs. b. Gall.* v. 15. *Martial.* xi. 53. xiv. 19. *Solin.* xxii. extr.—125 *Sauromataeve* pro vulg. *Sauromataque* revocavi ex 11. 17. 20. 21. 22. 24. 45. 49. et quatuor Mss. de quibus vid. quæ modo dixi ad vs. 124. Sexcenties librarii particulas *que* et *ce* permutarunt, et hæc aptior est h. l. *Sauromatesve* 19. nec pro aut 15. *Agathyrsi* 19.—126 *immane* pro *imbelle* 25. 46. 48. 49. 54. 55. 57. 59. 60. Sed voc. *immane* modo præcessit. De metro h. l. vid. sup. ad vi. 274.—127 *sutilibus* pro *fictilibus* conj. *Schrader* coll. *Virg. Æn.* vi. 414. ubi v. *Cerda* et *Heyne.* *solidum* 74. *phasellis* 25. 27. 46-50. 55. 57. 58. 61. 62. 64. 66. 73.—128 abest ab 28.—129 *panas* 16. *secleri panam* 13.—131 deest 23.—

## NOTE

124 *Cimbri*] De his *Sat.* viii. vs. 249.

*Brittones*] Gallie Celticæ gens apud *Sidonium*: apud *Cornel.* *Tacitum* vero Germaniæ populi.

125 *Sauromata*] Vide *Sat.* ii. vs. 1. *Agathyrsi*] Sarmatiæ populi, dicti ab *Agathyrsio* Herculis filio. Horum fuisse regionem, ubi nunc est Mosco-

via, dicunt nonnulli.

126 *Imbelle et inutile vulgus*] *Tentyritæ* præ illis populis ignobiles tale audent facinus, quale nunquam alii ulli.

127 *Parvula fictilibus solitum dare vela phaselis*] *Testaceis* scaphis ac naviculis Nilum flumen enavigantes. *Strabo* l. xvii.

**Nec** poenam sceleri invenies, nec digna parabis  
**Supplicia** his populis, in quorum mente pares sunt 180  
**Et** similes ira atque fames. Mollissima corda  
**Humano** generi dare se Natura fatetur,  
**Quæ** lacrymas dedit: hæc nostri pars optima sensus.  
**Plorare** ergo jubet causam dicentis amici,  
**Squaloremque** rei, pupillum ad jura vocantem 185  
**Circumscrip-  
 torem,** cujus manantia fletu  
**Ora** puellares faciunt incerta capilli.  
**Naturæ** imperio gemimus, cum funus adultæ

*mos fictilis colorati impellere. Neque reperies crimini punitiorem, neque parnas idoneas constitues illis gentibus, in quarum animo odium et curies æqualia sunt atque paribus. Præcordia tenerrima donare se hominibus ostendit natura, quas donavit fletus. Ea portio præcipua nostræ indolis. Itaque præcipit flere causam familiaris dolentis, et sordes rei, atque pupillum defraudatori diem dicentem, cujus crines virginales ambiguum reddunt vultum lacrymis defluentem. Jussu naturæ ingemiscimus, quando nobis obiciam sunt exequia puellæ grandioris, aut cum puerulus humo*

\*\*\*\*\*

133 *Et* 13. *pars ultima* 81. *pars intima* 64. ex emendat. Britann. ut sensus sit: lacrymæ sunt, quæ interiorem sensus nostri partem pietatemque patefaciunt.—134-137 ejecti e 13. In vs. 134. et 135. scabra oratio, quam miror nemini displicuisse, nisi Curioni, qui non male conj. *casum lugentis amici*, coll. Virg. *Æn.* 11. 93. *casum* legitur in 16. et *lugentis* in 10. 21. 22. 24-27. 45-50. 54-69. 72. 73. 74. *lugentis* vitiose in 71. Forte quidam librorum pro *casum* perperam reposuerunt *causam*, et deinde alii aptum ei vocabulum *dicentis* commenti sunt. At ne sic quidem locus hic satis placet. Non enim *squalor rei* cujusque plorandus; et importuna est particula *que*, voci *squalorem* annexa, quæ vel adjungenda erat *et* *pupillum*, si tres h. l. res miseratione dignæ memorantur, vel plane omittenda, si vulgatam forte lectionem hoc sensus (nam quo alio modo expediri possit, vix assequor) acceperis: *plorare jubet squalorem rei amici, causam dicentis*, innocentiam suam in foro defendentis. Forte legendum: *causam dicentis amici Squalorem, atque rei pupillum* ceter. (h. e. *pupillum ad jura vocantem circumscrip- torem rei suæ familiaris*) vel, quod malim: *causam dicentis amici Squalorem, vel rem (causam) pupilli ad jura vocantis Circumscrip- torem*. Vulgata lectio facile e comp. scrib. nasci potuit, et concursus verborum quarti casus, *pupillum ad jura vocantem Circumscrip- torem*, orationem et asperam et obscuram reddit.—135 *Squaloremque* 94.—136 *fletus* 27. 47. 50. 54. 64. *fletum* 44. Alterutra lectio videtur probanda. v. sup. ad

## NOTE

130 *In quorum mente pares sunt ira atque fames*] Qui per iram ea committant infanda, quæ sola fames admittit, et quodammodo excusat.

133 *Hæc nostri pars optima sensus*] Humanæ propria est indolis miseratione.

135 *Squaloremque rei*] Solebant rei vestium affectare sordes et squalo-

rem, ut misericordiam excitarent Judicum.

136 *Circumscrip- torem*] Tutorem, qui pupilli bona fraude surripuit. Vide Sat. x. vs. 222.

137 *Ora puellares, &c.*] Capilli more puellarum oblongi et passi dubitare faciunt, sitne puer an puella.

138 *Adultæ virginis*] Jam nubilis



Virginis occurrit, vel terra clauditur infans;  
 Et minor igne rogi. Quis enim bonus, et face dignus. 140  
 Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,  
 Ulla aliena sibi credat mala? Separat hoc nos  
 A grege mutorum, atque ideo venerabile soli  
 Sortiti ingenium, divinorumque capaces,  
 Atque exercendis capiendisque artibus apti, 145  
 Sensum a coelesti demissum traximus arce,

*conditur, etiam minor flamma pyræ. Nam quis probus vel dignus tæda secreta, qualem cupit esse sacrificulus Cereris, arumnas quaslibet a se remotas putat? Illud nos distinguit a grege mutorum: proindeque soli animum honore dignum adepti, et divina comprehendentes, idoneique discendis tractandisque artibus, oriundum ab Cæli*

vi. 623.—139 occurrit 13.—140 Ut minor conjicit Schrader. aut face 61. 63. 68. 65-69. 71-74.—141 qualis 16.—142 separet hoc nos 23. separat hæc (scil. natura, vel pietas, humanitas et misericordia) nos 10. 24. 25. 27. 46-50. 54-69. 71. 72. 73. probb. Mancin. et Ascens. sperat et nos 60.—143 A grege brutorum 16. solum 22.—144 divinarumque 45.—146 a deest 24. demissum coelesti 16.

## NOTÆ

puellæ, immaturo fato sublata.

140 *Minor igne rogi*] Junior, quam ut fas esset cremari corpusculum. Plin. vii. 16. 'Editis infantibus primores septimo mense gigni dentes haud dubium,' inquit.—'Prinsquam genito dente cremari, mos gentium non est.' Et c. 54. 'Cremare apud Romanos non fuit veteris instituti. Terra condebantur.—Nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus,' &c. Aiunt mortuos infantes in suggrundariis condi solere. Fab. Planciad. Fulgentius Exposit. Serm. antiq. sic habet: 'Suggrundia antiqui dicebant sepulcra infantium, qui necdum quadraginta dies impleissent: quia nec busta dici poterant; quia ossa quæ comburerentur non erant: nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tumesceret, unde Rutilius Geminus Astyanacte ait: melius suggrundarium misero quæreret, quam sepulcrum.'

*Face dignus arcana, qualem Cereris,*

&c.] Dignus initiari vel interesse Sacris Cereris, quæ noctu peragebantur ardentibus lampadibus et faculis, in memoriam Cereris, quæ Proserpinam filiam accensa face quæsierat. Porro, ut jam alibi notavimus, Eleusina seu Cerealia illa solos castos admittebant: tumque probitas integritasque alienius Sacerdoti probabatur, si face non extincta cucurrisset. Vide Sat. vi. vs. 50. Claudian. 'Sanctasque faces extollit Eleusis.' Ovid. Fast. iv. 'Illic accendit geminas pro lampade pinus: Hinc Cereris sacris nunc quoque tæda datur.'

142 *Ulla aliena sibi credat mala*] Qui sibi non credat posse accidere, quod accidere aliis videt. Terent. 'Homo sum, humani nihil a me alienum puto.'

*Separat hoc nos, &c.*] Naturalis pietas discernit homines a pecudibus.

146 *Sensum a coelesti demissum traximus arce*] Cic. Tusc. i. n. 66. 'Animorum nulla in terra origo inveniri'

**Cujus egent prona, et terram spectantia. Mundi**  
**Principio indulsit communis conditor illis**  
**Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos**  
**Affectus petere auxilium, et præstare juberet,** 150  
**Dispersos trahere in populum, migrare vetusto**  
**De nembre, et proavis habitatas linquere sylvas:**  
**Ædificare domos, Laribus conjungere nostris**  
**Tectum aliud, tutos vicino limine somnos**  
**Ut collata daret fiducia: protegere armis** 155  
**Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere civem,**  
**Communi dare signa tuba, defendier isdem**

*palatio duximus animum, quo carent pecudes ad humum contraxæ et aspicientes. Orbis primordio communis creator iis solum animas concessit, nobis vero mentem etiam, ut par charitas nos cogeret implorare opem, ac præbere; dissipatos congregare in civitatem, antiqua e sylva discedere, et nemora deserere majoribus habitata, ades construere, domus nostræ domum alteram addere, ut mutua contiguo domicilio fidentia securum conferret soporem, armis tueri civem prostratum, vel grandi plaga titubantem; publica buccina classicum canere, iidem protegi turribus, unaque in-*

*duximus arce 45.—149 et pro ut 16.—151 et migrare 25. 27. 46-50. 54-60. 71-74.—152 ac 19. linquere terras 21.—154 totos 13. limine recepi ex 16. 17. 19. 20. 22-27. 45. 46. 47. 49. 50. 55-60. 71-74. limite in reliquis libris.—156*

## NOTÆ

potest.—Ita quicquid est illud quod sentit, quod sapit, quod vult, quod viget, cœleste et divinum est, ideoque æternum,' &c. Virgil. 'Igneus est ollis vigor, et cœlestis origo.' Horat. 'Divinæ particulam auræ.'

147 *Cujus egent prona*] Cic. de Natura Deorum: 'Figuram quoque corporis habilem et aptam ingenio dedit. Nam cum ceteras animantes Deus abjecisset ad pastum, solum hominem erexit; et ad cœli quasi cognitionem, domicilii unde descenderat, excitavit.' Ovid. 'Pronaque cum spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit,' &c.

149 *Tantum animas*] Vegetantem, sentientem.

151 *Dispersos trahere in populum*] Cic. Tusc. 5. n. 5. 'Tu urbes pepe-

risti; tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti: tu eos inter se primo domicilia, deinde conjugia, tum literarum et vocum communione junxisti,' &c. Horat. Sat. 1. 3. 'Opida cœperunt munire, et ponere leges, Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.'

152 *Linquere sylvas*] Cic. de Invent. 1. 'Fuit quondam tempus, cum in agris passim homines bestiarum more vagabantur, et sibi victu ferino vitam propagabant.' Horat. ad Pisones, vs. 291. 'Sylvestres homines — Cædibus et victu sædo deterruit Orpheus,' &c.

155 *Ut collata daret fiducia*] Junctis ædibus vicinua vicino fert opem ingenti facile.

Turribus, atque una portarum clave teneri.  
 Sed jam serpentum major concordia. Parcit  
 Cognatis maculis similis fera. Quando leoni  
 Fortior eripuit vitam leo? Quo nemore unquam  
 Expiravit aper majoris dentibus apri?  
 Indica tigris agit rabida cum tigride pacem  
 Perpetuam: sævis inter se convenit ursis.  
 Ast homini ferrum letale incude nefanda  
 Produxisse parum est; cum rastra et sarcula tantum  
 Assueti coquere, et marris ac vomere lassi  
 Nescierint primi gladios extundere fabri.

160

165

*cludi forium clave. At nunc major est anguim consensio. Paribus notis per bella indulget. Quandonam leo valentior ademittit vitam leoni? Qua in sylva grandioris apri dentibus occisus est unquam aper? Tigris India furibunda concordiam habet perennem cum tigride. Ursi feroces invicem consentiunt. Homini vero parum videtur mortifera tela fabricasse incude nefaria, quando rastros et sarcula duntaxat excoquere soliti, atque marris et aratro fatigati ceteros fabri haud noverant fabri-*

~~~~~

mutantem 13.—157 *hisdem* 12. 17. 19. 21.—158 *aut una* 45. *tueri* 16.—159 *ma-*
ior est 45.—163 *rapida* 13. 19-21. a m. pr. 22. 23. 28. 68. solenni errore. Cnf.
 sup. vi. 428. Burm. ad Prop. p. 553. Broukhuis. ad Tibull. iv. 1. 73. et nos
 ad Sil. v. 451.—164 *intra* 16.—166 *ac pro et* 13. 17. 20. 22. 23. 45.—167
Assueti torquere 13.—168 *Nescierant* Serv. ad Virg. Ge. II. 540. *Nescierunt*
 23. Male, etsi non obstat metrum; de quo v. ad Sil. v. 264. *Nescierunt* 10.
 11. 13. 16. 20. 24. *Nec scirent* 21. 22. *Nescirint* rectius videbatur Schurzkl.
Mox extundere restitui ex 2. 4. 10. 17. 20. 21. *excudere* 15. 19. 25. 27. 46-50.
 54-64. 66-69. 71-74. 81. et Serv. ad Virg. l. l. *excludere* 65. *extendere* (scil.
 cudendo s. malleo, h. e. cudere) 14. 16. 18. 22. 23. 24. 70. 75. 76. 77. 82.
 Cnf. Heyne ad Virg. Æn. VIII. 665. in Var. Lect. ubi jam monuit, *extundere*
exquisitius esse id. qd. *excudere*, tum et omnino proferre, invenire, ut Virg.
 Ge. I. 133. iv. 315. 328. Antiqua haud dubie scriptura fuit *extindere*, et inde

NOTÆ

158 *Una portarum clave teneri*] Vide
 Athen. xiv. 23. ubi satis lepide Atheni-
 on arti coquinarie seu culinariae
 tribuit ea omnia quæ supra Juvenalis
 humanæ rationi, et Philosophiæ vul-
 go attribuunt.

160 *Parcit cognatis maculis similis*
fera, &c.] Pardus pardo, tigris tigridi,
 lynx lynxi non movet bellum; similes
 notas, parem naturam veretur: solus
 homo est homini lupus. Cicer. Offic.
 'Nulla tam detestabilis pestis est,
 quæ non homini ab homine nascatur.'
 Pînius in Proœmio lib. vii. 'Cetera

animantia in suo genere probe de-
 gunt: Congregari videmus et stare
 contra dissimilia: leonum feritas in-
 ter se non dimicat: serpentum mor-
 sus non petit serpentes: nec maris
 quidem belluæ nisi in diversa genera
 sæviunt. At hercule homini plurima
 ex homine sunt mala.' Vide Senec.
 Epist. 104. et Brod. Miscell. III. 28.

163 *Indica tigris*] Vide Sat. vi. vs.
 270. et Sat. VIII. vs. 36. ibique annot.

168 *Gladios extundere*] Alii legunt,
excudere.

**Aspicimus populos, quorum non sufficit iræ
Occidisse aliquem : sed pectora, brachia, vultum 170
Crediderint genus esse cibi. Quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras : cunctis animalibus abstinuit qui
Tanquam homine, et ventri indulsit non omne legumen ?**

*care ences. Cernimus gentem, cujus haud furori satis est quempiam trucidasse :
veram thoracem, lacertos, ora, quoddam esse alimentum putat. Eequid igitur lo-
queretur, aut quo non secederet Pythagoras, si jam ea portenta conspiceret, qui ani-
mantibus omnibus sicut homine temperavit, neque alio legumentum quodlibet imper-
tuit ?*

orta hæc varietas : *extunderé, extendere, excudere, excludere.*—171 *Crediderant*
16. *Crediderunt* 15.—172 *quonam fugeret* 19.—174 *homini* 19. *neutri indulsit* 19.

NOTE

169 *Aspicimus populos*] *Ægyptios, Tenyritas.*

171 *Crediderint genus esse cibi*] Id nefas perpetrare etiamnum familiare est Caribis, Americæ Meridionalis in Guajana regione populis, ut cum aliquem ex hostibus suis bello ceperint, discerpant, et membra igne assata devorent.

172 *Quo non fugeret*] Portentosa nefandaque aversatus scelera.

173 *Pythagoras*] Is Italicæ Philosophiæ fuit Princeps. Floruit circa Olympiadem sexagesimam, et ad annos octoginta, vel, ut alii scribunt, nonaginta consenuit. Ortus in Insula Samo, post multas peregrinationes, venit in Italiam, et Crotonæ conседit, ubi discipulos illustres multos habuit. Mortuum Olympiadē 70. dicit Euseb. Vide Laërtium, l. viii. Lactantium, l. iii. &c. Cicero Tusc. l. n. 38. Regnante Superbo Tarquinio in Italiam venisse testatur. Et Tusc. iv. n. 2. in Italia fuisse iisdem temporibus, quibus L. Brutus patriam liberavit. Tuscul. v. n. 10. 'Cum in Italiam venisset, exornavisse eam Græciam, quæ magna dicta est, et privatim, et publice, præstantissimis

institutis et artibus.'

Animalibus abstinuit] Cum enim Pythagoras Metempsychosim assereret, ab animatis cibis abstinebat, ne videretur in animam sævire humanam, quam e corpore hominis in corpus animalium transmigrare credebat, docebatque.

174 *Indulsit non omne legumen*] Loquitur Juvenalis ex opinione eorum qui aint Pythagoram abstinuisse a fabis, item ab animantibus : de quibus Laërt. cit. Cicero de Divinat. ii. n. 119. 'Faba quidem Pythagorei utique abstinere ; quasi vero eo cibo mens non venter infietur.' Plutarchus, Sympos. lib. viii. problem. 8. scribit Pythagoreos omnino victimarum immolatarum carnes gustare solitos : placem vero ab eis immolari nullum. Idem Orat. i. de esu carniū, ait illos carnibus abstinuisse. Plinius xviii. 12. affirmat, 'Faba sensus hebetari, gignique insomnia, atque idcirco Pythagoræ sententia damnata ; vel quod mortuorum animæ sint in ea : qua de causa parentando assumitur,' &c. Athenæus iv. 17. ex Antiphane ait Pythagoricos animati nihil solitos edere. At l. vii.

c. 16. scribit illos modice aliis quidem animatis vescentes, quædam etiam sacrificantes, solos omnino pisces ne gustasse quidem, nimirum quia silentium colebant. Gellius, iv. 11. sic habet: 'Opinio vetus falsa occupavit et convaluit Pythagoram Philosophum non esitavisse ex animalibus, item abstinnisse fabulo, quem *κβαρον* Græci appellant.—Ex eadem item opinione M. Cic. Lib. de Divin. primo, hæc verba posuit: Jubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur; quæ res habet inflationem magnam. Is cibus tranquillitatem mentis querentibus constat esse contrarius. Hæc quidem Cicero, sed Aristoxenus, Musicus vir literarum veterum diligentissimus, Aristotelis

auditor, in Libro quem de Pythagora reliquit, nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum quam fabis, quoniam is cibus et subduceret sensum alvum ac lævigaret. — Porculis quoque minusculis, et hædis tenuioribus victitasse refert idem Aristoxenus. — Ac de animalibus etiam docet Alexis Poëta in Comœdia, quæ Pythagoræ vita inscribitur, &c. Ceterum frugales admodum Pythagoram et Pythagoreos constat, atque pomis et olusculis, interdum pane ac melle contentos fuisse. Athen. x. 5. et alibi. Cœl. Rhodig. xxi. 3. et xxx. 36. Idem lib. xxviii. 12. ita scribit: 'Legimus in Græcorum thesauris, reddito Romæ oraculo, ut Græcæ gentis prudentissimi ac fortissimi statuas erigerent, mox in foro Pythagoræ et Alcibiadis ex ære iconas dedicasse.' Vide et supra Sat. iii. vs. 229.

EXCURSUS

AD SAT. XV. 7.

Illic cæruleos, nec piscem fluminis 23. *Illi cæruleos, hi piscem fluminis, illi* 4. et 9. *cæruleum* emend. Nic. Heins. ad Virg. *Æn.* iii. 329. ad Prop. ii. 12. 1. et 23. 101. (al. 32. 45.) et ad Claud. laud. Stilic. ii. 167. quibus locis docet, literam *m* produci propter hiatum et cæsuram, neglecta ecthlipsi. Cf. Drakenb. ad Sil. i. 109. Brœkhus. ad Prop. ii. 12. et ad Tibull. i. 5. 33. Oudend. ad Lucan. v. 526. Refragatur his Schrader Emendatt. p. 136. seq. ubi monet, Grammaticos, præstantiores quidem, nihil ejusmodi tradere, adeoque loca, quibus viri docti se tueantur, aut suspecta esse, aut perspicue mendosa. Meo qualicumque ju-

diclo talia si et excusanda, tamen non sine necessitate obtrudenda sunt poëtæ, et, quamvis illa emendatio Heinsii arridere possit, ut Juvenalis junxerit duo verba sing. num., *cæruleum* sc. piscem, et *piscem fluminis*, leviori mutatione nitori carminis (si nitor est, nec potius nostra lectio, quæ doctior est, magis placet multis) consuli poterit, si reposueris: *Illic cæruleos, hic pisces fluminis*. Ita sibi respondent *pisces cærulei*, h. e. maris cœrulei, s. marini, ac *pisces fluminis*: et nunc video, ita legi in cod. 15.—*Illic aluros* non male corrig. Brodæus Miscell. VII. 2. probb. Lindenbr., Nonio, (de esu piscium c. 2.) Schurzfl. et Plathnero, quoniam non satis constet, marinos pisces ab Ægyptiis cultos fuisse, et ex ipsorum potius religione Jove nihil dignum in mari gigni posse docuerit Plato, et ex eo Pierius hieroglyph. l. XXXI. pr. *Felis* contra, quæ Græcis dicitur αἰλουρος, (et hinc quoque *alurus* Gell. XX. 8. et Hygin. Astron. II. 28. ubi v. Muncker.) Bubasti Ægyptiorum s. Lunæ sacra fuit, ejusque viva quædam imago: v. Herodot. II. 66. 67. Plut. de Is. et Osir. p. 376. Diodor. I. et II. Jablonski Panth. Æg. III. 3. §. 3. seq. p. 60. et 66-71. Vulgatam vero lectionem tuentur Grang. et Scalig. ad Tibull. I. 7. 14. et aptius sibi h. l. opponuntur *pisces cærulei* s. maris, et *fluminis*. Vellem tamen aliorum scriptorum locis probari posse, cultum piscium marinorum Ægyptiis in usu fuisse.

EXCURSUS

AD SAT. XV. 27.

NOMEN consulis varie h. l. exhibent codices tam scripti quam editi. *Junio* 8. 9. 11. 14. 17-20. 23. 70. 75. 76. 77. 82. Recte, opinor. Nomen corruptum videtur ab imperitis librariis, qui putabant, metri leges prohibere, quo minus

servaretur. Sed *Junio* δισύλλαβος vox est, et ejusmodi συν-
 ζεις passim obvia. Sic ap. Silium (ut ex hoc solo **exempla**
petam) *Pelio* dicitur III. 495. *tenuia* et *tenuis* IV. 147. VI. 19.
semiusta III. 16. *semiambustus* II. 681. *semianimis* IX. 123.
semiermis XII. 467. *genua* I. 529. *proinde* II. 353. *alveo* III.
 450. IV. 602. *sinuosa* et *sinuata* II. 172. VI. 226. VII. 503.
 X. 181. XV. 173. 621.

Juno legitur in 25. 49. 55-57. 59. *Ionio* in 15. *vinio* in 16.
jurno in 22. *Junco* in 10. 21. 27. 46-48. 54. 58. 60. *Vinco* in
 24. 45. 50. 61-69. 71-74. 81. Lipsius in Epistol. Quæst. IV.
 20. monuit, neque *Vincum*, neque *Juncum* Consulem inve-
 niri in Fastis, et posteriorem horum partem intricatam esse
 propter Consules crebro suffectos. *Juncus* tamen aut *Junc-*
tus Commodi regnante Consul fuit. Ulpianus l. xxviii.
 Digest. de fideicommissis libertatibus: 'Factum est,' in-
 quit, 'senatusconsultum Æmilio Junco et Julio Severo con-
 sulibus.' Lampridius in Commodi c. 4. 'In exilium acti
 sunt Æmilius Junctus et Attilius Severus Coss.' Sed nec
 definiiri potest, quæ vera horum consulum nomina fuerint,
 nec probabile est, Juvenalem ad Commodi ætatem vixisse.
 Britannicus quidem suspicabatur, τὸ nuper h. l., ut passim,
 de longo tempore dici, et *Vincum* forte Consulem fuisse sub
 imperio Neronis auctoremque conjurationis *Vincianæ*, de
 qua v. Suet. Ner. c. 36. Enimvero ibi in plerisque iisque
 optimis libris legitur *Vinicianæ*, et *Viniciorum* gens clarissi-
 ma fuit: v. Intpp. Tac. Ann. vi. 15. 45. xiv. 40. Suet.
 Aug. c. 64. 71.—Grangæus conj. *Vero*, ut designetur *Ve-*
rus, qui cum Fulvio Consul fuerit imperante Domitiano.
 Notior est L. Ceionius Commodus Verus, ab Hadriano, et
 inpr. ejus filius, ab Antonino Pio adoptatus. Hic a. U.
 dcccclvii. Consul, et deinde cum M. Aurelio Imperator
 fuit.

EXCURSUS

AD SAT. XV. 75.

Terga fuga, cet. legitur in 9. 11. 15. 17. 19-22. *sceleri pro celeri* in 21. 22. *instar pro instant* in 22. et *sceleri præstantibus omnibus instans* in 9. in quo tamen verba hæc a recent. manu scripta sunt, et, quæ fuerant veteris scripturæ, stylo expuncta: unde conjiciebat Pithœus, populi nomen positum h. l. a poëta, et a librariis corruptum esse. Idem suspicabatur Salmasius in Exercitt. Plin. p. 452. B. ubi de h. l. ita disputat: ‘*Terga fuga celeri præstant instantibus Ombis, Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ* legendum vidit Jos. Mercerus ex veteri scriptura, quæ habuit: *præstant instantibus omnes*. Loci vero nomen hic proprium desideratur, cui vicina Tentyra: nam ridiculum est, *umbrosam palmam* pro palmetis intelligere. Scriptum fuisse suspicor *Pammæ* pro *Pampæ*, unde *Palmæ* fecerunt, *Pampæ* vicus vicinus Tentyris. Παμραν; vocatur Ptolemæo. Legendum ergo *Pampæ* pro *palmæ*: et Tentyra illa sunt Juvenali, quæ *Pampæ* vicina, longe utique ab Ombis sita, quæ tamen propinqua statuit, Quid si poëta Oxyrynchitarum et Cynopolitarum historiam sub nominibus Ombitarum et Tentyritarum traduxit? Sane et tempus convenit, nec res disconvenit, ut videre est apud Plutarchum, Juvenali contemporaneum. Tum denique *Ombi* et *Tentyra* versus melius et mollius ineunt, quam *Cynopolis* et *Oxyrynchus*, quæ prorsus heroicum metrum negant intrare.’ Ita Salmas. ingeniose magis quam vere. Nam Plutarchus quidem similis belli, ob eandem causam inter Oxyrynchitas et Cynopolitas gesti, mentionem facit, non vero (quod caput rei est, neque silentio prætermittendum erat vel dissimilandum) diræ inhumanitatis vel ἀνθρωποφονίας, quæ h. l. vss. 77. seq. memoratur. Neque etiam lectio illa *Pampæ* nobis arridet. Quis enim, ut situm urbis designet, eam

Quam si nos Veneris commendet epistola Marti,
Et Samia genitrix quæ delectatur arena.

5

Commoda tractemus primum communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus
Audeat: immo etsi pulsetur, dissimilet, nec
Audeat excussos Prætori ostendere dentes,
Et nigram in facie tumidis livoribus offam,
Atque oculum medico nil promittente relictum.
Bardaicus judex datur hæc punire volenti

10

Veneris, ac mater quæ Samio gaudet cubilo. Agamus primo de generalibus emolumentis, quorum hoc non erit infimum, quod te percussare vereatur toga indutus; quia etiam taceat si verberetur a te: vizque sustineat Prætori monstrare oculos ictu dentes, atque atram carnem in vultu, turgentem, ac lividam; et oculos restantes, Medico nihil spondente. Ista vero castigare cupienti donatur quæsitior bardia-

~~~~~

27. 46-49. 54-63. 66-69. 71-74. accipiat 16.—5 commendat 19. 23.—6 ejectus e 13. genitrix Samia 16. genitrix pro genetrix substitui ex 16. 21. 22. 60. 64. postulante sic etymologia a genitum. vid. Schelleri præc. styli bene lat. p. 26. 30. 34.—7 abest ab 23.—8 nimium 16. nec te 20. si te 12. 17. 19. 23. 45.—9 et abest a 16. totusque versus a 7. et 23. de quo v. sup. ad II. 24.—10 offendere 57.—11 Et tumidam in facie nigris livoribus offam 11. faciem 15. 21. 22. 72. 73.—12 oculos...relictos 10-13. 15. 16. 17. 19-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—13 Bardaicus 1. 2. 4. 11. 24. 45. 70. 75. 76. 81. 82. ut ap. Capitol. in Pertin. c. 8. Bardiacus 3. 5. 10. 25. 27. 46-50. 54. 55. 58. 61-69. 71-74. 77. probb. Calder. Casaub. ad Capitol. l. l. Bardæus 56. 57. 59. 60. 65. Ita et libri variant ap. Martial. iv. 4. 5. ubi in optimo Ms. Palat. vardaicus legitur. hæc 45.—

## NOTE

tibi conciliatus per litteras amicæ Veneris, vel matris ejus Junonis commendatitias.

5 *Veneris*] Vide initium Carm. Lucetii.

6 *Samia genitrix, &c.*] Juno Martis genitrix, quæ colebatur apud Samum, quæque proinde Insulam hanc diligebat. De Samo vide Sat. III. vs. 70. ibique annot.

8 *Ne te pulsare togatus audeat*] Hæc prima est utilitas militantium, quod eos civium nemo ausit offendere, imo quisque timeat ac revereatur.

*Togatus*] Domi togam, militiæ sagum gerebant.

9 *Dissimulet*] Nam conquerendo, et in jus trahendo militem, nihil pro-

ficeret, imo sibi novam accerneret injuriam a commilitonibus ejus qui pulsavit, partes ipsius per fas et nefas tuentibus.

10 *Prætori*] Seu judiciorum seu castrorum Præfecto.

11 *Offam*] Cicatricem, vibicem in vultu, carnis tumorem ac livorem ex percussione.

12 *Oculum medico nil promittente relictum*] Vel alterum, vel utrumque oculum ictu contusum, tantum non excussum; atque ita male affectum, ut periculum sit perdendi visus, nihilque certæ opis ac salutis audeat spondere Medicus.

13 *Bardaicus judex datur, &c.*] Quod si togatus a milite læsus vindictam

**Calceus, et grandes magna ad subsellia suræ,  
Legibus antiquis castrorum, et more Camilli 15  
Servato, miles ne vallum litiget extra,  
Et procul a signis. Justissima Centurionum  
Cognitio est igitur de milite; nec mihi deerit  
Ultio, si justæ deferitur causa querelæ.  
Tota cohors tamen est inimica, omnesque manipuli 20**

*amb, calcetti, ingentesque ocreas in excoelo tribunali, ritu veteri castrorum, atque instituto Camilli custodito, ne litem agat miles trans aggerem, ac longe a vexillis. Aequissima est ergo Centurionum disceptatio de milite: dabiturque mihi vindicta; si producatnr ratio recta querimonie. Nihilominus omnis phalanx stat contra;*

14-17 eiectione 18.—16 nec pro ne 15. 46-49. 54. 55. 56. 61-64. 66. 67. 71. 73.—  
18 Cognitio atque datur 18.—20 post vs. 22. legitur in 19. omnisque 15. 16. 20.

## NOTÆ

petat, nihil agit aut consequitur: nam militem deferenti datur cognitor et judex militaris, qui proinde militi favet.

*Bardiacus*] Vox deducta a Bardis Gallie pridem populis, sive legas, *Bardiacus*, cum Turnebo, et aliis; sive *Bardiacus*, cum ceteris. Intelligendus itaque vel Judex militaris, barbarus, Gallicus; vel amictus et lacerna sine cucullo, crassior, et villosa, cujus in castris ad excubandum usus frequens, quemadmodum et bardocuculli, de quo Sat. viii. vs. 145. Vide Turneb. xxiii. 26. Vallam, &c. Martial. Epigram. iv. 4. 'Lassi bardiacus quod evorati.'

14 *Calceus, et grandes, &c.*] Hinc videtur habitus describi Centurionis, veste castruensi, de more, in tribunali sedentis et negotia militum disceptantis. Datur, inquit, Judex bardiacus, id est, bardiaro vestitus, forte et cucullo caput adopertus, caligatus, peronatus, suras grandes, ocreas, perones ac tibidia indutus, cujus vel aspectus civem deterreat a litigando apud talem Judicem. Vide Sat. iii. vs. ultimo.

15 *Mors Camilli*] L. Furius Camillus Dictator, in decennali Velorum obsidione, edixit, ne miles extra vallum litigaret, nempe ut praesto quisque semper adesset, quoties erat cum hoste dimicandum. Vide Liv. lib. v. Plutarch. &c.

17 *Justissima Centurionum cognitio, &c.*] Illud Camilli institutum maxime justum est, et e re publica, ob rationem allatam: adeoque civis non habet quod conqueratur, si coram Centurione, et apud castra, litigandum est et agendum adversus militem.

18 *Nec mihi deerit ultio, &c.*] Mihi vero militi a cive ad Judicem tracto etiam juste non deerit ultio. Nam commilitones mei obstrepunt ne damner; ac si forte damnatus fuero utpote nocens, at ultrix adest tota cohors, tamque male accipit civem iudicio victorem, ut eum poeniteat vicisse et militi non indulsisse.

20 *Tota cohors tamen est inimica*] Probe notat indolem militantium omnia per vim agentium, et ubique per fas et nefas vincere, ac nihil non sibi licere contententium.

Consensu magno efficiunt, curabilis ut sit  
 Vindicta, et gravior quam injuria. Dignum erit ergo  
 Declamatoris mulino corde Vigellſ,  
 Cum duo crura habeas, offendere tot caligas, tot

*atque turma univerae summa concordia obstant. Efficietis ut ultio fiat atrocior quam prior iniquitas. Erit igitur congruum animo Vagelli Mutinensis caudicis,*

~~~~~

27. 54. 64.—21 *Cum sensu* 22. *efficiunt* 10-13. 15. 17. 19-22. 24-27. 48-50. 54-59. 71-74. 77. *efficiunt* 16. *curabilis* 1. 14. 18. 25. 45. 46. 47. 49. 50. 56-59. 65. 66. 67. 70. 75. 76. Vetus scholion est: ut satis cures, quemadmodum effugas illos. *plorabilis* quidam. *Consensus magno efficiunt*. *Curabitis, ut sit* 10. 11. 15-17. 19-24. 27. 48. 54. 55. 60-64. 65. 68. 69. 71-74. 77. Tum verba *Curabitis ut sit* cet. sunt vel militum increpantium togatum, qui militem accusare audet, vel ipsius poëtæ, objurgantis togatos s. cives, accusatione militis novum sibi incommodum, idque priori gravius, importantes. Parum interest, quocumque modo legas, et vulgata forte lectio non repudianda propter insolentiorum usum vocis *curabilis*, nisi forte hic ipse varietatem lectionis peperit. *curabitur ergo* 13.—22 *Vindicta gravior* 10. 11. 15. 16. 17. 19-22. 25. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 54-62. 64-69. 71-74. 77. non improb. Schurzſ. ut sit Græca positio. Syllaba utique finalis, natura brevis ob cæsuram, aut sequentibus duabus vel tribus consonis, modo producit, modo corripitur. V. sup. ad vi. 109. *injuria fiat eidem* 13.—23-25 ejectionis e 13. *mulino* 14. 18. 61. 63. 70. 75. 76. 81. 82. *Mutinensis* 10. 11. 12. 16. 17. a m. sec. 20. 21. 23-27. 45-50. 54-60. 62. 64-69. 71-74. 77. Utrumque in codd. suis jam legit vetus Schol.

NOTE

Cohors, manipuli] Manipulus continet viginti milites ac turbam scutatorum. De *Cohorte* dixi ad Sat. i. vs. 58. et alibi.

21 *Curabilis ut sit, &c.*] Sic quidam legunt; alii, *plorabilis*. Vulgo, *efficiunt*. *Curabilis ut sit, &c.* sensus est: Videte igitur, o cives, quid agatis, adversus militem litigando. Scilicet novam accersitis vobis injuriam priori graviorem. Non valde refert ad sensum, quoquo modo legas.

22 *Vindicta, et gravior quam injuria*] Totius cohortis omniumque manipulorum vindicta est gravior, quam injuria ab uno milite accepta, pro qua litigatur.

Dignum erit ergo, &c.] Ergo qui militem offenderit, vel offensus accusabit ac deferet, is tam stultus ac temerarius existimandus est, quam erat declamator ille sœ caudicis Muti-

nensis, qui quaslibet causas suscipiebat, malas etiam ac periculosas.

23 *Mulino*] Id est, bruto ac stolido. Alii legunt, *Mutinensis*, id est, oriundi e Mutina, quæ urbs est Longobardiarum in Italia. Hodie vulgo *Modena*, Ducatus titulo fulget.

24 *Cum duo crura habeas, &c.*] Id est, cum integro et sano sis corpore, stulte ageres, si invidiam et offensionem tibi creas militum, qui te mutilarent, et crus alterum vel utrumque frangerent, iracundi ut sunt et ad actionem prompti.

Tot caligas, tot millia clavorum] Sic legunt alii, et corrigunt ad rem satis. Ast alii, *Tot caligatos*, videlicet, tot milites indutos caligia ac tibialibus clavatis. Vide Sat. iii. vs. 248. ibique Annot. Item Turneb. iv. 7. ubi millium caligæ clavis suffixæ erant, inquit.

Millia clavorum. Quis tam procul absit ab Urbe? 25
Præterea quis tam Pylades, molem aggeris ultra
Ut veniat? lacrymæ siccentur protenus, et se
Excusaturos non sollicitemus amicos.
Da testem, iudex cum dixerit: audeat ille,
Nescio quis, pugnoscui vidit, dicere, Vidi? 30
Et credam dignum barba, dignumque capillis

quando binas habes tibias, ledere tot caligatos, millia clavorum. Equis adeo sit alienus a civitate? Insuper quis ita Pylades, ut predeat ultra vallum? Statim erascant fletus, neque urgeamus familiares detrectaturos. Quando cognitor jusserit, adduc testem, qui pugnos conspexit, quisquis iste; ne dubitet affirmare, Vidi; atque illum putabo dignum barba, dignumque capillitio antiquorum. Mendacem testem

~~~~~

qui hæc notavit: 'mutino corde, i. e. ignavus. In alio *Mutinensis*. Rhetor aliquis de Mutina.' Nostra tamen lectio præferenda ob sarcasum, quem a librariorum ingenio profectum vix crediderim. *Mutinensi* 15. 17. a m. pr. 19. 22. *Vagilli* 22. 24.—24 ostendere 21. 22. tot caligas, tot *Millia clavorum* 14. 18. 61. 63. 70. 82. et Ma. liber Dempsteri, qui ad Coripp. p. 192. intellexit ictus calcium, quod probavit Schurz. coll. Valtrin. de mil. Rom. p. 176. et Castalion. Obs. p. 84. tot caligatos milites, *Millia clavorum* 10. 11. 12. 15. 16. 17. 19-27. 45-50. 54-60. 62. 64-69. 71-77. 81. Sed illud venustius. *caligato* 42. 66. Plathneri nota est hæc: 'Liber noster mediæ notæ *caligato*. Inde fallor, an legendum *caligato* scil. militis. *Caligati* sunt milites manipularii ap. Theodos. Imp. L. xxii. C. de Nupt.'—26 *Pylades, ut nos tueatur Orator? lacrimas* cet. 13.—28 *Excusatores* 13.—29 *iudex quem dixerit* 7. 10-13. 15. 16. 17. 19-27. 29. 45-50. 54-60. 71-74. 77.—30 *pugnoscui vidit qui* 10. 15. 16. 17. 19-27.

#### NOTE

25 *Quis tam procul ab Urbe*] Quis tam imperitus rerum urbanarum, tamque moris ac insolentis militum ignarus?

26 *Quis tam Pylades*] Quis tam amicus alicui, ut tot pericula pro eo sponte velit incurrere, litiganti contra militem opem ferendo, et ad usque castra comitando, &c. sicut Pylades Oresti ubique adfuit, omnium periculorum comes ac particeps, pro quo etiam morti sese objecit apud Tauricam regionem. De quo vide Euripid. Iphigen. in Tauris.

*Molem aggeris ultra ut venias*] Transcundo vallum, intra castra pergat ad jus; ut ante est annotatum.

27 *Lacrymæ siccentur*] Ergo melius

erit acceptam a milite injuriam dissimulare, neque sollicitare amicos ut præstent nobis officium tam periculosum. Nam certe illi rerum gnari excusabunt se, ac detrectabunt vel nos ad castra comitari militem delaturos, vel contra illum dicere testimonium, vel causam nostram agere apud Centurionem, obstrepente interim ac minas jactante universa cohorte et omnibus manipulis: quem admodum antea dictum est.

29 *Da testem, iudex cum dixerit*] Legunt alii, *quem dixerit*.

31 *Dignum barba, &c.*] Antiquus virum fidel, et virilis constantie, quales erant majores nostri, cum mos nondum esset barbam tendere. De

Majorum. Citius falsum producere testem  
Contra paganum possis, quam vera loquentem  
Contra fortunam armati, contraque pudorem.

Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notamus  
Sacramentorum. Convallem ruris aviti  
Improbis, aut campum mihi si vicinus ademit,  
Et sacrum effodit medio de limite saxum,  
Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo;

35

*facilius dare queas aduersus rusticum, quam veracem aduersus bona, atque aduersus honorem bellatoris. Cetera jam munera, ceteraque iurijurandi commoda observemus. Si mihi nequam vicinus abstulit vallem vel agrum prædii majorum; vel me diis e finibus sanctum eruit lapidem, quem quotannis coluit mea puls cum ingenti*

\*\*\*\*\*

45-50. 54-69. 71-74. 77.—34 *contraque furorem conj.* Schrader.—35 *voce- mus* 13.—36 *cum vallem* 15. 20. 22. 24. 45.—37 *ut campum* 21.—38 *Aut* 19. 13. 15. 16. 17. 19-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—39 *vetulo restitui* ex 7. 10-13. 16. 17. 19. 20. 21. 23-27. 45-47. 50. 54-69. 71-74. 77. *vetula* 22. *patulo* (h. e. ingenti) 14. 18. 48. 49. 70. 75. 76. 82. Sed nostra lectio haud dubie exquisitior. Libum dicitur *vetulum* ob vetustatem vel hujus ritus et sacrificii, vel possessionis agri lapidisque terminalis. Utrumque vero ad scelus arguendum valet. *Vetus in frivolis lapis* dicitur Tibull. i. 1. 12. al. 19. *plus* 52. 46-49. 57.

#### NOTE

hoc nos alibi.

33 *Paganum*] Vide Annot. ad Sat. xiv. vs. 154. et Turneb. ii. 3. Porro subinde Pagani sunt appellati Ethnici et Idololatræ, ex quo, propagata jam Fide Christiana, illi urbibus pulsi in pagos ac villas rusticas concesserunt.

35 *Præmia nunc alia, &c.*] Alia militum commoda, in litigando: deinde in jure condendi testamentum, Cælius Rhodiginus xxiii. 23. quærit cur militi ac viro forti tantum honoris tribuatur, plusque prærogativæ, quam doctrinarum antistiti vel maximo: respondetque ex Aristotelis sententia Rhetor. i. eas virtutes censi maximas, quæ noscuntur aliis utilissimæ, et hinc justis viris pariter et fortibus plurimum deferri: quoniam altera virtus in pace, in bello altera prodesse præcellenter valet.

36 *Sacramentorum*] Id est, militiæ,

vel militum, qui sacramenta se obstrinxerint apud Imperatorem, bonam se Reipublicæ navaturos operam, neque ante finita stipendia discessuros.

*Convallem ruris aviti, &c.*] Agrum collibus septum, ab avis et majoribus, hæreditario jure, vel testamento, ad me transmissum: prædium in valle situm.

38 *Sacrum effodit medio de limite saxum*] Protulit limitem agri, suo adjuncturus quod meo derasisset. *Sacrum*: quia separandis agris positus lapis Jovi Terminali sacer habebatur.

39 *Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo*] Cujus agri cum vetus eum possessor, ex more Jovi ac Terminis dudum sacrificio quotannis, pulsam et liba super saxum ponens: idque ex instituto Numpæ Pompilii, qui frugum primitias Terminis sacrificari jussit.

**D**ebitor aut sumptos pergit non reddere nummos, 40  
**V**ana supervacui dicens chirographa ligni :  
**E**xpectandus erit, qui lites inchoet, annus  
**T**otius populi : sed tunc quoque mille ferenda  
**T**ædia, mille moræ ; toties subsellia tantum  
**S**ternuntur ; jam facundo ponente lacernas 45  
**C**ædicio, et Fusco jam micturiente, parati

*placenta: vel si debitor perseverat non restituere pecuniam acceptam, affirmans falsam chirographa inutilis ligni, operiri cogar animum qui plebis universæ controversias incipiat. Tum vero sexcenta etiam molestia, sexcentæ dilationes erunt sustinenda. Toties tribunal duntaxat paratur. Nunc deserto Cædicio pallium abijciente, et Fusco dum mingente, instructi discedimus, atque tardo fori sabulo decertamus. Ita*

56. 66. 67. 71. 72. 73.—41 chirographa 21. 22. Cnf. sup. ad XIII. 137. ubi idem versus legitur, et unde eum huc translatum esse marginique ascriptum suspicari possis. Sed huic quoque loco aptissimus est, et hinc ab ipso forte poeta repetitus.—42 inchoet pro inchoat revocavi ex 10-13. 15. 17. 19. 20. 21: 23-27. 45-50. 54-63. 65-69. 71-74. 77. et Serv. ad Virg. Æn. II. 102.—43 nunc 16. tum 13. 21. 22.—45-47 in 13. ita contracti: *Sternuntur. sed digredimur mox*

## NOTE

Dionys. Halic. I. II.

40 *Debitor*] Cui vel fenore, vel mutuo credidi pecuniam.

41 *Vana supervacui, &c.*] Eundem versum, et in hunc Annot. vide Sat. XIII. vs. 137.

42 *Expectandus erit, qui, &c.*] Donec ad iudicandum convenient Centumviri, qui ex tribubus triginta tribus, adeoque e toto populo electi. Hi porro vix et raro conveniebant: unde multa erant tædia perferenda litigantibus apud ipsos, de iis quorum cognitio ad eos pertinebat, v. g. de Deposito, de Tutelis, de Finibus, &c.

*Qui lites inchoet, annus, &c.*] Locum hunc aliter alii explicant; sic vero e Servio: Expectandus cuique suus ordo, Gallice, *le rôle*. Nam et tunc ob litium multitudinem, causæ per sortem audiebantur, ut evitaretur tumultus. Plin. IV. 16. 'Proxime cum dicturus apud Centumviros essem, adeundi mihi locus, nisi a tribunali,

nisi per ipsos Iudices non fuit: tanta stipitatione cetera tenebantur.'

44 *Subsellia tantum sternuntur*] Paratur duntaxat et adornatur tribunal.

45 *Ponente lacernas Cædicio*] Dum Iudex lacernam ponit ob æstum, et frigus captat, veluti mox causas auditurus. Is vero tamdiu moratur, ut frustretur expectantes, et mora fatigatos cogat abire, infecta re, quamvis paratos ad dicendum.

46 *Cædicio*] De eo Sat. XIII. vs. 197.

*Fusco*] Vide Sat. IV. vs. 112. Hic Aurelius Fuscus apud Martialem ut ebriosus notatur.

*Micturiente*] Locum hunc explicat id quod de ejusmodi Iudiciis habet Macrobius III. 16. 'C. Titius,' inquit, 'vir ætatis Lucilianæ, in oratione qua legem Fanniam suavit;—describens homines prodigos in forum ad iudicandum ebrios commean-tes, quæque soleant sermocinari inter

Digredimur, lentaque fori pugnamus arena.  
 Ast illis, quos arma tegunt, et balteus ambit,  
 Quod placitum est ipsis, præstatur tempus agendi,  
 Nec res atteritur longo sufflamine litis.

50

Solis præterea testandi militibus jus  
 Vivo patre datur: nam, quæ sunt parta labore  
 Militiæ, placuit non esse in corpore census,

*autem quos arma operiunt, ut cingit balteus, quodcumque libet iis litigandi tempus conceditur, neque deperditur negotium proluxa controversiæ mora. Adde quod suis bellantibus licet condere testamentum vivente genitore. Enimvero quæ sunt bellicis acquisita laboribus, statutum est haud censeri bonorum summa, quorum unicuique*

~~~~~

deinde parati. Sternentur 17. jam recepi ex 7. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 19-22. 24-27. 45-50. 54-69. 71-77. nam 23. tum 14. 18. 70. 82. cum facundo poscente lucernas vel lacernas conj. Schrader. lucernas 7. 11. 17. 19. 20. 25. 39. 40. 45. 46. 48. 49. 54-57. 59. 60. Barthius Advers. xiv. 16. hanc lectionem vulgatæ præfert, modo reponatur poscente lucernas, ut sententia h. l. sit: Cum tantum temporis frustra expectaveris, quantum loquacissimos causidicos, diem dicendo eximere suetos, in Urbe lassare possit, ut alter ad indicandum serum diei tempus lucernam poscat, alter urinæ injuria vix morari sustineat; abibis tamen non solum non expedito negotio, sed nec proposita actione. Non male!—46 Ceditio 68. 71. 72. 73. Ceditio 17. 48. 56. 59. 60. 62. 64. Ceditio 19. Cacidio 21. Cacidio 2. 39. prob. Barth. l. l. Cf. sup. ad XIII. 197.—47 Egredimur 20. pugnemus 19.—48 illi 21. 22.—49 illis 10-13. 15. 16. 17. 19-27. 45. 46. 47. 49. 50. 54-69. 71-74. 77. At male sic eadem vox repetitur. tempus præstat 11. Perperam post placitum est distinctio posita in omnibus, quas inspexi, editionibus.—51-54 ejecti e 13.—54 Omne tamen 23. Coram-

NOTE

se, sic ait: Ludunt alea studiose nugnentis delibuti—Ubi horæ decem sunt, jubent puerum vocari, ut comitium eat percontatum, quid in foro gestum sit; qui suaserint, qui dissuaserint: quot tribus jusserint, quot vetuerint. Inde ad comitium vadunt, ne litem faciant suam. Dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant, quippe qui vesicam plenam vini habeant. Veniunt in comitium tristes: jubent dicere: quorum negotium est, narrant: Judex testes poscit: ipse it mictum. Ubi reddit, ait se audivisse omnia: tabulas poscit: literas inspicit: vix præ vino sustinet palpebras.

47 *Lentaque fori pugnamus arena*] Metaph. a Circo, et gladiatoribus. Id est, vix litis finem videmus, adeo lente omnia procedunt.

50 *Sufflamine*] Dilatione, remora, impedimento. Quid sit proprie *sufflamen*, dixi ad Sat. VIII. vs. 148.

51 *Solis præterea testandi militibus jus, &c.*] Nam filius-familias, etiamsi pater consentiat, testari non poterat nisi de peculio castrensi vel quasi castrensi. Justinian. de militari testamento. Ulpian. in Lege i. Digest. de Testam. milit. sic habet: 'Militibus liberam testandi factionem primus quidem D. Julius Cæsar concessit: sed ea concessio temporalis erat.

Omne tenet cujus regimen pater. Ergo Coranum
 Signorum comitem, castrorumque æra merentem, 55
 Quamvis jam tremulus, captat pater. Hunc labor æquus
 Provehit, et pulchro reddit sua dona labori.
 Ipsius certe ducis hoc referre videtur,

*pater administrationem possidet. Itaque Coranum vexillorum sectatorem et militis stipendia obtinentem palpat genitor, licet modo senio titubans. Illum justa promp-
 cet opera, atque honesto studio sua pramia dilargitur. Id profecto videtur interesse*

num 22. Coranum 64.—55. 56 in 13. sic contracti: Signorum comitem validis
 maxibus labor æquus.—56 caput 17. Vox labor me semper offendit, quæ mox
 sequitur et modo præcessit. Quam inepta etiam est sententia hæc: labor
 reddit sua dona labori? Hanc miror nemini interpretum displicuisse præter
 Britannicum, qui auctor est, ut reponatur: Hunc labor æquus Provehit; et
 pulchro reddi sua dona labori, Ipsius certe ducis hoc referre videtur, (ea ratione)
 Ut qui fortis erit, cet. Melius, opinor, nitori carminis conanletur hac emen-
 datione: hunc favor æquus (favor justus meritasque ducia) Provehit ad honores
 ac dignitatem, et pulchro reddit sua dona labori, scil. militiæ.—57 reddit 22. de-
 dit 20.—58 ergo pro certe 12. hæc referre videntur 25. 27. 46—49. 55—60. 65.—

NOTÆ

Postea vero D. Titus dedit: post hoc Domitianus: postea D. Nerva plenissimam indulgentiam in milites contulit: eamque et Trajanus secutus est. Et infra: 'Exipde mandatis inseri cœpit caput tale; cum in notitiam meam pervenerit.—Simplicitati eorum' (militum) 'consulendum existimavi, ut quoquo modo testati fuissent, rata esset eorum voluntas. Faciant igitur testamenta quomodo volent, faciant quomodo poterint: sufficiatque ad bonorum suorum divisionem faciendam nuda voluntas testatoris.'

54 Coranum] Hunc de quo forte Horatius Serm. II. 5. 'Captatorque dabit risu Nasica Corano.'

55 Castrorumque æra merentem] Diu Romanos suis stipendiis militasse, at postea mercedem e publico accepisse, alibi notavimus; nimirum Sat. III. vs. 182. et enarrat Alex. ab Alex. VI. 22. &c.

56 Quamvis jam tremulus, captat pa-

ter] Pater jam senio licet confectus filium captat militantem, ut ab eo nuncupetur hæres bonorum militia partorum. Tria veteribus fuere testamentorum genera: unum quod calatis comitiis fiebat: alterum quod per æs et libram, libripende adhibito, et emptore familiæ. Tertium militare seu procinctum vocabatur, cum milites ituri in prælium, nulla legum solemnitate, tribus aut quatuor adhibitis testibus, antequam se accingerent ad dimicandum, hæredem sibi nuncupabant, si quid in acie secus eveniret. Alex. ab Alex. IV. 2.

57 Hunc labor æquus provehit, &c.] Præterea milites per bellicos labores ad munera provehantur, honores a Duce consequuntur et præmia, phaleras, torques, armillas, coronas, &c.

58 Ipsius certe Ducis hoc referre videtur, &c.] Refert Ducis militantes honorari et locupletari. Nam donis ac donorum spe virtus excitatur militum, alique ad militandum alliciuntur.

Ut, qui fortis erit, sit felicissimus idem,
 Ut læti phaleris omnes, et torquibus omnes.

60

ipsius Imperatoris, ut qui strenuus fuerit, ipse sit beatus; ut cuncti phaleris, cuncti etiam torquibus gaudeant.

~~~~~

59 Et 20. *Ut, qui sit fortis, sit felicissimus idem* 22. forte rectius: *erit, sic et 45. erat* 16. *sic* 73. olim pro *idem* 24.—60 Et 20. Heuninius emend. *Ut læti phaleris, armillis, torquibus omnes*, quoniam hæc dona militaria etiam ap. Gell. II. 11. et in Inscriptt. conjungantur, et tum insipida, tum Juvenali inaequalita sit *ταυτολογία* vocis *omnes*. Sed repetitio hujus voc. magnam potius vim habet, (nam quo plures milites dona, et quo plura accipiunt, eo gloriosius id tam toti exercitui est, quam, qui ei præest, duci) et satis est, a poeta deo tantum virtutis militaris præmia memorari.

## NOTÆ

60 *Ut læti phaleris omnes, &c.*] Ut strenui sint omnes, adeoque donis militaribus exornentur. Plin. XXXIII. 2. 'Romani auxiliares et externos torquibus aureis donavere: at cives nonnisi argenteis.' Agellius II. 11. refert 'Lucium Sicinium Dentatum, ob eximiam virtutem appellatum Achillem Romanum, pugnasse in hostes centum et viginti præliis: cicatricem aversam nullam, adversas quinque et

quadraginta taliasse: coronis esse donatum aureis octo, obsidionali una, muralibus tribus, civicis quatuordecim; torquibus tribus et octoginta: armillis plus centum et sexaginta; hastis duodeviginti, phaleris item donatum quinquies viciesque: populi militaria dona habuisse multijuga, in his provocatoria pleraque: denique triumphasse cum Imperatoribus suis triumphos novem.

**NOTÆ VARIORUM**

**CUM VET. SCHOLIAST.**

**IN**

**D. J. JUVENALIS SATIRAS.**

# CATALOGUS EORUM AUCTORUM, EX QUIBUS NOTÆ VARIORUM SUNT DESUMTÆ.

ALCIATUS.  
Alex. ab Alexandro.

Beroaldus.  
Boëthius de Boodt.  
Bond.  
Bongarsius.  
Brissonius.  
Britannicus, *passim*.  
Brodeus.  
Budeus.

Camerarius.  
Canterus.  
Casaubonus, in *Persio passim*.  
Castalio.  
Chaldérinus.  
Crucius.  
Cunæus.

Delrio.  
Dorleans.  
J. Douza.

Egnatius.  
Erasmus.

Farnabius, *passim*.  
Ferrarius.  
Flavius.  
Floridus.

Gatakerus.  
Grangæus, *passim*.  
Gyraldus.

Junius.

Leopardus.  
Lipsius.  
J. Loënsis.  
Lubinus, *passim*.  
Lud. Carrio.

Magius.  
Mancinellus.  
Manilius.  
Mannius.  
Marcellinus.  
Mercerus.  
Meursius.  
Muretus.

Parrhasius.  
Pierius.  
Pithæus.  
Pius.  
Politianus.  
Puhmannus.  
Puteanus.

Realinus.  
Rhodiginus.  
Rigaltius.  
Rutgersius.

Salmasius.  
Jos. Scaliger.  
Scheg.  
Scoppa.  
Stephanus.

Thysius.  
Turnebus.

Valla.  
Vossius.

# NOTÆ VARIORUM,

&c. &c.

1. *SEMPER* ego auditor] Poëta suam ignaviam et patientiam accusat, et ægre fert, quod toties ab aliis audiendi molestia et tædio adfectus; nunquam contra alios, sua poëmata recitando, pari molestia affecerit.—*Ego]* *ἐγὼ καὶ ὑμῶν.* Cum docti et indocti passim omnes aliquid scribant et recitent; ego Juvenalis semper alios audiam tantum, et nunquam alii me vicissim audient?—*Nunquamne repenam]* Scribam, vel recitabo, vicem illis referam, eadem scribendi recitandique molestia obtundens qua illi me. *Farnab.* Est translatio a creditoribus, qua usus est simili in re, diastimillamente, Plinius Nepos epist. 1. 'Possum jam repetere recessum, et scribere aliquid, quod non recitam; ne videar, quorum recitationibus adfui, non auditor fuisse, sed creditor: Nam ut in cæteris rebus, ita in audiendi officio perit gratia, si reposcatur.' Male ergo Lucius Scopas Collect. 1. c. 27. *Rejicere* explicat. Nec bene Jan. Parrhasius epist. 23. translatio-

nem ductam putat a conviviliis. Scopum attigit Adrianus Turnebus lib. Advers. xx. 8. *Grang.*

2 *Vexatus]* Toties longo illo et verboso Poëmate de Theseo, quod Codrus obscurus Poëta, longa et assidua recitatione rancus, ad ravam usque recitavit, delassatus, molestia que ac tædio affectus. Sunt qui leg. *Cordi—Toties]* Cum tot dies mihi impendendi fuerint recitationi.—*Ranci]* Clamando, recitando. *Farnab.—Theside Codri]* Codrus hic Poëta fuit vitiosus, qui Tragediam Thesaida scripsit: de quo Virgilius dixit: 'Sedet æternumque sedebit Infelix Theseus.' *Vetus Scholiast.*

3 *Impune ergo]* Nec par pari referam? et illum meorum carminum recitatione rursus non puniam?—*Ille]* Per contentum. Ut hac ipsa satyra vs. 97. 'Illa tamen faciam prius inspicit.' *Grang.—Togatas]* Argumenti Latini fabulas, a toga Romanorum habitu dictas: ut et Græcorum palliatæ dicebantur, a Græco-

ram pallis, *Scaliger* Poët. i. c. 7.—*Ill togatas*] Togatæ sunt Comœdiæ Latine, quales Afranius fecit: Palliatæ Græcæ. *Vet. Sch.*

4 *Hic elegos*] Alius impune Elegos, id est, versus impariter junctos, lugubres vel amatorios, mihi recitaverit. —*Impune diem*] Ergo Tragedia illa ingens, de Telepho Herculis et Auges filio, rege Mysiæ, cui vulnus et auxilium Pelias hasta tulit, per totum diem, non sine magna molestia, impune me detinuerit. *Lubin.*

5 *Aut summi*] Periphrasis est ingentis fabulæ de Oreste, quæ in summo vel magno libro scripta, et cujus etiam libri margo, ad summitates usque, ne vacua quidem sit relicta. Imo vero quæ etiam in tergo vel exteriori membranæ parte (quæ vacua relinqui solebat) scripta est necdum tamen finita. *Lubin.* Sidon. Apollin. lib. viii. 16. 'Jam venit ad margines umbilicorum, jam tempus est, ut Satyricus ait, Orestem nostrum vel super terga finiri.' *Grang.*—*Summi plena jam margine*] Notandum marginem feminino genere dici, cum Orestis masculino dixerit. *Vet. Sch.*

6 *Orestes*] Agamemnonis et Clytemnestræ filius. De quo Maro, 'Scenis agitur Orestes.' Vide de illo Tragediam Euripidis.

7 *Nota magis*] Quasi nulli res sua domestica notior esse possit, quam sibi illæ fabulæ. Quasi diceret, Fabulæ et historiæ mihi æque notæ sunt ac alteri cuiquam poetarum; si velim, quod illi faciunt, Principibus adulari, aut famæ meæ recitando vellificari; taxarique hic videtur Valer. Flaccus. Vide Jan. Parrhasii Eplæ. ii.—*Lucus Martis*] Qui et in Ponto erat, etiam Athenis et Albæ, ubi Rhea peperit. Alludit ergo ad ambitiosas Poëtarum descriptiones: vel intelligit historiam integram Martis, quæ materia Poëtarum amplissima est. Turneb. xx. 8. Flavii Conject. c. 29.—*Lucus Martis*] pro quocunque

lucos, ad derisionem Poëtarum, quæ a luci descriptione colorem artis petunt. vide Bapt. Egnatii racemat. c. 6.—*Quam mihi lucus Martis*] Lucum Martis dicit, qui Romæ est in Appia, in quo solebant recitare Poëtæ. Aut illum, qui apud Colchos est, in quo fuit pellis aurea: aut in quo Ilia peperit. *Vet. Sch.*

8 *Et Æolus*] Septem insulis Liparæis in mari Tyrrheno. Intelligit autem fabulam Cyclopi et Vulcani. Cujus antrum describit Virgil. *Æn.* viii. *Grang.*

9 *Quid agant*] Est autem hic verberumordo. Platani Frontonis, et convulsa marmora et columnæ ruptæ assiduo lectore, semper clamant, quid agant venti, quas umbras torquent Æacus. Per *ventos* ergo intelligit poemata de ventis, et eorum effectus, &c. Per *Æacum* intelligit poemata et fabulas de inferorum iudice Æaco, quas animas ille judicet torquendas. *Lubin.* Ad fabulas ventorum, et Orithyæ raptus et similia referendum censeo. *Grang.*—*Torquent*] Examinet, vel judicet torquendas animas. *Idem.* Judicet, puniat. *Britannic.*—*Vulcani venti*] Pro folliis ponit. *Vet. Sch.*

10 *Æacus*] Jovis filius ex Ægina. Alii ex Europa, unus e tribus apud inferos iudicibus.—*Unde alius, &c.*] Id est, ex quo loco, scilicet ex Colchide. *Alus*, quispiam, scilicet Jason cum reliquis Argonautis. Argonautica et cætera quæ dicuntur de Jasone, Medea et vellere aureo. *Grang.*—*Furtiva pellucula*] Id est, vellus aureum furtim et clam dolo Medæ ablatum in Græciam afferat.—*Decebat*] Ex Colchide in Thessaliam Argo navi transportet. *Lubin.*

11 *Quantus jaculetur*] In pugna illa Centaurorum cum Lapithis, in nuptiis Pirithoi. Notat hanc pugnam a Valerio ambitiose in Argonauticis expressam. Eandem elegantissime Ovid. Met. i. xii. expressit, Monych memor; sic enim ille: 'Pert gravis in-

vito victorem Nestora tergo Monecho. Jaculetur, id est, Torqueat in hostes Lapithas.

12 *Frontonis platani*] Synecdochice pro horto, porticu, vel domo, in qua platani. Erat autem Fronto nobilis quidam Romanus, summus Literatorum et Poëtarum fautor: in cujus domo assidue, dicit, recitatur, 'Quid agant venti: quas torqueat umbras Æacus: unde alius,' &c. *Lubinus*. Vide de hoc Julio Frontone Marcillum ad Pers. satyr. I.—*Convulsæque marmora*] Quæ assidue recitantium clamore ex parietibus convelli et concati videbantur: nam potentiorum parietes marmorum crustis intuebantur. *Britannic*.—*Clement*] Resonant, clamore referant, quid agant venti, &c. vel per *σπορσπονδίας* marmora assidue Poëtarum recitatione edidicerant, et inculcata toties, clamant quid agant venti, &c. Satyrice, quasi illa etiam continua recitatione declamare didicerint. *Lubia*.—*Platani*] Porticus, quæ adumbrant platani. *Frontonis platani*] In Horatiana domo, in qua Poëta recitabant. *Vel. Sc.*

13 *Ruptæ*] Sic Sat. VII. vers. 85. 'Cum fregit subsella versu.' *Statius*. Vide Graevium ad Hesiod. *Scorrida*, vs. 203.—*Columnæ*] Ædium Frontonis. Sic Virgilius: 'Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.'

14 *Expositæ eadem*] Cum indignatione legendum, quod non solum docti scribant, sed et indocti; juxta illud Horatii: 'Scribimus indocti, doctique poemata passim.' *Britan*.—*Eadem*] sc. fabularum deliria, easdemque nugæ.

15 *Et nos ergo matum*] Cum ergo toties ab aliis vexatus sim, et non sine ingenti tædio aliorum fabulas audierim; addo quod docti indoctique scribant; quid restat, nisi ut et ego diuturno silentio interrupto, et clementia hac exuta, ipse aliquid scribam, ut alios pari molestia afficiam; et reflectam Grammaticæ et declamandi studiis,

carmen aliquod scribere aggrediar? *Lubia*. Vel, an ergo nos jam Grammaticen et Rhetoricen didicimus, ut sciamus et nihil scribamus? cum passim docti indoctique scribant. *Britannicus*. Non jam Grammaticen moror aut eloquentiam: uni Poëticæ addictus sum: jam cum Grammaticorum ferulis et Rhetorum declamationibus mihi nihil negotii, hisque jam valedixi. *Turneb.* XXVIII. 24. Proverbialis formula est de iis qui ludimagistri potestatem exuerunt. *Grægenus*.

16 *Consilium dedimus Sulla*] Id est, Rhetoricen didicimus, ex cujus præceptis et exercitatione, ficto thernate declamavimus, et difficillima materia proposita suavis Syllæ, ut dictatura et tyrannide deposita, privatam vitam viveret, et alienus molestis et periculis, in utramque aurem, altam et securus dormiret. *Lubinus*.

17 *Stulta est clementia*] Conclusio est, qua ad scribendum se exhortatur, suamque ignaviam condemnat. Quasi dicat: quæ hæc stolidia mea patientia, cum tot Poëtis occurras quotidie, qui te toties recitatione verborum suorum carminum, tam inclementer tractarunt, illos non punire, et pari molestia afficere? *Idem*.

18 *Peritura parcere chartæ*] Cui si ego perpercero, alia tamen manu peribit.

19 *Cur tamen hoc potius*] Hactenus exposuit causas cur scribendum sibi aliquid duxerit. Jam rationes adfert, cur ad Satyras scribendas animum potius appulerit. *Campo*, id est, in hoc studio et stadio, hoc poematis genere. *Decurrere*, est scribere et ingenii vires exercere, et decurrendo variorum vitia reprehendere. *Lubia*.

20 *Per quem magnus*] Id est, in quo se Lucilius exercuit, quem tamen non Aurancæ, Rutulorum civitate, sed Suescæ natum dicunt, et Latinæ Satyræ primum autorem. Vide Jos. Scalig. *Ansonianar. lect.* XI. 11. qui

ait, ideo Auruncæ alumnum dici a Juvenale Snessa priundum Lucillum, quod cum bellum inter Sidicinos et Auruncos esset ortum, opidum deseruerint Aurunci, profugique cum liberis et conjugibus Snessam venerint, quæ ideo post Aurunca dicta. *Lubin.*—*Magnus equos Aurunca flexit ahannus*] Turnum dicit Scævæ Memoriam Tragicæ Poëtæ fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione profectus est, potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani. Vel Lenium dicit, qui et ipse Satyras scripsit, vel Silium, et ipsam sui temporis Satyricum. Qui omnes ex Aurunca fuerunt. *Vet. Sch.*

21 *Si vacat, et placidi*] Si libeat et sit otium, manifestabo, et dicam.

22 *Cum tener uxorem ducat spado*] Difficile est, dicit, aliquem non Satyram scribere, cum tener et mollis spado uxorem ducat, &c. Nobiliores enim mulieres nolebant parere, ob id nubebant spadonibus, ut ex Satyra vi. constat: aut si nulla ratione concepissent, partum abigebant poculo abortivo. *Spado* ergo est cui testes abortivi sunt, aut nervi, e quibus testes dependent. Castratus, cui colis et testes. vide Sat. vi. vs. 366.—*Mavia Tuscum, &c.*] Alia indignatio in mulierum impudentiam, quæ temporibus Domitiani in venationes et pugnas theatrales descendebant: unde Martialis Epigr. vi. lib. spect. 'Hæc jam feminea vidimus acta manu.' Vid. Sueton. Neron. c. 11. Tacit. Annal. 15. &c. *Britan.* Sumitur autem *Mavia* pro quacunque impudica et lasciva. *Tuscum*, ferociorem, utpote et Tuscia.

24 *Patricios omnes opibus*] Alia indignatio, quod ignobilissimi adulationibus et aliis malis artibus ad tantas opes pervenerint, ut suis divitiis omnes *patricios*, ex nobilibus et senatoribus natos, *provocare*, et opibus cum ipsis certare non erubescant. Vide

Jac. Loësem Epiph. viii. c. 13. *Provocat*] Adæquet.

25 *Unus, quo tondente*] Cum *unus* Cinnamus, qui me puero vilis tonsor erat, cum omnibus patriciis, divitiis certare possit: de quo Mart. l. vii. Alii Liciniam quandam intelligunt.—*Gravis*] Adeo longa, ut mihi molesta esset et gravis.—*Sonabat*] Sub forfice sonanti cadebat. Videtur alludere ad *τρίγυς* Græcorum, *τρίγυς* dictas, quod inter tondendum atridorem quandam edant. *Juvius* lib. de Coma. Hic versus repetitur Sat. x. vs. 226.

26 *Cum pars Niliacæ plebis*] Indignatur Juvenalis, Crispinum hominem Ægyptium, ex servili conditione, ad census equestrem esse provectum. *Pars Niliacæ plebis*, id est, servus ex plebe: hincque potissimum est indignatio. *Niliacæ, Ægyptiæ*. Nilus enim est fluvius Ægypti, Africam ab Æthiopia dividens. *Britannic.* Plin. v. 10.—*Canopi*] Civitas est in Ægypto duodecim milliariis ab Alexandria distant, fano Serapidis celebris, omnium libidinum atque impuritatum domicilium. Strab. xvii. *Farnab.*—*Canopi*] Canopus opidum Ægypti, dictam a gubernatore Menelai, qui ibidem morsu serpentis exstinctus est. *Vet. Sch.*

27 *Crispinus*] E servo factus magister equitum Neronis. Quæ vero sequuntur de vestibus purpureis et anulo, equestria signa denotant. *Tyrias*, id est, purpureas a Tyro. Sat. x. vs. 38. Apud Scholiasten legendum videtur *de conjugibus Sabina*, et Sabina Poppæa intelligenda, Neronis quoque uxor. *Gronov.*—*Humero reuocante, &c.*] Quæ vel mollitie vel pondere defluxere: vel quæ rejectæ sunt in humeros: 'Suam qui undantem chlamydem quassando facit.' Planctus Epidic. Adeo enim fractus erat mollitie, ut penulam in humero propter pondus non retinuerit, sed deorsum vergere passus sit, ita ut hume-

ras ipsam crebro revocaret. *Lacerna* sive penula, erat vestis, quam tunicas vel togæ adversus æris injuriam induitur, eadem et *abolla* dicebatur.—*Crispinus Tyrias humero revocante lacernas*] Id est, dibaphas et bis tinctas, et ideo pretiosiores. Idem et alibi indignatur Græcorum fecens conchyliatam incedere. Sat. III. 'Horum ego non fugiam conchyliis' id est, lacernas conchyliatas.—*Crispinus, &c.*] Quem locum veteribus intactum sic nuperi interpretantur, *humero revocante lacernas, quas mollioris, vel pondere, defluxere.* Sed nec mollioris, nec pondere fluere lacernæ poterant, quæ in humero fibula necebantur. Addunt, vel *quæ rejectæ sunt in humeros.* Planti verba supra citata hæc quadrant. Atqui undantem vestem facit non qui in humerum rejicit, vel humero revocat, sed potius qui explicat, et vento reflandam atque implendam aperit. Magnus Ægyptii veræ luxu fuit, qui lacernas Tyrias, id est, dibaphas gestaret, sed major et non ferendus, quod plures in die lacernas mutaret easque Tyrias. Hoc est, *humerum revocare lacernas*, quemadmodum Zoilus apud Martialem toties in hora syntheses mutabat. *Ferrus. Revocante*, id est, adstrictas fibula et nodatas habente. Vide Observ. II. 19. *Gronovius.*—*Crispinus*] Niliacus, unus de Consulibus Licinise, ac de plebe Ægypti fait, magnarum postea Romæ facultatum. *Vet. Sch.*

28 *Ventilet æstivum digitis*] Delicatus et mollis, quia vix ferre poterat paulo majoris ponderis gemmam, annulos faciendos curabat ex auro leviori, per sestatem præsertim gestandos, ne graviores in sudorem darent digitos. Hoc in Crispino Satyricus notat et carpit, quasi inaudite mollietati argumentum. *Salmasius.* Legendum est *Ventilet æstivo digitis sudantibus auro.* Nam dixit Crispinum ventiliæ Tyrias lacernas, non aurum

*Delph. et Var. Clas.*

sive annulos. Festive eum reprehendit, quod ut annulos et sardonychatam manum ostendat, assidue ventilarit togam et sublevarit, infirmis illis et teneris digitis, ut vel minimo illo pondere annuli æstivi sudarent. Annulos æstivos Martial. leves vocat. ep. v. 62. *Per cujus digidos curris levis annulus omnes.* Grævius.—*Ventilet æstivum*] Per luxuriam enim annulos æstivos, et hiemales invenit. *Vet. Sch.*

29 *Nec sufferre queat majoris*] Duo enim genera annulorum delicatioribus Romanis: hyberni, majoris ponderis: et æstivi, levioris. *Turneb. Advers. xx. 11.*

32 *Caussidici nova*] Hinc maxime movetur Poëta ad scribendum Satyras, quod sub Domitiano frequens et pone publice accusandi rabies existeret: adeo enim aures Imperator delationibus patefaciebat, ut nihil prope modum tutum esset; ita ut delator delatorem timeret. Multi igitur, inter quos et Caussidici, cum in ea re quæstum et Principis gratiam esse cognoscerent, relictis actionibus forensibus, ad delationes se conferebant, ut Matho et Pompejus Falco. *Britannic.* Cum sale *rd nova*, ut qui antea pedes ambularet: et magnopere hunc ut obesum sugillat, dicendo *plena ipso*: vel quia solus inerat, tanquam superbus et delicatus. *Brodaus Miscell. VIII. 6.* Sic Martial. Epigr. II. 57. *Sella reens Mathonis*; ex advocatione delatoris facti.—*Mathonis*] Advocati, qui sceleribus dives effectus est, et lectica, genus vehiculi, quo nobiles vehebantur: plena autem ipso, quia crassus fuit. *Vet. Sch.*

33 *Magni amici*] Vel sui, vel imperatoris et quasi imperatorii.—*Magni delator*] Britannicus et alii M. Regulum hic intelligi volunt, cum suis et imperatoris amicis, tum ipsis quadruplatoribus formidabilem: verisimilius tamen est dici Heliodorum Stoicum Phil. quo deferente occisi

*Juv.*

3 C



sunt.—*Magni delator amici*] Heliodorum dicit Stoicum Philosophum, qui Licinium Silanum discipulum suum, cum argueretur conjurationis, inficiantem, præter domesticam delationem, etiam testimonio oppressit. Alii Philosophum Egnatium Celerem, Baræ Sorani magistrum, qui ipsum apud Neronem detulit, et damnavit: et ipse postea sub Vespasiano hoc, ipsum Musonio Rufo accusante, damnatus est. Nonnulli Demetrium causalicum dicunt, qui multos Neroni detulit. *Vet. Sch.*

34 *Et cito rapturus de*] Absumturus nam partem bonorum: delationibus consequabantur, nobilibus ipsais aut in exilium ejectis, aut trucidatis. —*Nobilitate comesa*] Per delationes interemta; nam illorum bona proscriptio abstulerat. *Lubin.*—*Et cito rapturus*] Delatione Siciliæ maximam partem proscripterunt: ex quorum bonis multa diripuerunt. Namque hoc, quod *rapturus* dicit, ad crudelitatem refert. Et a Sylla multi occisi sunt et proscripti. *Vet. Sch.*

35 *Quem Massa timet*] Delatorem illum amici magni, Massa, Carus et alii delatores timerunt. Hic est Bebius Massa, inferioris notæ delator, Neronis libertus, de quo Sidon. l. v. ep. 7. *Grang.*—*Munere palpat*] Cui Heliodoro Carus muneribus blanditur et mitigat. *Idem.*—*Quem Massa timet*] Massa morio fuisse dicitur, et Carus mimus: Latinus vero, actor mimicus. Hi omnes Neronis fuerunt liberti et delitiæ Augustis: sed et nequissimi delatores. Latinus autem mimus, quasi conacius adulterii Messalinæ uxoris Neronis, ab ipso occisus est. Massa autem et Carus Heliodoro deferente occisi sunt: cujus futuram delationem ita metuebant, ut ei munera darent. Nam Latinus mimus Thymelem mimam submittebat ad mitigandum. *Vet. Sch.*

36 *Et a trepido Thyme*] Cui blanditur Thyme, usu sui corporis ei

submissa, a trepido et valde anxio Latino marito, verente ne deferatur ab Heliodoro. *Grangæus* non veram Thymelen intelligit, sed quandam ex matronis Romanis, cujus personam sustinuerat in scena Thyme, cum submitteretur adultero, cujus partes agebat Latinus mimus. *Latinus mimus* fuit, cujus jocus et uxoris Thymeles mimæ plurimum delectatus est *Domitianus.*—*Britannica. Thyme*] Mimæ, uxor Latini mimi, cui inditum videtur nomen a θυμέλη, quod est pulpitem ceu ara theatri, quod hæc vel prima vel optima fuerit saltatrix. Sed negat Politianus Epist. l. vii. Thymelen fuisse uxorem Latini.—*Summimus*] Ut vel usu corporis vel blanditiis propitium Latino redderet Heliodorum ceu Regulum. vel generaliter, uxor a marito missa deprecatrix ad delatorem: cujusmodi aliquid in Mimo representavit Latinus cum Thyme.

37 *Cum te summoveant*] Alia est scribendæ Satyræ indignatio, quod multi vetularum turpi consuetudine ditescerent. Vel quod stupratores ex testamento hæredes fiant, et te optimo jure hæredem legitimum, hæreditate *summoveant* et expellant. *Lubin.* Male *Te summoveant* est, cogaris illis venientibus devia decedere, propter turbam servorum, qui divites comitabantur et obvios instar lictorum submovebant. Ast hic sensus est vs. 46. 'Cum populum gregibus comitum premat hic spoliator.' Nam populus cum premeretur, cogebatur cedere de via, et quasubmovebatur. *Græv.*—*In cælum quos evexit*] Id est, quos *optima* et expeditissima via et ratio summi et maximi *processus evexit in cælum*, et ad summas opes et dignitatem ducit, est *vesica*: illa pars qua mulier est.—*Vetula beata*] Locupletis et divitis.—*Noctibus*] Id est, nocturni concubitus opera.

40 *Unciolam Proculus*] Duodecimam hæreditatis partem, cum hæreditas ut libra divideretur in duodecim

**partes** cœa uncia. Amplificat hanc turpitudinem admodum Satyrice, quod vetularum amatores, et adulteri, juxta *inguinis* vel mentulæ *mensuram* vel proportionem, etiam magnam vel parvam partem hæreditatis ex testamento obtineant. Inde factum ut *Proculejus*, *unciolam* tantum, vel unam duodecimam partem adeptus sit. Sed *Gillo*, adulter, vir bene mentulatus, *dumcem*, vel undecim partes hæreditatis habeat: totam scilicet hæreditatem, una unciola demta. *Libra* autem, sive as, dividitur in 12. partes, quæ appellantur uncia. Et vid. *Turneb.* Advers. XXVIII. 24.

41 *Ad mensuram inguinis*] Id est, juxta proportionem genitalis membri.

42 *Accipiat sane mercedem*] Verba Poëtæ Satyrice et acerbe hanc turpitudinem irridentis. Quasi dicat: Ego sane talem illis hæreditatem non invidéo, quam audore, sanguine et pallore sibi compararunt.—*Sanguinis*] *Seminis* coitu exhausti. *Lubin.*—*Sanguinis*] *Seminis*, quod ex sanguinis quarta digestionem gignitur. *Avicenna*, c. 3. de causa spermatis. Hinc *Nati* Latinis *Sanguis* dicitur. *Virg. Æn. vi. 886.* 'Proijce tela manu, sanguis meus.' *Græg.*

43 *Pallens*] Adulteri enim exhausti et exsangues, nimia coitus consuetudine, pallent non minus, quam qui pedibus anguem calcavere. *Britan.*—*Pallens*] Nimia coitus libidine fatigatus, aut expectatione hereditatis, aut pretii adulterii. *Vet. Schol.*

44 *Aut Lugdunensem rhetor dicturus*] *Caligula* teste *Sueton.* c. 20. *Lugduni* in Gallia certamina oratoria ea lege instituit, ut victi victorum laudes componerent, vel præmia illis conferrent: qui maxime displicuissent, spongia, linguave scripta a se deleant, nisi maluissent aut ferulis objugari aut in proximum flumen mergi. Oratores autem illic dicturi, metu pallebant, propositum supplicium metuentes. *Lubin.*

45 *Quid referem*] *Alia indignationis causa*: in spoliatores enim, cum pupillorum, tum provincialium invenitur. Quid enim opus est, inquit, me ulterius iræ et indignationis meæ causas exponere, et *referre quanta ira* et indignatione *jecur* meum continua et frequenti indignatione exsiccaturum ardeat; cum videam pupillorum spoliatores, pessimis flagitiis ad tantam potentiam pervenisse, ut *gregibus* et multitudine comitum ac clientum, cum per publicum incedunt, *populum premant*, molestiaque afficiant. *Idem.*

47 *Pupilli protestantis*] Quem ad extremas incitas redegit, ita ut ob paupertatem cogatur victum turpissimo corporis quæstu sibi acquirere.—*Et hic damnatus inani*] *Marius Priscus* proconsul, cum Africam provinciam spoliasset, ab Afria accusatus jubente Cornuto, septingenta millia nummorum, quæ provincialibus eripuerat, ærario damnatus intulit, ipsique urbe et Italia interdictum. Qui multis opibus et nummis sibi adhuc relictis, probe genio dies noctesque indulgebant. *Plin. Epist. 11. 11.*—*Inani Judicio*] Sic Scholiast. corrigo: *Non ademptis bonis judicium dicitur sine litium æstimatione. Litis æstimatio illi non obfuit.*—*Quid enim salvis infamia nummis*] Subanditur notat. *Rutg. Var. lect. Lege, nocet.* *Gronovius.*—*Inani Judicio*] Non ademptis bonis\* decius dicitur, sine litium æstimatione. Legis æstimatio illi non profuit: subauditur nota. *Vet. Sch.*

48 *Inani Judicio*] Pecunias provinciarum non restituyente. Inane judicium est, aut quod victori non prodeat, aut quod reo non talem pœnam infligit, qualem meretur, et quam ille non magni facit. Vel quod nullius momenti fuerit *Marium* condemnasse, et in exilium conjecisse, relicta ipsi adhuc parte majori nummorum et opum.

49 *Ab octava Marius bibit*] *Moris* fuit Romæ, ut octava hora lavarent,

nona decumberent: ergo ante tempus cibo destinatum, genio indulsit.

—*Et fruitur Dis Iratis*] Marius ergo, licet Deos haberet iratos ob flagitia, in summa tamen hilaritate vivebat, nullum ab iis sentiens incommodum: probe ergo fruebatur suo exilio: nam in exilio plus sibi indulget, quam prius.—*Fruitur Diis Iratis*] Id est, mollius et lautius vivit, quia Deos habuit iratos, quum damnaretur. Nam si damnatus non esset, viveret in negotiis, eoque non ante nonam cenaret, ut solebant homines frugi et occupati. Sic apud Senecam Juno de Hercule: 'superat et crescit malis, Iraque nostra fruitur.' Gronovius.—*Ab octava*] Qui iudicio vacabant decima hora cenabant. Hic enim ab octava. *Vet. Sch.*

50 *At tu victrix provincia ploras*] *Victrix*, quia Marius condemnatus est. *Ploras*, quia spoliata es, et nummi tibi restituendi, ærario illati sunt, aut a Mario exule prodiguntur.

51 *Hæc ego non credam Venusina*] *Hæc* et similia cum flagitiosissima videam, possumne me continere a scribendis Satyris? nonne merito existimem digna esse hæc scelera *Venusina* seu Horatiana *lucerna* et diligenti lucubratione nocturno tempore confecta. Et existimemne digna esse hæc, quæ *ego agitem*, quæ ego mordacissimis Satyris persequar et insecter? id est, an non digna hæc, quæ Satyra, qualem Horatius scripsit, exagitentur? *Labin.*—*Venusina digna lucerna*] *Lucernam* dicit, quia Satyrici ad omnium vitia, quasi lucernam admovent, et ut adurant, et ut ostendant crimina. *Venusinam* autem ideo, quia hæc fuit civitas Horatii. Sive a Venusio, ubi laternæ leves fuerunt, quæ pro villissimo venibant. *Vet. Sch.*

52 *Sed quid magis Heracleus*] Tacitam objectionem diluit. Respondet enim iis, qui possent dicere, longe satius esse, si scribantur fabulæ. His enim moribus, hoc seculo cur potius

fabulas scriberem, cum maritus leno mæchi vel adulteri bona pessimis artibus occupet, &c.—*Sed quid magis*] Scilicet scribam. Per *Heracleus* aut *Diomedæas*, intellige fabulam de æramnis Herculis: aut de Diomede ab uxore non recepto et sociis im aves versis. *Turneb. Advers. xxviii. 24.*—*Non agitem*] Non persequar: ut Virgilius, 'Palantes Troas agebat.'—*Heracleus*] Ant columnas in Hispaniis, aut Atlantem. *Vet. Sch.*

53 *Mugitum Labyrinthi*] Intelligit fabulam de Theseo et Minotauro, qui mugitum in Labyrintho a Dædalo fabricato edidit.

54 *Et mare percussum puero*] Icarum intellige, qui patris mandatorum immemor, in mare decidit.—*Fabrumque volantem*] Patrem Dædalum intelligit, qui cum medium teneret, incolumis in Siciliam evasit.

55 *Cum leno accipiat mæchi bona*] Fœdam sui temporis avaritiam notat, quo multi mariti, pecuniæ cupiditate ducti, uxores suas ab aliis tractari permittebant: iidem edocti dissimulare turpitudinis conscientiam, suspicendo scilicet lacunaria, aut stertendo, cum mæchus ingrederetur. *Britannic.*—*Si capiendi Jus nullum uxori*] Domitianus probrosas fœminis lecticarum usum ademit, iisque capiendi legata, hæreditatesque. *Suet. c. 8.* Cum ergo per legem, adulterorum suorum bona capere non possent, ea bona maritis, qui tanquam uxorum suarum lenones erant, relinquebantur. Alit ergo Juvenalis inventæ legi, inventam fraudem. *Idem.*—*Si capiendi Jus nullum uxori*] Si uxor ejus jure impediatur adultero succedere, ipse maritus leno succedit adultero heres, ut per fideicommissum res adulteri ad adulteram veniant. *Vet. Sch.*

56 *Doctus spectare lacunam*] In obsequium adulteri sursum spectare, et velut ebrium, simulare profundum somnum ronchisono naso.

57 *Doctus et ad calicem*] Juxta cali-

**com.**—*Vigilanti stertere naso*] Homo enim quanto altiore somno dormit, tanto sonantius stertit. Sonns autem ille stertentis, et ronchus fit naso, unde festive hoc loco dormientis nasum vigilantem vocat, cum sit clamorosus et obstreperus. *Vigilanti naso*, id est, ronchos dacenti, stertenti. *Beroald.* Sic Ovid. lib. Amorum, Eleg. v. 'Ipse miser vidi, cum me dormire putares, Sobrius apposito crimina vestra mero.' Vid. Erasm. in proverb. 'Non omnibus dormio.' *Grang.*

58 *Cum fas esse putat*] Subtextit aliam indignationis causam: egreque fert, quod, qui bona suis equis alendis et aliis inutilibus sumptibus consumerant, ad summas dignitates aspirare non vereantur.—*Curam operare, &c.*] Ambire, affectare et expetere curam et praefecturam cohortis Praetorianae.—*Curam cohortis*] Militum tribunatum. *Vet. Sch.*

59 *Qui bona domavit praecipibus*] Id est, equis alendis bona sua perdidit. —*Et caret omni Majorum*] Non quod nullum censum e majoribus habuerit, sed quod omnem alendis equis decoxit. Doctiss. Turnebus hic Fuscum intelligit, qui aurigando patrimonium dilapidaverat, et puer aurigae officium Neroni praestiterat, postea a Domitiano cohortibus praetorianis praefectus. Mancinellus vero et alii de Tigillino intellexerant, interpretati illud, *carere majorum censu*, de majoribus, qui in nullo censu fuerint, obscuris.—*Praecipibus*] Propter equos hoc dixit, et Neronem tangit. *Vet. Sch.*

60 *Pervolat axe citato*] Qui equis alendis omnia prodigit, dum curru celerrime incitato, velociter per viam Flaminiam vehitur; et illam viam quasi pervolat. *Lubin.*

61 *Puer Automedon*] Fuscus auriga Neronis, ad Automedon Achillis. Dicit autem *puer*: nam puer bona sua aurigando perdidit: jam senior et

pauper, ad Praefecturam aspirabat.

62 *Ipse lacernata cum se*] Emphatice. *Ipse Nero*, vel *Fuscus*. Turnebus Advers. xxviii. 24. *Britannicus* hic intelligit Sporum, quem *amicam lacernatam* genere feminino Poëta per cavillationem appellavit: ac si diceret, *amicæ masculæ*, hoc est, *amicæ*, quæ vir omnino erat: nam lacerna vestis est virilis. Et *jactare se alicui*, est seipsum illi dare, ingerere, inlINUARE.—*Ipse lacernata cum se jactaret amicæ*] Satyricus hic de Sporo loquitur, quem uxoris loco habuit Nero, quemque ob hoc Poëta lacernatam *amicam* vocat, quod *lacerna* virorum tantum esset: quod idem est, ac si quis nunc *amicam* braccatam vocaret. *Ferrarius.*—*Lacernata*] Satyrice, habitu virili feminam describit. *Vet. Sch.*

63 *Nonne libet medio ceras*] Alia indignationis causa, quod falsarii malis suis artibus ad summas opes et honores perveniant, et superciliosi et elati, alios contemnant. Quæro an non libeat, vel placeat *capaces ceras*, ingentes tabulas ceratas, et pugillares Satyris implere, occurrente passim et palam per compita Satyrarum materia; idque *medio quadris* et publico loco, in quem quatuor viæ concurrant et plures conveniunt, ut ab omnibus manifeste conspiciantur: cum falsorum testamentorum consignator jam sexta cervice, vel hexaphoro, seu lectica quam sex portabant, feratur. *Lubin.*—*Sexta cervice*] Lectica, faciente luxuria, a sex hominibus portabatur. *Vet. Sch.*

65 *Hinc atque inde patens*] Id est, ab omni parte aperta: et ejus *Cathedra* vel *sella* pene nuda, cui remota erant vela ac plagæ, id est, disco operta, ut ab omnibus conspici possit, ob jactantiam. Vel *nuda*, id est, vacua pene, quum in ea nemo esset præter eum. Martial. Epig. xi. 99. *Lubin.*

66 *Et multum referens de Mecenatē*]

Id est, probe *referens* et repræsentans mollem et delicatum Mæcenatem, erecta cervice, superbe, et luxurioso habitu incedens. Mollitiei enim nomine male audiebat Mæcenas, Seneca Epist. 114. *Cæmæ bonus* dicit Poëtam hic alludere ad morem eorum, qui vehementissime aliquid a Deo peterent, supini quippe orabant, et, ut ait Horatius: 'Cælo supinas ferebant manus.'—*Et de Mæcenate supino*] Carpit hic quendam, quem Mæcenati comparat. Vocat ergo illum *supinum*, vel propter desidiam et otium; et quod supino ventre dormiret: Vel propter aversam Venerem, quam ille patiebatur. Nam Mæcenate in negotiis nihil acrius et negotiosius; in otio nihil otiosius et mollis et supinum magis; unde *Malchinus* dicitur ab Horatio. *Dorleans.*

67 *Signator falso, qui se lautum*] Id est, falsarius vel falsorum testamentorum consignator, qui se *falso*, falsitate et adulterinis testamentis, *lautum*, comtum, mollem ac delicatum reddidit: et se fecit *beatum*, divitem et opulentum, compendiosissimo labore, *exiguus* tantum *tabulis* seu testamentis, quæ modico verborum anfractu et paucis verbis condita essent, ut scilicet omnia bona uni relinquerent, eumque heredem ex asse facerent. *Brit.*—*Signator*] Aquilius Regulus testamentorum corruptor. Plin. Epist. 11. 20. vel Sophonius Tigellinus, qui trium patruorum veneno sublatorum substractis tabulis et falso signatis, hæreditates invasit. *Lubin.* Sic interpungendum, non ut alii *Signator, falso et*; ut docte Turneb. Adv. 28. 24. *Signator falso*, sc. testamento, qui obsignavit supposititium testamentum, signator in falsis tabulis. Sic *falsi rei* Ictis dicuntur. *Gronov.*

68 *Exiguus tabulis*] Compendiosa et brevi opera, falsas testamentorum tabulas condendi: vel, *Exiguus*, id est, paucis verbis testamentorum tabulis scriptis, quum falsarius se hære-

dem ex asse inscripserit.—*Gemma fecerat uda*] Id est, annulo signatorio, qui saliva humectatus, imprimitur ceræ, et qui gemmam ectypam, id est, effigiatam habet inclusam.—*Gemma fecerat uda*] Saliva tacta, propter signaculi impressionem. *Vet. Sch.*

69 *Occurrit matrona potens*] Jam mores urbis Romanæ si ulterius consideres, occurrent etiam mihi Satyræ scripturo, magnæ et potentes matronæ, quæ venenis maritos suos tollunt. *Potens* ergo, quia 'nulla aconita bibuntur Fictilibus.' Britannicus hic intelligit Agrippinam, quæ Claudium maritum medicato sustulit boleto, post adoptatam Neronem.—*Molle Calenum*] Id est, suave, dulce et lenè vinum, a Calibus opido Campaniæ sic dictum. *Lubin.*

70 *Viro miscet sitientes rubetam*] Cum videt virum sitire, et dum simulat se vinum miscere, miscet *rubetam*: forte e hufoue venenum ita dici potest, quod inter rubos degat. *Sitiente* pro sitienti.

71 *Instituit rudes*] *Instituit* tanquam in schola, *rudes* et hujus præclaræ artis, et veneficii ignaras *propinquas* et vicinas, *efferre* ad rogam, impune, *maritos nigros*, et cadavera veneno lurida. *Lubin.*—*Melior Locusta*] Peritior venefica, quam illa Locusta nuper veneficii damnata, et diu inter instrumenta regni habita, cujus arte usa Agrippina, boletum venenatum Claudio paraverat, ejusdemque ex Galliis vocatæ Nero usus opera, Britannicum sustulit.—*Locusta*] Locustam ex Galliis matronam veneficam Nero excivit *μεταπέμψας* ad se, propter venena conficienda, quoniam magnæ famæ erat, et in familiaritate habuit, ut etiam eum doceret venena miscere. Inde ait Turnus in Satyra, 'Ex qua Cæsareas soboles horrenda Locusta Occidit, curans sævi venenata Neronis.' Hæc increpitata a Nerone, quod lentum venenum Britannico privigno suo parasset, tam

**efficax** dedit, ut antequam poculum Britannicas exhauriret, in convivio Neronis exspiraret. *Propinquas autem* dicit, tanquam a Locusta doctas: **vel**, ut quidam, uxores.\*\* *Vet. Sch.*

**72** *Per famam, et populum*] Populo sciēte, vidente, adeoque permittente: **quia** illa bestiae impune abeunt. Vel **per** famam populi: nam varius solet esse populi rumor; orta veneficii suspicione.—*Nigros maritos*] Quod indicium est veneno sublatos fuisse. **Veneno** enim extincti contrahunt sibi colorem lividum, et plumbeum.

**73** *Aude aliquid brevis Gyris*] Sarcastice, cum ira ac summa indignatione. Quasi dicat: Rea eo redit, ut si Romae aliquid esse cupias, id est, alicujus existimationis ac in pretio; nulla faciliore ratione ac compendiosiori via eo pervenias, quam si audacter magnum aliquid et pessimum facinus exilio et carcere dignum perpetres.—*Gyris*] Gyarus insula in mari Egæo, una Cycladum, vel Sporadum, locus exilii gravissimi, insula execrabilis et sterilis. *Lubin.*—*Dignum*] Dignum exilio in breves, id est, angustas insulas Cycladas, inter quas Gyarus. Sic Sat. x. 'ut Gyara clausas scopulis, parvaque Seripho.'

**74** *Probitas laudatur, et alget*] *Alget*, misera et infortunata est. Id est probitas laudatur quidem, sed parum colitur et frequentatur.

**75** *Criminibus debent hortos*] Illi qui habent hortos excultos, magnifica prætoria, mensas, &c. hæc debent et accepta referant criminibus, quia per fraudes et crimina illa sunt assecuti. —*Prætoria*] Villas lautiorum civium magnifice exstructas in suburbanis suis.—*Mensas*] Citreas, marmoreas, eburneas.

**76** *Argentum vetus*] Id est, veteris cælatæ et artificii.—*Et stantem extra pocula caprum*] Intelligit, signum Capri seu Phixi in exteriori parte poculi cælatum et exsculptum: nam variae in poculis figuræ excidebantur.

—*Extra pocula caprum*] Dicit emblematicum opus. Caper hic præcipue ab omnibus prædicatur, quam etiam Martialis carmine suo laudavit, 'Stat Caper in phiala, Thebani vellere Phixi Cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror.' *Vet. Sch.*

**77** *Quem patitur dormire*] A Satyra scribenda quiescere. Alia indignationis causa, quod soceri nurus pecunia corruptas stuprarent. Id est *quem* Satyricum et Poëtam *patitur* otio frui et secure quasi *dormire* et tacere, ille, qui filii sui uxoris *avare corruptor* est, et incestum cum ipsa designat; vel qui avaras nurus pecunia corruptit, ut se violari patiantur; quibus facile assentiuntur, cum avaræ sint. *Lubin.*

**78** *Sponsæ turpes*] Sunt pueri viris nubentes et foeminae.—*Et prætectatus adulter*] Id est puer nobilis, qui nondum egressus annum 16. et in prætexta adhuc, didicit adulterum agere, prædicatur. At *prætectatus* est magistratu vel sacerdotio præditus, quem omnium maxime hæc flagitia vitare oportebat. *Gronov.*

**79** *Si natura negat, facit*] Conclusio. Quare cum talia ac tanta quis accurate consideret et examinet, licet natura versuum compositionem ipsi negarit, tamen indignatio de tot sceleribus versum qualemcunque exprimeret, et talem, qualem ego facio, vel Cluvienus facit. *Lubin.*

**80** *Quales ego, vel Cluvienus*] Se et sua carmina per modestiam extenuat; et simul Cluviennum notat, ut malum Poëtam sui temporis, cum quo se per modestiam confert.

**81** *Ex quo Deucalion*] Ostendit jam quam facile ac proclive sit Satyræ scribere, cum tam copiosam materiam habeat. Omnia enim vitia a diluvio Deucalionis, usque ad nostra tempora, et omne illud, quicquid interea agunt homines, est farrago vel materia carminis Satyrici. *Deucalion* erat Promethei et Clymenes filius. Vide totam fabulam apud Ovid. in Metam.

—*Nimbis tollentibus æquor*] Id est, repentinis imbribus æquor. vel mare tollentibus et crescere facientibus; et est descriptio diluvii.

88 *Montem*] Parnassum.—*Sortesque, &c.*] Oraculum consuluit Themidos. *Sortes* enim erant responsa Deorum. *Lubin.*—*Sortesque poposcit, &c.*] A Themide, quæ ante Apollinem responsa dabat. *Vet. Sch.*

88 *Paulatimque anima caluerunt*] Id est, cum ex oraculo saxa post tergum projecta exaerent duritiem, et mollia facta in carnem et cutem humanam conoreverunt, et anima, spiritu vitali, et calore naturali incalescere ceperunt.—*Paulatimque anima caluerunt mollia saxa*] Anima, id est, spiritu. Et *mollia saxa*, ut Virgilius, 'Inde homines nati, durum genus.' Et quod addit, *Et maribus*, per consensum ostendit esse durissimum. *Vet. Sch.*

84 *Et maribus nudas*] Natis e Dencalionis lapidis jactu.—*Pyrrha*] Epimethei filia ex Asia.

85 *Quicquid agunt homines*] Ab illo scilicet tempore.

86 *Dicourus*] Intelligo inconstantiam hominum, quæ modo hoc, modo illud adfectat et desiderat: vel etiam varios vitæ humanæ cursus, casus.

87 *Et quando uberior*] Nunquid a tempore Dencalionis, usque ad hæc tempora, *uberior* ac major *vitiarum copia* fuit et abundantia, quam nunc est? Jam ergo amplissima Satyræ scribendæ se offert occasio.

88 *Quando Major avaritia patuit sinus*] Quod unquam seculum majorem sinum, majusque receptaculum avaritiæ patefecit quam hoc præsens nostrum? *Lubin.*—*Alea quando*] Subauditur, *habuit*, possedit, invasit. Id est, quando ludus aleæ unquam vehementius occupavit animos hominum, quam hoc seculo?

89 *Neque enim loculis comit.*] Usque adeo sacerrimus hic aleæ ludus, hos animos hominum invasit, ut cum ad *casum tabulæ* vel aleæ lusum *esset*, non

*loculos* vel *crumenas* modico vere refertas sibi *comitantes* habeant, et secum sumant, sed *ludent posita* integra *ærea*, in qua vel totum patrimonium, sortis et aleæ ludibrio exponitur.

90 *Ad casum tab.*] Ita dicit, vel quod in tali ludo, casus et fortuna omnia possint: et Græci recentiores *ταβλάζω*, id est, ad casum tali ex fritille in tabulam decidentis.—*Arca*] Universa re familiari, cujus naufragium faciunt, *ὡπλίζω* *μυρὰ ἑκατὶ τῶν ἀνδρῶν*, ut facete Lucianus 118. *τοῖς πρὸς χερσίν*, non ad Maleam, sed Aleam *ὡπλίζω* *ἀνδρῶν τοῦ ἐκείνου*.

91 *Prælia quanta illic*] Id est, ibi cum ludent, *quanta prælia*, jurgia, rixas et contentiones *videas* et audias! Domini scilicet cum servo suo *dispensatore*, qui, tanquam armiger, tabulam et aleas gestabat, cui henus amissa pecunia tunicam vult eripere, et in ludo ulterius exponere. Mordet Romanos, qui streuii quasi milites sint in talibus armis, quibus opes et fama atteruntur. *Lubin.*

92 *Simplexne furor sestertia*] Verba sunt dispensatoris irati. Non *simplex furor* profecto, sed inaudita incredibilis insania, uno tempore *centum sestertia* alea *perdere*: ac misero tuo servo, vestium inopia frigore trementi ac *horrenti*, tunicam nolle dare.—*Sestertia centum*] Sunt autem 100. H. 8. 2500. Coronati Gallici.—*Armigero*] Metaphora a bellantibus, id est, qui arma præbet, tesseræ et tabulæ, et ipse qui nummos sub pignore portat, vel qui subministrat pecuniam. *Vet. Sch.*

94 *Quis totidem erexit villas*] In extruendis villis luxum notat: nam non una contenti villa, plures extruebant, marmoribusque adornabant.—*Quis fercula septem Secreto*] Taxat etiam luxuriam cœnarum. Quis majorem nostrorum tam fuit perditas luxuriæ, qui *secreto* vel in domo sua privatim, *septem fercula cœnaris*, vel in cœnam apposuerit, nullo adhibito

conviva, ut jam Romæ moris est? Divites enim Romani, tanquam sordidi, miseros clientes cœna excluderant. Servius ad Æn. 1. antiquos tantum duobus ferculis epulari solitos fuisse testatur. *Fercula* autem, ut notat Fulgentius de prisco Sermone, est missus carniû. *Cœnare fercula* dixit eodem modo, quo Horat. *Cœnare porcinas*. Grang.

95 *Secreto cœnavit*] In sua domo privatim, solus. Prisci enim illi in præputulo et atrii conabant, frugali est plebeio contenti cibo. Valer. Max. 1. 5. Cœnationes habuerunt suas novi isti gæcones, in quibus civium oculos fugerent.—*Atus*] Quis e majoribus.—*Nunc sportula primo*] Conqueritur, quod divites illi, una cœna septem fercula privatim consumant: suis contra clientibus, loco rectæ cœnæ, sportulam in introitu domus collocant, et appellabatur *δείπνον ἐκ σποδῆς*: erat autem centum quadrantum. *Sportula* dicebatur, quia interdum cibum in sportula accipiebant. *Lubin.*—*Secreto*] Non in publico convivio, sed privato. Moris autem erat apud antiquos, nequis adderet possessionibus suis, aut ex illis minueret. *Vet. Sch.*

96 *Limine*] In atrio, vel introitu et vestibulo domus divitum.—*Turbæ rapienda togatæ*] Id est, clientibus et pauperibus constituta; nam togati in officiis erant.—*Rapienda*] Id est, violenter quasi occupanda, ut apud nos mendici, quorum uni alter præripit. Porro clientes, manus patrones suos salutabant, et officii gratia in forum deducebant: pro hoc officio, vespere ad cœnam vocabantur rectum, quam sustulit Nero, introducta sportula, restituit Domitianus.

97 *Ille tamen faciem prius inspicit*] *Ille* custos scil. balnearum (nam ab illo sportula vel centum quadrantes dividebantur) accurate prius inspicit et considerat faciem tuam, antequam sportulam porrigat: et *trepidat* timetque ne suppositus, vel clam loco alte-

rius positus veniat, ac falsus et simulatus, non tuo nomine pœcas tibi non debita vel destinata. *Lubin.*

99 *Agnitus accipies*] Si cognoscat te non suppositum; sportulam, vel centum quadrantes accipies.—*Jubet a præcone vocari*] Hinc est omnis Poëta indignatio; quod nobilissimi Trojægenæ Romani per extremas sordes, sportulam tennioribus constitutam præripiant. *Lubin.*

100 *Ipsos Trojagenas*] Exagitat Romanos, qui a Trojanis et Ænea se oriundos jactabant.—*Nam vexant limen et ipsi*] *Limina* et atria domuum divitum, nobiscum vexant, terunt et frequentant, et nobiscum mendicantem eunt.—*Trojagenas*] Patricios majorum gentium. *Vet. Sch.*

101 *Da prætori, da deinde tribuno*] Verba nobilium, manus porrigentium et clamantium: Prætor clamat, da Prætori: Tribunus, da Tribuno. *Tribunus* est, vel plebis, vel militum.

102 *Sed libertinus prior est*] Hæc salte Poëta sub persona libertini. Describit jam satis ridicule, contentiones nobilium horum mendicantium de primatu.—*Prior est*] Hæc de tempore intelligenda non esse, sequentia indicant. Dicit enim vincant *divitias*: ob id, de opibus intelligo. Crispinus autem, teste Fabio, e servo libertus ditissimus evaserat.—*Prior adamus*] Prætor sc. et Tribuno.

103 *Cur timeam? dubitamus*] Verba Crispini vel alius libertini, quæ cum indignatione profert, quasi ab astante aliquo increpatus, quod Prætori et Tribuno ratione dignitatis non cederet. Cur meum locum non defenderem, quem opibus, vel tempore aliis prior occupo? *Lubin.*

*Quamvis Natus ad Euphratem*] Licet ad Euphratem natus et servilis olim conditionis, ex Cappadocia vel Mesopotamia sim oriundas (id quod non inficior, et si maxime regem, fenestras in aure vel fissuram aurium, quas habeo more patriæ, mendacii me arguerint et convicerint) non tamen



meum locum defendere vereor. Perstringit ergo hos, qui cum paulo ante vilissimi nequam servi fuissent; jam malis artibus divites volebant se prætoribus et tribunis præferri.—*Molles*] An quod hominem mollem ostendant? an per hypallagen, pro molli aures? Vide Erasmi Proverb.—*Auricula mollius. Fenestræ*] Foramina in lobis.—*Natus ad Euphratem*] Mesopotamini homines effrenatæ libidinis sunt in utroque sexu, ut Sallustius meminit.—*Molles quod in aures fenestræ*] Arguit homines qui cum propter libidinem libertatem meruissent, et in libertinorum corpus et tribus relati essent, pertusis auribus signa libertinorum celare non poterant. *Vet. Sch.*

105 *Sed quinque tabernæ*] Quas in foro habeo. Turneb. xx. 8. Hinc stultam hominis elationem ostendit, qui divitiis et bonis tantum fortunæ gloriatur. Quinque, inquit, sunt mihi tabernæ foro Romano, ab inquilinis inhabitatæ, quæ mihi census equestrem comparant, ob quem recipior in 14. gradus theatri, id est, quæ ex vectigali et proventu reddunt mihi quadringenta millia sestertium.—*Quinque tabernæ*] Quæ tunc quinque et argentariæ, antea dicebantur et erant septem, postea Novem tabernæ. Vid. Liv. l. xxxvi.

106 *Quid confert purpura*] Equestris nobilitas purpura et annulo designata. Quid purpura vel laticlavium, habitus equitum, majus et accumulativius bonum potest conferre, quam honores ac tantas divitias? *Lubis.* Quidam pro major, legunt, majus, ut optandum magis.—*Quadringenta*] Qui erat census antea Equitum Romanorum.—*Purpura major*] Laticlavium. *Vet. Sch.*

107 *Si Laurenti custodit in agro*] Quasi dicat, quid juvat majoribus nobilissimis progenitum esse, si divitiis non accedant. Siquidem Corvinus nobilissimus, in agro Laurenti, coniectus per inopiam, non proprias, sed

alienas oves custodit et pascit. Erat autem Laurentum opidum prope Lavinium in antiquo Latio, ubi magni campi et pascua. *Strabo l. v.*

109 *Pallante et Liciniis*] Id est, sumditior et Locupletior Pallante, Claudii liberto ditissimo, nec non quæstorii et prætorii ornamentis insignita.—*et Licinis*] Licinio Stolone Crasso, P. Licinio cogn. divite, et Licinio Cæsaris liberto et tonsore. In antiquo interprete lege ΠΑΛΛΑΞ ΑΥΤΟΤΑΤΗ Græv. Nisi forte ΑΥΤΟΤΑΤΗ.—*Expectent ergo tribuni*] Verba Poëtæ irrisorie et ironice ipsi libertino attributa, quasi dicat, ergo cum divitiis affluentem, expectent tribuni, et priorem locum occupet ditissimus.—*Pallante et Licinis*] Pallas et Licinus in aula Claudii Cæsaris præpositi, curam Reip. gesserunt, cum libertini essent. Pallas libertus Claudii Cæsaris, officium rationum administravit, et in numerum Prætorum relatus, quod primum percunctantem Cæsarem de incesto Agrippinæ, ad nuptias confirmasset. Eamque ipse consuetudinem stupri adeo palam fecerat, ut in quodam simulacro Palatinæ Minervæ adscriptum sit, ΠΑΛΛΑΞ ΑΥΤΟΤΑΤΗ. Licinius ex Germania puer captus, tantæ industriæ fuit, ut reliquias cibarium inter conservos fœneraret, et cui quid credidisset, quali poterat chirographo pugillaribus subnotaret; quos cum in expeditione quadam transiturus flumen in vestimentis recondidisset, C. Julio Cæsari quondam deneganti, ei pugillaribus quicquam annotatum, barbarus lugens eos obtulit: statim ad dispensationem admissus, non multo post manumissus est, dein curationi Galliarum ab Augusto præpositus, eas spoliavit: et cum flagraret invidia, basilicam sub nomine C. Julii Cæsaris ædificavit. Decessit sub Tiberio, proinde dives, quod Cassii opes etiam exhausisset, et dictus est habuisse nummos quantum milvi volant. Unde Persius. 'Nunc Licini in cam-

**PO**, nunc Crassi mittit in ædes.  
*Vet. Sch.*

110 *Vincant divitiæ*] Id est Horat-  
ian. 'Virtus post nummos.' *Grang.*  
—*Sacro nec cedat honori*] Est Ironia,  
quasi dicat: Quia jam libertus ditis-  
simus est, qui *super*, vel ante paucos  
annos, in hanc urbem venit *pedibus albis*  
vel *gypseatis*, servus venum expositus,  
non cedat, nec locum concedat *sacro*  
*honori* vel dignitati prætoris et tri-  
bunitis, quæ sancta, veneranda. Con-  
sueverant enim pedes servorum vena-  
lium, trans mare advectorum, creta  
vel gypso notare; signato sigillo do-  
mini, si privati essent, Reipublicæ si  
publica mancipia. Brodæus l. Misc.  
17. Pim. l. xxxv. cap. ult. Cl. Salmas.  
rè *pedibus* de braciis vel de pedulibus  
accipit, et bracas ibi manifesto pro  
pedum quoque tegmine positas dicit.  
*Pedernes* autem ab ornatu pedum for-  
tasse. *Peregrinos*, quod Romani non  
essent calcei, sed externi et peregrini.

111 *Albis*] Qui adeo pauper huc  
venit, ut nudis pedibus incederet.  
*Thysius*.—*Pedibus qui venerat albis*]  
Ostendit plus honoris videri in cal-  
ceis, quam in persona. Illo enim  
tempore necdum Senatores nigris  
calceis utebantur: sed nudis erant  
pedibus; vel albis pedibus, id est,  
pulverulentis, vel *bracciis*; vel pedules  
novos intelligit in bracciis quos \* pe-  
dorne dicunt, ut peregrinos. *Vet. Sch.*

112 *Quandoquidem inter nos, &c.*]  
Perseverat in Ironia, quasi dicat:  
Æquissimum est, ut divites omnium  
sint optimi: et probat hoc. In anti-  
quo Scholiaste legendum videtur *quos*  
*Pernes* vocant. Græv. Quidni cum  
Meursio legas *pedortes*, quia Achmes  
dicit *rodôpria*, rectius *rodôpria*, i. e.  
*pedibus apta*: nisi placeat retinere *pe-*  
*dornis*, q. *pedem ornans*, in plur. *pe-*  
*dornea*.

113 *Majestas*] Amplitudo, reveren-  
tia et æstimatio divitiarum, Romæ  
sanctissima ac inviolabilis est. *Lub-*  
*ianus*.—*Etsi templo nondum habitas*]

Quamvis templa et aræ ipsi nondum  
erectæ sint, tamen pro Dea colitur;  
nam aram et delubra habet, quasi in  
hominum cordibus et animis. Arnob.  
l. iii. 'Quis ad extremum Deam Pe-  
cuniam esse credat, quam velut max-  
imum numen vestræ indicant literæ.'  
11. 20.—*Funeata*] Exitiosa. Quod per  
fas, nefas, per sacrilegia, parricidia,  
latrocinia, furta congeritur.—*Fune-*  
*ta*] Quoniam per scelera adquiritur:  
vel quod funerum faciendorum sit  
causa: vel quod per parricidia con-  
geritur. *Vet. Sch.*

114 *Habitas*] De Diis habitare di-  
cunt primi Poëtæ: Virg. *Habitarunt*  
*Di quoque sylvas*. Grang.

115 *Ut colitur Pax*] Ejus templum  
Vespasianus foro proximum fecerat,  
teste Tranquillo.—*Fides*] Cujus so-  
lenne Numa Pompilius instituit. Liv.  
l. i.—*Virtus*] Ejus ædes ad portam  
Capenam. Liv. l. xxix.—*Victoria*]  
Ejus templum uum in Palatio fuisse  
ostendit Liv. ibid. Alterum adhuc fuit  
in foro Romano, de quo Publ. Victor.  
Dionys. tamen Halicarnasa. templum  
victoriæ in Aventino constructum  
prodit. Grang.

116 *Quæque salutato crepitat*] Tur-  
neb. Advers. viii. 18. Ciconiam in-  
telligit, quod tunc temporis fortasse  
in fastigio templi Concordiæ, nidus  
ciconiarum fuisset, quorum proprium  
est crepitare. Nam dum ex pascuis  
redeuntes in nido resident, rostris  
crepitum faciunt, quasi nidum sala-  
tantes. Ovid. Met. vi. 'Crepitante  
ciconia rostro.' Vid. Politian. Mis-  
cellan. c. 67.—*Concordia nido*] Far-  
nabius credit Juvenalem hic respex-  
isse ad Ovidii vs. 5. Met. 'Ipsa sibi  
plaudit crepitante ciconia nido.' Por-  
ro ciconias in auspiciis concordiam pol-  
liceri scribit Jan. Dousa ad Arbitr. l. i.  
Flavina Conjectan. c. 53. *Ædem* con-  
cordiæ simpliciter intelligi vult, in  
qua Senatus aliquando haberi solitus,  
testibus Varrone et Lampridio, et  
quo cum strepitu confluxere Patres.

Sed hæc meræ nugæ iudicante Grægo.—*Crepitat Concordia nido*] Vetus Scholiastes inquit: 'Ciconia, quæ contra templum Concordiæ ex concilio rostri sonitum facit.' Quis non videt legendum *concilio*? eleganter enim ciconia ex concilio rostri sonitum et crepitum edere dicitur, quæ rostrum conciliando et componendo, crepitat: sic *concilium nominis* apud Tertullian. de pallio, est compositio nominis, ex duabus scilicet vocibus, nomen unum compositum: ut *concilium rostri*, ex duabus rostri partibus, inferiore et superiore, coactio et coagmentatio. *concilium et conciliatus* apud Lucret. pro conjunctione et coactione. *Salmas.—Concordia nido*] Ciconia quæ contra templum Concordiæ ex consilio rostri sonitum fecit. Et satyricæ salutato nido, non templo. Templum Concordiæ vetus, in quo ciconia multa est. *Vet. Sch.*

117 *Sed cum summus honor*] Invehitur in extremas nobilium Romanorum sordes, qui sportulam, rem vilissimam, inter redditus et proventus annuos numerabant. Cum ergo summos magistratus, prætores, tribuni (quorum quidem *summus honor*) competent et numerent; *quid referat*, quantum pecuniæ *anno finito* ei conferat. Quæso, quid *comites*, clientes, parasi et assecræ facient, qui *hinc*, nempe ex sportula victum habent et amictum? Vel, quid miseri clientes et pauperes habebunt, cum sportula a ditioribus illis præripiatur? *Martialis* diserte totum hunc locum expressit, l. x. Epig. 10. *Lubin.—Summus honor*] Senatorum. *Vet. Sch.—Comites*] Quid facient parasi, cum senatores sic avidi sint ad sportulam? *Vet. Sch.*

120 *Fumusque domi*] Ignem et ligna intelligit ad concoctionem. *Ligna viridia* dicit; non enim his tantum est peculii, ut emant ligna acapna, de quibus *Martial.* epig. 15. l. xiv. quæ in iure *recocta* vocantur.—*Densissima centum*] Novam capiendæ sportulæ

notat artem. Multi enim collocatas in lecticis uxores suas, languidas, aut prægnantes circumducebant, multi etiam lecticas vacuas, simulantes in his esse conjuges ægrota, eoque modo sportulam captabant. *Britannicus.—Densissima*] Multis Eunuchis stipata: vel plena hero, uxore, liberis: vel denique, potius divitum prætorum et tribunorum frequens densissima multitudo lecticis vectorum. *Lectica petis*] Leticarum usum primi dicuntur invenisse Bithyni. Cicero: Nam una hand mos est Bithyniæ Regibus vehi lectica, id est, octophoro. *Vet. Sch.*

123 *Hic petit absentem*] Mira ac nova captandæ ars exprimitur. *Hic*, id est, alius quispiam *callidus* et versutus *petit* sportulam uxori suæ *absenti*, illam præsentem adesse simulans. Et inquit ad distributorem, uxor mea *Galla est* in lectica hac, da illi sportulam, et *citius domum dimitte*, quid moras neccis?

124 *Ostendens*] Distributori.—*Sella*] Differt sella a lectica, quod illa esset apta ad sedendum, hæc etiam ad jacendum. *Lips. in elect.*

125 *Galla*] Uxor mea, fictitium nomen.

126 *Profer Galla caput*] Verba distributoris, qui cum illam astutiam sciat, sæpius deceptus ab illis, qui vacuas sellas advehebant, simulantes se conjuges advehere: *O Galla profer* et attolle *caput* tuum, ut te videam. Cui respondet maritus, o dispensator *noli* meam conjugem *vecare*, eique molestus esse; *quiescit* et dormit capitque requiem post longam infirmitatem. *Lubin.*

127 *Ipsæ dies, &c.*] Persequitur ulterius divitum et nobilium sordes: et ait, clientes in his rebus totos dies consumere, in salutatione et sportulæ petitione, in deductione in forum; ad templum Apollinis, ubi causæ agebantur; ad spectacula statuarum triumphalium, et domum reductione;

nec tamen a patronis, miseros et  
lucosos clientes, qui illos toto die de-  
duxerant, cœna dignari.—*Distingui-*  
*sur ordines*] Ironice. Nostri divites  
Romani accurate totius diei horas  
disponere et pulchre rebus agendis  
distribuere et ordinare norant. *Idem.*  
—*Ipsæ dies*] Totos dies sic consumunt  
divites, dum ad sportulam, aut ad  
templum Apollinis tractatum vadunt.  
*Vet. Sch.*

128 *Sportula*] Prima diei hora suos  
patrones salutabant, et ab iis sportu-  
lam petebant: vel sportulæ causa  
salutabant.—*Deinde forum*] Hora diei  
tertia forum judiciale petunt et tem-  
plum Apollinis Palatini, ubi judicia  
agitabantur, et causas agi audiebant:  
hinc Jurisperitis dicitur. Non placet  
ut intelligas de templo Apollinis,  
quod extractum fuit antore Tran-  
quillo, in ea parte palatii, quæ a ful-  
mine disjecta fuerat; ubi Colossus  
erat Apollinis æreus: sed de foro  
Augusti, ibi enim, et non in templo  
jura reddebantur; et illic erat statua  
Apollinis eburnea. *Britann.* Cui ad-  
stipulatur *Grang.*—*Jurisque peritus*  
*Apollo*] Aut quia juxta Apollinis tem-  
plum Jurisperiti sedebant, et tracta-  
bant: aut quia bibliothecam juris  
civilis, et liberalium studiorum in  
templo Apollinis Palatini dedicavit  
Augustus. Nam hic est Apollo, cu-  
jus et Horatius meminit: 'Sic me  
servavit Apollo.' Sive quod Cicero  
domum Scævolæ oraculum dixit; sive  
quod tam devia Jurisperitorum re-  
sponsa sint, quam Apollinis. *Vet. Sch.*

129 *Atque triumphales*] Scilicet sta-  
tuæ adeuntur; id est, itur ad rostra,  
ubi viri magni, rebus arduis præclare  
gestis, triumphales statuas aut qua-  
drigas habebant. Hæc omnia erant  
in uno foro.—*Inter quas*] Scil. trium-  
phales statuas, etiam Ægyptius et  
Arabarches quidam annos titulos et  
nam statuam habere ausus est; dig-  
nam profecto, quæ non solum urina  
perpluatur et permungatur, verum

etiam stercore inquinetur. Notat  
tempora Domitiani, quibus etiam tri-  
umphales statuæ servis donabantur.  
*Lubin.*—*Atque triumphales*] Id est,  
itur ad rostra, ubi habere solent tri-  
umphales statuas viri magni, sive  
quadrigas. *Vet. Sch.*

130 *Nescio quis*] Semper per con-  
tentum dicitur.—*Ægyptius atque Ara-*  
*barches*] Crispinam Ægyptium inces-  
sit, Arabarchem illum vocans, quasi  
Arabum archonta, principem, invidi-  
diose et Satyrice: vel omnium ven-  
narum ex Canopo vel Arabia summum  
et maximum, id est, pessimum. *Far-*  
*nabius* hic alium intelligit: nam cum  
non constet de regimine nec statuæ  
Crispini; magis propendet in senten-  
tiam Alciati, ut ait Tib. Alexander,  
qui regebat Ægyptum ipse ejusdem  
nationis, teste Tacito l. hist. cui ad-  
stipulatur Euseb. l. ii. Hieronymus  
tamen Josephum a Judæis creatum  
ducem intelligi vult, cui postea prop-  
ter ingenium, virtutem, et vaticinium  
de imperio, Vespasianus statuam de-  
dit triumphalem. Vide et Turneb.  
xxvii. 26. et Flav. Conject. c. 49.  
Brod. Miscell. iv. 2. Parrhas. Epist.  
23.—*Titulos*] Imaginem, triumphali  
effigie, et sub ea res gestas breviter  
positas et explicatas, quod acta vocat  
Ovidius, *Claræque dispositis acta subesset*  
*viris.* *Grang.*—*Arabarches*] Cujacius  
legendum esse censet *Alabarches*: est  
enim Ἀλαβάρ, teste Hesychio, μέλαν &  
ὑπόποιον, id est, atramentum quo  
scribimus; *Alabarches* scripturæ ma-  
gister. Cic. ad Attic. l. ii. Epist. 17.  
legit etiam *Alabarches*. Vide Brod.  
Miscell. iv. 2. *Pulmannus*. Rufinus  
præfectum salis interpretatur, quasi  
a Grajorum ἄλς.

131 *Cujus ad effigiem*] Ad ejus  
imaginem vel statuam non tantum fas  
est ac licitum mingere, sed etiam  
cacare: quod propter honestatem  
decore subicit. Sic Nero, autore  
Suetonio, in ludibrium religionis, De-  
am Syriam urina conspurcavit. Hinc

Pers. *Sacer est locus; Extra mejite.* Grangæus hunc locum aliter exponit, et dicit hujus Ægyptii statuam, tam sanctam a Romanis habitam, ut ne quidem ad eam mejere auderent, tantum si fuisset statua principis.

132 *Vestibulis, &c.*] Id est, ubi veteres clientes et asseclæ hunc suum patronum multum diuque deduxerunt et in forum et ad statuas et rursus domum, ibique frustra diu expectarunt, sperantes fore, ut ad cœnam invitentur: postquam se spe sua excidisse viderint, tandem eundo, stando et expectando defatigati, a vestibulis patronorum suorum abeunt, et tristes domum remeant.

133 *Votaque deponunt*] Vota sua ac desideria (quanquam diu illa animo conceperunt) de cœna recta jam deponunt et abjiciunt. Recte, quoniam vota suscipi dicuntur, ideo bene etiam poni, quasi onera. *Grang.* Dicuntur autem *longissima vota*, quia illa miseri diu votis suis intenti fuerunt.

134 *Spes homini*] Al. legunt *hominum*: Exclamatio est in miseriam elusorum clientum, qui parvo edere coguntur. Sunt qui sic legant, *Quantum longissima carna spes homini*, ut sensus sit, unica spes illis miseris erat cœna, quæ quia fefellit, caules vel olera, et ligna quibus coquant, quadrantibus illis sportulæ sibi emunt, et cœnam miserrimam sibi parant. *Ægroto dum anima, spes est. Adagium.*

135 *Optima, &c.*] i. e. optimas feras et delicatissimos pisces.

136 *Rex horum*] Dives patronus ellentum.—*Tantum ipse jacebit*] Solus accumbet in triclinari.

137 *Nam de, &c.*] Hoc dictum est in profundam gulam et luxuriam ciborum: dicit enim; tam laute tantoque impendio epulantur divites Romani, ut una cœna absument patrimonia. *Britan.* Vel delicatissimi illi avari, comedunt patrimonia et universa bona ex hæreditate parentum sibi relicta,

prodigunt et absument una mensam, ad quam ipsi soli accumbunt, in cœna vel obsonio delicatissime et exquisitissime comparato: vel absument illa omnia super una mensa, inter tot *pulchros, lutos, et antiquos orbes*, vel mensas: vel una mensa, id est, sola, nemine ad cœnam vocato. *Clarius.* Grævius dicit, ad hunc locum nihil vidisse interpretes, et pergit, Una mensa est prima mensa, qua carnes et pisces apponebantur: recte enim *Serv. ad Æneid. i.* 'Duas habebant mensas, unam carnis, alteram pomorum:' nota est mensa secunda *Virgil.* 'Postquam prima quies epulis mensæque remotæ.' Sed (quod dixisse liceat) omiserunt hæc hic interpretes, putantes hoc non esse hujus loci, quia Poëta per unam mensam, tam secundam, quam primam intelligit, nempe unam cœnam.—*Pulchris orbibus*] Citreas mensas, nam cariem, vel putredinem non sequiunt: vel ex ebore intellige, vel etiam argenteas patinas.—*Antiquis*] qui fuissent multorum per successionem dominorum. *Britannic.—Mensa*] Mensis citreis, quas antiquitus magno in pretio habebant; aut de ebore. *Vet. Sch.*

139 *Nullus jam parasitus, &c.*] Magna hic festivitas Poëtæ, quasi dicat: At jam pulchre et decore divites nostri sceleratissimum illud genus hominum parasitos et adulatores mensa sua excludunt, et nullum ex asseclis cœna dignantur.—*Eris*] Al. legunt *Edit.*

140 *Luxuria sordes*] Luxuriose sibi, amicis sordide. *Sordes*, id est, Avaritiam: hinc *Sordidi* appellantur avari. *Lubin.—Quanta est, &c.*] Exclamatione Satyrica, plena indignationis; id quod de luxuria dixit, probat. Immensa profecto gula, quæ sibi uni ac soli totum ac integrum aprum apponit; illud inquam animal, quod ob concivis natum est, sed quod pluribus et toti convivio sufficit. Primus autem soludum aprum convivio apposuit *Ser-*

**vilius Rallus**, ut auctor est Plin. viii. 51.—*Ponit apud*] Apud antiquos munificentia videbatur apparatus, si in convivio aper integer fuisset exhibitus. *Vet. Sch.*

142 *Pena tamen praesens*] Quasi dicat, hanc luxuriosam voracitatem ipsis non invidemus, qua morbos et mortem sibi ante tempus accelerant, et sic statim eos poena comitatur. —*Cum tu deponis amictus*] Nam tu qui solus voraveris, quod multis sufficere potuisset; cum tu lavaturus in Apodyterio, vel, ut ita loquar, exutorio, amictus vel vestes exuis; et deponis, et turgidus adhuc ex nimia repletionem ventris pridiana, crudum pavonem, indigestum et incoctum vitio stomachi, in balnea portas tecum, in morbos et mortis pericula incidis. Nihil enim sanitati magis contrarium, quam ubi cruditate laboras, crebra balnea adhibere. Lautiora vero convivia Romae agitari lavabantur et ungebantur. *Lubin.* Ita Persius Sat. iii. 'Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur.' putabant enim Caldaris cruditate decoquere. *Marcell.* in dict. loc. Pers.—*Pena tamen praesens*] Horat. 'Culpam poena premit comes.'—*Pena*] Quia solus voraverit, quod multis sufficere potuisset. *Vet. Sch.*

143 *Pavonem*] Ille Romae in deliciis habitus, omnium difficillimae concoctionis est, cujus mortui caro nunquam putrescit, quod experientia saepius probatum, et Augustini auctoritate, xxi. 4. de Civitate Dei, confirmatur. Pavonem autem primus Hortensius posuit cœna pontificia, cum augur esset. Varro.

144 *Atque intestata senectus*] Subita scilicet morte praecoccupatus ac praeventus, facere nullum potuit testamentum.

145 *It nova, &c.*] Id est, nova confabulatio, et læta illa quidem, de subitanea tua morte divulgatur passim per omnes cœnas et convivia. Alii

legunt et nova, sc. sunt.

146 *Ducitur funus*] Est verbum funebre. Virg. 'Et tristia funera ducunt.' Eodem modo Pers. 'Ast illum hesterni capite induto subiere Quirites.'—*Iratis, &c.*] Utitur antithetis, cum ait *iratis plaudendum*: non enim facile cum lætitia plaudunt irati.—*Iratis*] Quod ejus mortem tam diu expectaverint: vel quod iis nihil profuerit, et quod non prius mortuus sit: et quibus intestatus, nihil reliquerit. Sic et Pers. 'Sed cœnæ funeris hæres negliget iratus, quod rem cartaveris.'—*Plaudendum*] Quod mortuus fortasse sit, antequam omnia consumserit: vel quod avari et pessimi hominis casa lætentur. *Lubin.* Nam *avarus, nisi cum moritur, non recte facit.*—*Iratis plaudendum*] Quod de indigestione sit mortuus intestatus, de ejus testamento nihil consecuti sunt. *Vet. Sch.*

147 *Nil erit, &c.*] Nil sceleris aut vitii restat, quod, &c. Postquam Poëta varia et diversa vitia populi Romani recensuit, quibus ad Satyram scribendam compulsus sit: concludit jam, eo hominum impietatem crevisse, ut altius conscendere nequeat, et nil esse ulterius sceleris quod posterius depravatis nostris moribus possint addere, et posteros nihil novi sceleris posse excogitare: sed eadem omnino vitia et scelera sint appetituri et facturi: adeoque omne vitium jam constitutum esse in præcipiti, et summo, vel in abrupta summitate et cacumine, adeo ut altius surgere ac crescere nequeat. Quare se cohortatur; o Juvenalis, jacta tibi sit alea, navim ventis committe, utere velis et totos sinus velorum ventis pande et audacter Satyram scribe. Plin. viii. epist. 4. Discordare videtur Horat. cum inquit, 'Ætas parentum pejor avis, tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitiosiorum.'

150 *Totos pande sinus*] Supp. velorum. Poëta et oratores frequentes in

hac metaphora a nauticis.—*Dicas hic, &c.*] Sed tu quisquis es admonitor, forsitan hic dicere mihi posses, o Juvenalis, unde autem tibi illud ingenium, illæ ingenii vires et facultates, quibus par sis arduum illi ac materia difficili pro dignitate tractandæ? Deinde ut maxime ingenium adsit, unde illa priorum Eupolidis, Aristophanis et Lucilii aliorumque simplicitas, wapphola, ac libertas dicendi ac scribendi; quæ unque adeo hoc tempore sublata est, ut ejus nomen amplius dicere non audeam, et cujus nomen vix amplius restat, nedum ipsa. Ad prius autem objectum non respondit, forte quia superius dixit: 'Si natura negat, facit indignatio versum,' &c.—*Priorum*] Lucilii, et cæterorum. *Vet. Sch.*

152 *Animo, &c.*] Ira et odio adversus vitia. Id est, quicquid libitum esset animo flagranti, et indignatione, odio adversus vitia et homines flagitiosos ardenti. *Lubin.*

153 *Simplicitas*] Libertas, quæ simpliciter sine velamento aut ambage loquitur quod sentit.—*Cujus non audeo, &c.*] Domitianus enim ipsam libertatem oppresserat. Vetus Commentator hic addit: Cum in senata Cæsarem occidissent, dies qua interfectus, libertati consecrabatur, et dies libertatis dicebatur: postea Augustus occisis percussoribus Cæsaris, sub pœna prohibuit, ne quis amplius nomen libertatis, illi diei attribueret; quasi dicat, illis libertatis nomen vix ausum dicere; nedum, ut ipsum mihi ausum usurpare. Ptol. Flavius Conjectan. Cent. i. Nunc legit, pro non. Grævius legit *Cujus non audent dicere nomen?*

154 *Quid refert, &c.*] Illo antiquo seculo, o Juvenalis, et Lucilii tempore, nihil referebat, an Mutius, a Lucilio versibus ita proscissus aut laceratus, Lucilio ignosceret, an non. Hoc vero seculo, si Tigellinum, vel alium quendam Imperatori amicum carpas, vivus ardebat.—*Ignoscat Mu-*

*cus*] Mucius fortissimus et sapientissimus fuit, qui patienter ferebat, quicquid de se dicebatur. *Puhn.*

155 *Pone Tigellinum*] Verba cujusdam respondentis Poëta, dicis te omnium nomina impune tangere posse; tange igitur Tigellinum. Hic est autem C. Offensius Tigellinus, Neronis deliciæ, quem male Scholiastes vocat C. Fulcinium: nec minus recte alii C. Soffonium Just. Lips. ad Annal. Tacit. Neque *Tigellinus sed Tigellinus*, ut vidit Ramires ad Martial. lib. iii. epig. 20.—*Pone Tigellinum*] Fac eum vixisse ævo Neronis, et pro Mutio possuise Tigellinum, nihil certius fore spondeo, quam ut *loceret* in illa tæda molestæ tunicæ, et defossus in media arena sulcum latum diduceret, vel mediam arenam sulco speriret ac divideret. Cato apud Gell. iii. 14. 'Homines defoderunt in terram dimidiato, ignemque circumposuerunt; ita interfecerunt.' J. F. Gronov.—*Tæda lucebis, &c.*] Accenderis loco pœnæ pro lychno, lucerna, ac tædis: non tæcus ac Christiani, qui in usum nocturni luminis a Nerone urebantur. Grævius legit *tæda lucebit in illa, &c.* De immani hac in Christianos sævitiâ vide Tacit. lib. xiv. et Lips. et Sulpit. lib. xi.—*Tæda, &c.*] Id est, *tæda et lino* circumdatus et incensus *lucebis* et cremaberis: quo Christiani *stantes* et alligati *ardebant*, cum *fixa illis essent guttura* Juvenal. Sat. viii. vs. 236. hoc genus supplicii describit: 'Tunica punire molesta.' Vide Brodæum Miscellan. l. ii. c. 9. Aliud genus supplicii non absimile notatur a Vulcatio Gallicano in vita Avidii Imp. his verbis: 'Primus etiam id genus supplicii invenit, ut stipitem grandem poneret pedum 180. et a summo usque ad imum damnatos ligaret, et ab imo focum apponeret, incensisque aliis, alios funi cruciatu, timore etiam enecaret.'—*Tæda*] Arbor est resinam desudans aptam (ut et ipsa arbor apta) ad comburendum.—*Pone, &c.*] C.

**Falcinius Tigillinus** patre Agrigentino, Scythaceum relegatus, juvenis, egeus, verum admodum pulcher, in concubinato a Vinicio, et Lucio Domitio maritis Agrippinae, et Juliae, sororum Caesaris, atque *Aine* utriusque uxoris suspectus, ob hoc urbe summoctus, piscatori machinam exercuit: quoad accepta hereditate reditum sub conditione impetravit, ut concubitu Claudii abstineret. Quare saltibus in Apulia et Calabria comparatis, cum studiosius equos quadrigarios aleret, amicitiam Neronis nactus primus illum ad studium Circensium movit. Mortuo autem Nerone, Galba imperator populo Rom. deposcen- te supplicium Haloti et Tigillini, solos ex omnibus Neronis emissariis, vel maleficientissimos incolumes praestitit: atque inasuper Halotum procuratione amplissima ornavit. Pro Tigillino etiam *sevitiae* populum edicto increpuit.—*Pone*] Hoc est in Satyra ponere, vituperare Tigillinum, quem si laeseria, vivus ardebis, quemadmodum in munere Neronis vivi arserant, de quibus ille jusserat cereos fieri, ut lucrent spectatoribus, cum fixa essent illis guttura ne se curvarent. Nero maleficos homines tæda et papyro et cera supervestiebat, et sic ad ignem admoventi jubebat, ut arderent.—*Pone, &c.*] Nunc, sicut olim Mutinum Lucilius, ut Persius, 'Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, et Muti, et geminum fregit in illis.' Hunc tamen Mutinus fortiter ac sapienter tulit, quanquam in eum dictum sit, Si Mutium insectabere, futurum est ut miser sis. Vel, utram ignoscat Mutius an non, haud laboraveris. Sed si Tigillinum laeseria, vivus ardebis, quemadmodum multi imperante Nerone: Aut, Non tantum non deserenda libertas, sed etiam maxima persona carpenda in vitiiis, cum etiam ai tacueris, plebeio funere moriturus sis. Vel, quasi ex persona alterius sit, quæ communem futuram cum vulgaribus

*Delph. et Var. Clas.*

cadaveribus ustrinam denunciet, etiam ai a Satyra abstinere: notio- rem vero satura, si insignem notaverit. ut sit locus hic ita accipiendus: Pone Tigillinum, nobilem ut Tigillinum, quod nisi facias, in rogam cadaver tuum mittetur, in quo non jacentia corpora, sed ad lignorum parsimoniam, stantia exuruntur. Unde putant dici, 'Et latum media sulcum deducit arena.' Quod parvus vator subditi ligni inopia scrobe subter facto subcavet, ut ardere possit. *Vel. Sch.*

156 *Qui fixo gutture*] i. e. alligato collo: sic Plin. in Panegyrico: 'Contigit desuper intueri delatorum supina ora retortasque cervices;' et Sueton. de Vitellio cap. 19. 'Reducto coma capite, ceu noxii silent, atque etiam mento, mucrone gladii subiecto, ut visendam præberet faciem, neve submitteret.' Vel unco impacto. Senec. 3. de Ira: 'circumdati defixis corporibus ignes.' Et ita sulcus est ipsa fossa. *Lipsius ibid.*

157 *Et latum, &c.*] Sensus est, unco per arenam tractum fuisse maleficum sulcumque quandam impressisse. Vel fossam intelligit; in qua stipes fiebant, in quibus ardebant. Vide Flavii Conject. cap. 48.—*Et latum media*] Lipsius loco citato legit ex vet. cod. *Et latus mediam sulcus diducit arenam.* Ut sulcus sit fossa in media arena, qua defossi et ad palum defixi cremabantur vivi. Verum ad necis adactæ vel spontaneæ necessitatem redactis scrobes vel ab aliis, vel ab ipsis præparari solitæ, forte ad evitandum casum *δοxήματα* in ipsa morte. Ejusmodi scrobem Niger tribunus Flavio Vejano affodi in proximo agro jussit. Si per parenthesis inserantur illa verba (*Qua stantes ardent, &c. fumant*) et priora verba *Tæda lucobis in illa copulenter cum seq. Et latum media sulcum deducit arena* (uti multi libri habent) sensus erit concinnus et conveniens, *Ardebis in illa tæda,*

*Juv.*

3 D



et media arena, per quam tu curris palea alligatus, vel, per quam corpus tuum trahitur comburendum, deducit, seu deducet, i. e. patefaciet, monstrabit latum sulcum, nec obstat, quod ultima in media nominis sit brevis; nam per penthemimeron brevis est producta licenter.—*Et latum, &c.*] Adductus cum per arenam traheretur, sulcum corpore suo fecit: vel fossam, in qua stipites agebantur, in quibus ardebant. *Vet. Sch.*

158 *Qui dedit ergo, &c.*] Respondet Poëta cum indignatione: Tigillinus igitur hominum ille sceleratissimus, qui tribus suis patris Aconitum et venenum dedit, ut illorum hæreditatibus potiretur, pensilibus plumis in lectica vehetur, et inde ex alto despiciet nos atque contemnet, a nullo unquam ob atrociam ejusmodi malefacta reprehensus? *Lubin.*—*Aconitum*] Lethalem herbæ venenosæ succum.

159 *Plumis*] Pulvino lecticæ ex pluma delicata tumente, alias ex rosis facto. *Lips. in elect.* Lectica, plumis et pulvinis in altum exstructis, strata, suffultus.—*Despiciet*] Quidam legendum esse censent *Despiciat*.—*Pensilibus, &c.*] Lectica plumis strata. *Pensilibus*, in altum exstructis. *Vet. Sch.*

160 *Cum veniet, &c.*] Respondet admonitor: Imo vero, cum Tigillinus, vel ejusmodi quispiam contra veniet, obviamque tibi fiet (sic Galli *Venir à l'encontre*) digito os seu labellum comprime et compece, et etiam atque etiam cave, ne verbis ipsum lædas: ejusdem significationis est simplex *pasco*, unde in sacris *pascito linguam*. *Festus.*

161 *Accusator erit, &c.*] Id est, si quis tantum vel verbum hoc dixerit, *hic est*; statim accusator vel delator aderit, qui illum Imperatori prodatur. Vel, si pergas dicere in vitia, erit qui dicat imperatori: *Hic est ille*, qui tam audacter vitia notat, et tuos amicos carpit; quamvis vel unicum verbum dixeris.—*Qui certum*] I. Bri-

tannicus legit *Qui verum, &c.* ut Poëta occurrat tacitæ responsioni, quæ potuisset hæc esse: Accusabitur tantum, qui falso et mendacis aliquem perstrinxerit: Imo, inquit, accusabitur etiam qui verum dixerit.—*Hic est*] Recte Lambinus *Hic 'et*. hic tace, nisi velis perire. Nihil verius videtur Grævio. Legit quoque Lubinus hoc loco; *Hic 'et* idem quod *compece labellum* Autor noster dixerit: quo ad Harpocratem respicit, cujus hæc littera 'et, silentii nota est. *Lub.*

162 *Securus licet, &c.*] Tutius Epico carmine historias scribes et prælia, ut Virgilius certamina *Ænem* et Turni Rutilorum ducis. His verbis indicata, in mortuos scribere Satyram, tuto licere: contra in vivos periculosissimum. *Committere*, in pugnam deducere.—*Securus licet, &c.*] *Securus* de mortuis loqueris, nec metuis legem Julianam, quæ vivorum vitia carpit. *Vet. Sch.*

163 *Committas*] Allusum ad *ἐκδιδάσκει* vel *διδάσκει*, uti committebantur paria in *ποροπαύλα* aut arena. vel uti committebantur artes expendendæ in odeo, theatro, locove alio publico: sub præmio indice, spectaculo iudice, voluptate sententia.—*Nulli gravis est, &c.*] Neminem offendit historia de Achille, Græcorum fortissimo, percusso. Putem nostrum legisse et innuere illud Ovidii, 'Nec nocet Autori, mollem qui fecit Achillem, Infragisse suis mollia facta modis.'

164 *Aut multum quæsitus*] Ab Hercule. Hylas puer formosissimus, cum Hercule, a quo amabatur, fuit inter Argonautas; qui missus e navi, ut aquam hauriret ex Ascanio flumine, a Nymphis adamatus et abreptus est; vel, una cum urna decidit in flumen: quem multum et diu Hercules inquisivit, sed frustra; 'ut litus Hyla sonaret.' Vid. Virgil. *eclog. vi.* Hygin. *Fab. 14 et 271.*—*Urnæque secutus*] Qui una cum urna submersus, et in aquam urnam secutus.—*Aut*

*mussum, &c.*] Virgil. 'Ut litus Hyla Hyla omne sonaret.' *Vet. Sch.*

165 *Euse, &c.*] Indicat jam, quam periculosum sit in viventem scribere. *Quoties enim Lucilius* egregius ille Satyricus, *ardens ira* et indignatione contra flagitiosos, *velut ense stricto* et evaginato sonitum dedit: sermo enim (si D. Paulo credimus, est instar gladii); et ore indignabundo *infremuit, auditor male sibi conscius*, cui mens friget et ob commissa crimina percellitur; ac tæta et latente culpa pectus illi ac præcordia propter anxietatem culpæ sudant: quia ægre fert sua vitia manifesta reddi, hinc auditor præsens, ira ardet vindictam cogitans, et pudore *rubet: àdus lacrymas* et ardens odium contra Poëtam. *Lubin.*

166 *Frigida, &c.*] Nam mali, scelerum conscientia et pænæ timore, frigore concutuntur et horrent.—*Frigida*] Perniciosa, virulenta: Virgil. 'Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.'

167 *Sudans*] Mira malæ conscientie descriptio, qua rei ac consilii, modo frigore, modo calore alternis vicibus torquentur: illud fit propter metum, hoc ob pudorem; nam utrumque malæ conscientie inest.

168 *Inde ira*] Iracundia incenditur, criminum conscientia lacessita, cujus acrimonia etiam lacrymas exprimet. Sic in Andria Terent. 'Hinc ille lacrymæ.'—*Tecum, &c.*] Verba monitoris, Quare, o Juvenalis, hæc probe et accurate tecum voluta et perpende, priusquam classicum canas et ante-

quam stylum in Romanos stringas.—*Inde ira*] Virgilius. 'Hinc mihi prima mali labes.' Iracundia accenditur necens, eriminum conscientia lacessitans. *Vet. Sch.*

169 *Hæc animo, &c.*] Sic cum doctissimo Turnebo legendam censemus. Alii legunt, *hæc anime, ante tubas*. Alii *hæc animante tuba*.—*Galeatum sero duelli*] Pulchra sententia: Sero ac tarde nimis duelli, bellique eum pœnitet, qui jam ab armigero galeam acceptam indit, ut congregiatur. Pugnae enim commissæ sera pœnitentia, Sic qui Satyram scripsit: facta enim infecta fieri, et vox missa reverti nequit. *Lubin.*—*Galeatum*] Metaphora. tarde pœnitet indixisse bellum, cum jam pugna commissæ sit. *Vet. Sch.*

170 *Experiar, &c.*] Responsio Poëtæ promittentis, morem se fideliter monitori gesturum, et se tantum mortuos reprehensurum, quoniam periculosa est plenum opus alicui, et lege est contra cautum. Nam non *Nect scribere in illos, qui possunt proscribere*. *Via Flemingia*, et *Latina*, erant celebriores, strætæ lapidibus, et multorum divitum monumentis ornatae sepulchralibus. Hinc in inscriptionibus frequens *viatoris* mentio et admonitio ad illos.—*Cinia*] Nam illo tempore eadavera cremabantur. Docet ergo se tantum in mortuos scripturum: tametsi Domitiano, Neroni (ut Persius) non parcat.—*Quorum, &c.*] Virum in quibus nobiles sepeliebantur. *Vet. Sch.*

## SATIRA II.

1 *Ultra Sauromatas*] In hac Satyra, quæ post primam, quæ proemii aut Prologi vice esse potest, proxima est, Juvenalis primum in Philosophos hypocritas invehitur, qui cum essent indocti, et nulla non vitæ, et morum infamia notati, virtutem tamen, honestatem, et sanctitatem verbis profiteri non erubescunt. Sensus verborum hic est: *Quoties* illi Philosophi, qui verbis, et sermone *Curios*, viros castissimos, maxime sobrios, et continentis, *simulant*, et præ se ferunt, et præterea in vita et moribus *vivunt* omni scelere contaminati, *bacchanalia* exercent, et flagitiose vivunt, et *aliquid audent*, de moribus juxta virtutem instituendis, et confirmandis docere, scribere, et disputare: *libet*, et placet mihi præ indignatione, ne hypocritas tales videam et audiam, ubivis potius terrarum, quam apud illos esse, et aufugere, et celerrima fuga abripi *ultra Sauromatas*, populos illos longissimo terrarum tractu a nobis dissitos, et *ultra Oceanum*, mare illud perpetuo frigore iuduratum. Sunt autem *Sauromata*, Græcis Sarmatæ, populi qui in superiore Asiæ parte versus Boream habitant circa Mæotidem paludem, Scythiis vicini, ab Amazonibus oriundi: quæ regio vastissimis nivibus et immensa glacie semper horret et riget. *Glacialis Oceanus* est mare illud Oceanum, versus Boream glaciale. Ubi jam nova Zembla detecta est ab Hollandis. —*Ultra Sauromatas*] Ex mente antiquorum, qui hæc loca terrarum terminos existimabant. *Græg.* Belg. *uit de wereld*. —*Ultra Sauromatas*] Sarmatæ ultimi ultra Pontum sunt, vicini Amazonum, unde Sauromatides appellantur. *Vet. Sch.*

2 *Oceanum*] Mare, ad *lævās celer*, et *velociter* fluere. — *Audent*] Scilicet disserere, aut præcipere.

3 *Curios*] Continentiam Curii. *Bacchanalia*. Omnium scelerum seminarium. Id est, vivunt illorum more, qui celebrant Bacchanalia: quæ nocturna festa clam in urbibus a maritis et fœminis fiebant, in quibus inter vina et epulas promiscua stupra. *Lubin.* Vide Erasmi Adag. *Baccha more*. — *Bacchanalia*, &c.] Criminosæ vivunt: id est, qui sub figmento severitatis, sunt impudici. nam sacra Bacchanalia ex iis condemnata sunt, cum probatum esset Senatui honestissimas fœminas ad Stimulæ Deæ lucum fœde adulterari.

4 *Indocti primum*] Invehitur omnium primo in illos qui indoctissimi erant: et tamen docti videri volebant comparatis doctrinæ instrumentis et insignibus. — *Quamquam plena omnia gypso Chryssippi invenias*] Id est, quamvis in illorum domibus, et museis omnes angulos, omnia loca plena, et ornata invenire possis, *gypso*, statua, effigie ex gypso, (quod calci non absimile) doctissimi illius, et diligentissimi Philosophi. Fuit ille Stoicus Zenonis et Cleanthis auditor ingeniosus et tantus Dialecticus, ut dicerent, si apud Deos usus esset Dialecticæ, non fore nisi Chrysippeam. *Labinus.* De eo Carneades, *Nisi Chrysippus esset ego non essem*.

5 *Nam perfectissimus, &c.*] Respondet quæstioni. Nam si quis ex illis *Aristotelem similem*, vel picturam et statnam Aristotelem referentem vel *Pittacum* illum Mitylenæum, unum ex septem sapientibus sculptum vel pictum *emit*, et sibi comparavit; ille horum omnium perfectissimus, doctissi-

musque habetur, vel existimat se esse.  
*Lubin.*

6 *Aristotelem similem*] Aristotelis imaginem similem, ut statuam. *Vet. Sch.*

7 *Et jubet Archetypos, &c.*] Ordo est: jub. pl. serv. arch. Cl. Id est, quisquis Cleanthem continentissimum illum Philosophum quasi suorum librorum custodem adhibuerit, qui jubet ut Archetypi, et ad vivam imaginem sculpti et picti Cleanthes, pluteum et armarium librorum suorum custodiant. Pulchre dixit illos *jubere* et mandare, ut appositæ figuræ, vel statuæ, museum comervent: nam plerumque indoctissimi illi otiantur, et aliud agant, et pulchros tantum et egregios libros possident, sibi nec lectos, nec intellectos. Est autem *Archetypus* hoc loco ipsa principalis, vel originalis figura, ab ipso pictore vel sculptore, ad ipsam vivam alicujus imaginem expressa, vel formata. Derivatur ab ἀρχή, quod principium vel origo, et τύπος, quod forma aut imago: alias *Archetypus* sumitur pro antiquo, ut Turneb. lib. xxi. c. 24.—*Pluteus*] Dici potest *πυλωθῆκη* vel tabularum pictarum repositorium, vel armarium potius; vel pro Bibliotheca posuit. —*Cleanthas*] Accusativus primæ declinationis simplicium Atticus; quo dicimus Socratas, Diogenas. Turneb. lib. xv. cap. 17. Cæterum Cleanthes primam pugil, inde Athenis Philosophi Zenonis Stoici auditor, cum inops esset, interdum studiis operam dedit, noctu operam mercenariam in hortis irrigandis, et aqua haurienda locavit; unde *φωδέρλας* dictus fuit. *Lubin.* Leges, si placet, ex mente Grævii, *Et, jubet archetypos puteum servare Cleanthas*: hoc est (ait) habeat imagines fictas (Cleanthis ex puteo aquam haurientis, ut esset unde se tueretur dum in vivis erat: nam (pergit) *pluteo* hic nullus est locus; cur enim hic magis pluteos servaret quam Aristoteles aut Pittacus, quam-

vis, inquit Juvénalis, jussisset fingi Cleanthas puteum servantes, hoc est apud puteum hauriendis aquis stantes. Sic enim legendum censeo et Nic. Heinsio persuaseram; sed et post lætus intellexi eandem sententiam fuisse magni Henr. Vallesii. *Grævius.*—*Pluteum*] Armarium. *Vet. Sch.*

8 *Frontis nulla, &c.*] Id est talium hypocritarum gravis et severæ frontis nulla fides adhibenda est. Alii legunt *Fronti*, quod verissimum est. *Græg.*—*Quis enim non*] i. e. omnes vici sunt pleni.—*Tristibus obocernis*] Impudicis, qui tristitiam vultu profitentur, quales hi apud Pers. ærumnosque Solones, Obstupo capite et figentes lumine terram.

9 *Castigas turpia*] Tunc scelerate audes turpia aliorum facta reprehendere, cum sis notissima fossa, locus et receptaculum vitiorum inter omnes, qui Cinædi et Pathici pessime vivant, et interea de vita et moribus honestis, more Socratico disputant? Dicuntur autem *Cinædi* a *κινῆν* quod est movere, et *αἰδοῖν* pudenda. *Lubin.*

10 *Fossa*] Ego de corporis posteriori fossa illa, non nominanda pathica sentina hæc intelligo, quam sceleratissimi illi infamibus pædiconibus et subagitoribus prostituiebant, abutendam.—*Notissima*] Omnibus enim notissimum est, te esse sceleratissimum. *Lubin.*—*Socraticos*] Leopard. Emend. lib. xiii. cap. 10. legit *Sotadicos*, a Sotade Poëta Mantinensi qui primus scripsit Cinædica. De quo Suidas.—*Cinædos*] Cinædos et Draucos, qui tamen Socratis sanctionem et doctrinam præ se ferunt: et ipse Socrates male audiebat nomine masc. amoris. Lucian. *βίω πρὸς* et *ἀληθοῦς λογοπίας λόγος β.* et *εὐκέρως*. Firmicus lib. vii. cap. 14.—*Inter Socraticos*] Aristophanes lacerat Socratem, et discipulos ipsius, cum ait et ipse pejor plerisque. *Vet. Sch.*

11 *Hispida membra, &c.*] Eo dicit, nam qui in externo habitu neglecti-

ores, illi non facile libidinis turpitudine se polluant: Sic *Aiopida*, hirta, et pilosa tua membra; et dura seta, ut porcorum, per brachia et corpus tuum, promittant Polyphemum aliquem et Herculeum, atracem, invictum, gravem et severum animum, non mollem. Polyphemus apud Ovid. 'Barba viros, hirtæque decant in pectore setæ.' Vide Macrob. lib. vii.

12 *Podice levi*] Posteriora intelligit, quæ levia et glabra reddebant, et pilothro vel volsella depilabant, ut molliores et delicatiores, puerorum instar, amatoribus suis apparent. Vita et mores tui non respondent, sed contrarium demonstrant. Nam *marisca tumida*, seu ulcera inflata ex fædo, et non nominabili coitu masculino nata, cæduntur, et secantur tibi ferro, in podice levi et depilato. *Lubin*. Sunt qui levem dicant q. fricatione assidua politum, ut hic, perpetua prædicatione; alias ille, qui nudo equo insident.

13 *Cæduntur*] Secantur. Itali nostro tempore talia non secant, sed urunt argentea quadam lamina candenti. *Medico ridente*] Qui novit causam ulceris esse turpitudinem tuam, teque detestatur, et tuam sceleratam obscœnitatem.—*Marisca*] Forte a Chald. *Maras*, quod est *Terere, fricare*. Nascentur circa os ani, ut fungi; fici etiam appellantur. Tubercula in ano ad fici similitudinem sunt. Gr. *σύνκωσ*. Martial. lib. xiv. Epigr. 86.—*Medico ridente*] Nam iuvenientes stupri vestigia, Medici rident. *Vet. Sch.*

14 *Rarus sermo illis*] Nam sapientissimi rari sermonis.—*Libido tacendi*] Magna voluptas in silentio; delectantur silentio. *Lubin*.—*Rarus, &c.*] Speciosum silentii studium: Vel ut Pythagoricæ sectæ germani appareant imitatores; qui nihil prius discipulos suos docuit, quam tacere, modè tibi condiscere, loquitari dediscere.

15 *Atque supercilio, &c.*] Pili capil-

tis breviores supercilio, vel capillis non demissus, usque ad supercilium. Nam Philosophi Stoici detondebantur ad cutem usque, unde illorum discipuli Persio dicti, 'detonsa juvenitas:' et hinc Proverb. 'Crine Stoicus.' Comam enim alere parum virile existimabant. *Lubius*. Aliæ Philosophorum sectæ crinibus longis et proluxa barba conspicuæ erant.—*Atque supercilio*] Male existimant comam abrasisse eos, qui hic a Juvenale notantur, ne Cinædi viderentur. Comam enim brevem de more cæterorum Philosophorum gerebant. Hæc tamen comæ abrasio modestiæ ac continentiæ indicium credebatur. Nam qui lasciviores et insolentiores, comam alebant. Ut hac nota Stoicorum dogmata persequi videantur et persuadeant credulo popello: Aliæ enim sectæ Philosophorum crinibus longis proluxaque barba: At qui ex Stoa capillis rasis, et ut loquitur Lucianus *ἐν χροῖ novπλας* erant. Vid. Turneb. Aqvera. xv. 17. et hoc ex Phocylidis sententia, cujus hæc *ἔπος* *ὅτιν ἀνέλκει κόμην*. Sic ergo comam et cæsariem abradebant, capillos contra in medio capite negligenter tondebant. Seneca Epist. v. *Herald*. in Adv. l. i. c. 16.—*Verius, &c.*] Quare cum illi se sanctissimos simulent, cum sint turpissimi, *verius*, rectius, simplicius et magis ingenuè facit *Peribomius*, qui vitia sua non celat, sed ingenuè fatetur.

16 *Peribomius*] Divulgator aliquis suæ turpitudinis, nomine ficto.—*Hanc ego fati imputo*] Unde, quia Peribomius mala sua non abscondebat, dicit illa sibi fataliter contigisse.—*Fati*] Hujus vitia non malitiam suæ, sed fati imputo vel crasi, seu potius *ἀπαρτί*, imo *ἀκολασί*, ut Pers. 3. de Natta: 'Sed stupet hic vitio.'—*Peribomius*] Nomen Archigalli cinædi, quem magulum conspurcatum dicimus, qui publice impudicitiam perpressus est. *Vet. Sch.*

17 *Morbum*] Id est, peccatum, quod animi morbus. Vitium et turpitudinem suam. Vel etiam corporis morbum, scilicet mariscas.—*Incessus fatetur*] Qui non sancto et severo vultu incedit, sed qualis animo est, talis habitu et externis moribus venit.—*Fatetur*] Manifestat facie et pedibus.

18 *Horum simplicitas, &c.*] Peribomii et aliorum: Qui vultu sanctitatem aliquam non mentiantur, ut alii: id est, horum inscitia et ignorantia veniam et commiserationem meretur.—*His furor ipse*] Id est, cæcitas mentis, et violentus impetus, cui moderari nesciunt, ita ut furere videantur, veniam hujusmodi dat.

19 *Qui talis*] Qui tales simplices peccatores: sic vitium pro vitioso, sceus pro scelesto.

20 *Herculis verbis, &c.*] Qui hæc vitia gravissime et severissime reprehendant et castigant, cum toti vitiis scateant. Severis, censoriis, quibus Hercules monstrorum domitor, et vitiis profligator utebatur, in corripiendis acceleratis: vel quæ Herculem, Prodicum illum, in bivio virtutis et voluptatis, deceant.—*Et de virtute locuti Clunem agitant*] Id est, ubi multa multis verbis de virtute ejusque majestate et dignitate splendide et eleganter locuti sunt, iuterea vita et factis flagitiosissimi, dum subiguntur Cinnedi turpissimi, clunem et podicem agitant, et movent ad patiendum stuprum. 'Qui alterum accusat probri, eum ipsum se intueri oportet.' Plaut. Trucul. sic et Pers. 'Ut nemo in sese tentat descendere, nemo! Sed præcedenti spectatur mantica tergo.'

21 *Egone, o Sexte, te ceventem*] posterioraque montantem, et artificiose stuprum patientem, vereber, et timebo? nam quæ, vel in quo ego te sum deterior, aut pejor? certe in nullo. Quid igitur me vituperas, et reprehendis? Careat vitio necesse est, qui alterius vitia carpera studeat; et

qui recte incedit, *loripedem*, aut curve incedentem *deridat*; et qui *albus*, pulcher, derideat *Ethiopem* nigrum et tarpem. Est autem *cevere* marium, *crisare*, mulierum. *Lubinus*.—*Clunem agitant*] Ad patiendum stuprum. *Ceventem*] Inclinatam ad stuprum, et sustinentem. *Sexte*] Senator. *Vet. Sch.*

22 *Varillus*] Ponitur et fingitur hic Sextus pro summo viro, Varillus pro vulgari, qui tempore Juvenalis notissimæ fuit infamæ. *Lubin*.—*Infamie*] Libidinis enim comes infamia.

23 *Loripedem*] Clandum. Bonus malum notet, sed non malus malum. *Ibris*. Erasmi Adag. Chil. III. Cent. 11. Proverb. 21.—*Loripedem*] Solutum pedibus, aut curvis.

24 *Quis tulerit Gracchos*] Tiber. et Cajum, tribunos, qui dum reducere leges agrarias conarentur, ipsi oppressi sunt cæsique. Quis ergo tolerare posset, et non indignatione irascatur, si Gracchi illi novarum rerum studiosi, et seditiosi, de seditione querantur? Gracchos pluraliter dicit, quod multi ejus nominis seditiosi. *Lubin*.

25 *Quis cælum terris non misceat*] Id est, quis præ indignatione clamando non confundat? Quis præ indignatione non exclamet, ut apud Terentium, 'o cælum, o terra, o maria Neptuni.' Ex Lucretio versus imitatus: 'Non si terra mari miscebitur, et mare cælo.' *Lubin*.

26 *Vervi*] Qui furtis non unum hominem, non unam civitatem, sed universam Siciliam spoliavit. Vide Asconium et Cicéron. ipsam: de reliquis Florum et Plutarch. et Salust.

27 *Clodius, &c.*] Mæchorum maximus, nobilis adulterio C. Cæsaris uxoria, et incestu sororum germanarum. In antiquo Scholiaste lego, 'Sed et Domitianus Titi fratris filiam Juliam,' &c. *Grav*.—*Clodius*] Clodius C. Cæsaris uxorem in templo Bonæ Deæ adulteravit: et licet Ciceronis testi-

monio gravatus, tamen absolutus est. Sed et Clodius fratris Domitiani filiam Juliam in adulterio sumserat maritam, cum ipse de adulteris leges severissimas promulgavit. *Vet. Sch.*

28 *In tabulam, &c.*] Proscriptoriam Sullanam. De tabula Syllæ, Florus lib. III. cap. 21. Valerius Maximus lib. IX. cap. 11.—*Dicant in tabulam, &c.*] Accusent, vel improbet tabulam. Cicero in Verr. *Hæc prima actionis erit accusatio, Dicimus, &c.*—*Discipuli tres*] Cæsar, Pompejus, Crassus, qui Syllæ fuere discipuli; aut certe Augustus, Lepidus, Antonius Triumviri; qui per cruentum fœdus juncti, cum temp. invasissent, Syllam imitati, Senatum, et equestrem ordinem proscribere.

29 *Qualis erat nuper*] Tertium membrum in quo reprehendit Domitianum Imperatorem, qui simili modo in adulteros legem revocavit; ipse omnium adulterorum maximus.—*Qualis*] id est, cujusmodi, aut ex quorum numero erat, Domitianus adulter, qui a *Tragicis* scribi mereatur, *pollutus*, et deformatus, nefando incestu: Leges tamen de puniendis adulteris ipse tulerat, et abolitas revocarat. Is enim Juliam Titi Vespasiani Germani filiam adamavit; coëgitque conceptum a se abigere: unde illa tandem obiit.—*Qualis erat*] Aliorum rigidus censor. 'Nostine hos' (inquit Plin. lib. I. Epist. 22.) 'qui omnium libidinum servi, sic aliorum vitis irascuntur, quasi invident; et gravissime puniunt, quos maxime imitantur.' *Farnab.—Tragico*] Tragici argumenti. Quid Tragœdia dignius, quam fratris filiam constuprare, ipsamque spontaneis abortionibus occidere? Sueton. Domitian. c. 22. Cum Autor Juliam nominet, idque nuper factum dicat, constabit de Domitiano hic sermonem esse: nam ad Claudium (quod vet. Scholiast. facit) referre non possum, quia ille nullis adulteriis contaminatus fuit, nedam tragicis, id

est, cum mulieribus potentissimis: in nuptiis Agrippinæ non adulter, sed incestuosus fuit. Fuitque Agrippina uxor Claudii quidem crebra abortionibus; sed non minus etiam Julia post Julium patrum impudicissima.—*Qualis erat tragico*] Id est, scelerato. Claudium Cæsarem dicit, qui occisa Messalina, uxorem impudicissimam, Agrippinam fratris germani filiam matrem Neronis, revocantem ab insula, in matrimonium accepit, concesso jure talium nuptiarum ex senatusconsulto. quam dicit etiam frequenter abortum fecisse, ne ex ipso et hæredem Neroni filio pareret, cui illa præparavit imperium. *Vet. Sch.*

30 *Qui tunc leges, &c.*] Id est, qui tunc vel eo ipso tempore, quo Julia Sabino nupta, quicum toties adulterium commiserat *secundam* matricem vel *vulvam solveret* et relaxaret per potiones et veneficia tot abortivis; i. e. non tempestive ortis partibus; illas acerbis et amaris leges de adulteris, nempe legem Juliam, quæ ante ab Augusto lata, *revocarat*, id est, qui tunc leges contra adulteros revocavit, cum ille maxime adulterum ageret. Et cum Julia *effunderet* et ejiceret *offus* vel frusta carnis nondum formati fœtus seu embryonem, vi medicaminis in frusta distractum, *offus* instat; *similes patris* Domitiano, qui Julæ patruus erat, vel representantia patrem Domitianum; qui deformis erat et similis abortui.—*Leges*] Juliam contra Adulteros: et alteram qua interdictum mares castrari.—*Amaras*] Id est, adeo acerbis et rigidas, ut non homines solum omnes eas timerent, verum etiam Dii et Dæ; Mars et Venus olim in adulterio deprehensi. *Lubinus.*

32 *Vulvam solveret*] Solvere verbum parturitionibus frequens, cujas contrarium item usitatum *secti*.

33 *Offus*] Appellamus quidquid in tumorem crescit: unde hic ipse sat. ult. 'Et nigram in facie lividus tu-

*moribus offam.'*

34 *Nonne jure et merito, vitia ultima hominum, homines extreme vitiosi et intemperantissimi per Hypallagen, contemnant, et flocci faciunt fictos illos hypocritas, Scauros, homines nobiles et factiosos: eorumque virtutem et continentiam simulant, qui alios reprehendunt, et ipsa vitia castigata, ipsi homines vitiosi objugati remordent, et vicissim reprehendunt reprehensores suos. Fuit autem M. Æmilius Scaurus, teste Salustio, homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentis et divitiarum. Cæterum callide vitia sua occultans: Postulatus enim perduellionis a Vario, tribuno plebis, hoc tantum regressit, Scaurus negat, utri potius credendum putatis? Modeste sane, et cum ingenio, quasi hoc sufficeret. ob id ait Fictos Scauros. Porro de M. Scauri continentia, vide Valerium Maximum. Lubia.*

35 *Non tulit, &c.]* Id est, *Laronia* nobilis illa matrona non tulit, nec perpecca est, *quendam ex fictis illis hypocritis*; qui cum alios severissime castigant, forte et mulierculas reprehenderet, et severo supercilio tanquam magnus Zelotes honestatis et fidelitatis matrimonialis, *toties* proclamaret: *Ubi nunc lex Julia*, cur non condemnas adulteras illas mulieres? *dormis?* et jam omnino quiescis? Evigila tandem.—*Non tulit]* Non tolerare potuit.—*Ex illis]* Hypocritis Curia, Bæchanal viventibus, Socratis Cinesia, fictis Scauria.—*Torrem]* Atrocem ut supra, severum, gravem, vultu et verbis sanctissimum: vel *Torre*, nomen pro adverbio.—*Laronia]* Procax et imperiosa meretrix. *Lubia.*

37 *Clamantem toties]* Frequentissime vociferantem hique verbis utentem.—*Lex Julia]* Quam Domitianus revocarat, quæ adulteros, masculorum concubitores, ingenuarum stupratores severissime coercerat, et gladio puniri jubebat.—*Dormis]* Quod

nefarias illas adulteras non punis.—*Ubi nunc lex Julia]* Quod sane arguit esse Julium Cæsarem, qui *Julie patrus*: licet vetus Interpres Juvenalis vs. 29. Claudium putet, aut ut alter, Domitianum. Sed nulla ratione. nam Claudius qui Messalinæ pertulit impudicitias, nullas de adulterio leges tulit, nec ab autoribus memorantur. Domitianus leges de adulteris tulit; sed non æque timendas, cum pœna mors non fuerit. nec Poëta id scribere ausus vivente Domitiano, qui *Juliam* quidem neptem corrumpit et adigit ad abigendum partum. Sed semel. At Juvenalis loquitur de multis abortivis. Dein scribit, tunc tulisse leges, quum *Julia* crebros faceret abortus: atqui Domitianus corrumpit *Juliam* vivo patre Tito, et privatus tam, ideoque nondum imperante eo; et quum Domitianus leges in adulteros nondum ferre posset. Et, ut interpretis hujus inconstantiam notes, quod *Julie* Poëta et ille tribuit, is Messalinæ aptat in illo versu, *Ausa Palatine, &c.* Addo Poëtam scribere, *Qualis erat nuper*, quod præteritum tempus arguit: ergo ante Domitianum, sub quo vixit. Et ne te moretur verbum *nuper*, quasi loquatur de tempore non remoto; etiam de longiori tempore usurpatur hoc verbum apud autores et apud Juv. Sat. VIII. 'Cum tennes nuper Marius discinxerit Afros.' *Dorleans.—Lex Julia]* Quæ vulgo in libris dicitur *lex Julia* de adulteriis, ea non *Julii Cæsaris*, sed *Augusti* lex est. Quod diserte Ulpianus scribit L. 1. ad L. Jul. de adult. Cur igitur *Julia* dicitur? Quia Augustus in familia *Julia*, et testamento majoris avunculi adoptatus, etiam C. Jul. Cæsar fuit appellatus. *Grang.* Augustus longe *Julio clementior* fuit. *Dorleans.—Lex Julia]* *Julii Cæsaris*, de damnandis adulteris. *Vet. Sch.*

38 *Atque ita, &c.* Scil. ait.—*Subridens]* Nam solent subridere irati, i. e.



parum ridens, uti *subtristis*, &c.—*Felicia tempora*] Acris et amara Iroia: quasi dicat *tempora* hæc nostra, alias infelicia futura, vel uno te sunt longe *felicia*, exactum adeo et accuratum morum censorem sortita, qui obstes vitiiis.—*Habeat jam Roma pudorem*] jam turpe aliquid et inhonestum Romæ designare unusquisque verebitur. Vereantur Romani peccare te præsentis, ut quondam Catone in *Floralib.* *Lubinus*. Alii ad quem legunt. Bernard. Real. Annotat. c. 4.

40 *Tertius e celo*] Id est, sapientum octavus, aut Cato tertius, severissimus morum censor, quales duo Catones fuere, Censorius et Uticensis, cœlitus, vel inopinato nobis datus est, et ad mores castigandos missus; Moret. Varier. XIII. 7.—*Sed tamen unde*] Huc usque ironice ipsum laudavit. Iam palam maledicta in eum ingerit. *Sed tamen* cum adeo severus sis morum censor, age dic mihi quæso, unde, aut a quo *Pharmacopola* emis hæc fragrantia unguenta. Quenam *opobalsama*, quisnam succus balsami preciosissimi *spirat*, fragrat, et suavem odorem emittit in *collo hirsuto*, ac piloso? Vocant autem *Balsamum* ipsam arbusculam, viti similem (a *bagnal schemen*, i. e. princeps olei) *Xylobalsamum* lignum arboris, *Carpobalsamum*, fractam, et *Opobalsamum* succum eximie suavitatis, qui ex ejus plaga vitro, lapide, osseive cultellis incisa, fluit: non nisi extreme deliciosus, et luxuriosus, adhiberi solitus. Plin. XII. 15.—*Tertius*, &c.] Multi fuerunt Catones, e quibus duo nobilissimi; prior Censor, posterior nepos ipsius, qui de mortis locodictus est Uticensis. *Vet. Sch.*

41 *Hirsuto*] Collum hirsutum habebant, ut viderentur graves et severi, interim adhibebant unguenta, quia animo molles et nefarii erant. *Lubius*.

42 *Ne pudeat*, &c.] Hæc addit, quia videt, eum rubore forsitan perfusum: Die audacter, unde emas, ne pudori

tibi sit mihi dominum tabernum unguentarum, vel Myropolam demonstrare, ut et nos emamus. *Lubius*.

43 *Quod si vexantur*] Id est, si excitantur, aut provocantur leges, ne dormiant; ante omnes leges, lex Scantinia citari debet, lex, inquam, de infamibus, te et tui similibus, puniendis: lex hæc erat in pædicones lata. Alii a Scantiao Aricino dictam volunt: Alii propter Cajum Scantinium stupratorem masculorum, qui C. Marcelli filio vim adferre conatus, eam a patre accusatus. Val. Max. vi. 1. *Parrhas*. Epist. XXIII. In eos, qui aut alienam pudicitiam sollicitassent, aut suam ipsi prostituissent, primum pœna pecuniaria; deinde gladii, quam sanxerunt Constantius et Constantinus, confirmavit Justinian. novell. 77. et 141. ex S. Scriptura Levit. xx. quod etiam receptum apud Athenienses: Castrabantur apud Gothos: Valentin. Theodos. et Arcad. jubent comburi l. vi. Cod.—*Citari*] Ad executionem provocari. Turneb. xv. 17. *Lubius*.—*Leges*] Quamvis autem leges plerumque habent nomen ab eis qui tulerunt; non raro item a damnatis, ut Laia a Laio, qui primus omnium intulit stuprum Chrysippo Pelopis filio.

44 *Respice primum*] Id est, primumquam in miseras mulieres earumque mores tam rigide et acerbè inquiras; primum viros *respice*, et *scrutare*, et exacte examina te, et tui similes viros; hi longe *plura*, longe majora flagitia faciunt, patrant, et in se et in alios admittunt. *Lubius*.—*Scantinia*] Lex de infamibus puniendis. *Vet. Sch.*

45 *Scrutare*] Vis est in verbo: notatio verbi, quæ est a *scrutis* et *frivolis*, designat inquirere exacte et rimari minima.—*Sed illos*, &c.] Id est, sed quæ causa est, cur illorum flagitia non puniantur? Hæc scilicet, quod multitudo peccantium peccantibus patrocinetur: Illi se invicem tutantur, facta quasi testudine, et in leges conspirant.—*Et phalanges junc-*

*te umbone*] Id est, multitudo et vis illos defendit. Est autem phalanx stabile agmen peditum, ubi vir viro, armis arma concerta sunt, propria Macedonibus teste Curtio. *Umbo*, proprie scuti pars media, et quasi unibilicus. *Idem*.

46 *Junctaque umbone*] Cum junctis clypeis aut scutis in hostes invaditur, vel hostium impetus excipitur: Græci *συνεσφύζοντες* dicant: Hinc I. C. axiomata, 'Communis error facit jus:' et Theologorum. 'Consenserunt jura peccatis,' cœpit esse licitam quod publicum: et Senec. III. de benef. c. 16. 'Pudorem enim rei tollet multitudo peccantium et desinet esse probri loco commune delictum.'—*Defendit numerus*] Lucan. 'Quicquid multis peccatur, insultum est.' Metaphora a belantibus. *Vet. Sch.*

47 *Magna inter*, &c.] Quasi dicat, omnes eodem vitio inquinati sunt, juxta illud Catull. ep. 158. 'Pulchre convenit improbis cinædia. In malis tamen factio est, quæ in bonis viris vera amicitia.' Cicer. Nullam autem tam horrendum, et detestabile exemplum erit in toto nostro femineo sexu, quam in vestro, a quo etiam ipsa natura abhorret.—*Molles*] Effeminatos, qui agunt vicissim et patiuntur. *Lucianus*.—*Non erit ultum*, &c.] Non invenies, inquit, rem tam nefandam in sexu femineo, ut mulier mulierem lænat, quod inter viros frequens est in usu. *Britan.*—*Exemplum*] est, quod sequamur, aut vitemus; exemplar, quod simile faciamus: illud animo æstimatur, istud oculis conspicitur. *Græg.*

49 *Tædia non*] Alii, *Medis*. Probat quod dixit. una mulier, una meretrix alteram mulierem vel fœminam non lambit, aut, honor sit auribus, fellat; nec occisæ castitatis propudium tribadem agit. *Hippo* autem vir ille immundus et fellator, *subit Juvenec*, et inclinat se ad patiendum, dum predicatur: et pallidus est utroque morbo, fellandi, et pœdicandi, dum agit et

patitur. *Lucian.*

50 *Subit*, &c.] It sub amplexus juvenum. *Subire*, substernere, succumbere, inclinare se, conquiniscere.—*Hippo*] Vir gravis corrumpitur a juvenibus, et patitur, et lambit.—*Morbo utroque*] Utriusque sexus, inguina lambentis et propatientis. *Vet. Sch.*

51 *Nunquid nos agimus*, &c.] Nunquid nos civilia jura norimus aut ullo strepitu vestra fora judicialia movemus et perturbamus? Mulierem causas i. e. negotia forensia et lites agere turpissimum est, et infamiae pœna decedebatur. Cum mulier aliquando in foro dixisset propriam causam, misit Senatus Deos consultum, quidnam ea res civitati portenderet. Plutarch. in compar. Lycurg. et Numæ. Vos enim patimini muliebria, et nostro officio flagitiosissime contra naturam abutimini. *Lucian.*

53 *Luctantur pauci*] Excipit autem cum ait *pauci*: nam superius de hac impudentia conquestus est, cum ait, 'Mævia Thuscum figat aprum.' Et Satyra sexta notat mulieres quasdam certantes et luctantes in theatris, id est, paucos virorum officia usurpant.—*Colliphia*] Erant Athletarum cibi. Plautus: 'Colliphia ne mihi incocta detia.' Erant panes in similitudinem membri virilis: fortasse ex satyriæ et similibus quæ venerem incitant. Ante Pythagoram fici utebantur. Post illum asymo pane asso, et caribus taurorum.—*Comedunt*, &c.] Id est, paucos pagilatam et athleticam exercent. Nam Athletæ partes illas animalium ad victum assumebant, quæ minimum succi et pinguedinis habent, quæque maxime aridæ sunt et siccæ, *καλήττα*, Græci et *καλῆτος* vocant. *Salmasius*. *Καλήττα*, pernar. Atticis; *καλῆτος*. Phrynich. Vide Athen. IX. *Rigul*. Alii Athletarum panem, *ἀνὰ τοῦ κολοῦ καὶ ἱπῆ*, id est, a membrorum robore, quod *κόλα* i. e. *membra*, *ἱπῆ* i. e. *valida* reddant: vide Mart. Ep. VII. 66. n. *Janius*.—*Colliphia*] Pulmentum,

sive membrum virile, aut potius athletarum cibum dicit. *Vet. Sch.*

54 *Vos lanam trahitis*] Id est, vos viri, contra, muliebria officia tractatis, vos lanam metis, *trahitis*, et carminatis, et *refertis*, seu reportatis in *calathis*, vel vasculis ex viminiibus contextis, *vellera peracta*, texta, et carminata ad eos, unde peragenda acceperitis.—*Calathis*] Calathus est qualis vel quasillus, in quem netrices pensum vel fenum componunt, in quo vase vineo glomi et fila ponuntur. *Lubin.*

55 *Vos tenui prægnantem*] Vos torquetis nendo fasum prægnantem, et magis magisque gravidum factum, intumescens, repletum inter nendum; idque facitis melius et doctius Penelope, et Arachne: quasi dicat, nonne vos pudet, quod, cum natura viros vos fecerit, vosmetipsos effeminastis?—*Tenui stamine*] Id est, tenui filo, unde stamen fit. *Lubin.*

56 *Penelope*] Ulyssis uxor a textura maximopere laudatur, qua quidem castitatem retinuisse fertur: pollicita prociis, se tum consensuram, ubi telam absolvisset, qua fingeat se sponso, cui nuptura esset, pallium texere. Illa vero quæ diurno tempore texerat, nocte retextit. Unde natum Proverbium, *Penelopes telam texere*. Porro hoc invento tam diu detinuit procos donec rediret maritus Ulysses.—*Arachne*] Puella Lydia, Palladem in arte texendi in certamen provocare ausa est; a Pallade vero victa, in araneam, quæ Græcis ἀράχνη, mutata est. Vide Ovid. *Idem.*

57 *Horrida quale, &c.*] Quale opus et lanificium exercet serva pellex squalida, male habita, et perpetuo lanificio damnata. *Horrida* dicit, quia inculca propter vestes, et miserrimum victum. In maximis enim numerabant malia, colo vitam misere, tenuiterque tolerare. Est autem hoc loco *codex*, ex arborum truncis coagmentatum vinculi genus, robusta quænavæ sedes, in privatis sedibus adver-

sus servos nequam et improbos, quale in publicis carceribus robur, vel nalla. *Belg. Een steek*: quem alligati trahebant, eique insidebant vincti. *Lubin.*—*Pellex*] Quid pellex, Gell. iv. 3. Festus in *pellices*. Significat a matrefamilias servam pellicem vel in adulterio cum domino deprehensam, male tractari, et in vinculis habitam lanificio perpetuo fatigari. Turneb. xiii. 21. Parrhas. Epist. xxii.—*Residens*] Perpetim sedens.—*Horrida, quale facit*] Magno odio habetur apud uxorem ea, quæ domino miscetur. Ergo hanc insequens gravioribus penis domina, catena vinctam infligit codici, atque ita jubet facere pensa. *Vet. Sch.*

58 *Notum est, &c.*] Horat. 'Omnibus et lippis notum et tonsoribus.' Damnat jam alia: videlicet Histi, Cinædi et Pathici scolus, qui libertum suum, quo prædicone Drauco usus erat, solum hæredem in testamento reliquerit, et uxori suæ juvenalem multa dederit, ne scilicet hoc scelus liberti cum marito, proderet; quasi dicat Laronia: Vos ergo non solum muliebria facitis, verum etiam patimini.—*Solo liberto tabulas impleverit*] Id est, tabulas testamenti implevit, dum solum libertum ex asse hæredem constituerit.—*Hister*] De quo Sat. xii. vs. 128. *Lubin.*—*Hister*] Infamis, qui omne patrimonium suum vivus donavit uxori, ob hanc scilicet causam, ut simul dormiret is qui et illum corrumpere, et illi misceretur: puellæ ergo conciliæ sibi, quæ noverat eum corrumpi. *Vet. Sch.*

59 *Puella*] Uxori, quam ne semel quidem attigit, cum ipse muliebria pateretur.

60 *Dices erit*] Scilicet mulier quam tacere potest, et dormit in magno divitis lecto tertia, ut inter illam et Draucum intermedius sit vir vel maritus infamis, et Pathicus, ut tres sint, videlicet maritus, uxor, Draucus seu catanitus. *Lubin.*

61 *Tu aude, atque tace*] Tu, o mulier vel puella, quæcunque vis ditari, aude tali viro molli, qui a Drauco subagitur; patienti, et æquo animo talia feras, et tace, nec talia flagitia divulga; quia illa secreta facinora, quæ sunt in lecto non divulgata, deus et conferunt uxoribus tacentibus cylindros, pretiosas gemmas, lapillos teretes a mulieribus in pretio habitos, quibus ditissimæ matronæ ornantur, immo, uniones ovalem formam habentes. De iis Plin. xxxvii. 12. et ix. 34. *Idem*.—*Cylindri*] Sant gemmæ teretis et oblongæ figuræ (ut cylindri vel columellæ) quia summa commendatio est in longitudine; quum reliquæ gemmæ sint quadratæ, angulosæ aut rotundæ.—*Cylindros*] Gemmas pretiosas. *Vet. Sch.*

62 *De nobis post hæc, &c.*] Interea dum viri adeo inaudita flagitia in se admittunt, nos miseræ et innocentes mulieres condemnatur, et tristis sententia, ex lege Julia qua condemnatur, de nobis fertur. Verum hoc quo jure; dum vos longe flagitiosiores impune abitis? *Lubin*.—*Posthæc*] Postea, posthæc, postidea, posthæc, post id, et post, eadem significatione.

63 *Dat veniam corvis*] Sceleratis, impuris et sparcis, quales habentur corvi, qui fœda sequuntur et ore coire dicuntur. Martial. 'Corve saluator, quare fellator habetis.' Britan. Censura, et morum castigatio dat veniam et ignoscit virorum malorum nequitiam et corvis illis pessimis: et vexat, exagitat, et molestia adscit columbas, nos ex infirmitate et simplicitate forte peccantes mulierculas. *Lubin*. *Erasm*. Chil. iii. Cent. 5. Proverb. 73. Sunt inconsiderati, qui per corvos fel intelligunt.—*Censura*] Apprime bene: nam censoriæ leges erant de re uxoria, ideoque Censores rogabant maritos, an haberent uxores ex animi sententia. *Brissou*. viii. de formul.—*Dat veniam corvis*] Proverbium est corvo impudicis, discrevit sexum

per aves. Unde dicunt coire corvos per us, et sic parere.—*Columbas*] Retulit ad simplicitatem. *Vet. Sch.*

64 *Fugerunt*] Hinc namque Laroniæ verba: quæ sequuntur Poëtæ sunt, quibus indicat, quod his Laroniæ verbis, ficti illi, Philosophi Stoici, scelorum sibi consilii trepidi aufugerint. *Lubin*.—*Canentem*] Cum clamore debacchantem in vitia eorum; ut Galli dicunt, *je lay ay chanté ses vertices*.—*Manifesta*] Omnibus cognita et æque clara, ut ea quæ in vico manu feruntur propatula.

65 *Stoicidæ*] Contumeliose, tanquam fœminæ. Videtur enim fœmineum esse. Vel qui Stoici videri volunt et sunt fœminæ. Porro Stoici vel trepidi Stoicidæ, qui primum Zenonii, cum ait, conjungit iterum contraria: Nam veri Stoici, utpote *ἀνδρείς*, nihil trepidabant.—*Quid enim falsi Laroniæ*] Dixit scilicet: Nonne illa omnia luce meridiana clariora? nihil circuitione usa. *Lubin*.—*Stoicidæ*] Dicit contumeliose ut Virgilius: 'O vere Phrygiæ.' Et Persius, 'Troïades.' *Vet. Sch.*

66 *Sed quid Non, &c.*] Quarta pars, qua progreditur jam ad castigandos judices, qui mollitiem suam vel externo habitu prodebant, omni fœmina, etiam mœchis molliores. Est autem locus a minori.—*Faciunt*] Committent: ut Virg. ecl. iii. 'Quid domini facient, audent cum talia fures?'—*Multitudo*] Vestes ('si modo vestes vocandæ sunt,' inquit Seneca vii. de Benef. 'in quibus nihil est quo defendi corpus aut denique pudor possit,' &c.) sericas vel bombycinas molli intextas subamine, et in tantum tenues, ut per eas singula membra conspici possint. 'Ut denudet fœminas vestis.' Plin. xi.—*Sumas*] i. e. induas: cujus contrarium pono, i. e. exuo.—*Multitudo*] Vestes molli intextas subamine, quibus solent uti puellæ. *Vet. Sch.*

67 *Cretice*] Quemvis judicem intellege. Alludit autem affinitate voca-

blli ad iudicem Creticum, qui sub Cæsar. illustres causas egit. Nisi maius iudices acerbos ita vocari a Creta insula, unde Æacus, Minos, Rhadamanthus illi iudices infernales oriundi; vel quendam ex Metello Cretico (a Creta devicta ita dicto) oriundum nobilissimum.—*Et hanc vestem populo mirante perores*] Id est, decimates, et sententiam definitivam feras, qua pœna afficiendæ Proculæ, et Pollinæ meritrices et mœchæ, idque facis, populo mirante, et detestante hanc tuam vestem.—*Cretice*] Hoc nomine vel quemlibet nobilem significat, vel Julium Creticum, qui sub Cæsar. illustres causas egit. *Vet. Sch.*

68 *Procula et Pollinæ*] Erant mœchæ: ob id adulteras omnes hoc loco ab illis nominat, Proculas et Pollinæ. Sunt qui *Pollitas* legant. *Lubin.*

—*Est mœcha, &c.*] Hæc verba possunt attribui ipsi Poëtæ. Nam Fabulla mulier illa mœcha est, et adultera turpis fateor, et damnatur proinde, nihil contradico. Damnatur etiam, si vis, Carfinia turpior adhuc: certe damnata quamvis turpissima, talem vestem, talem togam qualem tu geris, non sumet, neque induet. *Lubin.*—*Fabulla*] De centum una. *Vet. Sch.*

69 *Etiam Carfinia*] Carfinia improbissima mulier, inverecunde postulans et magistratum inquietans. *Ulpian.* l. 1. De postul. *Manut.* III.—*Talem togam*] Toga virorum fuit et mulierum: tandem feminis adulterii convictis non nisi virili toga indutis in publicum prodire licebat remota stola, quæ matronarum erat. Et est hac de re insignis locus Philip. xi. 'Sumsisti virilem togam, quam statim muliebrem reddidisti. Primo vulgare seortum: certa flagitii merces; nec ea parva,' &c. *Rigaltius.* *Manut.* *Epist.* quæst. I. *Bris.* I. 4. antiq.

70 *Sed Julius ardet*] Sed excusas te, et incusas æstatis calorem; et æstum; et dicis, in æstate media Sol in Julio mense, vel diebus caniculari-

bns calorem vehementer adauget; æstus, sudo et calore conficior, graviore vestitu uti ob calorem nequeo. At si adeo æstuas, nudus age, nudus ambula. *Insania et turpis minus et minus detestanda est, quam infamias mollitia, et longe satius est populus insanum te, qui nudus agas, quam mollem et mulierosam dicat. Lubin.*—*Insania*] Grangæus frustraneas dicit esse alias interpretationes, et albis dentibus ridendos, qui legunt *insania* pro *infamia*: Sed sanam ipsi mentem in sano corpore precamur, et nos mordicus id *insania* retinemus, quia et multa exemplaria sic habent, et sensus est genuinus: illius tamen lectionem et constructionem non reprobamus etiam, quæ hæc est, *Minus turpis infamia, nudus si peroret, quam multities indutus.*

72 *En habitum*] En præclarum tuum, et viro dignum habitum (est acris et amara Ironia), id est, si tu in tam molli et effeminato habitu, homo mulierosus legem ferres, i. e. adferres in medium, antiquis Romanis, sub infantia et primis incunabulis imperii Romani, bello et agriculturæ assuetis, et ab omni mollitia alienis, illi tuam turpitudinem detestarentur, teque non audirent, tuasque leges non reciperent.—*Habitum*] Vestimentum, sic Galli, *un habit.* Idem.

73 *Vulneribus crudis*] E recentibus prælio redeuntes, antiqui illi et bellicosi Romani.—*Vulneribus crudis, &c.*] Est exprobratio sævissima.—*Modo victor*] Quasi dicat, usque ad nostram fere ætatem.—*Vulneribus crudis*] Recentibus bellis. *Vet. Sch.*

74 *Positis aratris*] Tempore nundinarum, vel comitorum. *Grang.*

75 *Quid non, &c.*] Forte ut Tullius, 'O tempora! O mores!' vel ut Plautus, 'Mare, Terra, Cælum, Di vestram fidem!' *Grang.*

76 *An deceant, &c.*] Multo minus Iudicem. Argumentum est a minore ad maius: nam quanto quis excellen-

tior est, tanto magis eum decet honestatis esse cultorem, et tanquam cæteris, virtutis speculum. *Britan.*

77 *Acer est, &c.*] Si multitudo non debeat testem, non judicem, multo minus philosophum Stoicum. *Græc.*—*Libertatisque magister*] Qui in libertatem vellet asserere flagitiosos: de animi libertate intelligit, non corporis. *Britannic.*

78 *Cretior pellucet*] De serica et quidem muliebri locatum Poëtam censet Ferrarius. Nam si ætate Plinii, id est, aliquot annis ante Juvenalem Coa vestis viris promiscue gestata, labentibus in deterius moribus, non erat quod Poëta cælum terræ misceret, si Creticus veste Coa incessisset. Hoc enim tolerabile jam fecerat usus. Atqui hoc tanquam insanum ac fœdissimum exagitat: Præterea ait Satyricus futurum fuisse, ut meretrices talem togam recusarent: Et ideo infra, eam vestem, *multitia*, appellat, quæ ab eodem feminis adscribuntur. *Ferrarius.*—*Dedit hanc, &c.*] Inquiri jam causam hujus turpitudinis. Sed non mihi latet, Cretice, unde hic morbus te invaserit, nempe hanc *labem*, maculam, et iniquitatem vitæ *dedit* et contraxit tibi *contagio* et commercium cum mollibus et turpibus viris. Et hanc *labem* et maculam dabit commercium per te, et tui similes in plures alios, non secus ac *totus grex ovium in agris unius scæbie ovis perit et cadit*: sic et totus porcorum grex cadit *pruriginis unius porci*; et ita ducit et contrahit *livorem* ab altera uva *conspecta*, vel in umbra alterius uvæ existens corrumpitur: serpunt enim vitia et in proximum quemque transiliunt, et contactu nocent: unde *contagium* dictum est, *contagio* et *contages*. *Britannic.*

80 *Et porrigine porci*] Turneb. xv. 17. e quibusdam libris *pruriginis* legit, quæ est corporis pruritus et asperitas. *Porrigo* autem est capitis morbus, furfuribus oblit. Quicquid hic et multo plures Viri docti senserint,

nescio quid obstat, quo minus *per rigine* servetur, nam quamvis sit morbus capitis, eo tamen ipso morbo cadere possit totus grex: deinde ostenditur et vetus Editio quæ sic habet. Ubi quæro mens?

81 *Uvaeque, &c.*] Hoc de livenesscentibus sub vindemiam acinis uvarum accipia, ex populi opinione dictum consentia, ubi vivere et nigrescere cepit unus uvæ acinus, et protinus propinquum eo conspecto, velat invidia quadam similem colorem ducere solitum esse: dum denique tota uva maturesceret et nigra esset. Turneb. xv. 17. Et vide Erasm. Chiliad. iii. Cent. 11. Prov. 42. Suidæ dictum est, *βόρpus ὑπὸς βόρπον γενναίωται, βότρυς ὁποῖο βότρυς μαυραίνει*. Britannicus non ita (cum inquit, Uva enim facile corrumpitur contactu corrupti acini) intelligit: quod Autoris menti mage et textui consonum.—*Uvaeque, conspecta*] Et Virgil 'Ne mala vicini pecoris contagia lædant.' Hoc e Proverbio sumitur, 'Uva uvam videndo varia fit.' *Vet. Sch.*

82 *Fædius hoc, &c.*] Ostendit jam auctor, ipsam judicem ex vestium mollitie, in turpiora alia vitia prolapsurum: et tu, o iudex, *audebis* hoc cum tuo amictu et vestitu, *aliquando fædius*, et obscenius *aliquid*. Possumus hic legere: *Fædius aliud*. Pergit autem ad reprehendendos illos, qui feminæ esse volebant, earumque sacra, vitam et mores imitabantur. *Nemo enim repente et e vestigio fuit aut evasit extreme malus aut turpissimus: Qui mali sunt, non fuere matris ab alvo mali, sed malos faciunt mala contubernia: sed successive et paulatim homines sceleratissimi, et flagitiosissimi in suum collegium et consortium te adiacent, et accipiant*; nempe illi, qui *frontibus suis domi, et privatim*, (nam publice hoc non audent) tanquam mulieres, *longa redimicula avolvunt*, qui femineis tegminum illigamentis capita velant. *Salvian. et apponere toto, et integro collo monilia, et orna-*

menta muliebria: Id est, qui se muliebribus ornant, et muliebria etiam patiuntur habitu et moribus mulieris. —*Quandoque*] Apud Persium, et Horatium significat quando, vel quando-cunque. ‘Et quandoque bonus dormitat Homerus.’ Illa vero verba (*nemo repente fuit turpissimus*) sunt parenthesi includenda, declarantia rationem verbi sequentis. *Lubinus*.

83 *Acipiant te paulatim*] Illi qui mulieres imitantur, te paulatim assumant in consortium suum, id est, paulatim animo effemineris. Hæc vero de Sacerdotibus Cereris Albanis commode intelligi non possunt.

84 *Paulatim*] Velut enim per quosdam gradus, paulatim pervenitur ad summam virtutem, ita sensim descendit quis, et præcipitur ad ima vitiorum. *Idem*.—*Qui longa, &c.*] Qui domi et privatim mulieres imitantur, quæ sacra Bonæ Deæ peragunt. *Idem*.—*Qui longa*] Innuit effeminatos sacerdotes, quos in Albano Domitianus constituerat, qui celebrarent quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium ibidem consecravit. Sueton. Domit. c. 8. atque horum sacra dicit magis Orgia et Cotyttia referre, quam Gynæcia. *Farnab*.—*Redimicula*] Quibus mitræ alligabantur. —*Monilia*] Ita dicta, quod virtutis admoneant: nam primo ob aliquod egregium factum dari solebant. Tiraquell.

86 *Et cratere magno*] Id est, vase iugenti, in quo vinum mellarium (quia vinum lac dicebatur) vel etiam lac. —*Bonam Deam*] Hæc Dea Maja creditur aliis, aliis Proserpina, cui sus prægnans maetabatur, quod ea segetes, quæ Ceres Proserpinæ filia ostenderat mortalibus, omnium prima esset depasta. Vide Macrobius et Plutarchum in Cæsare. Ne ergo existimes Poëtam dicere, ipsos Bonam Deam palam coluisse, sed ostendit mollium illorum vitam, et sacrificia nocturna, nihil omnino differre a sacris Bonæ Deæ; quæ mulieres operantur. *Qvid*.

‘Sacra Bonæ maribus non aduenda Deæ.’ *Lubin*.—*Atque Bonam*] Minervam Domitiano cultam superstitione, cujus sacra celebrarent Albani isti Flaviales sacerdotes eadem religione, qua matronæ Rom. colebant Bonam Deam, Majam, Terram, Proserpinam, Opem, &c.—*Placant*] Verbum est sacrificii.—*Abdomine*] i. e. summe.

87 *Sed more, &c.*] Per omnia sacerdotum ritus cum foeminarum sacris conveniunt: hoc tantum interest, quod cum sacra Bonæ Deæ tantum mulierum sint, ipsi sacerdotes eas excludunt, cum ipsi inter se satis molles et effeminati sint. Nam *more sinistro*, et plane contrario, *famina excitata*, ejecta et procul exclusa ab actu et ritibus horum sacrorum, *linen templi non intrat*, vel ingreditur. *Lubin*.—*Sed more sinistro*] Ritu contrario, amotis acil. foeminis, ut in *τοῖς γυναικείοις* excluduntur mares; ita ut vera sit illa etymologia Apollonii interpretis, Orgia dicta *ἀπὸ τοῦ ὄργου*, quod profani arceantur a sacris, utcunque alii deducant *ἀπὸ τῆς ὀργῆς*, furore Bacchico, alii *ἀπὸ τῶν ὀργῶν* montibus in quibus celebrantur, &c. *Farnab*.

88 *Solis ara, &c.*] Cotyttia sacra, Bonæ Deæ sacris omnino esse dissimilia dicit. Ad illa enim solos mares admitti: in his ne effigies quidem maris conspici fas erat, unde alibi, ‘Testiculi sibi conscius unde fugit mus.’ Deinde addit, ‘nullo gemit hic tibia cornu.’ Quod scilicet Bonæ Deæ pulvinaribus acciderat, admissio Clodio, qui sub vestitu cultuque paltriæ seu tibicinæ, cornu intulerat, nempe virum patrando stupri flagitio paratissimum. *Rigaltius*.—*Ite profana*] Nam ut in cæta mulierum clamatur, per præficam: ite profani viri: sic hic per præconem: o vos profanæ mulieres, tanquam indecentes, fano excludendæ, ite procul et discedite hinc. De hac solenni formula, vide *Brissonium* statim in initio. *Lubin*.

**90** *Nulla gemit, &c.*] Hic nulla tibia vel psalteria gemit, vel foemininum sonitum quasi gemitum facit.—*Nulla cornu*] Nam in ejus sacris adhibebantur modulationes, et tibiae canentes cornibus.—*Cornu*] Tibia, cornu, et tuba, ad sacra vocabant Ethnicos (uti nos campana) et in sacris nocturnis faculae adhibebantur. *Idem.*

**91** *Talia secreta, &c.*] Sensus et ordo: *Baptæ* viri illi molles et impudici, qui Athenis peregrina sacra tempore nocturno cum omni impudicitia et immunditia faciebant, *soliti* vel consueti *lassare*, exercere, vel frequentii sacrificio molestare *Cotyto* illam Deam, tot tantasque abominationes committentes, ut iis vel ipsa libidinis Dea, nusquam alias satiata, quæ antea fuerat psalteria, delassaretur; et nimis saltationis, vel alius actus impudici, tædio afficeretur. illi, inquam, *Baptæ* coluerunt talia orgia, et impudica sacrificia, in quibus omnia obscena fiebant, *secreta læta*, nocturna vel mystica face; ne a turpitudine, quovis pudore areerentur, vel etiam quod palam non auderent.—*Baptæ.*] Fortasse dicti, quod omni vitiorum genere tincti essent, aut quod post nefandas illas pollutiones, sola baptismatione, seu aquæ tinctione, sese purgatos existimarent. *Grang.*—*Talia*] Neque minore cum turpitudine, scelere et impudicitia, celebrantur hæc Minervæ Quinquatria, quam nocturna illa sacra *Cotyttia* a Thracibus recepta coluerunt Athenis sacerdotes Deæ *Cotyttus*, *Baptæ* dicti; ut Romæ quondam apud nos Bacchanalia, omnium flagitiorum seminarium. *Farnab.*

**92** *Cecropiam Cot.*] Atheniensem a Cecrope Athenarum rege: ab iis enim summo studio exulta et celebrata. *Cotyto* Thracia fuit, et de ea fusa *Lil. Gyr.* De Diis gent. syntagm. vi. *Grang.* Sunt qui legant *Cotyto*. Et est Accusativus singularis Græcæ, quartæ contractorum in *a* longum, Ut olim Athenienses molles et evirati, co-

*Delph. et Var. Clau.*

*Juv.*

lebant claculum *Cotyto*, religione peregrina sumta a Thracibus; ita jam Romani perverso ordine tanquam mulieres colebant Bonam Deam. Erat autem *Cotyto* Dea foeminarum apud Athenienses, ut apud Romanos foeminarum erat Dea Bona. *Lubius.*—*Baptæ lassare Cotyto*] *Politian.* Miscel. i. 10.—*Lassare*] Crebris invocationibus fatigare. *Junius Adag.* Cent. i. quos ita forte appellat, quod omni vitiorum genere tincti essent.—*Cecropiam soliti Baptæ*] *Baptæ* titulus libri, quo impudici describuntur ab *Eupolide*, qui inducit viros Athenienses ad imitationem foeminarum saltantes, lassare psalteria. *Baptæ* ergo molles, quo titulo *Eupolis* Comædiam scripsit, ob quam ab *Alcibiade*, quem præcipue perstraxerat, necatus est. *Vet. Schol.*—*Cocytos*] Ad exemplum *Cotyti*, dicuntur *Isaca* sacra celebrari. *Vet. Schol.*

**93** *Ille supercilium, &c.*] Ulterius viros illos, homines turpiissimos, acerbissime insectatur, quod non secus ac levissimæ mulierculæ, faciem fuco illinerent, et alia viro indigna committerent.—*Ille*] Id est, alius illorum, *producit* vel extendit obliqua, hoc est incurvata acu *supercilium tinctum* vel imbutum madida fuligine fumi ad hoc collecti; vel facit sibi nigra supercilia, ut tanquam mulier amatori suo placeat; et attollens vel elevans oculos trementes fucat eos et pingit. *Petron.* *Supercilia etiam profert de pyxide.* Antiquis enim supercilia nigra in æstimatione. *Lubius.*—*Supercilium*] Tanta est decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque, inquit *Plin.* xi. 37. Oculos ejusmodi Hieronymus vocat, *orbis stibio fuliginatos.* *Farnab.*—*Fuligines*] *Ursinus* adeps raritatem superciliorum emendat, mistus cum fungis lucernarum et fuligine. *Plin.* xxxviii. 11. *Archerius.*—*Tinctum*] Sic *Turneb.* xv. 17. Non tinctum: quia Archetypi et antiqui libri tinctum habent. *Tingere* autem veteres, imbuere, linere, asper-

3 E



gere. Flavii Conject. c. 66.

94 *Acu obl. &c.*] Hypallage. Non enim acus obliqua, sed supercilium obliquum. Sunt qui de calamistro intelligunt. Alii de crinali acu, et volsellis. Ptol. Flav. conj. c. 67.—*Trementes*] Naturaliter fit ut oculi tremant, siquid propius eis admoveatur. Vel *trementes*, p̄ctos, palpitantes, lascivos, ut scortorum. Sic alibi dicit, 'Oculos in fine trementes.' Et Apul. 'Oculos tremulos et prona libidine marcidos.'

95 *Oculos*] Genas, vel pilos oculorum: vel ipsa supercilia.—*Vitreo bibit, &c.*] Notat libidinosissimos viros effeminatos. Nam efferatæ mulieres ex hujusmodi instrumentis bibebant. Alius bibit ex vitreo Priapo non secus ac si, ut mulier, membro virili delectetur. Hos drilopotas etiam Plinius initio libri xxxiii. notavit: 'In poculis,' inquit, 'libidines cœlare juvat et per obscenitates bibere.' *Lubin.* Nam non satis erat panes in formam pudendorum virilium (*coliphia*) et muliebrium rodere, nisi et bibant vitreis obscenas formas referentibus. *Grang.* Quod imitari videntur hodierni combihones, quando ex matulis propinant, in memoriam et honorem diobolarium scortorum.—*Vitreo bibit ille Priapo*] In vitreum penem, quos appellant drilopotas. *Vet. Schol.*

96 *Reticulumque comis*] Comam nutrit eamque colligit et exornat reticulo aurato, ut mulier. *Grang.*

97 *Cœrulea indutus, &c.*] Et induit vestimenta muliebria cœrulea et scutulata, et galbani coloris tenuiter rasa et subtilia. Hinc apud Martialem, Galbanos mores habet, pro molli, et effeminato parumque virili positum. *Lubinus.* *Cœrulea*, simili fluctibus marinis colore, ita ut et Venetus et Thalassicus idem sint.—*Scutulata*] Scutulatæ vestes sunt quæ in formam scutulorum textæ, quarum inventionem attribuit Gallis Plin. viii. 48. *Rasa* autem sunt, quæ a sua textura nullum habent eminens villum: i. e.

polita, et differant a pexis, quæ villosa sunt. Colorem autem cœruleum et galbaneum tangit, quod uterque sit mulierum, non virorum. Galbanus color est χλωπος herbacei coloris. *Grang.*—*Scutulata*] Vestimenta plurimas scutularum formas habentia, quales cernuntur in aranearum telis. *Farnabius.*—*Galbina*] Ubi *galbana* hodie legitur: sed non magis galbanum pro galbeo vel galbino dici potest; quam coccanum, pro cocceo vel cocino. si *galbanum* Latine diceretur, media longa utique enunciandum esset. sed cum passim corripiatur ab auctoribus, satis signi est vitiose scribi *galbanum* pro *galbino*. Qui sic primi mutarunt, apparet eos *galbanum*, hoc est, τὴν γαλβάνην in animo habuisse, quasi quicquam commune esset *galbano* cum *Galbino*: galbæ enim et galbinæ atque etiam galbulæ aves sunt viridis aut lutei coloris; hinc galbeus et galbinus et galbulus, pro viridi. *Salmas.*—*Galbina rasa*] *Vet. Gloss.* Galbæ, *κόρμια*. *Farnab.*—*Galbina rasa*] Polita, tenuiter rasa. *Vet. Schol.*

98 *Et per Junonem, &c.*] Hoc loco Et valet etiam, vel insuper. Jumenta alia viris, alia fœminis peculiaria: per *Junonem*, erant fœminarum propria. *Brisson.* de formul. 8. *Politian.* *Miscell.* c. 89. et *Parrhas.* *Eplst.* 23.—*Et per Junonem*] Ipso servo in tantum molli (more domini sui) ut juret per Junonem, quod mulieres faciunt: uti viri per genium suum, Jovem, Herculem, &c. Sic Quartilla apud Petronium: 'Junonem meam iratam habeam si,' &c. *Farnab.*—*Et per Junonem*] Non per Jovem, sed per Junonem. Ita, inquit, heri jurant, quomodo solebant ancillæ Neronis, adulantes, per Junonem suam. *Vet. Schol.*

99 *Ille tenet speculum, &c.*] Quasi dicat, et alius e mollibus his in manu, curiosæ fœminæ more, tenet speculum, quod olim Otho Imperator gestaverat, instar hastæ, Otho ille Patricius mu-

Bebria pati solitus, idque tenet, quasi rem magnam, talis nempe viri speculum, munditiarum muliebrium adeo studiosi.—*Gestamen*] Scopitice hoc dicit. Nam *Gestamen* ad Imperatorem quasi bellicosum et fortem respicit, Virgilius: 'Magni gestamen Abantis.' *Labin.*—*Ille tenet speculum*] Occiso Galba imperatore, Otho invasit imperium: qui tam probrose curam in polienda forma fuit, ut humecto pane faciem lineret ad sollicitandum candorem. utebatur et speculo. Hunc incomparabilis vitæ bello civili Vitellius vicit apud Bebricum campum. Horum bellum scripsit Cornelius, scripsit et Pompejus Planta, qui ait Bebricum vicum esse a Cremona vicesimo lapide. alias, Bebraici, id est, Pontici, unde pelles *Bevericæ*. Galba enim Ponticus fuit. *Vet. Sch.*

100 *Actoris spoliū*] Quod speculum sacerdos ille occiso Othone ablatum, opimum quasi spoliū, non secus jactabat, ac Turnus apud Virgilium hastam illam, qua Actora Aruncum spoliaverat. Cujus verba sunt: 'Valida vi corripit hastam Actoris Arunci spoliū, quassatque tremetem, Vociferans.'—*Actoris*] Irrisorie et nimis Scopitice; quod mulierosus ille ab Othone habet tanquam a summo Imperatore summum munus. Actor enim Aruncus apud Virgilium fortissimus bellator, ingentem hastam gerebat. Hic etiam Otho summus Imperator, speculum. *Pathicus* autem appellatur, quia mutuo stupro Neroni est conciliatus.—*Quo se ille videbat Armatum*] Id est, in quo speculo ille Otho armatum se contemplabatur. *Labin.*

101 *Cum jam tolli*] Magna hic latet acrimonia et petulans insultatio, quasi dicat; cum in signum committendæ pugnæ vexilla tolli mandaret Otho, ut jam cum Galba integro exercitu congrederetur, se armatum contemplabatur in speculo. Quid autem ab animo fortis militis alle-

nus, quam elegantiam corporis curare illo ipso tempore, cum ancipiti prælio de vita et salute cernitur. *Labin.*—*Jam tolli vexilla*] Subobscurum quid his verbis intelligi credit Grangeus.—*Tolli*] Sic *efforri signa*, formula militaris ducibus usitata ubi in aciem exeundum: contra *stagnare*, ubi manendum. *Grang.*

102 *Res memoranda annalibus*] Galli dicunt *L'en en parlera*. Ironice et Scopitice in Othonem invehitur. Ordo et sensus; nimirum speculum quod inter sarcinas civilis belli fuit, et inter Othonis arma, res est egregia, et memoranda, per novos annales Civilis belli, quod gestum inter Veronam et Cremonam, ad Bebricum vicum, ubi duabus cladibus Otho est superatus. Et qui tamen constantia mortis more Sardanapalli, antea vitam molliorem emendavit: nam damnatis bellis civilibus, cum ei superesset exercitus, ac de victoria sperare posset, elegantissima Oratione habita se interfecit: Melius ratus unum mori, quam tot egregios milites: quibus sane adeo carus fuit, ut multi viso ejus cadavere se interemerint. *Labin.*

103 *Civilis belli*] Inter Othonem et Vitellium. Nec deerant (inquit Tacitus de hoc ipso bello) qui ambitione stolidi luxuriosos apparatus conviviorum et irritamenta libidinum, ut instrumenta belli mercarentur. *Farnab.*—*Sarcina*] Est utensilium, et eorum quæ ad cultum et usum spectant: unde milites, cum castra movere volunt, sarcinas colligere dicuntur, inter quas sarcinas etiam Otho speculum habuit. *Labin.*

104 *Nimirum summi ducis est*] Amara Ironia scopitica, quasi dicat; Hæc male inter se conveniunt, in bello victoriam ab hoste reportare, quod fortis est et summi ducis, et cutim curare et speculum habere, quod foeminæ est et mollis. *Labin.*—*Nimirum, &c.*] Parum conveniunt inter se hæc Othonis, qui veluti fortis ac sum-

mus civis curavit Galbam interficiendum, simul cum Vitellio de palatio et imperio Rom. dimicavit: idemque mollis se quotidie rasis, et pane lacte asinino madido faciem perpolivit: Sueton. Otho. c. 12. Sed, non erat Othonis mollis et corpori similis animus, inquit Tacitus Histor. i. *Farn.*

105 *Constantia*] Et virile facinus est summi egregique civis, cutem curare et fucare, more fœminarum. Ridet constantiam quam Otho morti vicinus ostendit.

106 *Bebriaci in campo*] Nec constanter facit, qui in *campo Bebriaci*, (Al. Bedriaci, Phedriaci, Betriaci) in acie et bello contra Vitellium, *spolia palatii*, et imperii *adfectare*, imperium tueri, et retinere conari, et de statione sua et capite dimicare: *Et extendere digitis in facie, panem asinino lacte madidum*, ut cutis candida, nitida et firma sit, vel faciem mangonio et lenocinio fucare et polire. *Lubin.* Propter lac asininum, quo candor faciei custodiretur, Poppæa, uxor Neronis, quocunque ire contigisset sexcentas asellas ducebat.—*Spolium*] Quasi spolium occupare *Palatii*, pro palatii.

107 *Extendere*] Dilatare. Hoc enim rugas e facie eximit, ipsamque tenebram reddit, teste Plinio. Panis iste fiebat ex oryza aut fabis. Hodie in illum usum ex amygdalis contusis. *Idem.* Vel ex farina siliginea.

108 *Quod nec in Assyrio*] Auget infamem illam Othonis molliem, qua etiam impudicissimas mulieres superavit. Quam rem ne pharetrata quidem illa, vel armata *Semiramis* regina Babylonis in *orbe Assyrio* fecit; licet adeo impudica esset, ut equum ad coitum usque adamaverit, teste Plinio. Nec Cleopatra regina Ægypti, M. Antonii Triumviri amica, *merita* propter amissam contra Augustum pugnam, fecit in navi, vel *carina Actiaca*, in qua in Actiaco mari, ab Augusto victa, vehebatur: hoc est, licet Semiramis et Cleopatra lascivæ et

molles bella gesserint; tamen in bellis vel castris specula vel fucum nunquam usurparunt, ut fecit *Otho*.—*Pharetrata*] Armata, gerens enim viriles habitus, et simulans se Nini filium, bella multa felicissime gessit. *Lubin.* Vide Justin.

109 *Cleopatra*] Filia Ptolomæi, regis Ægypti, perditæ mulier libidinis, cum M. Antonio viro bellum Augusto indicare ausa fuit; cum quo ingenti militum manu conficiens, superata ad Actium Epiri promontorium, et colubris sibi admotis, mortem concivit. Vide Plutarchum. *Lubin.*

110 *Hic nullus verbis pudor*] Ad effœminatorum Romanorum scelera nunc redit. *Hic* Romæ, inter hos molles sacerdotes Flaviales in collegio Albano. supra ad vs. 86. *Lubin.*—*Reverentia mensæ*] Recte dixit *reverentia*: mensæ enim antiquis erant sacræ. Synesius Epist. 57. 'mensa sacra quedam res est, per quam Deus amicitie conciliator atque hospitalis honoratur.' Et Arnobius lib. ii. 'Sacras facitis mensas sativorum appositis et simulacris Deorum.' *Thysius.*

111 *Hic turpis, &c.*] Ordo, apud hos molles viros est turpis libertas loquendi, seu sermonis. Qualis erat apud Archigallos sacerdotes turpissimos Deo Cybeles, semiviros inhonestos et obscenos. Hæc etiam Dea Phrygiæ dicebatur: quæ et Saturni conjux fuit, Vesta, Terra, vel Ops. Hanc colebant Sacerdotes Galli, qui seipsos castrabant. Fiebant autem Romæ sacra Cybeles. *Lubin.*—*Turpis Cybeles*] Aut quod ante eam sacerdotes obscena et turpia verba proferrent: an quod Cybelem deformem credat? utrumque crederem. *Grang.*—*Fracta voce*] Lasciva, enervata, effœminata, ut virgine: quædam supine molles et delicatæ, quæ singularem elegantiam putant, si blæsæ vel bubutiente voce loquantur. Ludi Romæ turpissimi fiebant Cybelæ, eo die quo lavabatur in Almone fluvio: 'ante

cujus lecticam,' ut Augustinus xi. 111. scribit, 'spurcissima quæque audiente multitudine, utriusque sexus cantabantur, quæ vel obscenissimo cuique pudorem incuterent.' *Labin.*

112 *Et crine senex, &c.*] Et hujus tam honesti collegii Antistes sacrorum vel præses, senex quidam albo crine, canus et fanaticus, delirus, et demoniaco furore correptus. Merum silicernium, quem ætas et experientia multasque usus continentem et sapientem reddidisse debuerat, sed vero gulosus, imo ipsa gula. Tangit autem aliquem sui temporis, mihi, ut ingenne fateor, incognitum. *Grang.* — *Sacrorum Antistes*] Bonæ Dææ a maribus mulierosis cultæ: nec intelligenda commenta de Albanis sacerdotibus, de quibus noster *obdér.* *Idem.* — *Fanaticus*] Glossæ *leparuds*, a fano dictus: ii futura prædicebant, quibus ut fides adhiberetur, sese mente divina correptos simulabant. *Grang.*

113 *Rarum et memorabile*] Qui ingens belluo est et gulo, maximus ciborum devorator, et rarum exemplum immensæ et inexplebilis gulæ. Et dignus qui a tam obscenis belluonibus conducatur, ut illorum sacris præsit. *Labin.*

114 *Magni gutturi*] Insatiabilis ingluviei, vel vocis sonoræ. *Farnab.* Porro hi Galli sacerdotes erant voracissimi, qui ob solam voracitatem se evirabant, ut gulæ eo magis vacare possint. — *Conducendus*] Dignum patella operculum: adeo enim aliis non obcenitate solum, sed voracitate et gula antecellit, ad instituendos gulosos. In luxum Albanæ mensæ hoc dici putant; illic enim lautissime epulabantur, Imperatoris prodigalitate. Inde Albanas dapes, et Albanam mensam legimus apud Martialem. *Idem.*

115 *Quid tamen, &c.*] Conclusio istius partis. Id est, cum turpis Cybeles mores eis tantopere placeant,

cur se non castrant, ut Galli Cybeles Sacerdotes; vel cum ornent se more muliebri, et patiantur etiam muliebria, quid multum morantur et expectant facere, quod illis facere jamdudum *tempus erat* et facere illos oportebat; *more Phrygio*, vel sacerdotum Cybelis Phrygiæ vel Trojanæ Gallorum, virilia membra, et *carnem supervacuum* (i. e. penem) qua non utuntur, (cum muliebria patiantur) *cultris abscindere* et violenter amputare? Ut jam nullum viri argumentum reliquum haberent, ac in fœminas transisse et degenerasse prorsus viderentur. *Turneb.* xxix. 5. Alii legunt *abrumper*: fiebat enim castratio illa cultello lapideo, ut et apud Judæos circumcisio. *Labin.*

116 *Cultris*] Lapidels, vel testa Samia, ad imitationem Atis pueri Cybelæ dilecti: unde *abrumper*, non secare dicit, nec abscindere.

117 *Quadringenta dedit*] Ultimum est membrum; in quo specialiter Gracchos nobilissimos stimulat; tum quod unus ex illis, vir tanquam mulier, viro Cornicini nupsisset; tum quod alter ex Gracchis, se gladiatorio munere polluisset. Lacerat ergo turpissimas, et auditu indignas masculorum nuptias, quæ quidem ut inter virum et uxorem celebrabantur, omni servato ritu. *Gracchus* ille generosus et dives, sed *Pathicus*, inter hos molles non postremus; ille nubens pro muliere *dedit dotem* vel loco dotis, *quadringenta sestertia*, vel censum equestrem, *cornicini* cantanti cornu, cui nupsit; *sive* ne mentiar, tubicen illi fuerit, et *recto ære cantaverit*. *Labin.* Non tantum dixit aut promisit dotem, sed et *dotem* dedit, dotis nomine.

118 *Sive hic recto*] Ad masculam et erectam Venerem alludit. *Thysius.* Cornicem enim cornu recurvo, tubicen ære recto cantabat; ergo periphrasin tubicinis dat. *Grang.* Et sensus est, Cornicini aut certe tubicini. — *Canto,*

uerat] Alii *Cantauerit*.—*Cornicini*] Expertus naturam, eumque grande habere cornu. *Vet. Sch.*

119 *Signata tabula*] Quid verbis opus est? *tabula* nuptiarum, et dotis, a publico Notario *consignata* sunt; dictum et acclamatum ab omnibus, cum summa acclamatione, *feliciter* hæ nuptiæ vobis cedant. *Quod bene vortat mihi et tibi. Quod felix et faustum impertitum et inauguratum sit. Felix hoc, Alium desine velle virum.* Neque hoc solum in nuptiis, sed et cæteris solennibus usitatum. *Ingens cæna sedet* et posita est. Et nova nupta Gracchus ille noster, qui jam ut *foemina* jacuit in gremio, vel sinu carissimi sui sponsi, et mariti tibicinis. Id est, nuptiæ omnino consummatæ sunt, licet natura et sexus maximo pere refragentur et reclamitent.—*Felicitur*] De hac solenni formula gratulationis bonique ominis vide doctiss. Brissonium, l. viii. Formular. Turnebum Advers. xv. 17. Muretum ix. 8. Variar. Senec. Ep. 67. *Lubin.*

120 *Cæna sedet*] *Cænam* pro convivis sedentibus accipe; multi enim cœnantes sedent: vel pro *Cæna posita est*. Cum Lipsio distinguendum olim putavi *Ingens cæna*, (scilicet paratur) *sed et gremio*, quod est, quin et gremio; Pithæus legit *ingens cæna, sedet*: sensus patet. Sed lectio præcedens proba et genuina est.—*Nova nupta*] Ipse scilicet Gracchus.—*Mariti*] Cornicinis aut tibicinis. *Lubin.*—*Gremio jacuit*] Id vocabant Veteres interiorrem jacere, ut docet Lips. ad lib. ii. Annal. Tacit.

121 *O proceres, &c.*] Hæc tam enormia flagitia, et tam portentosa et prodigiosa ubi enarravit, cum indignatione exclamat: *O proceres* et optimates populi, qui onera Reip. sustinetis, et qui prospicere debetis ne quid Respublica detrimenti capiat: *opus ne nobis est censore*, qui adeo deploratos mores vestros et populi Romani, qui ejusmodi vitiis magnam

partem infecti estis, corrigat et emendet? an *Haruspice*, qui portenta hæc et prodigia scelerum, hostiarum extis expiet? Haruspiceum adhibebant quoties monstra aut portenta evenerant. Nam virum viro nubere par monstrum erat, mulieri parturienti vitulum, vel bovi agnum. *Lubin.* Vel qui divinet nobis, quid hoc significet et sibi velit.—*Censore opus est, an aruspice*] Quo emendet, aut quo expiet. *Vet. Sch.*

122 *Scilicet horreæ*] Cum interrogatione recte hæc leguntur; quasi dicat, minime. Vide Plin. vii. 4. *Idem.*

123 *Vel si bos*] Id Josephus accidisse scribit in ruina Hierosolymæ.

124 *Segmenta, et, &c.*] Insectatur ipsum adhuc Gracchum, qui aliquando Salius vel sacerdos bellicosus Martis fuerit, et *ferens* vel portans collo suspensa *sacra* præ pondere *nutantia loro* vel corrigio *arcano*, et secrete apposito, *sudavit clypeis ancilibus*, collo appensis, saltando scilicet. Ille, inquam, Salius Martis, *sumis* jam *segmenta* illa aurea, monilia, gutturus mulierum ornamenta, vel profusæ vestes, et tales quidem rubeas quibus novæ nuptæ utuntur.—*Segmenta, et longos, &c.*] Erant profusæ vestes, vel aureæ fasciæ et fimbriæ, quæ in ordine vestis extrema parte assutæ, ornamento sunt indumentis, vel quibus nova nupta amicitur. Fimbrias mulieribus aureas indultas, testatur Valer. v. 2. *Farnab.* Hæc ergo *segmenta* vel auratæ fasciæ, quæ prius tantum muliebribus tunicis adnuebantur, postea lpxu crescente, virilibus quoque vestimentis adtexi cœpere. *Salmasius.*—*Flammea*] Rubra et lutra tegmina, quibus nova nupta velabatur. *Lubin.*—*Segmenta*] Fimbriatas sive vittatas vestes.—*Et longos habitus*] Profusæ vestes.—*Flammea sumis*] Quibus novæ nuptæ cooperiuntur. Vestis pudori similia, quam et propter pudorem accipiebant. *Vet. Sch.*

125 *Arceo loro*] Retinaculum enim

et lorum a corio intrinsecus statuis appositum erat, et latebat. Vel intelligit lorum ab inferiore parte annexum ancili, et pluribus ejusdem formæ immixtum, ne dignosci posset: suggerente *Farnabio*. Vel alii per Hypallagen, Arcana sacra intelligunt. — *Nutantia*, &c.] Præ pondere inter portandum buc illuc inclinantia. *Id.*

126 *Ancilibus*] Scutis rotundis et undique circumcisis. Rege Numa e cælo acutum decidit *Ancile* dictum, quod ab omni parte recisum esset. Responsum ab Aruspibus, Illic orbis Imperium fore, ubi ancile consisteret. Ne igitur ab hostibus raperetur, aut internosceretur, undecim similia Mamurius fabricavit. Inde a saltando Salii sacerdotes dicti, teste Ovidio. Indignatur autem eum nubere, et in mulierem degenerare, qui et nobilissimus, et Salius Martis esset, Dei bellicosi, virilis et generosi. — *O pater urbis*] Id est, o Mars Gradiwe, *pater* Romanæ urbis, (hinc *Marspiter* dictus) qui Romulum fundatorem urbis genuisti; *Unde tantum nefas*, tanta flagitia et scelera (ut vir nobilissimus nubat) orta sunt *pastoribus Latii* vel Romanis: *Unde hæc urtica*, hæc prurigo et inaudita libido, *tuos tetigit nepotes*, tuos Romanos a te oriundos. *Idem.* — *Sudavit*] Gracchus accepit vestem novæ nuptæ, qui aliquando Salus Martis fuit. *Vet. Sch.*

127 *Pastoribus*] Romanis, a priscis Rom. ortis, qui olim durissimi et fortissimi pastores erant: vel qui principes *ποιµένες λαόν*, ut Otho, Domitius. *Idem.*

128 *Gradiwe*] Mars sic dictus a gradiendo in bello ultro citroque: vel a *ῥαδάω*, hastam vibro: vel quod gramine sit ortus. *Grang.* — *Urtica*] Libidinis, et obscenitatis pruritus; Metaph. Herbam vivacis, mordacis, et ardentis pruritus, ad libidinis molestationem et pruriginem transtulit. *Lu-bia.* — *Urtica*] Prurigo. *Vet. Sch.*

129 *Traditur ecce*, &c.] Tanquàm

res emta: matrimonium enim per coëtionem. *Tradere* tamen et inter obscœna dicit se legisse Grangæus apud Martial. Epig. II. 79. ‘Ergo suburbanæ Tironem trade magistræ, Illa virum faciet, non bene Virgo decet.’ *Ecce*, addit tanquam rem novam, inauditam, et incredibilem; *Ecce nobilissimus ille Gracchus*, nubit tubicini. Tu o Mars hujusmodi scelera vides, non indignaris tamen, *nec galeam* quæ in capite tuo est, præ furore et indignatione *quassas*, et frequenter concutis? *nec cuspidem*, quæ est in manu tua *terram pulsas*? *Nec* de talibus *conquereris apud patrem Jovem*, ut immania hæc hominum monstra fulminet? *Vade ergo*, et *cede*, vel exi, e *jugibus* et latis spatiis *severi tui campi Martii*, quem tu tua negligentia perdis. *Severus* dicitur, An ob judicium severum adversus Tarquinium, vel quod severum in eo judicium dari debeat: fiebant autem in illo campo comitia, et exercitia militaria. An quod Mars dicatur *severus*? — *Terram cuspidem*] Lipsius dicit se vidisse M.S. in quo *tempora* pro *terram*: et addit, morem fuisse militarem hastis scuta et galeam, non galeatum caput suum concutiendi in ira. — *Nec quereris Patri*] sc. tuo, Jovi. — *Vade ergo*] Verbum expellentia. — *Cede*] Pro discede, simplex pro composito. — *Traditur ecce*] In matrimonium Doriphoro liberto, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit. voces quoque et ejulatus vim patientium virginum imitatus. Suet. Ner. cap. 29. *Farnab.*

130 *Cuspidem*] Gladii hastæve parte in acumen desinente. *Lubia.*

132 *Officium cras*] Ulterius prodigiosas illas nuptias persequitur. Ut autem hoc scelus vehementius exagitet Satyricus, inducit jam personas, inter se de marium nuptiis celebrandis loquentes. Est qui ita dicat, ab altero quid rerum gesturus sit, interrogatus: *Officium* et obsequium amico

debitum, *cras mihi primo sole*, vel diluculo *peragendum* est, in *valle*, templo vel potius porticu Quirini, a Romulo sic appellata. Ibi si alius quærat; *quæ causa officii* est, vel quid negotii tibi ibi peragendum est? respondet cum indignatione alter: *Quid quæris vel percunctaris*, quasi nescias? *Amicus nubit*, et quia viro nubit, non multos amicos *adhibet*. Sic officium solebant plerumque usurpare, cum ad nuptias officii causa veniebatur. Turneb. *Advers.* xxvii. 19.—*Juguribus campi*] Recede de Martio campo, quem teneas, et qui tibi cœperat ædificari. Hic enim ager Tarquinii Superbi fuit: et pro illius fuga, Marti consecratus, dictus est Martius Campus. *Vet. Sch.*—*In valle Quirini*] Ad invidiam dixit, in *valle*. *Vet. Sch.*

134 *Nubit amicus*] Nubere proprie privatimque est fœminarum, uti ducere virorum. *Grang.*

135 *Nec multos adhibet*] Ad hæc sponsalia, vel ad hæc nuptias; ut scilicet res secreta maneret, aperte enim non licebat per legem Scantiniam. *Lubinus*. 'Pontice si qua facis, sine teste facis, sine turba. Non adhibes multos, Pontice cautus homo es.' *Martial.*—*Liceat*] Sunt verba Dialogistæ. Quasi dicat, Noli anxie percunctari quis ille sit: Si vixeris, vel vivere modo liceat per annos aliquot, illa rescies; nam hand dubie palam fient istæ nuptiæ, et in acta publica referentur.

136 *Et in acta referri*] Publico decreto, ut illa, quæ in libros actorum referuntur tanquam res memorabiles, et quæ natæ ac legitimæ sint, vel, liberos habere cupient; quos patres professi in acta publica referebant. Julius Capitolinus in Gordianis et Aurelio: vide quæ ad Sat. lxxxiii. 9. 'Libris actorum spargere gaudet Argumenta viri.' *Farnab.*—*In acta*] sc. matrimoniorum: In codicillos, memoriæ causa. *Lubin.* Diversa erant actorum genera Romæ:

hoc est, libri in quos tam privata quam publica negotia referebantur, et scribebantur.—*In acta, &c.*] Annalibus contineri. *Vet. Sch.*

137 *Interea, &c.*] Addit jam scoptice incommodum horum virorum viris nubentium: licet enim nuptias et omnes nuptiales ritus celebrent, tamen *ingens* adhuc tormentum et scrupulus illis *novis nuptis* hæret, adest et restat: *quod nequeant parere*. Maximum enim conjugii vinculum et pignus amoris liberi sunt.

138 *Partu retinere*] Multæ enim mulieres a maritis domo ejiciebantur, quod essent steriles. *Idem*. 'Fœmina cum senuit, retinet connubia partu, Uxorisque decus matris reverentia pensat. Nos Lucina fugit, nec pignore nitimur ullo,' &c. *Claudian.* in Eutropium. *Farnab.*

139 *Sed melius*] Scilicet est, quod natura animis nostris nihil juris in corpora nostra indulget, id est, quod cum velint mulieres esse, in mulieres se transformare nequeant: in animo quidem habent et cupiunt concipere, sed natura vetat. *Britann.* Sunt qui legant *corpore* pro corpora. *Lubin.*

141 *Et illis non, &c.*] Id est, Neque hanc sterilitatem medicamentis emendare possunt, nubentes illi viri: et illis crassa illa et turgida ventricosa Lyde unguentaria, condita et referta unguentis et medicamentis pyxide nihil prodest. Lyde enim unguentis et medicamentis sterilitatem se emendaturam pollicebatur mulieribus. *Turgida* dicitur, quia Lydiæ mulieres erant turgidæ. *Lubin.* Vide Politian. *Miscel.* c. 46. Turneb. xix. 17. *Grangæus* Turgidam existimat, quod turgentes et gravidas redderet matronas. Beroaldus dicit epitheton esse anni convenientissimum.—*Lyde*] Arachne. Quæ prima reperit linum et retia, fuit puella Lydia. Ferunt (inquit Junius) Phyci mulierem sterilem concipere posse, si pyxide inclusam araneam gestet in sinu. *Farnab.*

*neb.* Nam, ut Plinius narrat, araneorum genus, phalangia dictum, trice nos vermiculos parere.—*Pyxide*] Vox est Græca, quæ significat vas.

142 *Nec prodest, &c.*] Nec prodest talibus sponsis, Luperco agili, vel sacerdoti celeriter et sine vestibus per civitatem discurrenti et februant, i. e. lustranti seu purganti, palmas ferula percutiendas præbere, quo fecunditas mulieribus adferri credebatur. Steriles autem mulieres februantibus Lupercis se offerebant, et ferula verberabantur, vel pelle hircina, ut conciperent eo facilius. Hinc Ovidius: 'Nupta quid exspectas? non tu pollestitibus herbis, Nec prece nec magico carmine mater eris: Excipe fecundæ patienter verbera dextræ, Jam socer optatum nomen habebit avi.' *Lubin.* Ab his lupercalia dicta sunt, i. e. ludi lupercorum: Hinc et lupercal, templum in memoriam beneficii, quod lupa nutriendis infantibus Romulo et Remo præstitit, sed Ovid. aliunde aperit etymon *roû luperco*, cum ait: 'Quid vetat Arcadiæ dietos de monte luperco?' i. e. a Lyceo monte. Hi et *Crepti* dicti sunt, a crepitu pellicularum quibus verberabant.—*Palmas*] Sic et Plutarchus distincte manus nominat. Ovid. tamen alibi terga.—*Nec prodest agili*] Steriles mulieres februantibus Lupercis se offerebant, et ferula verberabantur. Hoc homine, qui infra tectum \* multi seminis credit contractus ob fecunditatem dandam, palmas ideo dicit, quia aut \* *catomidiabantur*, aut quia manibus vapulant cuncti per civitatem, tunc et in solio si qua post ipsum descenderit, statim concipit. *Vet. Sch.*

143 *Vicit et hoc*] Nobiles jam, postquam sacerdotum vitia exposuit, arguit; quod honesta toga deposita, tanquam infame tunica uterentur et in arena gladiatores essent; quod turpius adhuc monstrum ait, quam virum viro nubere; cum jam (quod

olim a Nerone coacti fecerant) sua sponte munere gladiatorio se polluerent. Sensus ergo est, *fuscina*, vel tridens, vel jaculum retiarii, *Gracchi* illius nobilissimi viri jam tunicam induiti, honesta toga deposita et gladiatoriam exercentis, *vicit hoc monstrum* virorum nubentium, id est, Gracchus in ludis gladiatorii retiarii agebat, et cum secutore componebatur. De Gracchi filio intellige, qui ad infamiam usque nobilissimus cum esset, gladiatoriam exercuit. Qui amissis opibus et devoratis, vendebat vitam et funus suum prætori, homini ignobili, in cujus ludo conductus pecunia pugnabat, retiarium agens.—*Tunicati*] Tunica, vestimentum sine manicis, quo utebantur retiarii: ut forte ad dimicandum essent aptiores.—*Fuscina*] Tridens, vel telum retiarii, dente minax, ut Martialis ait. *Idem.*—*Fuscina*] i. e. Fuscina et reti armatus. *Farnab.* Gladiatorum alter dicebatur retiarius; alter myrmilo sive secutor. Retiarius fuscinam et rete gestabat, quo myrmilonem implicitum caperet. Et in summitate galeæ myrmilonis, qui adversus retiarium pugnabat, piscis erat effigiatus, in quem retiarius rete immittens, dicebat, *piscem peto, non te peto, quid me fugis Galle?* Britan. Nam Galli erant myrmillones: *A pûpûos*, i. e. formice, dici et scribi videtur *Myrmillo*, qui propter gravem armaturam repere, non incedere videbatur, uti formice.—*Tunicati fuscina Gracchi*] Qui toga deposita, qua utebantur Senatores, tanquam infames tunica utebantur. Hinc Lanistæ, vel dissoluti dicuntur. *Vet. Sch.*

144 *Lustravitque fuga*] Et Gracchus nobilissimus Romanorum gladiator, in theatro dimicans, *lustravit fuga*, fugiendo *mediam arenam*, vel publicum locum harena stratum, in quo dimicabant. Est enim talis ordo; Gracchus qui generosior est *Capitolinis*, et *Marcellis*, *Catuli* et *Pauli*



*posterior et Fabius, et omnibus denique senatorii ordinis qui ad podium spectant in amphitheatro, quibus et ipsum prætorem, in cuius munere gladiatorio retiarium egit, potes annumerare: nam et ipso nobilior fuit: Ille, inquam, nobilissimus Gracchus retiarus, a secutore victus, harenam lastravit, et fugiendo circumcursavit. Porro totam hanc rem Sat. viii. explicat his verbis. ' Postquam librata pendentia retia dextra Nequicquam effudit.' Idem.—Gladiator] Gracchi filius habitu gladiatoris plerumque ad infamiam\* equabat. retiarus enim fuit. Vet. Sch.*

145 *Et Capitolinis, &c.*] Omnibus nobilissimis nobilior. Marcus Manlius ob defensum Capitolium Capitolinus dictus fuit. Capta enim urbe autor fugiendi in Capitolium fuit, quod ita fuit servatum. M. autem Marcellus vir Romanus, Gallorum ducem singulari prælio fudit, Syracusas expugnavit, quinquies consul: Insiidiis tandem Hannibalis circumventus periit. Alter Marcellus primus Annibalem in Italia vicit. Lubin.

146 *Et Catuli*] Quorum nobilitas initium facit a Quinto Luctatio Catulo, qui ccc. navibus, Carthaginensia dc. naves inter Siciliam et Africam ad Ægeatas devexit, et primo bello Punico finem imposuit.—*Paulique minoribus*] Sic enim legit Lipsius et corrigit; quum antea legeretur *Paulisque minoribus*.—*Minoribus*] non virtute, sed tempore: sicuti dicimus Scipionem majorem. Id est, Pauli Æmilii nepotibus, qui in pugna Camensi obiit.—*Et Fabius*] Fuere illi nobilissimi, quorum cccvi. duce Fabio Consule contra Vejentas pugnarent, sæpe virores, insidiis tandem ad unum occisi; unus enim superfuit adhuc. Idem.

147 *Omnibus ad podium*] Id est, omnibus senatoribus in primo vel imo ordine subcelliorum spectantibus. Factum enim decretum, ut ait Su-

etonius in Augusto c. 44. ut quoties quid usquam publice spectandum proponeretur, primus subcelliorum ordo senatoribus vacaret.—*Podium*] Locus est harenæ gladiatoribus proximus, unde principes et nobilissimi, et senatus adeo et magistratus spectabant. Lubin. *Nobilior* Gracis est parvus pes; huc trahitur vox ad designandam structuram, quæ ad modum pedis exstat, vel quæ ad pedem ædificiorum extruitur prominentior; locus in Theatro orchestre proximus.—*Hic licet ipsum*] Nobilibus, non Neroni. Nam et ipse pugnavit ut gladiator, et jam cantavit in scena habitu citharedi, et auriæ fuit. Vet. Sch.

148 *Admoneas*] Annumeres: Sunt qui legant, *Hic licet ipsum admoneas*: sed demovit hoc *Admoneas* Lips. nam sensus est: quamvis et his nobilibus adjicias ipsum Prætorem, vel Munerarium, tamen nobilior est. Quare non ferendus error Britannici. Græg.—*Cujus tunc munere*] Prætorem, qui munera gladiatoria exhibet, Munerarium. Alii intelligunt Neronem, alii Domitianum.

149 *Esse aliquos manes*] Jam tecte quærit horum scelerum causam; quasi dicat, unde autem hæc scelerum prodigia, hæc crudelitas et sanguinis sitis in genere humano, nisi quod nemo infernales pœnas olim secuturas timeat, aut credat? nam esse aliquos manes, aut illos inferos, aut regna inferna sub terra, aut contum, aut longam hastam, qua Charon ille infernalis portitor utitur, aut nigras ranas in Stygio gurgite, vel voragine infernali, aut una Charontia cymba vel navicula tot mille animarum vel umbrarum, vadum seu alveum Cocyti et Stygis paludis ad inferos transire; hodie ne pueri quidem credant, nisi qui admodum infantes sint, aut pusilli, qui nondum dederunt balneaticum, aut quadrantem; quod quoddam sint quadrimidi, licet lavarent

tar; vel quod nondum in thermis lavantur, quia quadrantem non habent, vel qui nondum sacris initiati sunt. At tu vera esse statue, quæ tot Viri egregii credidere, qui spe alterius vitæ pro aris et focis pugnantes, per virtutem interierunt. *Lubin.*—*Esse aliquos, &c.*] *Ἐπεὶ ἔστι.* Cic. Proclamatio. *Vet. Sch.*

150 *Et contum*] Hastam longam, vel sudem Charontis, qua trajicit. *Virg. Æn. vi.*: 'Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat.' Alii habent pontum.—*Nigras*] Luce carentes. Quæ apud Aristophanem clamitant *Ἀπενεκέαι καὶ κθαὶ κθαὶ.* *Lubin.*—*Et contum, &c.*] *Virgil.* 'Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat.' 'Nunc hos, nunc accipit illos.' *Vet. Sch.*

152 *Nisi qui nondum, &c.*] Infantes, quia pueri non dant balneaticum. *Idem.*

153 *Curius quid sentit*] Hic sensus est: Quid existimas tot sanctorum virorum animas sentire apud inferos? Vel quid sentit Curius, et reliqui et *Cremeræ legio, cccvi.* Fabii illi ad Cremeram Fluvium, a Vejentibus insidiis interemti; et quid sentit Romana illa *juventus ad Cannas* ab Hannibale consumpta et interemta? Quoties hinc a nobis turpis et flagitiosa umbra venit. Talis inquam vir qui alteri pro muliere nubit, a quo tamen ipsæ umbræ apud inferos contaminantur: ponne cupiunt lustrari et expiari, ut contaminati impudicissimorum adspectu, si sulphura cum tædis et lignis pinguibus darentur, et si aspergillum ex lauro esset (Aspergillum enim fiebat e lauro) id est, si esset laurus aqua perfusa, et madens ad aspergendam et purgandam. *Turnebus xv. 17.*—*Curius*] De quo initio *Satyræ* dictum. *Lubin.*

154 *Ambo Scipiades*] Duo fulmina belli. P. et Cornelius Scipiones, et filius Africanus, viri integerrimi. *Scipiades* pro Scipionidae, ut *Virgilius.*—*Febritiæ*] *Lucinius*, de cujus virtute vide *Florum, Livium, Valerium*

*Maximum l. iv. de Continentia, Gellium.*—*Manesque Camilli*] Mortui Camilli anima, qui Phaliscos et Gallos subegit, et absens dictator creatus erat: homo integerrimus. Vide *Liv. Idem.*

155 *Cannis consumpta juvenus*] De hac quarta Hannibalis omnium maxima victoria, vide *Livium.* Ubi 40,000. Romanorum, duo integri exercitus cæsi ad hostis satietatem, donec Annibal exclamaret: *O miles, parce ferro!* *Idem.*

156 *Tot bellorum animæ*] Virorum sanctissimorum et integerrimorum, qui tot bellis pro patria pugnantes, interemti; ad campum Elisium a corporibus exutæ, migrarunt.—*Tot bellorum*] *Lucan.* 'illustres bellis animas:' quæ in bello occisæ sunt. *Vet. Sch.*

157 *Si qua darentur*] Apud inferos, ubi talia forte non sunt. *Lubin.*

158 *Sulphura*] His ad expiandam et lustrandam utebantur. *Ovidius*; 'Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.' In sacris omnibus tres sunt illæ purgationes: nam aut tæda purgantur et sulphure, aut aqua abluantur, aut aëre ventilantur. *Grang.*

159 *Illic, heu, &c.*] Hoc pendet ex illo versu: 'Esse aliquos manes et subterranea regna.' Sic *Trimalcio* apud *Petron.* 'Heu, heu nes miseros! quam totus homuncio nil est Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.' Quorsum ergo attinet nos Romanos ultra *Jubernam* vel *Hiberniam* arma promoveri, et ultra triginta illas *Orcadas insulas*, nuper a Romanis captas, et *Britannos*, cum ad inferos aliquando, sive credamus, sive non credamus, traducendi simus, nostræ vitæ, et actionum, apud iudices infernales rationem reddituri. *Lubin.* Vel, cum in urbe nostra jam neglecta omni honestate committantur peccata, quæ in ipsis devictis provinciis non sunt cognita.—*Arma quidam, ultra*] Sine interrogatione ex

libro manuscripto legit Turneb. Adv. xv. 17.

160 *Litora Jubernæ*] Quæ jam Hibernia vel Irlandia dicitur, ultra Angliam vel Britanniam.—*Modo captas*] Paulo ante captas. Nam Claudius illas insulas Imperio Romano adiecerat. Fuere autem Orcades Oceani Insulæ Septentrionales ultra Britanniam et Hyberniam, numero tum temporis xxx. *Idem.—Jubernæ*] Jubernæ insula Britannicæ, sita in Oceano mari, a qua non longe sunt triginta aliæ Orcades insulæ, quas Mela scribit. *Vet. Sch.*

161 *Minima contentos nocte*] In Hibernia enim quæ Britannicæ pars, quemadmodum et Thule, quæ nunc Gronlandia, olim Angliæ vicinior, in Solstitio æstivo nulla omnino nox, vel illa exigua, et prope nulla est: ut contra solstitio hyemali, nullus omnino dies, vel saltem dimidiæ aut unius horæ: Id in Sphæricis ad oculum demonstratur.—*Minima contentos, &c.*] Circa solstitium in Britannia prope nox nulla est, hac scilicet caussa, quia vicinus occasus et ortus ibidem Solis. Ex obliquo enim terræ margine lux redndat, et proximam sibi insulam et noctibus et diebus illustrem reddit. *Vet. Sch.*

162 *Sed quæ nunc sunt*] Siede Alexandro Seneca: 'Armis vicit, vitis victus est.' *Lubin.*

163 *Et tamen unus*] Corrigit, quod dixit, uno contrario exemplo; et ostendit externos etiam honestissimos contagio corrumpi. Attamen, ne mentiar, *Zalates* unus nomine, natione Armenius, narratur *cunctis ephedis* vel adolescentibus imberbibus *mollior*, et effeminatior, *se indulisse*, vel ad libidinem exposuisse et prostituissæ tribuno libidine ardenti et inflammato. *Idem.* Ardere et ardor de masculorum turpi amore fere.

164 *Zalates*] Nomen obsidis proprium. Dicuntur autem *obsides*, teste Festo quasi *obfides*, qui dantur ad fi-

dem patriæ præstandam, ejusmodi multos fuisse, ab Armeniis Clodio et Corbuloni datos, testis est Tacitus. Porro obsides in summo honore custodiebantur, nec unquam ligabantur. Hinc ego obsides dictos, putem, quod nempe ut pignora obsidentur, circumcidentur seu custodiuntur.—*Cunctis, &c.*] Illam enim ætatem in deliciis habebant scarabei illi. *Lubin.*

166 *Adspice quid, &c.*] Certe conversationes etiam integerrimos corrumpunt: et verissimum illud Menandri a D. Paulo citatum: *ἡδονὴν ἢδὲ χρηστὴν ἐμύλλαι κακὰ.* Perdit bonos mores malum commercium.—*Adspice*] Præsentis nota est testimonii, nec longe petiti exempli. *Grang.—Venerat obses*] Simplex, integer, et cum honore custodiendus more obsidum. *Lubin.*

167 *Hic sunt homines*] Ironice, egregii, cordati, virtute præditi: imo veniunt huc ad nos viri fortes, redeunt mulieres molles.—*Nam si mora, &c.*] Vide quæ Jos. Scalig. ad Propert. l. iv. et quæ Casaub. ad Suetonii August. Si pueri exterorum, v. gr. Armenii diutius hic morentur, statim aderit amator vel concubitor masculorum, qui illos corrumpat, et omittent et exuent cum patriis armis, cultellis, freulis et flagellis, quibus usi fuerant domi in studiis venationum et exercendorum equorum, et vestitu, braccis, quæ Phrygibus, Lydis, Persis in usu non secus ac Gallis, mores etiam patrios simplices et honestos, atque una cum Romano cultu mores effeminatos (qui prætextam parum decent) domum referent. *Farnabius.—Si mora longior*] Vel sensus est, si forte pueri externi diutius Romæ manserint, statim aderunt, qui eos ament: mittantque munera, quibus soleant delectari etiam domi suæ. Talibus enim rebus facilius, quam pecunia videntur capi posse, et detineri. *Britan.—Mittentur braccæ*] Dimittentur, *ἐμψυχοί.*

170 *Sic, &c.*] Per commercia Romanorum et moram manendi in urbe. —*Artaxata*] Id est, in provincias suas. *Artaxata*, autem numero tantum plurali, urbs est majoris Armeniae, sita juxta Araxem fluvium (qui oritur ex eodem monte ex quo Euphrates fluit), caput gentis. Nomen habet a Rege Artaxia qui eam condidit suasu Hannibalis Pœni, ut docet Plutarch. Hanc Strabo *Artaxiasata* et Stephanus *Artaxiosata* et *Artaria* vocant: Hodierni vocant *Choin*, teste Iovio. —*Referunt Artaxata*] Eodem modo dicitur quo Adire Corinthum, Reportare Romam. —*Prætextatos mores*] Aut mores Romanos, id est, qualibus instructi sunt nobiles Rom. quum prætexta habitus fuerit Romanorum, et ut testatur Asconius honestorum; et toga viliorum. Unde Senec. ad Lucil. 'Parem autem dico pecunia

non faciet, Deus nihil habet, prætexta non faciet, Deus nudus est.' Aut mores prætextatos, id est, sordidos et obscænos; unde Sueton. in Vesp. 'Erat enim dicacitatis plurimæ, et sic scurrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abstineret.' *Britannicus*. Consentit Grang. Porro prætextatum sermonem veteres dixerunt (autore Festo) ab eo, quod prætextatis nefas sit obscæno verbe uti: ergo per antiphrasin. Vel (ut quidam ajunt) quod nubentibus, depositis prætextis, a multitudine puerorum obscæna acclamarentur. —*Sic prætextatos*] Id est, mores, quos filii senatorum intra urbem habent obsides, redeuntes ad suos reportant, quos cæteri apud se Ephebi discunt. *Artaxata*, civitas Armeniae. *Vet. Sch.*

### SATIRA III.

1 *Quamvis*] Quamvis confusus et perturbatus et tristis sim; *digressus* et abitu amici veteris et optimi Umbritii, laudo tamen ejus propositum, quod ex hac infensa et infesta civitate discedere, suamque sedem et habitationem in antiquissima civitate Campaniæ Cumis *figere* et firmare; et nnum civem *Sibyllæ* Cumæ addere, et augere Camas uno cive *destinet*, et animo proponat. —*Digressus*] Cujus dulci consuetudine et familiaritate mihi carentium.

2 *Laudo tamen, &c.*] Cumæ urbs in Campania, omnium in Sicilia et Italia urbium antiquissima, quam Hippocles Cumæus, et Megisthenes condidisse perhibent, nomen habet ἀπὸ τοῦ κίββατος a fluctibus: nam propinquum

mari. —*Vacuis*] Molestia carentibus, quietis, et a cura liberis; vel potius minus quam Roma habitatis, non civium plenis, ut Roma; ubi ob multitudinem peregrinorum et sceleratorum, bonis viris locus non erat. *Lucil.*

3 *Destinet*] Animo constituat, cogitet, deliberet. —*Civem*] Incolam, inhabitatorem urbis Cumarum. —*Donare*] Se addere civem. —*Sibyllæ*] Sibyllæ enim sacellum Cumis erat, teste Virgilio et Solino: unde et ipsa Cumæa dicta. Sibyllæ fuere numero decem, a consiliis Deorum annuntiantibus, hoc nomen sortitæ, Ἰδὴ βουλή enim Dei consilium significat; Ἰδὴ, id est, Ἄδὴ *Æolice*. *Idem*. Sibylla autem hic pro Cumis, ut vice

versa Virg. 'Cumæum carmen' dixit, pro Sibyllino.

4 *Janna*] Commendat urbem Cumas, ab amœnitate loci. *Lubin.* Id est, Cumæ civitas est janna Bajarum, ut eantibus Bajas ab urbe Roma, necesse sit Cumis iter facere, et ita est tanquam quædam janna, quæ excipiet et emittat proficiscentes ad opidum Bajas. Eo multi Rom. tempore ætatis animi causa migrabant: ibi enim erant aquæ et ad voluptatem et ad sanandos morbos accommodatissimæ. Horat. 'Nullus in orbe sinus Baji præluet amœnis.' Bajæ ergo civitas Campaniæ amœnissima, a Bajo, socio Ulyssis illic sepulto denominatæ. *Britan.* Vel, quia Bajæ olim portus dicebantur, ab importandis et bajulandis mercibus. Hodie *Golfo di Napoli.*

5 *Amari recessus*] Refugium, discessus in locum solitarium, et minus frequentem, ubi jucunditas et otium, animi relaxandi gratia. Hæc non tantum Italiæ, sed totius terrarum orbis pulcherrima plaga; nihil hospitalius illo mari; hic nobiles illi portus, Cæjæ, Misenus, tepentes fontibus Bajæ; Hic amici vitibus montes.—*Ego ref*] Id est, ego Juvenalis vel vilem illam insulam Prochyta in Puteolano sinu, Suburæ vico Romæ longe celeberrimo, præfero et antepono.—*Prochyta*] Insulam dicit in litore Campano Bajas vicinam et solitariam, a *πρόχης* ita dictam, quasi Profusa: Nam Inarime insula, terræ motum passa, hanc quasi insulam fudit. Alii ab Æneæ nutrice ejusdem nominis dictam autmant. Anthypophora ergo est in his verbis.—*Suburæ*] Per r unicum scribe et lege: Ita dicta quod fuerit sub antiqua urbe, ut Junio placet: vel sub muro terreo, ut Varroni. *Subura* ergo frequentissima erat, prochyta deserta. Martial. 'Dum tu forsitan inquietus erras Clamosa Juvenalis in Subura.' *Lubin.* Fab. l. 13. *Succurram*, utpote a Sucu-

sano pago dictam mutatis literis: casus vel indicium sit, quod antiquitas per *c* literam non per *b* scribebatur. Festus vero a succurrendo dictam dicit; quod in ea statione sit præsidium stativum, ut Esquilis succurreret, Gabinis eam infestantibus. Si Codices non obstant scribatur ergo duplici *r*.

6 *Nam quid, &c.*] id est, quem locum unquam tam miserum et solitarium extra Romam vidimus; ut non pejus sit Romæ vivere, et ibi continua pericula expavescere. Vel, quid alibi tam miserum, neque aliis admittum malum, quod Romæ non sit deterius?—*Tam solum*] i. e. desertum: solitudo ipsa miseria, nec abs re: Sacræ paginæ *Væ soli. Orang.* Vel sensus sit, quid tam unice miserum?

7 *Horrere incendia*] Quæ crebra in urbe videbantur non sine multorum calamitate; nam imperante Nerone centum triginta domus domus, insula quatuor, sex diebus, ut scribit Seneca, arsere. *Britann.*—*Horrere*] i. e. Timere, quod qui timent, horrescunt.

8 *Lapsus Tectorum, &c.*] Est quasi Satyræ propositio. Assiduus ædificiorum ruinas. Nam de singulis hisce ager. Utrumque conjungit Propert. 'Præterea domibus flammam, domibusque ruinam.'—*Mille pericula*] idem Cicero conquestus l. vi. *Epist.* 'Equidem nos quod Romæ sumus miserrimum esse duco, non solum quod in omnibus malis acerbius est videre quam audire. Sed etiam quod omnibus casibus subitorum periculorum magis objecti sumus, quam si abessemus.'—*Mille*] Plurima, et fere infinita.—*Sævæ urbis*] In quæ omnia periculosa, sæva, infensa et infesta, et ubi quotidie sæva multa acciderent et crudelia. *Idem.* Tristis est qui dolet, truculentus et sævus qui terret.

9 *Augusto, &c.*] Inter urbis incommoda, Satyrice et facete refert etiam Poëtarum importunitatem, qui edi-

oī mis recitationibus obvios pene onecabant, quod (ut etiam in initio primæ conquestus est) Augusto etiam mense, quo intensissimus calor et civitas quasi civibus exhausta est, Poëtas occurrentes audire cogebantur. Calendis Julii propter matum migrabant Romani. Sed nunquam adeo urbs exhaurebatur, quin Poëta occurreres, qui recitatione te vexaret: Emphatice, quasi hoc omnium sit miserrimum. *Idem.*

10 *Sed dum, &c.*] Describitur jam locus ubi Umbratium convenerit, et allocutus sit, id est, *dum tota* Umbratium jam abituri domus et supellex domestica universa, in unam rhodam imponitur: ipse Umbratius substitit mecum rhodam expectans, ad veteres arcus. — *Rheda una*] Notat Umbratium fragilitatem et continentiam ac paupertatem, atque cujus omnes facultates una rheda imponi potuerunt, ut qui paucis contentus vixerit. *Rheda* Gallicum vocabulum, quæ vehiculi genus, rotam habens. *Idem.*

11 *Veteres arcus*] Lateritios ab Romano constructos intellige; postea marmoreos; vel arcus Horationum Terremorum, qui ad portam Capenam. De arcibus aqueductum qui illic erant, interpretatur Turnebus x. 27.—*Arcus*] Qui fiebant, lapidei in modum pontis, in memoriam alicujus triumphi vel victoriæ egregiæ.—*Madidam Capenam*] Propter fontes et aquæ ductus, qui in propinquo illius portæ sunt, unde Fontinalis dicta. Postea arcus stillans dicebatur: nam super eam aqueductus. Martial. 'Capenæ grandi porta qua pluit gutta.' *Lubin.*—*Madidamque Capenam*] Lego: Primum enim aquæ ibidem fuerunt.—*Capenam*] Portam quæ porta Capena vocabatur. *Rutgers.* Nunc Divi Sebastiani dicitur. Ea erat initium viæ Appiæ. *Grang.*—*Substitit ad, &c.*] Stetit expectans rhedam, ubi solent Proconsules jurare, in viâ Appiâ ad portam Capenam, id est, ad Camœnas. *Madidam*, ideo quia supra

eam aquæ ductus est, quem nunc appellant Arcum stillantem. Primum enim aquæ ibidem fuerunt portæ, quæ porta Capena vocabatur. *Vet. Sch.*

12 *Hic ubi, &c.*] *Ægeriam* Nympham intellige, de qua Ovid. *Fast.* 'Ægeria est quæ præbet æquas Dea grata Camœnis, Illa Numæ conjux consiliumque fuit.' Porro Numa Pompilius maxime ille Romanorum Idololatra, nocturnum consuebat, et colloquium se habere simulabat cum Ægeria Nympha, religionis causa, quo armorum et prædæ studio flagrantem populum sedaret. Hic ergo, id est, in hoc loco quo dixi, ubi religiosus ille Numa Pompilius, secundus Romanorum rex, amica suæ Nymphæ Ægeriæ, (cum qua nocturnos congressus se habere simulabat, super religione,) *constituebat* colloquii tempus et locum, supra sacris a se constituendis: vel, uti Farnabius, ubi constitutum Ægeriæ denunciabat. Illud autem factum est in Camœnarum luo, ad portam Capenam. *Idem.*—*Nocturnæ Numa constituebat amicæ*] Legendum puto, *Nocturna Numa condecebat amica*. Id est, ubi cum amica Ægeria simul dormiebat. *Ægerias* autem ab egerendo partu et abortivis faciendis dictas, ajunt Grammatici, non insuaviter. *Dorleans.* Sed sane insuaviter mutatur phrasiologia (meo quidem judicio) quæ est in *Constituerat*; quam nos præponimus: Deinde Ægeriam hanc per Æ distinguimus ab Ægeria Dea, quæ opitulari credita est partui egerendo, et hinc denominata.

13 *Nunc sacri, &c.*] Hujus meminit Livius l. 1. 'Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. Quo quia se persæpe Numa sine arbitris velut ad congressum Deæ inferebat; Camœnia eum lucum sacravit, quod earum sibi consilia cum conjuge sua Ægeria essent.' Plutarchus scribit fontem istum sacris Vestalibus virginibus constitutum. De-

lutra Camœnarum ibi a Numa exœdificata. Interest inter templum et delubrum, quod templa singulorum Deorum, ut Jovis, Martis, Apollinis: Delubra vero sunt multarum ædium sub uno tecto. Arguit autem Romanorum avaritiam, qui loca Musis consecrata et religiosa Judæis locabant. Id est, Hoc tempore religiosa illa sylvæ, in qua *sacer fons* erat et *Delubra* vel templa ibi constructa, *Judæis* locantur, quorum post excidium urbis Hierusalem, tota utensilium collectio et *supellex* erat *cophinus*, i. e. corbs, vas ex virgultis, in quo victum et cibum gerebant, et *fanum* ad jumentum alimentum. *Idem*. Quæ differentia inter Templum, Delubrum, Fanum, Ædes, &c. sit, Vid. Rosin. Antiquit. p. 85.

14 *Judæis*] Vel Christiania, qui edicto Domitiani urbe pulsæ sylvas illas inhabitare cgebantur. Nam Christiani et Judæi apud ethnicos pro iisdem habebantur. Quam miseris modis sanctam gentem prophana afflicta veritatis natio, traditum in iis libris est, quibus Mosaicæ continentur leges. instabant duri operum exactores, in cessantium terga sævitum fustibus est, postremo, cuncti servilibus officiis intenti ætatem agere. Judæis in hujus rei memoriam etiam hodie in cœna Paschali pulsæ quædam comeditur, quam peculiari nomine ad id appropriato appellant. Neque profecto causa est, cur Juvenalis Judæos Romæ semper *cophinum* fœnumque habuisse dicat in *supellectile*. Enimvero *cophinum* fœnumque gestabant, cum, quod fœculis stercora lutumque portaverant in Ægypto, tum quia stipulis fœnoque nisi erant ad fingendos lateres. Intererat eorum per hæc monumenta, cunctos docere mortales, quam aspera olim et fœda pertulissent. *Cunæus*.

15 *Omnis enim*, &c.] Id est, Quilibet minimus locus, in quo ad arborem equus alligari potest, Judæis locatur, et pretium locationis populo Romano

cogitur pendere.—*Mercedem*] Tributum, pensionem: immensam Romanorum avaritiæ crudelitatem perstringit quæ ses etiam ex tanta Judæorum inopia exigeret.—*Pendere*] Vel solvere, nam pensio ære non numerato debitum solvebant antiquitus, quod et nunc alibi in usu est.—*Juss est*] A senatu sordido et avaro, qui etiam a locis sanctis tributum exigit. *Lubin*.

16 *Arbor*] Ad quam jumentum ligari posset: vel sub cujus umbra quiescere liceret. Alii per *arborum*, lucum vel hortum intelligunt. *Mendicat*, id est, turpem stipem a Judæis quasi mendicando efflagitat. Vel pauper sit, propter pauperes incolas Judæos. Potest *sylos* pro Judæis in sylvæ degentibus accipi. Id est, Judæi in sylvæ degentes mendicant ejectis Camœnis, quibus *sacrum* erat nemus cum delubro. Sic Satyra vi. 'Cum dedit ille locum, *cophino* fœnoque relicto Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem.' *Idem*.—*Ejectis mendicat*] Templa Camœnarum Judæis locantur. *Vet. Sch.*

17 *In vallem*, &c.] Id est, ad Aricinum lucum, ubi *Egeria* colebatur. Ego et Umbritius in vallem illam descendimus, ubi erat *fons Egerie* Nymphæ, &c.—*Speluncas*] Antra Deorum intellige, vel locum illum ubi fontes erant. *Lubin*.—*Egeria*] *Egeria* nympha colebatur in Aricino lacu, cum qua Numa et concubium et colloquium se habere simulavit, super cultu religionum; quo armorum et pugne studio flagrantem populum Romanum abstraheret. *Vet. Sch.*

18 *Dissimiles veris*] Id est, dissimiles et longe distantes ab illis naturalibus et priscis a natura excavatis. Quas posterius expolire arte volentes, profanarunt. Indignatur auctor, quod naturales illas speluncas artificioso ornatu adulteraverint et profanarent. Dictitans illas speluncas Divi gratiores fuisse futuras, si nullo artificio adhibito naturales mansissent.

*Præstantius*] Grangæus legit *Præsentius* pro propitiis. Nam cum Dii adsunt, favent.

19 *Numæ aque*] Fontis. Nullus enim fons perennis, sine Numine credebatur Ethnicis: id est, Sanctitas aquæ propter præsentiam Nominis longe esset præstantior.—*Viridi si margine clauderet undas Herba*] Id est, Si artificio naturalis fons et apelunca polluta et profanata non esset, et si herba istic nascent circumdaretur, et circumsepiret aquas fontales, virenti et herbosa extremitate. *Idem*. Ut antiquitus, non autem maro marmoreo, ut tum.

20 *Nec ingenuum*] Id est, Si marmora arte ibi constructa, et polita non violarent, minusque religiosum redderent, *tophum* lapidem scabrum, *ingenuum*, naturalem, et ibi nascentem.—*Violarent*] Corrumperent, minus religiosum redderent. Naturalia enim licet rudia et impolita, diviniora credebant. et vis inferebatur topko, qui removebatur.

21 *Hic tunc, &c.*] Incipit jam Umbritius causas migrationis suæ recensere. Est enim hæc Satyra velut Dialogus, et prima Satyræ verba sunt Juvenalis, Umbritium jam abitum parantem, convenientis, et alloquentis.—*Hic*] In vallem Egeriæ postquam venimus. *Lubin*.—*Artibus honestis*] Belle addit *honestis*, nam ars anceps vox est, tam turpis quam honesta.

22 *Emolumenta*] Nullus fructus, nulla merces, doctis et literarum peritis viris honestas artes exercentibus.

23 *Res hodie, &c.*] Id est, Postquam res opesque meæ quotidie Romæ decrescant.—*Hæc*] Veteres autem multa adverbia teste Donato per *e* et *i* proferebant, dicentes *tempore* et *tempori*, *vespere* et *vesperi*: *hæc*, et *heri*.—*Atque eadem cras*] Est Gradatio.

24 *Deteret exiguis aliquid*] Id est, Meæ res quamvis in exiguis et minutis, aliquid deperdent et amittent

*Delph. et Var. Clas.*

cras, ut paulo post nihil sint: quia quæ deteruntur, paulatim minuantur. Sic Horatius, 'Damnosa quid non imminuit dies?'—*Deteret*] Translatio ducta est a ferro, quod limando deteritur atque extenuatur. *Grang*.—*Illic ire*] Camas scilicet. *Lubin*.

25 *Fatigatus*] Longo volatu, utpote e Creta in Italiam, vel ut alii, in Siciliam: alii primum Sardiniam, deinde Camas. Fatigati autem corpore, fessi animo dicimur. *Servius* *Æneid. vii*.—*Dædalus exiit alas*] Fabula est notissima vel ex illis Virgillii verbis *vi. Æneidos*. 'Dædalus ut fama est,' &c. Emphasin et pondus habet hæc circumlocutio; quasi dicat: si Dædalus volans, et ex alto terras despicens, sibi hunc locum elegit, sine dubio est amoenissimus.—*Exiit*] Deposuit. *Idem*.

26 *Dum nova, &c.*] Hic talis est cohærentia. Nos patria cedamus dum adhuc novam canitiem habemus et per ætatem possumus.—*Novæ canities*] Dum capilli mei, raris et paucis tantum canis insperguntur, id est, dum incipio senex esse.—*Rectæ senectus*] Quæ rectam me patitur incedere, nondum corpus incurvans, quæ incipit anno ætatis *Lxiv*. *Idem*.

27 *Dum superest, &c.*] Dum adhuc portio aliqua vitæ meæ vivenda restat. Sic Horat. 'Dum res et ætas, et sororum fila triumpantur.' Ex figmento Poëtico dicit: qui finxerant Deas fatales Parcas quasi ad colnm sedentes, vitam humanam dispensare. Ut *Clotho colum portat*, *Lachesis trahat*, *Atropos occidit*.—*Lachesis*] Parca, a *λῆξις*, sortior, quasi de nostra vita sortiatur; illa autem filum trahere et torquere fingitur.—*Quod torquet*] Filum vitæ meæ, quod in gyrum nendo circumagat. *Idem*.

28 *Dextram tubente, &c.*] Nullo scipione, cui inrumbam, dextram meam sustentante. *Idem*. 'Senex magnus ille quidem, gravatus annis, totus in baculum pronus, et lassum

*Juv.*

*B F*



prehensum vestigium.' *Apul.*—*Bacillo*] l. e. Scipione.

29 *Cedamus patriā*] Acri bile dictum. Non *patriā* dicit: nam patriam cedit, qui eam infestam et inimicam habet; *patriā*, qui sponte abit et discedit.—*Vivant Arturius illic*, &c.] Delatores pessimi, sordidi homines. Damnat urbem Umbritius, quod ejusmodi Gnathones, sectatores, et assecles, et extremæ sortis nebulones ad summas divitiæ exerit. *Idem.*—*Arturius*, &c.] Ignobiles et sordidi, ac malis artibus viventes homines, qui ex sordidis rebus divites sunt facti. *Vet. Sch.*

30 *Qui nigrum*, &c.] De talibus Ovidius dixit: 'Qui facere assuevit, patriæ non degener artis, Candida de nigris, et de candentibus atra.' Qui virtutem in vitium, et vitium in virtutem vertunt. Sicque Poëta ostendit, tale genus hominum gratius esse. Unde et Terent. in *Phorm.* 'His pretium nunc est, qui recta prava faciant.'—*Nigrum*] Vitia, falsa, mala intellige. Bona enim veteres albo, vel candido lapillo, mala nigro notabant. Persius: 'Illa prius creta, mox hæc carbasse notasti.' Et Horatius de malo: 'Hic niger est, hanc tu Romano caveto.' *Labin.*—*Quis*] Pro quibus: alii Quis.

31 *Idem*] Locum sacrum conducere, et sacris manus admolari; vel intellige ipsos publicanos fuisse, et per *idem*, templorum loca, vel agros intellige, qui magni constabant. *Ædes* in singulari pro templo, in plurali de domo et templo intelligitur. *Servius.*—*Flumina*] Integra, quæ majori postea pretio aliis locantur: aquam venalem, vel e fluminibus vectoris lucrum. *Farnab.*—*Conducere port.*] Id est, portoria redimere, quæ portitori in portu solvantur, pro importatis aut exportatis mercibus. *Brisson.*—*Portus*] In quibus naves vectigalia et pretiam stationis persolvunt. *Grangæus* intelligit portas reparan-

dos, non portoria.

32 *Etruem*] Cloacam, aut lacunæ fossarumve sordes, ad quas siccandas et exhauriendas, ipsi quos volebant tenuissima mercede contentos mittebant; cum magnos ipsi ex hoc assequerentur redditus.—*Portandum*, &c.] Erant enim funeris locatores et conductores. *Bustum* quasi bene ustam, locus in quo mortuus combustus et sepultus est. Ustrinam ergo intelligit, ubi cadavera cremabantur. Quo servi illorum portabant cadavera comburenda. *Labin.*—*Portanda ad busta*] Libitinarios designat. Nam in templo Libitinæ ea vendi solebant, quæ ad sepeliendum mortuum fuissent necessaria. *Brisson.* Servi libitinarios erant pollinctores, qui sepeliebant. *Bustum* nunc dicitur sepulcrum.—*Secundam etruem*] Ut publici fani cloacam. *Vet. Sch.*

33 *Et præbere*, &c.] Varie variis explicantur hæc. Aut quia avidi lucri sunt, ut se venales exhibeant. Sic Plautus *Mostellaria*: 'Ubi isti, qui trium nummorum causa subeant sub hasta.' Aut quia solvendo non sunt, se etiam vendi sub hasta in auctione pati possunt. Sic *Terentius Adv. x. 27.* Aut denique, quibus facile est præbere caput servorum venale sub hasta: vel qui publicis venditionibus præsent, qui facile præfecturam publicæ venditionis possunt acquirere, et caput servi venalis sub hasta domina præbere, venum expositum. Quod ultimum magis probatur: nam superius de hujusmodi officio locutus est.—*Hasta*] Cum publica auctione vendebatur aliquid, hasta figi solebat; quam hic dominam vocat, quod sub hasta quasi arbitrio servi emerentur, et ejus potestati et imperio omnia essent subiecta in venditione. Vide *Brisson. Formular. l. vi.* Hypallage est: quod sub ea hasta in servitutem redigerentur dominis, idcirco dominam eam appellat. *Grang.*—*Dominæ*, &c.]

Qui possunt a fisco vendi, quasi debitores fieri. *Vet. Sch.*

34 *Quendam hi]* Indignatur jam quod Arturius et Catalus et alii olim vilissimi tubicines et cornicines fuerint. Idque non in urbibus, sed in villis extra Romam municipiis, quod illi qui olim in theatro cornicines fuerint viles, jam adeo divites facti sunt, ut in theatro jam munera gladiatoria edant, cedantque quos velint. — *Hi cornicines]* Britannicus legendum esse hic contendit, non *hi*: ut sit, qui hic Romae quondam cornicines fuerant, &c. — *Municipalis arena]* In numeribus gladiatoris per municipia, buccas et buccinas locabant. Vel ut alii: ad contentum dicere, quod in numeribus gladiatoria, municipiorum, non urbis, operam locarent. Turneb. *Advers.* x. 27. Nam in municipiis vel opidis, ut Fundani, Formiani, Camani, Tusculani etiam Theatra erant; notat ergo eos fuisse gladiatores, et venatores vilissimos, qui in municipiis pugnauerant, non in urbe. Ponitur autem *arena* pro loco ipso, et pro certamine. — *Quendam, &c.]* Symphoniaci parasitorum. — *Et municipalis, &c.]* Gladiatorium, aut venatorium, qui in municipiis pugnauerunt, non in urbe. *Vet. Sch.*

35 *Perpetui comites]* In ludis opidanis frequenter et assidui erant. — *Notaeque per opida buccae]* Quia enim tubicines erant, in municipiis vel theatri opidanis canere solebant, habentes buccas, quibus cornua inflabant satis notas: quasi dicat, in opidis urbis notum et illos cornicines fuisse. *Junius* dicit esse homines, amplius per vulgi ora traductos. *Lubin.* — *Buccae]* Neque hoc loco percepti illi comites municipalis arenas scurras esse possunt et buccellarii, quis enim gladiatoribus parasitaretur? neque, ab infandis tibiis, buccae; sed vel *Causidici* municipales et opidani; vel, quod verisimilius est,

praeco: et ideo *notae per opida buccae*, in quibus praeconium faciebant, hoc est urbanis praetoribus ignobiliores, sicut sectatores non urbanae arenae, sed municipalium gladiatorum. Quod autem *Interpp.* ajunt cornicines istos gladiatoribus canere solitos, hoc nusquam lectum est. In theatro quidem, non in arena. Cornicines in ludis scenicis, id est in Theatro: arenae autem comites, id est operam gladiatoribus locantes, buccae, vel vilissimi causidici vel praeco. Conf. hac quae infra ad Sat. xi. va. 34. *Ferr.*

36 *Munera nunc edunt]* Gladiatoria scilicet; et qui erant olim ministri, nunc eorum praefecti; qui operam suam olim locabant canendo in ludis opidanis, illi jam Romae in urbe ipsa munera edunt gladiatoria. Neque enim citra census adeoque personarum rationem datum est jus edendi publice munera. Exstat apud Tacitum *Annal.* iv. 8. C. quo cantum, 'Ne quis gladiatorum munus ederet, cui minor quadriagentorum milium res esset.' Turneb. — *Verso pollice]* Verso enim pollice tollebatur favor, contra cum favebant, pollicem premebant. Horatius: 'Favet utroque tum laudabit pollice ludum.' Ex more hoc dicit, nam populus spectans, pro gladiatoribus victis, vel lisis interdum intercedebant, ne ab adversario occiderentur. Vide *Politian.* *Misc.* cap. 42. Turneb. xi. 6. *Erasm.* *Adag.* 46. *Chil.* 1. *Cent.* 8. 'Premere pollicem etvertere pollicem.' Alii legunt, vulgus *Quem libet occidunt populariter.* Id est, ab his populis occiditur, quos ante populus jubebat et imperabat occidi. — *Vulgi]* Id est, populi spectatoris. *Lubin.* — *Verso pollice]* Mutata fortuna. *Vet. Sch.*

37 *Quemlibet]* Gladiatorem ab adversario victum et superatum. — *Occidit]* Mortis illorum causa sunt, dum munera gladiatoria edunt. Martialis in tales: 'Innocens permittit

sales, cur ludere nobis Non liceat, licuit dum jugulare tibi.'—*Populariter*] More vulgi, passim, leviter. per populum, populo favente; quasi dicat omnibus applaudentibus. Grangæus explicat sic, Ut captant auram popularem et studia vulgi sequuntur.—*Inde reversi, &c.*] A muneribus, et cæde, a ludis scilicet, si modo ludi sunt, ubi multi per ludum contrucidantur. *Lubin.*—*Vulgus Quem, &c.*] Ab his populus occiditur, quos ante populus jubebat, id est, imperabat occidi \* populariter \* amabilem favente populo. *Vet. Sch.*

88 *Inde reversi*] i. e. a ludis gladiatorii et cædibus hominum. Vel, Hisce relictis. — *Conducunt foricas*] Quidam vectigal stercorarium, quidam vinariam, alii domos publice sumpta ad locandum edificatas intelligunt, ego vero latrinas a servis impuris exhauriendas, pro quibus ingens merces ipsis reponebatur, cum publicis spectaculis immensas opes attrivissent. Vel potius consuevit qui inferendus erat in ærarium nomine stercoris et urinæ. *Vid. Lips. de Magnitud. 11. 6.* quod munus viri proceres, ut notat Evagrius, non aliter, quam militarem aliquam præfecturam ambebant.—*Et cur non omnia*] Scilicet hi conducerent? Omnia enim possunt, cum fortuna ipsis faveat. *Lubin.*—*Foricas*] Stercora, hoc est, vectigal. Forire est pro, deonerare ventrem. Forire est \* non foras ejicere. Alii tabernas dicunt foro vicinas: alii vectigal vinarium, quod ex Africa in urbem vehebatur, alii domos publice sumpta edificatas ad locandum, quarum conductores lucra capiebant. *Vet. Sch.*

89 *Quales ex humili*] Quandoquidem sint ex eorum numero, quos fortuna solet per ludum ex humili loco ad altiora provehere. *Lubin.*—*Quales*] Ἀνυδραυχός, Dicere ante debuit, tales, et si tales. *Vet. Sch.*

40 *Extollit Fortunæ*] Id est, evohit,

rarsus dejicit, quos fortuna rotat, versat, agit, iudit.—*Jaceti*] Ridiculum quid, sine ratione agere. *Lubin.*

41 *Quid Romæ factum*] Verba sunt Umbritii, et ostendit se Romæ inutilem esse, cum malas aliorum artes ignoret.—*Mentiri necio*] Ut adulatores et delatores hominum, Catulus et Arturius, qui hoc egregie norant.—*Mentiri*] Id est, Nigrum in candida vertere. *Idem.*

42 *Librum Si malus*] De hac re vide Horatium de arte, et Persium Sat. 1. —*Poscere*] Librum describendum per adulationem: vel poscere aliquid pro adulatione mea, tanquam qui mirabiliter placeat, et quo delecter. Vel poscere nequeo adulatorie librum, quem non probō. *Farnab.*—*Et poscere, &c.*] Maleficus non sum. *Vet. Sch.*

43 *Motus astrorum*] Ut futura prædicem. Non sum astrologus, ex illo pessimo hominum genere, qui Romæ tamen gratia et auctoritate apud omnes valebant.—*Promittere*] Filio illi, qui ante diem patrios inquit in annos; vel etiam creditor. *Farnab.*—*Fumus promittere*] His, qui sub severo patre agentes, de morte ipsius cogitant. *Vet. Sch.*

44 *Ranarum viscera nunquam inspicere*] Alludit ad Haruspicii officium, quod exta et viscera inspiciebat. *Plinius* inquit: 'Ex ranæ rubetæ visceribus; id est, lingua, ossiculo, liene, corde, mira fieri posse constat, sunt enim plurima medicaminibus referta.' Forte intelligit rubetam vel bufonem, indicans se non esse veneficum, nec rubetarum extis uti ad veneficia. *Farn.*—*Ranarum viscera*] Non sum venenosus. *Vet. Sch.*

45 *Ferre ad nuptam*] Id est, Lencinia exercere nequeo, non sum inter nuntius inter adulteram et mæchum, ut meo ministerio talia scelera adjuvem. *Farnab.*—*Quæ mitti*] i. e. mœnora et literas.—*Quæ mendas*] Hoc est, quæ mandata dat: nam amoris nuntiis præter tabellas quas forebant,

plerumque aliquid aut dicere aut facere injungebatur. *Grang.*—*Ferre ad nuptam*] Lenocinium exercere non possum. *Vet. Sch.*

46 *Nervat*] Alii *noviat*: nam ego scire nolo.—*Me nemo ministro*] Id est, non possum assessor esse furis judicis. Id est, meo ductu, auspicio, ministerio, nemo furta perpetrabit. *Farnab.*—*Me nemo, &c.*] Non possum assessor esse furis judicis. bene adlusit de consiliaribus. *Vet. Sch.*

47 *Nulli comes exeo*] Solus Roma exeo, nemo me comitatur, quippe ubi rari boni. Et inde ego solus tanquam mancum et debile membrum ab urbe separor Romana, tanquam a corpore. Comes, iter nobiscum facit, assecla sequitur potentiores. Sodalis, adolescentiæ nomen est. *C. Fronto.*

48 *Maurus*] Dicitur quasi manu carens: per hoc Solus, quasi qui ab omnibus repudier.—*Exstincta dextra*] Tanquam membrum emortuæ dextræ, quæ nulli est usui. Neque ego adeo idoneus et habilis officiis adulatoriis scelestis. Des. *Heraldus comitem* hic intelligit, qui alterius latus tegens, quasi dextra cassus est, cujus ministerio caret. *Farnab.*

49 *Quis nunc, &c.*] Exponit jam sceleratum crimen illorum, qui aliorum scelera explorabant, atque a sceleratis omnia postea postalabant et impetrabant, et ab illis timebantur, ne proderent illos: id est: nemo hodie Romæ diligitur, nisi qui concius est scelerati alicujus facinoris; vel qui novit maximum aliquod scelus domini vel amici sui, a quo magno honore et amore collitur, ne se prodatur. *Idem.*

50 *Et cui Æstuat*] Conjunge hæc Fervens occultis et tacendis. Ita dicit: quasi animus conscientia sceleris, ab altero designati, ferveat; quæ nec tacere facile posset, nec tuto prodere. Translatio est a procellis et fluctibus marinis.—*Æstuat*] Agitur et incalcescit, taceatne au

proferat.

51 *Nil tibi es*] Id est: ille non existimabit, quod tibi aliquid debeat, quod tibi obligatus sit, nihil etiam in te conferet, vel tibi dabit, qui sua honesta secreta tibi revelavit. Contra, qui autem scelera sua tibi aperuit, in omnibus tibi erit obsequens.

53 *Carnus eris, &c.*] Ostendit quod dixit, simili. Id est: e contra vero, qui novit Verrem furem esse, illum Verres in summo pretio, quamvis invitus, habebit; timebit ne ab illo prodatur.

54 *Tanti tibi, &c.*] Est autem egregia admonitio et exhortatio e curiosa illa et scelerata malitia, ne quis hujusmodi aliorum scelera arcana scrutetur. Id est, nullæ divitiæ tanti tibi sint, quamvis amplissimæ, ut propter illas scelus amici occultum, velis perscrutari, somno carere, et animo angere, ne e medio tollaris ab illo, qui te consciunt timet; vel ne aliquando tibi objiciat, quod arcana tibi concredita patefeceris; et abjicienda et detestanda præmia ab amico tuo magno poscere, et illo timeri semper cupias. Sic *Horatius*: 'Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam, Commissumque tegas, vel vino tortus, et ira.' optime *Lysimacho Philippides*, *πλὴν τῶν ἀπορρήτων*, i. e. præterquam vetita, arcana, narratu indigna, supp. scire refert. *Plutarch.* de garrulitate. *Farnab.*—*Opaci Tagi*] Densi et turbulenti propter auríferas arenas. Vel potius umbris arborum obscuri. *Lubia.*

55 *Tagi*] Fluvii in Lusitania, ob arenas auríferas cæteris amnibus prælati.—*Quodque in mare voltiur aurum*] Per Tagum, vel similia flumina aurifera. *Idem.*

56 *Ut somno careas*] Propter secretum commissum, vel propter occupatas divitias; utriusque enim insomniis et inquieta custodia.—*Ponendaque*] Quæ cum mala conscientia non erant sumenda.—*Ponendaque præcui*] Quæ

deponere debeas, id est, abjicere, negligere: vel reddenda, ut quæ mala arte quæsitæ sunt. *Tristis*, quasi moriturus: ut mala conscientia torquearis. *Vet. Sch.*

57 *Magno amico*] Senatore nobili et potente. Ita fit ut scelerati et pravi nunquam animo sint quieto, aut enim alios timent, aut ab aliis timentur.

58 *Quo nunc, &c.*] Alias causas subjungit, quod Græci et Græcorum mores, urbem perdunt, id est, pergam jam ad illos, qui nostris Romanis, magis adhuc quam supradicti scelerum ministri sunt grati, et mihi ingratisissimi, et quos præcipue fugio. *Lubin.*—*Gens*] Pro natione aut genere hominum, alias gens appellatur, quæ confecta est ex pluribus familiis. *Grang.*—*Acceptissima*] i. e. gratissima: aliter est anceps vocabulum; nam et bene et male acceptus dicitur. *Idem.*—Hoc loco nostrates dicerent *Wel-koem*.

59 *Quos fugiam*] i. e. Odi: nam quod odio habemus, fugimus; contra, quod amamus, sequimur. Sic Horat. 'Non sequar aut fugiam quæ diligit ipse vel odit.'—*Properabo, &c.*] I. e. propere, alacriter, e vestigio fatebor.

60 *Nec pudor obstat, &c.*] Ita dicit. nam pendendum erat urbem Romanam Græcam esse factam, ut sequitur. *Idem.*—*Non possum, &c.*] Exclamatio. Porro Quirites. *Vet. Sch.*

61 *Græcam urbem*] Quam Romani, vitis Græcorum, fecerant Græcam. Nam et concumbebant Græce, et dicebant *ῥῆ καὶ ψυχῇ* inter complexus, ut Sat. vi. dicitur. Sic Tertullian. 'Admodum Græci estis.'—*Quamvis quota portio*] Est correctio; quasi dicat: tamen si verum fatear, minima Romæ portio est turpissimæ gentis et sæcis Achææ, vel Græcæ. Quasi dicat: plures aliæ nationes præter Græcam, jam Romam pervenerunt. —*Fæcis Achææ, &c.*] Villissimorum Græcorum. *Grangæus.*—*Quota portio*

Quamvis pauci sunt, tamen Græcam vitis urbem fecerunt. *Vet. Sch.*

62 *Jam pridem*] Non solum inquit Græci in urbem venire, qui divitiis sunt acceptissimi, sed etiam aliæ gentes barbaræ ex Syria in urbem novos gentis suæ mores invexerunt.—*Syrus*] Pro Syrius, more suo quo noster solet.—*Jam pridem in Tiberin*] Id est, jamdudum Syri, qui ad Orontem habitant, Romam ad Tiberim sitam pervenerunt: in Syria autem Orontes fluvius, olim Typhon dictus, et qui Syriam ab Antiochia dividit: sic dictus ab Oronte, qui primus eum ponte junxit. *Lubin.* Grangæus ab Oronte gigante dictum refert, cujus in alveo siccato corpus undecim cubitorum repertum sit.—*Orontes*] Fluvius in Antiochia civitate, per quem Syros significat: ut Virgil. 'Et pontum indignatus Araxes.' *Vet. Sch.*

63 *Et linguam, &c.*] Syriam, adultricem, et acceleratos mores.—*Chordæ obliquæ*] Citharam cui chordæ intenduntur obliquæ, id est, obtortæ; aut obliquæ pro forma citharæ. *Brickn.* Porro Syri nobiles in musicis fuere, ut Syrinx vel Syrioso ab illis derivatum sit. *Lubin.*—*Obliquæ*] Cum obliquorum instrumentorum chordis obliquos etiam mores tibicinis.—*Chordæ Obliquæ*] Rusticos tibicines, qui in obliquum tangent. *Vet. Sch.*

64 *Gentilia tympana*] Quibus domus utuntur, et quæ in Syria inventa sunt: a *τυμπανῖον*, id est, verbero: alii legunt *Tympana*, ut Galli *Tabour* et *Tambour* indifferenter; et derivant a *τύβαν*. Vasa sunt hemisphærica, quæ semper bina feruntur, in quibus ab uno latere pellis extenditur, et virgula percutiuntur: quorum in Cybeles sacris usus. *Lubin.*—*Gentilia*] Nam idem est quod ejusdem gentis: alias gentiles, teste Cicerone in Topiciis, sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo servitutem servivit, et qui capite diminuti non sunt. *Bri-*

*tenuis.*—*Gentilia*] Suæ gentis, orientalia. *Vet. Sch.*

65 *Ad Circum*] Ab iis mos prostituendi meretricibus in Circo maximo Romæ. In quo ædificium *Maenianum* dictum, unde Indi Circenses spectabantur, et in quo ad id accommodato stabant meretrices *Maenianæ* dictæ: de quibus hoc loco.—*Iussas prostare*] *Quæstus* gratia. Prostare autem dicitur mulier, quæ turpitudine corporis quæstum facit: de Scenicis prostibulis intelligit Lipsius, quæ omnium, non solum libidini, sed et licentiæ exponebantur: Grangæus vero de Semitariis intelligit, quia ejusmodi scorta ex Syria erant.—*Et ad Circum*] Et hoc a Græcis translatus dicit. *Vet. Sch.*

66 *Ite, quibus, &c.*] *Ad Circum* ubi prostant. Vos huc vos conferte, quibus grata et accepta est peregrina meretrix, habens mitram pictam, et coloribus variegatam in capite more gentis patriæ suæ. Est autem *mitra* vox barbara et significat capitis ornamentum. *Lubin.*—*Lupa*] Quasi quæ ad rem non minus sit avida, quam lupa ad cibum: lupa, inquit Isidorus, meretrix est a rapacitate dicta, quod ad se rapiat miseros et apprehendat. *Mitra* proprie cingulum significat, a filo quod Græci *μύτρον* dicunt, vel ab Hebræo, vel tegumentum corpori congruum, *Lydis* et *Phrygiis*, imo et *Assyriis* usitatum.—*Picta lupa, &c.*] Meretrices. *Vet. Sch.*

67 *Rusticus ille, &c.*] Indignatur his verbis quod Romani villissimi maneant: contra exteri ad summos honores et opes perveniant. Id est, o Romule, tuus rusticus, qui sub regno tuo pastoritiæ et rusticæ rei operam dabat, vel a te pastore oriundus est, et ab Græcos et exteros collatus, plane rusticus rudis et iners est: ille nihil aliud potest quam mane *τρεχέδαινα* vestimenta indnere, quibus ad amicos ad cœnam rectam, vel sportulam promerendam currat. Nihil in-

quam potest aliud quam clientem, vel in theatro gladiatorem agere, et ferre in collo suo, ceromate perfuso, victoriæ præmia in theatris relata. At contra exteri, qui ex omnibus orbis partibus in urbem penetrant, ad summa rerum fastigia evehuntur. Sportula enim dicebatur *δείνων ἐς ἀγρίδαι*. Currebat enim ad hanc sportulam, ut infra Satyra v. dicitur. Et alibi: 'Cum curat nocte togatus,' &c. Et Poëta de Græcis locutus, Græca affectat verba, a *τρέχω* curro et *δείνων*, cœna. *Lubin.*—*Rusticus ille, &c.*] Interpretes vetus, *Grajas caligulas*, vocat: quæ Græcis *τρεχάδες* appellantur, auctori veteris Glossarii *τρεχάδες* sunt *galliculæ*. Idem *galliculas σαρδάλια* reddit alio loco. sic plane gallicæ et caligæ confunderentur aperte tamen distinguit Tertullianus, et caligam Senatoribus, gallicam, hoc est *σαρδάλιον* Isiacis attribuit. *Salmas.*—*Sumit trechedipna, &c.*] Ego gymnasticas intelligo vestes, quæ a *curru* nomen habent et *cana*, ut perstringat rusticos Romanos acriter, qui tam dediti fuerint Gymnasticis et Græcicis exercitationibus, ut iis prope vitam et spiritum ducere viderentur, ad easque tanquam ad cœnam currebant, qua veste etiam esuritores fortasse Græculi ad cœnam cursitantes uti solebant: quare *trechedipna* hic jocosum vocabulo endromidem appellari reor. De qua Sat. vi. 'Endromidas Tyrias et fœmineum ceroma.' Vestes, quas *litreus* appellant Galli et Itali. Turneb. iii. 17. Rutgers. Var. lect. l. vi. p. 591. Glossæ, *Cupedicinus, τρεχέδαινος*. Joseph. Scaliger Emendat. tempor. lib. v. Martinus Turnebum, quod gymnasticas intelligit vestes, longius a vero abire sentit. Quicquid sit, sensus patet. Sed pro *Trechedipna* sunt qui scribant *Rechedipna*; et quæ Vetus scholiastes *syllateria* scripsit, ut sint *spolia*, a Græco *σπυδα*, spolio, illi scribunt *philacteria* (opinor voluisse *phylacteria*) quasi as-

tor intellexisset chartulas illas, seu amuleta, quæ de collo suspendi solebant.—*Rusticus ille, &c.*] Ecce in quantum Romani rustici didicerunt luxuriam, et palæstris uti, et philacteriis ut athletæ ad vincendum.—*Trechedipna*] Vestimenta parasitica, ut *Caligulas Græcas* currentium ad cœnam. *Vet. Sch.*

68 *Ceromatico*] Villissimum gladiatorum agit, collo ceromate peruncto; quod unguentum erat ex oleo, cera, et terra in speciem luti, quo ungebantur in Palæstra.—*Niceteria*] *Νικητήρια*. Vestes erant peregrinæ, *philacteria* alias dicta, quæ victoribus datæ de collo pendebant. Est autem *νικητήριον*, victoriæ præmiū. *Lubin.* Ut victoriæ insignibus ornati tanto melius ad cœnam admittantur.—*Niceteria*] Vestes peregrinas victis convenientes. vel *Rechedipna* est ipse, qui cœnam facit: ut sit ordo; O Quirine, ille tuus rusticus rechedipna sumit et fert niceteria collo ceromatico: et est sensus: En tibi o Romule, rustici tui, in omnem diffundi luxum jam didicerunt, et palæstris frui et \* philacteriis. Nam et niceteria philacteria sunt, quæ ob victoriam fiebant, et de collo pendentia gestabantur. *Vet. Sch.*

69 *Hic alta, &c.*] Est dissimilitudinis Apodosis. Id est, contra exteri et Græci præsertim ab omnibus Græciæ partibus Romam petunt, et ibi non viles clientes et gladiatores erunt, ut Romani rustici et rudes sunt et manent; sed magnarum domuum inhabitatores erunt, potentes et divites.—*Sicyone*] Insula, teste Plinio, in mari Ægeο contra Epidaurum, alta et emineas. Vel, ut alii, urbs in Peloponneso, vel in Laconia.—*Amydone*] Pæoniæ civitas, quæ Trojanis auxilia misit, teste Homero. *Lubin.*

70 *Andro*] Prima erat Cycladam maris Ægei insula.—*Samo*] In Ionia Chios et Samos est, teste Mela, ubi Juno maxime colebatur. Vel insula

in Icario, quæ Ionisæ adjacet.—*Trechibus*] Opidum olim in Asia celeberrimum, situm in vertice quodam plano, qui promontorium natura munitum habet. Strabo et ut Britannicus vult, opidum Phrygiæ. ut alii, Cariæ.—*Alabandis*] Alabanda Minoris Asiæ urbs in Caria, duobus montibus subiecta, ubi homines molles et psaltriæ multæ. Quia autem Græcos hoc loco exagitat, et de Græca urbe supra dixit, frequenter etiam Græcis vocibus utitur, ut supra vidimus: Ceromatico, niceteria, Geometres, aliptes, &c. *Idem.*

71 *Esquilias*] Esquilinus mons, ubi jam templum Mariæ majoris, et Viti. *Tóπος ἐν Πάρι*; a Rege Tullio, urbi adjectus. Dictæ a regis excubiis, vel quod ab illo excultæ essent. Unde et scribendum *Exquilis*.—*A ciminis*] Teste enim Festo, ibi viminum sylva fuit, hinc collis Viminalis dictus. *Idem.* Ubi et ara jovi Vimineo exstructa.

72 *Viscera, &c.*] Inhabitatores, ita ingerunt se, ac insinuant in maximas familias suis artibus et familiarium secreta condiscent, ut etiam hæredes se futuros sperent. Iis quippe est ingenium velox, &c. *Idem.*—*Viscera*] An quod blanditiis ita chari futuri ut viscera, an quod tanquam viscera omnia absorbeant. *Græg.*—*Dominique futuri*] Tam callidi sunt, ut a divite in amicitiam et familiaritatem recepti, quasi domini omnia in domo moderentur. *Britannic.*

73 *Ingenium velox*] Recenset ingenii præclara dona, et artes quibus ad tantas opes perveniant. Ingenium velox ad omnia discenda, et excogitanda.—*Audacia perditæ*] Qui per summam impudentiam apud quovis se ingerunt, ut qui donum audaciæ et impudentiæ habeant. *Ἀνεργασίαν*, adeo perditæ et desperatæ audaciæ. *Lubin. Salmas.*—*Sermo Promptus*] In promptu, expeditus, paratus, sunt eloquentissimi. *Lubin.*

74 *Isao torrentior*] Isæus Orator

fuit *Athenis* ejus nominis celeberrimus, *Demosthenis* præceptor. Alter eo nomine Romæ eloquentissimus. Vide de hoc *Plinium* in *Epist.* qui eum laudat, quod admirabilis Rhetor fuerit.—*Torrentior*] Concitator, uberior, vehementior: sumtam a torrente, qui magna fertur aquarum ubertate et vi. *Britam*.—*Ede, quid illud, &c.*] Vult hic probare, quam versuti sint Græci ad omnia. Ait ergo: Dic quid censes? scilicet esse Græcum hominem? quasi dicat; tam astutus, tam vafer est, ut nulla sit prorsus ars, quam ipse non profiteatur: *secum enim attulit omnem hominem*, id est, omnia proficitur, quæ homo possit facere et scire: nihil non permittit sibi. Erit enim grammaticus, rhetor, &c. *Britann*.—*Et Isæo, &c.*] *Isæus* Romæ orator omnibus eloquentior. De hoc *Plinius Secundus* ait, 'Magna *Isæum* fama præcesserat; major inventus est.' *Vet. Sch.*

75 *Quævis hominem*] Omniscium, omnes artes professum. *Farnab.*

76 *Grammaticus*] Id est, literatus est, omnes linguas perfecte novit; omnes fabulas Poëticas tenet.—*Rhetor*] Insignis orator.—*Geometres*] Nisi Synæresis aliqua priores duas syllabas pro una scandas, ratio quantitatis non constat, producitur enim *o*, quod in Græco *o* longum. Nisi forte noster etymon et compositionem vocis Græcæ considerans, primam syllabam, quod sit *γη* et *γαία* in Græco longa, eodem modo voluerit producere, et non *Geometres*, sed *Geometra* scripserit. Saltem sic ego putem.—*Pictor*] Artificiosi pictores Romæ forme exteri fuisse.—*Aliptes*] Ab *'Αλῆψ*. Unctor: qui in Gymnasio palæstritas ungebat. *Idem*.

77 *Augur*] Qui ex garritu et avium volatu futura prædicat.—*Scharnabates*] Funambulus, a *σχοῖνος*, et *βαίω*. Terrent. 'Et populus in funambulo animum occupat.'—*Magus*] Vel sapiens ut olim; vel potius incantator et veneficus. *Idem*. *Mysteriorum*

gnarus *Farnab.* Lingua Persarum Magus est, qui nostra Romanorum erat Sacerdos, qui rite scit et callet leges cerimoniarum, fas sacrorum, jus religionum. *Britannic*.—*Scharnabates*] Funambulus, *Aliptes*, unctor. *Vet. Sch.*

78 *Esuriens*] Paupertas enim et fames omnes artes excitat. Pers. 'Magister artis ingenique largitor Venter.'—*In carum, &c.*] Respondet illi superiori: omnia novit. Cogente enim fame seu paupertate, quæ excitat artes; si jusseris, volabit alter *Dædalus*. *Farnabius*. Quamvis Satyricus hic non loquatur nisi de *Dædalo*, nil impedit tamen quin ludat in ambiguo, et non tam illum cogitet et tangat, quam quidem alterum illum Græculum, qui tempore *Neronis* priorem *Dædalum* volando imitari volens, *Icarum* potius imitatus est: *Simonem* Magum puto. *Græg.*

79 *Ad summam*] Id est, denique ne longius evager.—*Non Maurus*] Dicit, *Dædalum* illum volantem non *Maurum* aut *Thraciam* ortum fuisse, sed Græcum, et quidem Atheniensem. Quorum Græcorum ingeniositatem, artes, et solertiam alii populi imitari nequeant, ne nunc quidem. *Lubin*.—*Ad summam*] Ad postremum: ut *Virgilius*: 'Hæc summa est.' Ad ultimum omnem vitam dicam. *Vet. Sch.*

80 *Qui cum sit pennas*] Qui pennas sibi et alas aptavit et applicavit, ut volaret.

81 *Horum ego non fugiam conchyliis*] Inter alias causas sui ab urbe discessus, unam hanc præcipuam esse ostendit, quod nequit ferre Græculos, qui nuper ex Græcia advecti, ita suis artibus locupletati sunt, ut nunc inter primores urbis habeantur. Nam purpurati incedunt; priores etiam testamenta signant, honoratiore loco discumbunt. *Britann*. *Turneb.* ix. 5.—*Conchyliis*] Id est, vestes conchyliatas, et purpureas, quibus induti in publicum procedunt, tanquam nobiles Rom. Nam *conchylium* piscis est ex



genere concharum, sicut purpura et murex; ex iis autem piscibus eliciebatur liquor ille tam pretiosus, ad tingendas vestes. *Idem.*—*Conchyliis*] Vestem fucatam, et togæ erubescendæ fucatos habitus: et Romæ togæ \* erubescendus in capitium purpuram quasi conchyliis signant. *Vet. Sch.*

82 *Me prior ille signabit*] Indignatur pessimos adulatores, viris bonis præferri, id est, ubi ad testamentum obsignandum, vel alias tabulas vocati fuerimus, ille tanquam me honoratior, prior signabit, et ego tanquam posterior.—*Fultusque toro meliore*] Id est, in conviviis tanquam dignior mihi præfertur, et honoratiori loco, in supremo culcitra triclinaris loco, recumbet? *Lubius.*—*Signabit*] Legunt quidam *Canabit.*—*Fultus*] i. e. sustentatus pulvino, quod apponebatur dorso ipsius.—*Toro meliore*] i. e. Aureis ditioribus strato et pluma delictiore farto, ut et qui est in loco magis honorato: locus autem melior et honestior erat medius.

83 *Adventus Roman*] Id est, qui venalis olim ex Syria Romam advectus est, una cum mercibus venalibus, oneraria nave et plena vilis mercis. Id est, qui oriundus est ex ista regione, ex qua ad nos advehuntur pruna.—*Quo pruna, et coctona*] Id est, una cum mercibus Syriæ Romam servi venales advecti. Erant autem coctona Syro nomine, parvæ Syriæ ficus peculiare, et varie apud autores scribitur, alii legunt *cottana*. Junius dicit hoc esse proverbium probrosum in advenas.—*Pruna*] Quæ ex Damasco urbe Syriæ, primum Romam navibus deportantur. *Idem.*

84 *Usque adeo nihil est*] *Ἐως ὅπου οὐκ.* Nihil ergo nos juvat, nihilne est prærogativæ, quod Romæ nati et nutriti fuimus? ærem Romanum haurimus? *Farnab.*—*Usque adeo*] An in tantum?

85 *Aventini*] Romani. Partem ponit pro toto. Aventinus enim unus est ex septem urbis Romæ montibus:

dictus secundum Varronem, aut ab aivibus, quod eo se a Tiberi ferrent; aut a rege Aventino, qui ibi sepultus fuit: aut ab adventu hominum seu advectu. Nam olim paludibus mons hic a reliquis discensus fuit. *Britann.*—*Bacca Sabina*] Oliva id est fructibus et cibus Italicis, ut sit species pro genere, et opponitur prunis et coctonis Syris. Sabini enim et Romani, commune habuere imperium. *Britan. Farnabius.* Et dicti Romani Quirites a Caribus, Sabinorum opido.

86 *Quid, quod adulandi*] Tangit jam Græcorum fœdam, et homine indignam adulationem: quasi dicat, non solum sunt Grammatici, Rhetores, Geometra, verum etiam adulatores longe peritissimi. *Lubius.* et adulatoriæ artis magisteria.—*Quid, quod, &c.*] Subaudi *dices*, si aliud de Græcis gravius addidero, quod scilicet. &c.

87 *Laudat sermonem indocti*] Hoc vere est nigrum in candida vertere, ut supra dictum est. Et quod se non posse dixit Umbritius, cum inquit: 'Mentiri nescio.' *Idem.*

88 *Et longum invalidi collum*] Pectorosa repandæ cervicis ostentatio. Id est, aliquem amicum qui collum oblongum et invalidum habet, vel qui imbellis est et invalidus, illum comparat cum Hercule robustissimo, qui Antæum terræ filium superabat. *Turneb. ix. 23.*—*Longum collum*] Prolixi colli, plerumque sunt imbecilliores. *Lubius.* Infirmitatis signum collum longum esse Galli testantur, qui si quem talem viderint, continuo vocant *ce grand col allongé*, et nostraten *ce lang-kals.*—*Cervicibus aequat Herculis*] Dicit imbecillum fortissimo Herculi similem.

89 *Antæum*] De pugna inter Antæum terræ filium, et Herculem secundum laborem consummantem, vide *Lucanum l. 4.* Dicit autem *procul è tellure tenentis*: Nam Antæus, quia terræ filius erat, in lucta illa cum Hercule, quoties terram matrem pede

percutiebat, vires et robur quintuplex recipiebat; quod sentiens Hercules, adeo procul à terra cum elevat, ut terram amplius pede attingere non potuerit, unde Antæus superatur præfucatus. *Lubin.*

90 *Affiratur vocem angustam*] Id est, cum admiratione laudat, vocem stridulam, rancam, exilem, mollem, minusque virilem, et qualem vocem gallus maritus gallinæ habet, dum gallinam mordet ascendens. Ea vox maxime ab Oratoribus damnatur. Vide Fabium l. II. *Idem.* Vox autem ultra vires urgenda non est; nam et suffocatur sæpe, et majore nixu minus clara est, et interim elisa in malum sonum erumpit, cui Græci nomen ab immaturo Gallorum cantu indiderunt: forte *σφύγξ*. Claverius legit *illa sonat, cum mordetur gallina marito*: Nec hæc lectio inconcinna, imo et sensus non absonus: de quo docti judicent. — *Marito*] Gallo, qua ratione vox sæpius transfertur ad pecudes. — *Miratur*] Plus est, quam quum dicimus laudat. — *Vocem angustam*] Gracilem. *Vet. Sch.*

92 *Hæc eadem*] Id est, nos Romani possumus eadem facere et laudare; sed non eodem eventu. Nam illis creditur, non nobis. 'Duo cum faciunt idem, non est idem.' *Lubin.* — *Sed illis*] Græcis. A quibusdam rogatus, ut cantaret super cœnam: 'Solos scire audire Græcos solosque se et suis studiis dignos,' respondit Nero, apud Sueton. c. 21.

93 *An melior*] Landat illos jam Ironice ob histrionicam; quod non solum egregii adulescentes sint, sed histriones quoque. Id est, An melior histrio unquam invenitur, quam Græculus est, cum in Fabula personam meritricis Thaidis sustinet; vel cum in Comœdia honestam matronam agit, et repræsentat; vel cum imitatur Dorida Nympham nudam et marinam, nullo palliolo cultam et vestitam, nam Deæ marinæ nudæ fingeantur. Indicat

Græculum histrionem cuiuslibet personæ in Scena agendæ et repræsentandæ aptum esse. Vide Brodæum VIII. 6. *Lubin.*

94 *Comædus*] Actor Comœdiarum, Histrio: Comicus, qui scribit. — *Doride*] Nympham, Oceani et Tethyos filiam nudam, uxorem Nerei: ex quo peperit Thetidem minorem, Achillis matrem. *Idem.* — *Agit*] Agi propriè dicuntur fabulæ, quod cum in scenis repræsentantur, cum gestu vultus et agitata corporis pronunciantur.

95 *Mulier ipsa*] Quasi dicas, jures ipsam non personatam esse, sed ipsam mulierem loqui. — *Non persona*] Vir personatus; est enim persona oristegmen, quo Comœdii utebantur et etiam Tragœdi, dicta a personando.

96 *Vacua, et plana omnia dicas*] Id est, cum audias illam mulieris personam agere, tanta id solertia facit, ut existimare possis non virum agere, sed mulierem, et infra ventriculum, non inæqualitatem aliquam esse ut in viris, sed vacua et plana omnia, quæ tenui tantum rima seu fissura, distant. Glossæ veteres: rima, *γυναικεία φθέρη*. Intelligit naturam muliebrem. Id est, Omnino illum mulierem esse jures; tam dextre agit. *Idem.* — *Infra ventriculum*] Sine pene, id est, inguine fœmineo. — *Et tenui distantia rima*] Naturam muliebrem significat. *Vet. Sch.*

98 *Nec tamen*] Alii mimi Romani, quamvis optimi sint; illis ubi Græci sunt, in nullo pretio habentur. Porro Antiochus, Demetrius, Stratocles, illo tempore nobilissimi mimi, comœdi erant: teste Quintil. l. II. *Lubin.* — *Antiochus aut Stratocles*] Illius temporis comœdi. *Vet. Sch.*

99 *Cum molli Hæmo*] Hæmus nobilissimus et ipse Histrio; qui *molli* appellatur, quod molli, fracta, et effeminata voce, mulierum personas cum maximo decore agere potuerit. De quo Sat. 7. 'Dicas hæc mollius Hæmo.' *Lubin.*

100 *Natio comæda*] Agendis Comœ-

diis naturaliter apta. Natio Græca plane est mimica, comica. Damnat autem his, illorum adulationes, in quibus histronica et mimica multum vallet. Natio pro genere et secta sumitur.—*Rides? majore*] *Ἐγέλας; ἔγδ δ' ἐξέστησκον γέλωτι.* Juxta illud Terentianum: 'Negat quis, nego; ait, ajo.' 'Magnas vero gratias agere mihi?' Resp. Gnatho: 'Ingentes.' *Idem.* Cachinnus est cum voce, risus effusior.

101 *Flet, si lacrymas*] Id est; Quamvis non doleat, tamen flere potest, cum patroni sui lacrymas aspexit: sunt enim omnia in eo ficta; ut mulieres, quæ, 'Ut flerent oculos erudiere snos.' *Idem.*

102 *Igniculum*] Ad arcendum frigus. *Idem.*

103 *Accipit Endromidem*] Id est, Vestem villosam et crassam, quasi et ipse valde algeat. Ea hyeme in Gymnasiis utebantur post ludorum exercitationem, ne lutores calefacti refrigerarent.—*Æstu*] Id est, Æstu et ardore Solis incalesco. *Idem.*—*Endromidem*] Lodicem, qua se cooperiat. *Vet. Sch.*

104 *Non sumus ergo pares*] Græco huic. Nos Romani cum Græculis, qui omni loco et tempore adulatorie possunt, pro voluntate Thrasonum suorum alios atque alios vultus inducere. *Labis.*—*Melior, &c.*] Præfertur ille, qui temporis potest servire, et se se aliis accommodare.

106 *A facie, &c.*] Quod adulatorem admirantur, solent facere.—*A facie jactare*] Qui a facie jactat manus, is utique manu faciem prius tangit, quam eam jactet, hoc est, manum ad os refert, deinde eam jactat et porrigit, postquam eam osculatus est: et sic quodammodo osculum ipsum jactare ac porrigere creditur. *Manu cenerari et salutare* hoc dicebant. *Salmas.* Et vide Turneb. Advers. 1. 16.

107 *Si bene ructavit*] Quod incivile habetur, adulator vero ructanti gratulatur, et ructum laudat, tanquam

sanctitatis signum, ut nos de sternationibus. Nisi forte hic de posteriore ructu loquantur, nempe de crepitu. Dicimus autem *ructo*, ut hoc loco, et ructor.—*Si rectum minxit*] Veluti cum admiratione, *blesse him selfe.* Parrhasius Epist. 36. legit, *Si lectum minxit*: id est, culcitram triclinarem. Sic Horat. l. i. serm. 3. 'Commixxit lectumpotus.' *Farnab.* *Rectum* pro recte.

108 *Si trulla, &c.*] Missis interpretum insomniis, hæc ita intellige; si trullam vini ebibit, ita ut fundum inverterit, et epoto toto vino, labris sugens, crepuerit, et strepitum dederit. Quod fit, cum quis in fundo spumam reliquam haurire cupit, tunc talis strepitus excitatur. Turneb. x. 27. Advers. Martialis. l. 9. Horat. l. ii. Sat. 3. qua abutuntur nonnunquam, ad onus ventris excipiendum, ut Bassus apud Martialis. Vide Varr. l. i. L. L. —*Si trulla inverso, &c.*] De eo, qui postquam vini calicem hausit, id quod remansit ita elidit in pavimentum, ut resonaret. Quod insolentissimi et petulantis animi est: ita ut ludus inde convivalis foret, quem *cottabisin* appellarunt, cum residuum potum in æneas phialas jactarent; qui si sonantior creparet, se ab amica redamari et mutuo affectu teneri putabant. *Alex. ab Alex.* Trulla diminutivum est a Trua, vasis genus. Est alias etiam Trulla instrumentum parietariorum. Britannicus putat verba Autoris sic intelligenda, quod adulator paratus sit laudare *sive recte mingat sive pedat*; metaphoricæ, si *trulla aurea*, i. e. venter divitum dedit crepitum, hoc est pepedit: Alii interpretantur, quum crepitus sit sordibus alvi decidentibus in trullam, qua exciperentur inverso fundo.—*Si trulle*] Si pepederit. alii sic intelligunt, si calix aureus crepitum dederit, cadens o manu divitis. *Vet. Sch.*

109 *Præterea*] De adulatione Græculorum sæda hætenus: jam in illorum sædam libidinem invenitur;

quod Romæ nulla honesta matrona vel virgo, &c., sancta, casta, et inviolata maneat, et tuta sit a Græcorum sanguine, pene, et membro virili, id est, libidine. *Lubius*.

110 *Non matrona Laris*] Id est, honesta materfamilias, et domus, ne tuta quidem ab illis.—*Nec ipse sponsus*] Cui virgo desponsata est.—*Laris*] Id est, glaber et imberbis, talem enim ætatem in deliciis habebant scarabæi illi. Quia a *laeis*, ergo scribatur *laeis*.

111 *Ante pudicus*] Id est, antequam vel priusquam hæc pestis a Græcia, in domum penetrasset. *Idem*.

112 *Horum si, &c.*] Quod polluat scilicet, non matrona, virgo, sponsus, filius.—*Respiciat, &c.*] Invertit, curiose scrutatur, id est, universam domum et aulam amici patroni sui respiciat, et inquirendo singula invertit, et pervertit. Quod si aulam pro olla dictum interpretemur: ita ut sensus sit illam pecunia plenam et defossam evacuat et evertit: ut quemadmodum libidinosam, sic etiam furacem gentem esse dicat. *Britan.*—*Aulam*] *Grang.* legit *Aviam*, et *respiciat* pro obscæno verbo sumit: dicens eos et sensum et omnia evertere qui legunt *Aulam*, et interpretantur, domum evertit. Recte *Grangæus* cum veteri scholiaste legit *aviam*: idque ostendit *respiciat*, quod ineptissime de aula dicitur: et ipse sensus: Cum neminem alium inveniat, quem subagitet, ipsas avias sen vetulas comprimit. *Græv.*—*Aviam respiciat amici*] Si nullus horum sit, qui possit corrumpi: si fuerit anus, ad ipsam se convertit. *Vet. Sch.*

113 *Scire volunt, &c.*] Quidam hunc versum collocari volunt post versum 116. De hoc scelere supra dictum est, ad illa verba: 'Quis nunc diligitur nisi conscius,' &c.—*Atque inde timeri*] Primum enim non cessant, donec moriant. Ubi moriant, ibi si a divitibus non adeo laute excipiantur, ut

prius, minantur se ea revelaturos, inde illi a divitibus timentur. *Lubius*.

114 *Et quoniam, &c.*] Id est, quatenus Græcorum mentio facta est, age missam faciamus turbam, et vulgus Græcorum: transeamus autem et migremus ad Gymnasia Philosophorum, ad Stoicos Philosophos, sanctioris, opinione vulgi, familiæ et sectæ. *Id.*

115 *Transi Gymnasia*] Notanda locutio. Id est, migra ad Gymnasia literaria, indocta plebe relicta. Britannicus vult, poetam per transitum damnare exercitationes gymnicas, quarum usus a Græcis in Urbem inventus, juventutem emervavit: quasi dicat, volo gymnasia i. e. certamina gymnica prætereamus, uti leviora et tolerabiliora, præ aliis, quæ ab his sunt, et quæ jam audies.—*Audi facinus, &c.*] Id est audi scelus aliquod Sancti, philosophi Stoici. Vel facinus a philosopho et quidem sanctiorem vitam professore patratum, qui nempe Abollam gestabat.—*Abolla*] Abolla fuit vestis qua et Philosophi et Milites uterentur: Dicitur autem *majoris*, ut sic designetur philosophica vestis seu pallium, tanquam majoris et gravioris autoritatis; ut sit, Audi quæ fecerit Græcas philosophus, vir magnæ autoritatis. Nil aliud quam pallium denotat; sed attrictiori notione pallium Philosophorum Stoicorum et Cynicorum: ut *facinus majoris abollæ* sit Philosophi Stoici, Egnatii scilicet, qui Soranum discipulum delatione perculerat. *Ferrarius*.—*Facinus majoris abollæ*] Proverbium, quasi majoris togæ, id est, sceleris potioris. Vel per ironiam dixit, quasi sanctioris Philosophi. Abolla, species est majoris vestis, quasi pallii majoris. *Vet. Sch.*

116 *Stoicus occidit*] Attende invidiosam et atrocem accusationem. Egnatius Stoicus delator falso testimonio circumvenit Baream Soranum amicum suum et discipulum sub Nerone et ipsi causa mortis extitit. Tac. 16. *Annal.* de eodem Sat. 1.

‘Magni delator amici.’ Vide de ea Tacit. in Nerone. Junius ex Ms. Heliodorum notat Stoicum. *Lubin.*

117 *Ripa nutritus, &c.*] A patria crimen exaggerat. Fuit enim Tarsensis; Tarsos appellata autem est a casu Bellerophontis, quod Pegasus equus Bellerophontis in eo *rapido* fregerit, id est, plantam vel alam. Est autem Tarsos Civitas Ciliciæ, Divi etiam Pauli patria, quam præterfuit amnis Cidnus. *Idem.* Et erat celebre in illa urbe gymnasium literarum.—*Ripa nutritus, &c.*] Natus apud Thebas in Bœotia ad Heliconem montem, ubi equus Pegasus, Neptuni et Medusæ Gorgonis filius: ut alii vero tradunt ex Medusæ sanguine et cervice a Perseo resecta procreatus, ad Heliconem montem devolavit, ubi ungula saxum feriens aperoit fontem, qui Caballinus Latine, Græcè vero Hippocrene est dictus. *Britan.* Corinthumne intelligit ubi Pegasus pro insigni, et obi primum a Bellerophonte prehensus fuit? *Grang.* Cui ad stipulatur Casaub.—*Ripa nutritus in illa*] Apud Tarsos civitatem Ciliciæ, quam præterfuit amnis Cidnus: cæjus urbis conditor Perseus, qui nomen civitati ex facto dedit, quia ibi una ex talaribus pinnis equi excidit. *Vet. Sch.*

118 *Pinna caballi*] Id est, Pegasi equi alati: hic autem est, quem Bellerophon deprehendit potantem ad Pirenem fontem in Acrocorintho, et quo usus est ad interficiendam Chimæram in Lycia. *Strab. Grang.*—*Pinna*] Promiscue scribitur subinde *Pinna* et *Penna*; quia pinna a penna: sed pennæ nomen generale est ad plumas et pinnas. Plumæ enim molliores et exiguæ pennæ sunt, pinnae autem duriores.

119 *Non est, &c.*] Ulterius conqueritur, nullum questum Romæ esse bonis et honestis viris, ex quo tempore Græculi recepti sint. *Jac. Loënius Epiphil. II. c. 14. Lubin.*

120 *Protophones*] Non hic pictor ille

nobilissimus, aut alii notantur; sed sunt ambitiosa et invidiosa nomina summorum adulatorum et delatorum, qui malis suis artibus apud Imperatorem in summo honore erant. *Valet* enim *Protophones* idem quod primi generis, *Diphilus* idem quod Jovis, et principis amicus, *Erimanthus* Mathematicus, quasi contentionis vates, qui suis divinationibus lites disseminat: Græcullis, Græca etiam nomina imponit. *Stephen.*

121 *Qui gentis, &c.*] Id est, qui more et vitio gentis, id est, Græcorum, amicum non cum aliis partitur et dividit; sed vult esse *μωροφύλης*.—*Gentis vitio*] Quasi peculiare Græcorum vitium sit, nullum consortem admittere. *Idem.*—*Qui gentis vitio*] Græci enim soli volunt majoribus amici esse, hoc est, *μωροφύλοι*. *Vet. Sch.*

122 *Nam, cum, &c.*] Id est, cum Græculus infudit in aurem Domini patroni vel principis sui. *Facilem* ad audiendum et credendum, modicum tantum aliquid de veneno naturæ suæ, adulatorium scilicet quid, et calumnias plenum.—*Facilem stillavit*] Mirum enim quam nobiles illi, et divites sint *πολύφλοι*, et quam novitatis capidi et avidi. *Stillavit*, susurrando immisit. *Stephen.* Metaphora a liquidis rebus unde et haurire auribus et bibere dicimur. *Grang.*

123 *De natura, &c.*] Id est, cum divitem quasi ad suam propriam naturam efformavit, ipsique suos mores instillavit. *Lubin.*

124 *Limes summeor*] A familiaritate et amicitia divitis rejicior. Ego vetus cliens (novo cliente Græculo recepto) domo divitis mei patroni ejicior.—*Perierunt, &c.*] Id est, quidquid officii tot annis præstiti patrono meo, id oblivioni traditur, pro vili et nihilo habetur. *Idem.* Quamquam instar servi in obsequiis et negotiis fui divitis. Mera phrasis Gallica est pour un petit desplaisir cent ans de services perdus.

125 *Nunquam*] Quam Romæ.—*Miser est*] Id est, minoris momenti esse putatur. Id est, nullo loco minus reputatur, damnum et jactura clientis antiqui et pauperis, quam Romæ. *Id.*

126 *Quod porro, &c.*] Conqueritur id, quod itidem in prima Satyra fecit, pauperum nullum Romæ fructum, vel emolumentum esse, cum sportula et alia a divitibus ipsis præripiantur. Sensus hic est, porro ut veritatem dicam, ne videar rationes nostras nimium tueri quodnam officium nos miseris clientes, Romæ habemus, et quodnam meritum, quam mercedem inde habemus? id tamen nobis relictum est negotii, ut divitibus officio salutandi occupatis simus comites, nec hoc sine multo labore.—*Blandiar*] Blanditias faciam dicendo, nos officia demereri; et inde emolumentum aliquid habere. Galli dicant, *A fin que se ne me flatis point.* *Idem.*

127 *Si caret nocte, &c.*] His verbis probat pauperes nullum emolumentum Romæ habere: id est, anne possunt aliquam mercedem consequi; si vel maxime togam et *rexidua* induere, et ad patronum salutandum summo mane vel a media nocte currere carent et studeant; cum prætores, per lictores et ministros suos, sportulam nobis et sibi invicem præripiant. Porro toga viliorum erat clientum, quam summo mane patronos ob sportulam salutari indeebant, vel in media nocte etiam, ne ab aliis prævenirentur. Mart. l. x. ad Gal. 'Mane vel a media nocte togatus ero.' *Idem.*

128 *Cum prætor*] Habebat prætor lictores 6. Consel. 12. Vid Lips. Et ipso magistratus non pudebat, ut hereditates captarent, salutare potissimum viduas et orbos divites.—*Et ire, &c.*] Hinc vestes illæ *rexidua* dicuntur: nam Romanorum cura integra, currere ad domos beatorum.—*Impellat*] i. e. Verbis urgeat.—*Præcipitem*] Prono capite, quasi præimite capite, i. e. proclivi animo et corpore,

festinantem.

129 *Dudum, &c.*] Viris et mulieribus, liberis orbatia. His enim non ob sportulam solum salutando blandiebantur, verum etiam propter testamenti partem. *Idem.*—*Vigilantibus*] Jam luce appropinquante: vel propter curas et sollicitudines, socias orbitatis, inquietis: vel ad excipiendos salutatores adornatis. Nota Syntaxin *ire, &c.* i. e. ire, cum jam vigilant et expectatæ sint.—*Dudum vigilantibus orbis*] Uti sibi Prætor tutorem det, qui eos contemnens festinat. *Vet. Sch.*

130 *Nec prior, &c.*] Alii ne prior.—*Albinam et Modiam*] Matronas divites et orbas. Addebatur enim in salutationibus nomen; ibant et domos eorum, quos salutabant; dæ primæ horum diei illiusmodi salutationibus impendebantur. *Græg.*—*Collega*] Eiusdem sportulæ competitor, ad idem munus missus. Porro qui inter salutantes primi fuerant, habebantur magis intimi. *Lubin.*

131 *Divitis hic servi*] Inter cætera propter quæ Umbricius Roma abscedere decreverat, præcipuum illud fuisse dicit, quod nullus Romæ pauperi locus esset, nulla laborum merces; quod sportula unicam paupertatis subsidium a Proceribus et Magistratibus pauperi præriperetur. Hic indignatur, nullum pauperis meritum esse, si nocte togatus curreret ad *ere* illud matutinum portandum, cum prætor lictorem impellat, et ire præcipitem jubeat, *dudum vigilantibus orbis*; hinc fieri ut ad captandam sportulam ingenuus pauper cogatur divites liberos sectari, deducere, et eorum latus tegere, sive exterior ire. *Ferrarius.*—*Cladis latus*] Aut in medium servum mittit, aut in sinistra ambulat. *Vet. Sch.*

132 *Alter enim*] Ad augendam indignationem ait, servum divitem donare nobilissimis matronis quantum in legione Tribuni merebat, ut semel atque iterum cum illis caput limaret. Sed ingenuum propter paupertatem,

cum illi villissimi scorti facies placuisset, cunctari illud, in fornice sedens, attingere, quod nummis destitueretur. *Ferrar.*—*Alter enim, &c.*] Rationem subjungit, quare ingenni claudant divitum servorem latus, quod videlicet hi servi multa possideant, quæ nobilioribus meretricibus impertiantur: ingenuos autem vix febriculosa scorta aggredi audere.—*Quantum in legione, &c.*] Antiqui cum maximum pretium volebant significare, salaria sive stipendia Tribunorum militiæ in medium adducere solebant. *Grang.* De stipendiis militum et Tribunorum vide Lips. i. 11.

133 *Calvinæ vel Catinæ*] Nobilissimis et famosissimis illo tempore meretricibus. Calvinæ meminit Sueton. in Vespasian. Errat ergo Vet. Scholiast. qui eam occidisse se Claudii temporibus dicit, quum ad Vespasianum tempora vixerit. Junia Calvinæ, non, ut in libris Julia, appellatur. *Grang.*—*Donat Calvinæ*] Prætoris cujusdam soror, quæ se occidit, tanquam infamis in fratrem, temporibus Claudii. *Vet. Sch.*

134 *Palpitet*] Obscenum hoc est, quod Satyra secunda dicit, 'Cevere et clunem agitare.' *Lubin.*

135 *Vestiti*] Grangæus non dubitat explicare, plus solito, et non suis, sed alienis vestimentis ornati. Et addit Britannicus, Ut sic ostendat Poëta, vix licere pauperi conducere turpem meretricem.—*Vestiti*] Id est togati; nam proprie vestis pro toga accipitur. Meretrices autem togatas fuisse quis jam ignorat? *Ferrarius.*

136 *Sella*] In sella altiori sedebant meretrices, ut accedentes scortatores venalem mercem attentius considerarent. 'Prosedas, servilicolas, sordidas, Quæ tibi olent stabulum, statum, sellam et sessibulum merum?' *Plautus* in *Pœnul.* Tale scortum non audebat pauper ex alta sella deducere, quod paucis obolis careret. Nentique igitur legendum hic *cella*,

cum collæ sunt lepanaria. Quænam autem foret ista alta sella, ex qua pauper dubitat scortum diabolare deducere?—*Deducere sella*] *Vet. Schol.* in interpretatione ad hunc locum habet adulteri. Legendum adulteria. *Ferrarius.*—*Deducere sella*] Inde sellariorum dicuntur: unam meretricum a sella sua abducere conductam cunctorum cum illi adulteri emant. *Vet. Sch.*

137 *Da testem, &c.*] Conqueritur, Romæ pauperes, et tenuioris fortunæ homines, licet sint optimi, vitæ integri, et nullo crimine deformati, in nullo omnino pretio et honore esse, nullam virtutem, sed solas divitias Romæ spectari, quod viris bonis, si pauperes sint, nulla fides adhibeatur, licet Scipioni Nasicæ, Numæ vel Metello, optimis et sanctissimis viris amiles sint. Produc Romæ testem vel sanctissimum et integerrimum, &c. nulla ipsi fides adhibetur, nisi sit dives. *Ferrar.*—*Quam fuit hospes*] Scipio Nasica, quem propter probitatem vitæ Senatus elegit, ut simulacrum matris Deum de Phrygia allatum, domi suæ haberet, dum ei templum fieret. Hic est Scipio, qui oppressit Tiberium Gracchum, leges Agrarias ferro canentem. *Vet. Sch.*

138 *Hospes numinis, &c.*] Vide notas Veteris Scholiast. *Lubinus.*—*Numinis Idæi*] Cybeles, Deæ Phrygiæ ex Ida Romanæ advectæ, quæ a Virg. *Idæa* parens dicitur. Græci ministros ejus nuncupant uno vocabulo *Cuætes*, eosdem et *Corybantes* vocant. Vide *Strab.* *Idem.*—*Numa*] Rex Romanus secundus, sanctissimus et justissimus vir. *Farnab.*—*Vel qui, &c.*] Vide Scholiasten.

139 *Trepidam Minervam*] Miseram Deam, quæ incendium trepidaret. *Idem.* *Jac. Nicol. Loënsis* ix. 2. *Miscell.* *Epiphyl.* legit, *servavit tepidam flagr.* quasi jam tactam ab igne. Sed *trepidam corruptæ tepor* quiddam sapit. *Farnab.*—*Vel qui servavit*] *L. Metellam* dicit pontificem maximum, qui

ardante templo Vestæ, Palladium ex mediis ignibus rapuit, ibique cæcatus est. Iste cum per Latinam viam proficisceretur, augurio corvi in oculos suos involantis, revocatus est: et, Palladium cum ex incendio rapuisset, passus est cæcitatem. *Vet. Sch.*

140 *Protinus ad, &c.*] Hæc intellige de examine testium, deque interrogatoriis. Si quis testis adhibeatur, nisi dives sit, non admittitur, et quam dives sit, omnes querunt, nemo quam bonus.—*De moribus*] Cohære quam Cic. 2. offic. præcipit: 'Sit omne iudicium, non quam locuples, sed qualis quisque sit.' Longe aliter etiam Jure consultus: 'in primis considerata persona, secundo origo natalium, postremo facultates.' *Graug.*

141 *Quot paucit, &c.*] In multitudine enim servorum maximus proventus et maximæ divitiæ. *Lubin.*

142 *Jugera*] Appellabantur quod uno jugo boum in die exarari possent.—*Parapside*] Patina. Id est, quam magno sumtu et apparatu; quam magno vase utatur escario. Pro obsoniorum lance et vase hic ponitur, in quo obsonia reconduntur. In aliis libris *parapside* legitur: utrumque bene. Nam Hesychius non *parapsidem* tantum, sed et *parapsidem* dici observavit. Quod ideo dico, ut intermortuum vocabulum in libris repollulet. Turneb. x. 27. *Idem.* Dicitur *παρὰ καὶ ἑσπέρων*, i. e. ad cibum. Proprie tamen *parapsis* est genus juris seu condimenti: et sic liquet *Parapsidem* melius de lance dici, et esse ab *ἄπης*, quæ rotunditatem significat.

143 *Quantum quisque*] Sic Horat: 'Quia tanti, quantum habetas, sis.' Item Ovid. i. Fast. 'In pretio pretium nunc est; dat census honores, Census amicitias, pauper ubique jacet.' *Idem.*—*Quantum quisque sua*] Lucillius: 'Aurum atque ambitio specimen virtutis utrique est, Tantum habetas, tantum ipse sies, tantique

*Delph. et Var. Clus.*

habearis.' *Vet. Sch.*

144 *Jures licet*] Id est, Si vel maxime pauper omnes Deos Romanos et extraneos in testimonium vocet, nulli ipsi habetur fides.—*Samothracum*] Id est, per *θεοὺς Σαμοθράκων* vel Divipotes, qui in Samothrace, καὶ μεγάρων. Illorum Dii iidem sunt cum Romanorum. Maximum vero juramentum habebatur, per Jovem, Junonem, Palladem, et Penates, qui ex Samothracia Romam advecti. Alii dicunt, non constare, qui fuerint Dii Samothracum. Macrob. iii. 4. *Lubin.* Samothracia, seu Samos Thracica, insula est in mari Ægeo, Thraciæ opposita: Olim Dardania, nunc *Samodrachi*.

145 *Nostrorum aras*] Ut cum jurent, per Quirinam, Martem, Jovem, Junonem et Palladem. Jurare aliquem et per aliquem autoribus nostris frequens. Dubitat Graugens an *jurare aras*, sit per ipsas aras, templa, &c., jurare: an, aras tenendo per Deos ipsos jurare. Sed cum ethnicorum hoc fuerit, ethnicis hoc relinquamus, nos melius edocti ipsum Deum et per ipsum solum jurabimus.—*Contemnere, &c.*] Creditur, inquit, pauper non timere Deos, ac per hoc securus esse ad perjuriam, quia lucris causa facile quidvis admittit.—*Falsum*] Quibus Jupiter perjuros punire creditur. *Idem.*—*Contemnere, &c.*] Pauperi, quasi propter egestatem perjuranti, Dii non irascuntur. *Vet. Schol.*

146 *Ditis ignoscentibus, &c.*] *Ipsis*, dandi casus. Quasi Dii non attendant ad peccatum et scelera pauperum, qui ex inopia sæpe peccent; ut veniam apud Deos mereantur. *Lubin.*

147 *Quid, quod, &c.*] Ulterius miscram; conditionem pauperum Romæ exponit, quo passim omnibus deridiculo sint et ludibrio, ob laceras et sordidas vestes. *Idem.*

148 *Omibus his, &c.*] Pauper scilicet.—*Si feda*] Cui sordida et obsoleta penula. *Idem.*

149 *Rupta calceus, &c.*] Id est, corio

*Juv.*

3 G



rupte apertus est, ob fissuram et rupturam; et lacer hiet. *Idem.*

150 *Vel ei, &c.*] Id est, si multiplex cicatrix et rupturæ vestigium, ostendit lineum filum densum et crassum. Id est, si ruptura calcei consuta sit, per crassum et reconditum filum. Est autem talis constructio: Si non una cicatrix ostendit crassum lini filum, ubi vulnus consutum est. Vel non una cicatrix ex consuto vulnere et ruptura. *Idem.* Metaphora est a vulnere carnis ad calcei rupturam.—*Consuto vulnere*] A sutrighallo sutus. *Vet. Schol.*

151 *Non una, &c.*] I. e. iteratum, densum consuturæ vestigium.

152 *Nil habet infelix*] Epiphonemate exaggerat paupertatis miseria. Sic *Plaut.* in *Querul.* 'Huic quantum adjiciunt' (paupertati) 'stultitiam, negligentiam, somnium et gulam:' et *Horat.* 'Magnam pauperis opprobrium jubet quidvis facere et pati.'

153 *Exeat, inquit*] Theatralis scilicet qui præstat disponendis ordinibus in theatro. Loquitur ex consuetudine ejus temporis. Quam infelix sit pauper, ab exemplo etiam theatri ostendit: sedebant enim antea omnes promiscue in theatris, nunc illa licentia sublata est. Tota indignatio Poëtæ est in *Domitianum*, qui legem *Othonis*, temporum vetustate pene abolitam, restituit.

154 *Si pudor*] Si quis modo pudorem habeat, quasi summa impudentia sit, honoratiora loca occupare, ditioribus debita.—*De pulvino surgat*] *Grævus* XIV. in theatro erant, qui equestres dicebantur, qui e lapide erant; sæpe etiam ex ligno. Unde repertum ut pulvilli insternerentur, idque primum senatoribus, ne nudis lapidibus vel asseribus insiderent. Postea etiam equiti concessum, ut hic videtur. Quin et pileos *Thessalicos* latioris marginis, ne insolatione torquerentur, Theatris inferre concessum erat. Conservandis autem gradibus certi præfecti erant, ut illo tempore *Lectius*

quidam et *Oceanus. Lubin.*—*Pulvinum equestrem*] Appellat sedilia ipsa theatri, ad similitudinem forte pulvisi plebei. *Briten.*

155 *Cujus res, &c.*] Cui non supponent quadringenta millia sestertium, secundum legem *Theatralem Roscii*, quæ cavit, ne quis in numero equitum sit, qui ecce. *H. S.* non habeat. *Grævus.*—*Et sedcant hic*] Poëtæ *Juvenali*, vel *Umbritio* hæc verba attribui possunt, cum indignatione et *Sarcasmo* in eos prorumpente. Verba enim hic *Satyrica* cum summa indignatione subtextit, quasi præconis adhuc sint. Quasi dicat: Nimirum pauperes sæpe optimi viri surgant, et contra sedcant hic scortorum pueri, in quocumque prostibulo nati. *Lubin.*—*Cujus res, &c.*] *Othonis*, qua jussit eos, qui quadrigentorum sestertiorum haberent reditus, in numero equitum esse. *Vet. Schol.*

156 *Lenonum pueri*] Tales enim sæpe pro nobilissimis supponebantur, ut *Sat. vi.* dicitur. Vel alias, tales solent ex peculiari quadam fortuna ditissimi evadere. *Lubin.*

157 *Hic plaudat*] Exsultent in equitum sedibus, manus percutiant, laudent, gaudeant. In theatro enim plaudabant Imperatori vel principi advenienti. Vel hic in XIV. equitum gradibus spectet, et plausum edat filius nitide et bene culti præconis, vel rerum venalium proclamatoris olim villissimi; inter cultos et bene habitos juvenes vel filios *Pinnirapi*, gladiatoris, et inter juvenes *laniastr* vel gladiatorum magistri.—*Præconis filius*] Nullis præcipuis majoribus ortus, cujus pater rerum venalium præco fuit. *Idem.*—*Nitidi*] I. e. lanti et splendidi opibus: Vel ironice: Aut impuri, sordidi, per antiphrasin.

158 *Pinnirapi, &c.*] Id est, inter *Juvenes retiarii* seu gladiatoris. *Galeas* cristatas vel pinnas in galeis gladiatores *Sannites* habebant. Cum illis compositi retiarii reti suo, adversarii caput involvere, et ad terram trahere

comabantur. Inde pinnas vel cristas rapiebant, et tanquam victores jactabant. Ornabantur autem pinnis pavonum, et hinc, vocabulum illud fictitium. Turneb. libro III. Adversar. c. 8. Lips. 2. Saturn. 11.—*Cultus juvenes*] Intelligit filios illorum qui olim vilissimi gladiatores, et eorum ministri fuerant, qui sceleribus ad censum equestrem pervenerant eodem modo ut mīdī supra.—*Juvenesque lanista*] Principis gladiatorum, qui gladiatores erudiebat. a laniandis hominibus dicti: ab his differunt lamii et laniones, qui carnes edules concidunt et venditant.—*Pinnirapi*] Pinnis pavonum ornari solent gladiatores, si quando ad pompam descendunt. Pinnirapos autem dicit lanista, ex habitu gladiatorum: quia post mortem retiarii pinnam, id est, manicam rapit, ut ostendat populo se vicisse. Aut ideo Pinnirapos, quia pinnas in galeis habebant, ut Lucilius: ‘Cum septem incolumis pinuis redit ac recipit se.’ Vet. Schol.

159 *Sic libuit, &c.*] Quasi dicat, nulla fuit hujus distinctionis honesta ratio, sed sic libuit.—*Vano*] I. e. stulto, vel ventoso et ambitioso, sc. quum id per nimiam ambitionem fecerit: uti Galli dicant, *il est bien vain*.—*Othoni*] L. Roscius Otho legem theatralē tulerat, ut pauperes, et servi separarentur a divitibus, et ne quis in quatuordecim gradibus spectaret, cui non esset census equestris. Lubin.

160 *Quis gener*] Recenset alia pauperum incommoda, quod virgines omni virtute contempta, nulli pauperi nubere; vel quod pauperi cuidam nullas filiam suam elocare velit. Nam divitias tantum spectant, cum filius sponsus eligendus est. Rectius Themistocles sensit, qui inquebat, ‘malo virum sine pecunia, quam pecuniam sine viro.’—*Census minor*] Qui divitiis non sit par puelle. Idem. Census enim rerum et bonorum æstimatio est. Laudatur Census in Senatore, ne

splendor amplissimi ordinis rei familiaris angustis obcuretur. Rosta.

161 *Sarcinulis*] Ornamento mullebrī, non æquales divitias habena. Possunt etiam sarcinule pro opibus intelligi, et dote; seu pro mobilibus bonis.—*Quis pauper, &c.*] In testamenti tabulis. Quasi dicat: Nemo. Lubin.—*Sarcinulis*] \* Nunc doti. Vet. Sch.

162 *Quando in, &c.*] Nam pauperes non solum parum pii habentur, verum etiam parum sapientes, ideo ad consilia non adhibentur. Rogat ergo quando pauper cum Edilibus et Indignis quoque magistratibus est in consilio? Nunquam. Magistratus de re aliqua cognituri, aut consultaturi, sibi advocant, quos in consilio haberent. Ovid. ‘Caria pauperibus clausa est, dat census honores.’ Turneb. libro x. Advers. c. 27. Lubin.—*Agmine facto*] Id est, simul, una, jam dudum merito pauperes Quirites Romam reliquissimus, et alio migrassimus, et Coloniā in aliam regionem eduxissimus, cum jam Romæ tam misera nostra sit conditio. Tangit primam seditionem Pop. Rom. et secessum in montem sacrum, cum male malecti a senatoribus, et Patriciis despiciatū habuit, secesserant quondam; de quo Florus 1. 23. Idem.—*Fomes*] Tenuioris fortasse, pauperes.

164 *Haud facile, &c.*] Quam summa ingenia in occulto latent! quæ, res angusta et tenuis caput exserere, et emergere non permittit.—*Emergunt*] Ex obscuro ad dignitates evebantur.—*Virtutibus*] Ingenio, excellentiaque naturæ. Idem. Quod repetit noster Sat. VII.

165 *Sed Romæ, &c.*] Sed Romæ imprimis ille conatus emergendi non ad dignitatem, sed ad victam, longe durior et difficilior est, ubi summo pretio etiam vilissima comparantur.—*Durior conatus*] Quia Romæ ingenæ annone caritas, omnia etiam villæ magno constant. Idem. Bene penitus re Conatus, nam proprie conatus est

ajus rei, quam ad exitum perducere nequeas. *Grang.*

. 166 *Magno hospitium, &c.*] Constat scilicet, vel conducitur, domus conductitia.—*Magno servorum ventres*] Aluntur scilicet. *Lubin.* Dicitur absolute magno, pro magno pretio, sic et parvo.—*Ventres*] Pro cibis, qui in ventrem descendunt.

. 167 *Et frugi, &c.*] Id est, frugalis, parca, et pene famelica cœna. *Idem;* Grangæus explicat cenam sine carne, ubi solummodo fruges. — *Servorum ventres*] Cibaria servorum. *Vet. Sch.*

. 168 *Fictilibus, &c.*] Conqueritur ita æctum esse per divitias omnium rerum luxum, ut Romæ homines etiam pudeat cenare in fictilibus, ne sint ludibrio. *Britannic.* Notat enim multorum splendidam Romæ miseriam, qui cum essent miserrimi, tamen ambitiosi erant, et pauperes videri volebant. Egregie Seneca: 'Magnus ille est qui fictilibus sic utitur, quemadmodum argento: nec ille minor est, qui argento sic utitur, quemadmodum fictilibus.' *Lubinus.*—*Quod turpe negavit*] Grangæus corrigi scribens *negabit*, ne sit locus errori qui peperit historiam de Curio Dentato; quæ nihil, ut inquit, ad Dionysium.

. 169 *Translatus subito*] Curium Dentatum intelligunt, de quo in principio Satyræ secundæ dictum. Ille post tot victorias, tot ex hostibus devictis triumphos, Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapas torreret: 'Malo hæc, inquit, in fictilibus meis esse, et aurum habentibus imperare.' Ut sic, de improvviso ab aratro Romam vocatus, Dictator creatus ad triumphalem dignitatem, quam de Marsis et Sabellis devictis reportavit, *translatus* esse intelligatur. Sunt autem *Sabelli* a Samnitibus, quos Curius devicit. Sic hæc specialiter de Curio Dentato. Alii P. Corn. Scipionem intelligunt. Sed conveniet magis si generaliter intelligatur. Si quis Roma repente vel subita muta-

tione, ad Marsos, vel Sabellos Italiam populos, qui iidem Sabini, et Samnites, transferretur, minime putaret id turpe. Ibi enim modestius vivitur, ubi nulla ambitio: et ubi turpe non ducitur fictilibus cenare. Sic veteribus Romanis privatus census erat brevis, commune magnum. Vide Beoraldum Annotat. c. 32. *Idem.*—*Translatus subito*] Nimis longe arcessita sunt quæ de Curio Dentato vel Scipione Interpp. afferunt. Quomodo enim Curius domitis Samnitibus translatus ad mensam Sabellam? legendum igitur puto *quod turpe negabit*. Pudor erat Romæ cenare fictilibus, et *Samnio luto mensam oncrare*, quod in Italiæ opidis et municipiis minime turpe erat, ubi ex veteri frugalitate fictilium usus: sicut duri et crassi cuculli sive lacernæ, soloci filo contextæ, cum rarus præterea aut nullus togæ usus esset. Ergo cum omnia pauperibus Romæ magno constarent, et turpe haberetur cenare fictilibus, satius fuisset, aiebat Umbricius, Urbe migrare, et eo concedere ubi hæc adhibuisse nullus pudor esset. *Ferrarius.*

. 170 *Veneto cucullo*] Crasso habitu et rustico sago, quo Veneti piscatores olim usi. Vel *Veneto*, marini coloris, e crasso panno vestimento.—*Cucullo*] Id est, tegmine vel indumento capitis, rustico et nautico.—*Duro*] Id est, crassi filii. *Idem.*—*Veneto, &c.*] Aut crasso habitu, aut quales cucullos habent Perusini: vel a colore, aut provincia, Venetos. *Vet. Sch.*

. 171 *Pars magna*] Laudat jam Umbritius vitam modestam in opidis, et ostendit longe facilius esse ibi vivere, ubi nulla sit ambitio. De urbibus extra Romam intellige. Extra Romam enim in Municipiis; non ille typhus et fastus in victu et amictu in vestibus, qui Romæ. *Et in quibus* (ut Martialis dicebat) *tunicata quies erat: quippe ubi togulam vix induere solabant.* *Ferrar.*

. 172 *Nemo togam sumit*] Quam Ro-

nae quotidie induebant, cum patronos salutarent: ut nostrates pallia sua.—*Nisi mortuus*] Vulgaris mos cujusque nationis, ad sepulturam honestissimis vestimentis indui; unde Romae Censores purpura funerabantur; Magistratus praetexta, caetera plebs toga. *Lips.* Elect. lib. 1. cap. 5. Manut. 3. quaest. 1. Graeci palliatos, Itali togatos efferebant mortuos ad funus: cives vero rusticantes ceu in municipiis agentes togam raro induebant, tunicati usque. *Plin.* Ep. 9. l. 1.—*Ipsa dierum*] Simplicitas in spectaculis municipalium commendatur: est autem talis sensus, *Majestas*, celebritas, vel solennitas *dierum festorum*, quando in municipiis extra Romanam celebratur et colitur, non in marmoreo, sed virenti, et herboso theatro, e vivo cespite factis, et arborum frondibus et ramis ornatis; et finitis fabulis, ridiculum illud carmen *exodiam*, ad recreandos spectatores in publico recitatur. Et cum *infans rusticus*, talibus spectaculis adsnetus, in gremio matris sedens horret et formidat *hiatum*, rictum et oris aperturam deformem *personae* larvæ et *pallentis*: Ibi, inquam, in spectaculis nulla est ambitio, omnia sunt æqualia, vestes, et habitus. Romæ omnia contra sunt.—*Herboso theatro*] Herbis enim cespitibus et frondentibus ramis, faciebant sibi similitudinem amphitheatri in opidis. *Lubin.*—*Nemo togam, &c.*] Ut ei supra lectum mittant, dum mortuus effertur. *Vet. Sch.*

173 *Herboso theatro*] Licet intelligi possit de temporario et ex cespite congesto, nihil tamen obstat, quin accipiamus de vero theatro, sed propter infrequentiam ludorum herbescente; ait enim *si quando*, id est, raro. *Ferrarius.*

174 *Tandem*] Ita dicit: nam finitis fabulis demum Exodium recitabatur.—*Tandem*] Alii interpretantur post annum. Mallem ego *tandem* finitis severioribus ludis, et spectaculis.—

*Rediit*] Pro *rediit*, ultimam syllabam ob syncopen producit.—*Ad pulpita*] In quibus sedebant, canentes sua ridicula exodia: nam in theatris extruebantur Scenæ et pulpita ad commodam spectantium.—*Notum*] Tritum, usitatum, singulis annis repetitum et recitatum. *Idem.*—*Pulpita*] Locus in quo mimi et pantomimi ludos dabant. Vide inf. ad Sat. VIII. vs. 195. *Ferrarius.*

175 *Exodium*] Exodium in his Ateianis fabulis, diverbium vocatur, quod post Tragædorum e scena exodon sequatur, vel exitum: quodque ab Exodiariis ad recreandum spectatorem subijciebatur. Sed et in fine fabularum, mimi risum movebant salibus et facetiis, quæ *Exodia* dicta. De *exodio* vid. *Turneb.* l. x. c. 27.—*Cum personæ*] Exprimit qualia illa fuerint. Cum personati viri horrendam formam, et obscenam vocem rusticus infans, qui talia nondum vidit, trepidat.—*Pallentis*] Larvæ enim horribili colore solent imbuti. Fece, vel colore squalido illitæ. *Farnab.*—*Hiatum*] Id est, larvæ deformem rictum, et oris aperturam. *Lubin.*

177 *Illic*] In opidis extra Romanam. *Idem.*

178 *Orchestra[m] similem*] Æqualiter exornatum spatium, in quo saltat Pantomimus, nec, ut in Theatris, alia loca vulgo Romæ, honoratiora equitibus, honoratissima Senatoribus; sed in opidis omnia loca cunctis spectantibus similia erant. Non sunt distinctæ sedes et subellia. *Orchestra* ergo proprie est chori et saltatorum spatium. Ab *ὀρχήσασθαι*, id est, salto. *Idem.*—*Clari velamen*] Id est, ædilibus vel magistratibus in summo honore constitutis, qui annonæ et ludis præsumt, *tunica alba*, ibi satis sunt et sufficiunt; quæ tunica ibi sunt *velamen* vel vestis, in indicium *clari honoris* et magistratus. Erat autem albus color dignissimus, libertatis proprius. *Idem.*—*Orchestra[m] et populum similes*]

Male hæc Interpretēs explicant de æqualiter exornato spatio in quo saltabat pantomimus, ibi scilicet omnes confuse spectasse, nec fuisse loca honoratiora Equiti et Senatui, sicut Romæ in theatris. Male hæc inquam nam *similis orchestra et populus* nil aliud est quam quod paulo ante ait *æquales habitus illic*: id est, habitus idem Senatorum sive decurionum et populi, quia omnes in tunicis, nulla toga aut prætexta conspiciantur. *Ferrarius.* — *Orchestra* spatium, in quo saltat pantomimus. Vel qui in Orchestra procedit, aut spectatur.—*Vet. Sch.*

179 *Sufficient tunica summis Edilibus alba*] Loquitur ibi poëta de vita rustica, quæ in pagis et opidis agebatur, ubi ait togas non fuisse in usu, atque ita Ediles satis habuisse, si in tunicis albis conspicerentur: qui habitus omnibus communis erat.—*Summis*] Grangæus putat summos vocari hic, quod ludos curarent. Sed Edilium tunicæ vel candidæ: vel quod verius; recens lotæ. *Ferrar.*

180 *Hic ultra vires*] Supple est. Antapodosis dissimilitudinis. Id est, contra hic Romæ omnia superba sunt, et ambitiosa, et quidem supra opes et ultra quam facultatum sustinere vires possunt.—*Plus quam satis*] Tantus est rerum luxus, ut plus etiam faciant, quam oporteat. *Britan.* Non observant illud Pythagoricum *μὴδὲν ἄγαν, Ne quid nimis.*

181 *Aliena arca*] Mutuato alieno vere, unde sibi emant tam pretiosas vestes, vel furto etiam ablato, elegantiorum habitum sibi quam fas erat, comparant: vel etiam quod vestem alienam conducant; ut infra de Ogulnia dicitur: 'Ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem.'—*Lubin.* Arca sumitur pro pecuniis vel vestibus, quæ in arca sunt clausæ. Sic Seneca: 'Cujus auriculis utrumque bina patrimonio dependent.'

182 *Communis id, &c.*] Omnibus et

singulis tenuioribus. Ita 'ut illos' (ut alibi dicit) 'defendat numerus.'—*Ambitiosæ paupertate*] Quæ ultra vires studet nitori et pretio vestium: cum simus pauperes, vellimus videri divites. Elegantissime, si quisquam alius antithetis utitur. *Idem.*

183 *Quid te, &c.*] Quid te detineo? Unde formula dimittendi Senatus: 'Nil vos moror P. C.'—*Omnia Romæ cum pretio*] sc. fiunt: id est, nihil Romæ gratis alicui contigit, nam magno omnia comparantur, ut superiores dixit. *Idem.*—'Aurum omnes victa jam pietate colunt.'

184 *Quid das*] Domesticis et Janitoribus scilicet, ut intromittaris, ad salutandum Cossum, virum illum nobilem, et ex præcipua familia oriundum: nimirum dimidium lucri vel sportulæ janitoribus dare cogeris. Domesticis ergo regum munera offrenda, alias te non admitterent. *Idem.*

185 *Ut te respiciat*] Fabricius Vento vir nobilissimus, quod multa probrosa in Patres composuisset, tandem codicillis et libris suis famosis exustis, a Nerone Italia expulsus est. Cæterum adeo superbus erat, ut salutantes vix respicere, nedum alloqui dignaretur, quod hoc loco indicat. De hoc et hujus conjuge, Satyr. 6. dicitur. Vide *Turnebum* XIII. 19. *Lubin.*—*Claudio*] Te non ore, vix nutu dignatus. Sic Galli, *Faisant le petit bec.*

186 *Ille metis barbam*] I. e. Alius quidam dives, uti *Hic* iterum alius quidam. Hæc intellige de clientibus, qui ut in gratia dominorum patronorum manerent, pueris a dominis in deliciis habitis, et catamitis omnis generis officiis palpabantur. Et quia dies ille lætus, quo crines, et barba deponeretur, munera et liba illis mittunt. Eo enim die quo primum radebant barbam exuebant juventutem, transibantque tunc in viros, unde is dies Romanis imo et Græcis festus, genialis, lætusque.—*Metis barbam*] De

servo intellige grandiori. Nam Catamiti imberbes erant.—*Crinem hic deponit amati*] De Cinado puero intellige. *Labin.*—*Crinem hic deponit*] Ubi deponit, tonderi curat primæ barbæ lanuginem et crines puer delicatus et domino dilectas, quæ namini alicui consecrare moris erat. Excedentes enim ex ephebis; comæ (quam pueri aluerant) detonsæ primitias, Phœbo consecrabant plurimi Delphos profecti, Æsculapio alii; alii fluvii patris, aquæ hunc honorem tribuentes, ut alimonie parenti, vitæque consecratri. *Fern.*

187 *Plena domus, &c.*] Erat dulciorum ex melle, oleo, farre, quale muneris loco mittebatur, cum alicujus dies natalis erat, vel cum aliquis detonderetur. *Liba* clientes donabant et alia, quæ deinde puer vendebat, ut peculium sibi compararet et auget. Alii legunt, *Libis genalibus*. Nam natali die solebant mittere munera.—*Accipe et illud*] Audi etiam illud malum, ob quod merito stomacheris et indigneris. Cum libis fermentum, id est, fervoris et iræ causam, quod non tantum patronis in Nuptiis, Natali, Opere novo, sed et servis eorum cogitur præstare tributa. Sic et fermentum, pro ira apud Plantum. *Essa in fermento, dupondius*. Summa translatio, quod intumescit, et hic significat indignandi et effervescenti materiam: Dicitur et de cæteris animi affectionibus.

188 *Præstare tributa*] Id est, nos patronorum servis sumus tributarii, et ipsis quotannis certam pecuniæ summam dare cogimur. *Labin.*—*Fermentum*] Dulcium malum, quod stomachum indigestum præstat.—*Vet. Sch.*

189 *Cultis*] In deliciis habitis, et bene vestitis.—*Pecunia*] Id est, illa bona quæ extra potestatem dominorum peculiariter habentur, in quæ bona domino nullum jus erat. Quasi dicat: Servi nostris pauperum muneribus ditescunt. *Labin.*—*Cultis*] Be-

ne vestitis, quippe festo die suo servis donare cogimur, ut admittamur ad salutationem dominorum.—*Vet. Sch.*

190 *Quis timet, &c.*] Laudat commoda aliorum opidorum extra urbem: et assidua incommoda et pericula urbis Romæ detestatur, ut erant assidua ruinae et incendia, a quibus qui extra Romam Præneste, Volsinis vel Gabiis, vel qui Tibure habitabant, immunes essent.—*Præneste*] Opidum Thuscæ situm in colle, et ob id gelidum. Vel ab aqua frigidis.—*Gelida*] Fœminino enim genere invenitur et alibi, sed tum a nominativo est Prænests: alias Præneste est neut. gen. Sed dixit Stephanus masc. gen. Prænests.—*Ruinam gelida Præneste*] Notetur syntaxis, et subintelligatur præpositio regens ablativum; tam hic, quam in sequentibus.

191 *Volsinis, &c.*] In Hetruria inter montium colla, sub vertice existentia, et arboribus undique cincta.

192 *Simplicibus Gabiis*] Non ornatis: vel simplicitate sua capitis, nempe Sexti Tarquinii dolo. Vide Florum 1. 7. In via Prænestina siti erant.—*Præni Tiberis*] Urbe præcipiti posita. Quia in declivi longe ex intervallo montis positum, videntibus ruenti simillimum erat. In Romæ vero conspectu sunt Tybur, Præneste et Tusculum. *Labin.*—*Simplicibus*] Non ornatis.—*Præni Tiberis arce*] In præcipiti posita, ut Horatius: 'Clivumque supinum.'—*Vet. Sch.*

193 *Nos urbem colimus*] Antapodosis dissimilitudinis. Contra Romæ ædificia maxima ex parte vetusta sunt, et fulta, assidue ruinam minuantia.—*Urbem*] Id est, domos in arbo veteres, et ruinosas.—*Fulta tenui tibiçino*] Id est, exili et facile fracto sustentaculo ex tigno; sunt autem *tibiçino* columnellæ, quibus ruiturum ædificium sustentetur. *Labin.*—*Tenui tibiçino*—Tibicinatam, tamquam tibiçina, id est, materia gracili. *Vet. Sch.*

194 *Nam sic, &c.*] Idem est, illis ædificiis, quæ alias laberentur: nisi illis fulcro et sustentaculo subveniretur. Id est, sic ruinam minitantiis ædificiis, rusticus, et villicus ob id ex agro in urbem vocatus occurrat et subveniat, exilibus quibusdam columnis et adminiculis. *Labin.—Villicus*] I. e. servus ille, qui ruris curam habet, ad hoc opus idoneus.

195 *Et veteris rimæ*] Rimas testudinis, aut parietes veteris ædificii, modica calce perfundit, et inquilinos jubet manere, tanquam ruinam restanrasset, donec aliquando ruina opprimantur.—*Contexit*] Modica calce interrupta contexit, et rursus conjunxit. *Idem.—Villicus, et veteris, &c.*] Duplex horum sententia esse videtur. Vel ut villicus hic intelligatur satyricæ Urbis præfectus: (ut de Pegaso infra Sat. iv. 76.) qui procumbentibus in ruinam ædibus ita obstat, ut contentus sit rimas et parietum vitia obducere; cum pilis ac substructionibus firmare ac fulcire deberet. Vel: ea ratione domini ædificia prolabantia reparant, quæ villici rusticas ædes instaurant, rimas tantum obstruendo; atque ita cives Romæ, pendente ruina, securos somnos captabant. Prior tamen explicatio rectior videtur. *Ferrarius.*

196 *Securos pendente, &c.*] Id est, postea villicus quasi omnia probe restauravit, nos jubet securos esse de ruina, et confidenter dormire, pendente interea tamen et assidue imminente ruina. *Pendente*, pro imminente. *Idem.—Dormire ruina*] Rupturas parietum calce modica perfundunt, et inquilinos jubent manere, tanquam si restaurassent ruinam. *Vet. Sch.*

197 *Vivendum est illic*] Pergit ad alia incommoda, frequentia scilicet incendia Romæ, quæ alibi non metuantur.—*Nulli nocte metus*] Ubi nihil opus est ut quis nocte metuat: ubi aliquis securus dormire queat. *Ferrar.*

198 *Jam poscit*] Id est, nam Romæ, modo Ucalegon, vel quivis civis incendium passus, aquam ad ignem restinguendum poscit: modo pauper frivola, et vilia suæ pauperis supellectilis, ex incendio erepta alio transfert. *Idem.*

199 *Ucalegon*] Non hic intelligitur vicinus ut quidam judicarunt, sed ipse dominus domicilii, qui subter pauperem in primis tabulatis habitat. Frustra ergo hic est *Farnabius*. Ut solet, ad Virgilium alludit Poëta: 'Jam proximus ardet Ucalegon.' Ponnit pro cive quovis.—*Tabulata tibi, &c.*] Id est, contignationes superiores, in quibus tu inquilinus habitas: indicat domum divitis multis contignationibus excelsam.—*Tabulata tertia*] Ita ait: nam ditiores superiore ædium partem inquilinis tenuioribus locabant, quæ cœnacula dicebantur: ut inferius dicitur: 'Rarus venit in cœnacula miles.' Imam autem partem sibi retinebant. Omnium tenuissimi autem cœnacula vel tabulata tegulis proxima habitabant. Martialis: 'Et scalis habito tribus, sed altis.'—*Fumant*] Id est, tertia habitatio vel contiguatio domus, in qua tu habitas, jam tibi fumat, et incendium concepit noctis tempore, idque te ignorante, et forte dormiente. *Labin.—Tabulata, &c.* Superiora tecta et tritæga.—*Ucalegon*] Ex Virgilio: 'Jam proximus ardet Ucalegon.' *Vet. Sch.*

200 *Tu nescis*] Tu miser inquilinus dormis.—*Nam si*] Si ab ima domus parte ignis incipiat; nam incendio ingruente trepidatio.—*Gradibus ab imis*] A prima scala. *Vet. Sch.*

201 *Ultimus ardebit*] Ardebit etiam, quamvis ultimus.—*Quem tegula*] Intelligit illum, qui habitat in suprema parte ædium sub tegulis. *Labin.*

*Molles columbæ*] Venerem et salacea, quæ gaudent superiori loco domuum. *Idem.—Columbæ*] Quia super tecta columbaria fiunt. *Vet. Sch.*

203 *Lactus erat Codro*] Exemplo

**Codri**, quod dixit, declarat. Quod scilicet misera pauperum Romæ sit conditio. Sensus est: Codrus Poëta erat pauperrimus, forte ille raucus, de quo prima Sat. Erat illi quippe paupercula supellex, lectulus brevis, vel brevior Procula conjuge sua brevissima: intelligit autem lectum discubitorium. Erant ipsi præterea sex urceoli, vel parvula vascula ad aquam hauriendam, erant ei ornamentum et decus Abaci vel repositorii, et parvulus cantharus vel vasculum ansatum ad potandum infra abacum erat, et sub abaco pendeat. Et opus Chironis in medicina, ad quam artem potissimum Codrus inopia coactus se contulerat, jacebat sub eodem marmoreo abaco, i. e. materia eadem, sc. argilla facto. Chironem autem notat trapezophorum sive statuam aut effigiem Chironis centauri fictilem, quæ poculorum mensam sustinet. Assentitur Grangæo Farnabius. Sed qui priorem sententiam defendunt, putant, sic Codri paupertatem planius ostendi, qui libris ne commoda quidem repositoria habeat.—*Lectus Procula minor*] De eo dicitur, qui ea in paupertate est, ut ne quidem lectum sibi æqualem comparare possit. *Grangæus*.—*Urceoli sex*] Ut solebant divites, in quorum Delphica semper comparia vasa esse solebant.

204 *Ornamentum abaci*] Quasi dicat, egregium ornamentum. Satyrice et irrisorie. Turneb. xxviii. 15. *Lubin*. Quæ latinis abacus Delphica, Gallis hodie vocatur *la credance*.—*Ornamentum abaci*] Quod nos Delficam dicimus. *Vet. Sch.*

205 *Sub eodem marmore*] Mirantur Interpp. inter Codri frivola enumerari abacum ex marmore, et sub eodem pro fulcro Chironem excubantem; propterea fuisse ex argilla credi volunt. Verum abaci vulgo ex lapide, sive etiam marmore, pauperiorum quoque supellex fuit; cum divites mensas et abacos ex citro, et

quidem plures tunc haberent, quæ eburneis pedibus fulciebantur, adeo ut (quod ait Poëta Sat. xi. 128.) argenteus mensarum pes idem illis esset quod in digito annulus ferreus, Horat. i. 6. 'Lapis albus pocula cum cyatho dno sustinet.' Nil ergo mirum si Codro et abacus et sustinens abacum centaurus ex marmore fuit. *Ferrarius*.—*Cantharus, &c.*] Quemadmodum solent e marmoribus facere sigilla diversa: *recubans* enim a posteriore parte recumbens, Hippocentaurus fingitur. *Vet. Sch.*

206 *Jamque vetus*] Cista jam vetus conservabat autorum Græcorum libros, quibus Codrus Poëta ante studuerat. *Lubin*.

207 *Et divina Opici, &c.*] Forte indicat hunc Codrum missa Poëtica se ad medicinam contulisse paupertate coactum, jamque libros Græcos et Poëtas abjecisse, et divina sua carmina Opicis muribus rodenda abjecisse. *Opici*, Barbari et doctis carminibus infesti. Sat. vi. 'Opicæ castigat amicæ Verba.' Erant autem Opici *ἀπὸ φρονόου* nefandæ libidinis et liguritores: Inde a lingendo facete Opicos mures dixit. Glossariis ab H. evulgatus legit, *apici*. *Lubin*. Alii dicunt *Opicos* appellari eos, qui Græce nesciant, licet Latine non sint indocti, ut per lusum mures Poëta appellet *Opicos*, qui carmina Græca rodebant, quæ nec intelligebant; in qua opinione dicitur esse Gellius x. 16.—*Britan. Opici*] Proprie populi Campaniæ, qui et Osci sunt: Indicante Servio *Opici* dicti, vocabulo Græco, quod ibi multi serpentes abundarent. Festus in *Oscum*: *Lipsius* Epist. quæst. iv. 25. et v. 6. aut mures terrestres, ab *ὀνὴ* caverna, *foramen*, quæ muribus latebræ. Vel ab *ὀνὴ* *vespertilio*, citante Crispino e Suida. *Farnab.*—*Opicos mures*] Appellat, quia salem lingentes concipiant, et ita Venenem quodammodo exercent. *Muret.*—*Et divina Opici*] *Opizein* Græci di-



cant de illis, qui imperite loquuntur. Alii opicos dicunt, eos qui foedam vocem habent. *Vet. Sch.*

208 *Nil habuit Codrus*] Quasi dicat: Summarum summa est, parum habuit Codrus, aut nihil habuit.—*Quis enim negat*] Quasi dicat: nemo negare potest, ipsum longe fuisse pauperrium. *Lubin.*

209 *Perdidit, &c.*] Suam paupertatem omnem, quæ nihil esse videbatur, perdidit incendio miser et infelix.—*Ultimus autem*] Miserrimum fuit incendio suam paupertatem perdere, sed longe miserius fuit, quod rursus a nullo homine sublevabatur. *Idem.*

210 *Ærummæ cumulus*] Incrementum aggregatum, et quasi summa. *Ærummæ*, quæ hic laborem onerosum, proprie significat farcillam qua viatores sarcinas suas religatas tabella interposita sustentare consueverant.—*Nudum*] Qualis ex incendio evasit.—*Et frustra*] Veteres adverbia in a exentia, interdum etiam corripuerunt. Ruffus Festus in aratro, 'Ima velut cæli luxit dum frustra frequenter.' Melius tamen *frusta* legitur, pro frustis panis et fragminibus. Et sic in antiquis legit *Mancinellus*. *Idem.* Sic et *Grangæus*, et *Farnab.*—*Frustra regentem*] Aut sine caussa, aut \* penem petentem. *Vet. Sch.*

211 *Tectoque*] Cogebatur miser sub dio cubare. Exprimitur mira Roman. erga pauperes inhumanitas. *Lubin.*—*Jurabit*] Alii juvabat.

212 *Si magna Arcturi*] Antapodosis dissimilitudinis: quasi dicat, tam immiseriordes et inclementes sunt erga pauperes et calamitosos. Verum si dives aliquis Arcturus vel Catulus incendium patiat, sive domus ruat, omnes certatim ipsi opem ferunt, omnis civitas ejus casum dolet.—*Astyrici*] *Astyricus*, ut alii, *Asturius* vel *Arturius* pro divite, nobili et facinoroso. Arcturii hujus supra meminit, cum dixit, vs. 29. 'Vivant Arcturias illic, Et Catulus.' Forte *Ostori.*

P. Ostorii Scapulæ Consulis sub *Claudio* meminit lib. Digest. 39. capite 4. et Tacit. l. XII.—*Magna*] *Splendida*, superba, magnifica, eminens.—*Horrida mater*] Roma scilicet, quæ tanquam mater filii casum luget, et in lugubri veste squalida est, quasi in lacta publico, in quo solebant matronæ, matres Romanæ, deponere ornatum. *Lubin.*

213 *Pullati proceres*] Nigris vel pallis vestibus induti lugent primores, et Senatores.—*Differt ordinem*] Sponsiones sistendi se et dictionem juris: fidejussiones, et denique omnes causas forenses in alium diem differt; publicum justitium, tanquam in publica calamitate indicitur. *Idem.* Sic nostri *Hymaeckii noodsennig.*—*Pullati proceres*] Cum nigris vestibus lugentes. *Vet. Sch.*

214 *Tunc gemimus, &c.*] Quasi unus Arcturii calamitas ad totam urbem pertineret.—*Tunc odimus ignem*] Non solum incendii, verum etiam nostri foci, quod lugentes observare solent. Tunc detestamur ignem, tanquam rem damnificam. *Lubin.*—*Tunc odimus ignem*] Non incendium laris nostri, at præ tristitia, aut propter casum, nec focum in domo nostra fieri patimur, quod et lugentes observare solent. *Vet. Sch.*

215 *Ardet adhuc*] Dum Arcturii domus adhuc ardet, statim præsto est aliquis, qui ei marmor conferat, ad reedificandam splendidam et regalem domum. Id est, dant materiam ad novam domum, dant ornamenta novæ domus, dant argentum ad faciendos sumtus. *Lubin.*

216 *Nuda*] Non fucata, sine tegmine, ex una materia; vel imagines nudorum corporum ad vivum excisas in Pario lapide vel marmore ad ornatum.—*Candida signa*] Statuas marmoreas. *Idem.* Simulacra ex marmore candido.—*Candida signa*] Statuas marmoreas. *Vet. Sch.*

217 *Euphrasioris*] Ille teste Fabio,

in pingendo et fingendo fuit artificiosissimus: in Polyclete statuario summa diligentia, et decor fuit. *Lubin.*—*Euphronis*, &c.] Atheniensium cœlatorum. *Vet. Sch.*

218 *Hæc Asianorum*] Ut intelligamus utrumque sexum properare, ut statuas et imagines Deorum ex Asia Romam deportent. *Turneb. Advers. x. 27. Salmas.*—Alii legunt *Phæcasiarum*] Pro *Phæcasiarum*, i. e. Deorum quos Phæcasii sacerdotes Atheniensium et Alexandrinorum a calcementis candidis denominati, coluerunt. Vel deorum e Græcia latum: Phæcasia enim Hesychio sunt rustica calcementa, quibus calceati pingebantur dii Græci. *Farnabius.*—*Vetera*] Quæ antea diu fuerant in templis deorum.—*Hæc Asianorum*] Superstitiosæ gentem nominavit. *Vet. Sch.*

219 *Hic libros dabit*] Id est, omnis generis suppellectilem necessariam ad ornatum et cultum.—*Dabit*] Interpositione hujus verbi et superiores orationis partes comprehenduntur et inferiores.—*Et forulos*] Thecas, pluteos, capsulas, armaria, conditoria librorum.—*Mediam*] Non integram, et perfectæ stature, sed dimidiatam tantum, et usque ad umbilicum. Hinc locus Ciceronis, *Frater meus dimidiatæ major est quam totus.* *Lubin.* Britannicus vult statuam Minervæ in medio reponendam; ad exornandam Bibliothecam. Mediam Minervam vocat *apocryphæ* Minervæ, quæ in omnibus Bibliothecis dedicabatur: quo nomine patronam librorum vocaverit. Itaque non immerito librum plus uno sæculo vivere optat, quem Minerva in Bibliothecas receperit. *Scaliger in Catull.*—*Et forulos*] Armarium, sive Bibliothecam. *Vet. Sch.*

220 *Hic medium, &c.*] Quæ mensura erat librorum 44. Sed pro indefinita mensura capiatur.—*Meliora reponit Persicus*] Notavit Romanos in benevolentia erga Arcturium; jam idem

dicat de Persico, qui illo tempore sine liberis erat, et ditissimus. Ob id hæredipetæ vultures ita ipsi palpabantur, mittendo optima quæque.—*Reponit*] Resarcit, reparat. *Lubin.*

221 *Persicus*] Ditissimi orbi nomen: dicunt alii eo nomine pro divite usum esse, quia Persæ divites forte.—*Persicus*] Fabius Persicus. vide Sat. viii. 14. vel, quod hic Arturius Persa fuerit. Vide *Martial. Epig. iii. 51.*—*Orborum lautissimus*] Id est, inter omnes illos, qui liberos hæredes non habent, delicatissime et lautissime vives. *Idem.*—*Persicus*] Persicum, quasi divites posuit; eo quod Persæ divites. Sic *Horatius*: ‘Persicos odi.’ *Terentius*: ‘Dinumeret nunc ille Babylonias.’ *Vet. Sch.*

222 *Suspectus*] Persicus, tanquam ipse incendit suas mædes. Sic *Martialis* de Tongiliano, *Epig. iii. 51.* ‘Emta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis, Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens. Collatum est decies. Rogo non potes ipse videri incendisse tuam, Tongiliane, domum?’ *Lubin.*

223 *Si potes avelli*] Indicat jam in opidis extra Romam, optimam habitandi rationem emi posse, illo pretio, quo Romæ non domus quidem villisima conduci poterat. Id est, si vana et inanis delectatio ludorum Circensium, te non adeo in urbe delectat, ut ab illis avelli queas, optima domus illo pretio tibi comparatur Soræ, &c. et municipia aliis Italix, quo pretio Romæ tenebrosam tantum domum ad unum annum conducis.—*Avelli*] Quasi per violentiam. Nam cives Romani illo tempore, teste hoc Juvenale, *Duos tantum res anxii optabant, Panem et Circenæ.* Usque adeo studio spectaculorum insaniebant.—*Circensibus*] Nam hi Indi, qui tanta omnium spectabantur delectatione, in Circo maximo fiebant, unde et nomen sortiti sunt. *Maximus* autem appellatus est, quod amplitudine longe major esset,

quam Circus intimus et Circus Flaminius. Nam ut scribit Plin. l. xxxvi. longitudine fuit trium stadiorum, et latitudine unius; sed cum ædificiis quaternum iugerum. Capiebat autem ducenta et sexaginta millia hominum sedentium. Ludi autem instituti fuerunt in honorem Cybeles magnæ Deorum matris; qui vocabulo Græco dicti Megalenses, Latino magni, ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρός. Vel, quod diis magnis, i. e. laribus, Urbis Rom. dati sunt: vel, ut Asconius ait, ludos magnos esse appellatos, quod magnis impensis sint dati. Circenses ludi, iidem etiam plebei sunt appellati, quod initio veris, stato solennique die celebrabantur magno totius plebis studio et delectatione: vel quod, exactis regibus, pro libertate plebis facti sunt, aut pro reconciliatione plebis. Ludi etiam Circenses, in honorem Cereris celebrantur. *Britannicus*.—*Sora*] Sora urbs Campaniæ, non longe ab Arpino, Tullii patria. *Lubin*.

224 *Fabrateria*] Opidum Campaniæ, in via Latina.—*Frusinone*] Urbs Frusino in via Latina, quemadmodum et Fabrateria. Vel, ut Probus, civitatis Campaniæ nomen. Strabo lib. iii. *Lubin*.—Aut *Fabrateria*] Civitatum nomina Campaniæ. *Vet. Sch.*

225 *Tenebras*] Pro tenebrosa domo, aut vili habitatione. *Lubin*.

226 *Hortulus hic*] In his opidis.—*Puteusque, &c.*] Non profundus.—*Nec recte movendus*] Puteus, unde non fuit nec recte aut ullo labore aqua exhauritur, sed manu possis eam attingere. *Idem*.

227 *In teneas plantas*] Hortorum scilicet, facili haustu diffunditur et irrigatur. *Idem*. Alii leg. *In teneras plant.*—*Teneas*] Quæ recenter humo fixæ sunt, et ob id debent irrigari. *Grang.*

228 *Vive bidentis amans*] Id est, ibi pro libitu jucundissimam agriculturam exerce. *Lubin*. Satius, inquit, est agricolationi vacare, quam habi-

tare intra urbem, inter tot vivendi molestias. *Britan.*—*Bidentis*] *Sartuli* lignei; aut ferramentorum rustico-rum: aut furcæ vel rastri genus est. Quod autem de ove interpretantur, non placet, paulo enim post meminit Pythagoreorum, qui ab omnibus animalibus abstinebant. *Lubin*.

229 *Unde*] Id est, ex quo hortocentum Pythagoreis epulum dare possis. Illi enim olera cruda vel elixa tantum comedebant, et a carnibus abastinebant. *Idem*.

230 *Est aliquid*] Non minima res est. Est operæ pretium. Ut omnino ostendat longe melius esse in villula exigua habitare, quam in urbe.

231 *Dominum, &c.*] Exigui hortuli, quem lacerta occultare posset.—*Lacertæ*] Exigui agri, aut hortuli, ubi lacertæ commorari et apicari solent, per Metonimiam posuit contentum pro continenti. Sensus est; Ex urbe migrans quocunque te receperis, optimum putato domicilium, ubi tuam habeas domum et hortum tam exiguum, ut vix una ipsum discurrat lacerta. *Lubin*. ut dici solet, *unus vermiculi*. Belgice *een voet lands, een hant vol lands*: et hoc sensu noster scribens *lacerti*, potuit ad mensuram referre, ut sit tantum agri, quantum est spatium brachii nostri inter scapulæ et cubiti ossa.—*Fecisse lacertæ*] Notandum quia fæminino genere dixit, *Lacertæ*, cum Virgilius masculino dixit *Lacertos*. et aut ad animal retulit, quia sunt in agro quamplurimi, aut lacertam pro horto posuit, per quem discurrere et latitare consuevit. *Vet. Sch.*

232 *Plurimus hic æger*] Subtexit alia urbis Rom. incommoda, quod ob perpetuum strepitum, diurnum et nocturnum, in plateis et foro, nemo dormire queat; quod ob id multi ægroti, assidua insomnia vel vigilia pereant. Satius est, inquit, quoquo modo extra urbem vivere, quam ut in

verba tot molestiis premaris. Martialis: 'Otia me, somnusque juvat, quæ magna negavit Roma mihi.' *Lubin.*—*Phariseus*] I. e. ingens multitudo, uti passim apud alios. Ignare ergo legunt *Pharibus*. *Grang.*

233 *Cibus imperfectus*] *Ἀναρρύαρος*, indigestus, non concoctus. Nimirum qui recte concoqui nequit, ob assiduas vigilias, et ob id crudus et indigestus, ardenti et febricitanti stomacho adheret.—*Herens*] Stomachus enim cibum non absolvit, antequam concoxerit. *Lubin.*

234 *Nam quæ meritoria*] Id est, quæ officinæ Romæ in quibus mechanici opus meritorium exercent, admittunt somnum, vel permittunt aliquem dormire? *Lubin.* Loca *meritoria* dicuntur, quæ mercede locantur inquilinis, a merendo; unde et tabernæ meritorie ipsa stabula dicuntur, hoc est, cauponæ. Nam *mereri* est, causam quæstus aliquid operari, unde et meretrices dictæ, quod turpitudine corporis æs mererent. *Mercesque* præmium appellatur, quod datur pro laboribus susceptis: inde etiam dicuntur *pueri meritorii*, qui aut sponte sua, aut jubente domino prostant, turpique quæstu æs merentur. *Britan.*—*Meritoria*] Tabernæ, ab eo, qui mercedes præstat. *Vet. Sch.*

235 *Magnis opibus*] Id est, divites facile dormire possunt, sed ubique misera pauperum est conditio: id est, si quis Romæ noctu dormire velit, magnas opes exponat necesse est, vel magno constat pretio domus a streptu remota. Vel quod a magnis et potentibus dominis vicinis tabernis silentium magno pretio imponatur, ita ut somnus magno pretio constet. *Lubin.*—*Magnis opibus dormitur*] Magna potentia silentium imponitur vicinis tabernariis, ut magno pretio somnus constet. *Vet. Sch.*

236 *Inde caput morbi*] Hæc causam malorum: Hinc illæ lacrymæ. Quod nemo ibi dormire queat.—*Rhedarum*

*transitus arcto*] *Curruum fragor*, et strepitus in angustis platearum locis, et mutua maledicta mandræ et mulionis. *Lubin.*

237 *Vicorum in flexu*] Nam vici vel regiones adeo oblique Romæ erant, ut difficilem vehiculorum transitum facerent.—*Et stantis convicia mandræ*] Qui subsistere cogitur: hoc loco promulione qui alterum a quo impeditus erat maledictis incessit, verbere et verbo inorepat mandram. *Mandra* mulorum est multitudo, qui olim vehicula trahebant. *Idem.* Proprie est brutorum receptaculum, cubile; item eorum agmen significat, metonymice, locus pro locato. Vox Græca est, conveniens Latine *mansio*.—*Mandræ*] Locus in quo porci includuntur. *Vet. Sch.*

238 *Eripiunt*] I. e. adimunt, impediunt.—*Druso*] Sui temporis hominem maxime somniculosum obiter notat.—*Vitulisque marinis*] Id est, phocis, quibus nullam animal graviore somno premitur. Vel quod in somno similes vitulis edant mugitus, *Plin.* l. ix. *Lubin.*—*Britannicus vero somnos ursis* legendum esse contendit, hæc maxime ratione; quod quum dicat somnum eripi vitulis marinis, recte procedat, ut de aliis belluis, quæ alte dormiunt, potius loquatur, quam de homine. Nam ursi, ut scribit *Plin.* viii. 26., primis diebus bis septenis, tam gravi somno premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant; Qui vitulis marinis Romæ possit somnus excuti dicant qui vitulos marinos dormientes viderunt aut Romæ, aut usquam terrarum. Locum mendosum esse nemo non videt. Legendum autem videtur: *Vetulisque maritis*. Nam senes sunt somnolenti: quamvis alia possit ratio dari cur vetuli mariti, qui Juvenculas duxerunt, somno alto sopiti jaceant. *Græv.*

239 *Si vocat*] Exponit jam, quanta commoditate et celeritate, divites Romæ quo velint, pervenire possint:

contra quantis molestiis et difficultatibus tenniores, pedites incedentes: in plateis premantur, si forte diviti aliquo eundem sit, ita postulante officio. *Lubin.*—[*Officium*] Significat, si ad officium nuptiarum dives vocatus est, aut ad aliam celebritatem, vel ad aliquod negotium publicum aut privatum: in his enim persæpe nomen officii poni solet. *Turneb.* x. 27. Ejusmodi officium appellat Martialis operam togatam. *Grang.*—[*Turba, &c.*] In lectica vel sella gestatus, a servis bajulis, idque omni populo locum dante, utpote diviti. *Lubin.*—[*Si vocat officium*] Si officium faciendum sit Consuli a Prætorē, disponit qui viam faciant. *Vet. Sch.*

240 *Et ingenti, &c.*] Liburnum, magnam lecticam dicit, quasi navem et ejus bajulos Liburnos. Est enim navis species a Liburnia populis: vel intellige de lectica et grandibus e Liburnia servis, id est, a grandibus e Liburnia servis lecticariis in sublime elevatus, super ora et capita aliorum alte elatus curret, et velociter vehetur. *Lubin.*—[*Super ora*] Nam panpēres obvii prosternuntur conculcanturque in luto pedibus servorum et lecticariorum.—[*Liburno*] A lectica magna Liburnatos, et Getulos Liburnos. Ipse, tarde venisse Liburnos in secundo libro. *Vet. Sch.*

241 *Atque obiter, &c.*] Ibi in lectica sua potest ob iter, *παράπυρος*, per viam, quæ vult, agere, idque obiter, et interea dum illum locum petit, quo vocatur. *Lubin.*

242 *Namque, &c.*] Clausa erat undique lectica, nisi quod fenestræ quædam in ea ad prospectum. Eæ ipsæ velo, plagula lecticaria sive linteo tegebantur, quod dimovere seu deducere licebat, pro voluntate vecti. *Id.*

243 *Ante, &c.*] Est Thesis. Id est, ille studens, legens, scribens, dormiens, citius, eo, quo volet perveniet; quam nos tenniores, vel maxime festinantes, quia ei ceditur.—[*Nobis,*

*&c.*] Id est, contra si nos tenniores aliquo properemus, turba, quæ ante nos est, illa nobis obstat, quæ post nos, illa nos premit et molestia afficit. *Idem.*—[*Obstat, &c.*] Unda pro populo, ad modum undæ diffidente turbæ quasi fluxu et refluxu, vel populi multitudine stantis ad officium. Nisi legendum potius *turba prior*.

244 *Premis agmine*] Impellit, premit, urget, multitudine agminatim incedente, a fronte et tergo. *Idem.*—[*Lumbos, i. e. dorsum.*]—[*Unda prior*] Populi multitudo stantis ad officium. *Vet. Sch.*

245 *Cubito*] Dum lecticam portat, manu ad asserem lecticæ admota.—[*Assere duro*] Pro amite lecticæ, lecticarios intellige; vel *assere* pro ligno eminente, palo, pertica, qua lectica continetur. Sic Sat. vii. 'Perque forum juvenes longo premit asserē duro.' Martialis *asserem* pro ipsa lectica dixit. *Lubin.*—[*Assere duro*] Amite lecticæ lecticarios significat. *Vet. Sch.*

246 *At hic, &c.*] Lignum longius, trabem, quam per plateam gestat, tabulam.—[*Metretam*] Vas quod amphoram capit: Capit 10 sextarios: Sextarius 6 congios. *Lubin.* Vox Græca est *μετρητής*, mensor. Liquidorum autem est metreta, solidorum medimnus. *Grang.*—[*Metretam*] Vas, quod amphoram capit. *Vet. Sch.*

247 *Pinguis, &c.*] Supp. aut. Cœnosa, turpia, immunda.—[*Planta mar*] Pedibus, fortasse, ingentis cujusdam bajuli, vel totius multitudinis conculcor.

248 *Et in digito clavis, &c.*] I. e. Calceus multis clavis suffixus, vel tibiale clavosum militis, vel calcar orreati peditis, qui hic in turba adest, digito pedis mei infigitur. Milites utebantur in tibialibus multis clavis fabricatis, unde calvata vestimenta, aut calceamenta clavis infixæ. ut Sat. ult. 'Cum duo crura habeas, offendere tot caligas, tot Millia clavorum.' *Lubin.*

**249** *Nonne, &c.*] Confirmans pauperes nimia multitudine in via conculari, divitum Romanorum gulam, et sportula desiderium iterum insectatur, et servorum miseriam exponit. **Doctissimus** Turnebus *Advers.* x. 27. sportulam hic vel 100. quadrantes non intelligit; sed cenam, quæ quod initio in sportula dabatur, nomen meruit: unde Græcis *δαινον* & *στυλὴ*, vel cœna in calathio appellatur.—**Celebratur**] Id est, quanto studio et concursu petatur vel potius quam frequentetur, vel quam illustretur seu colatur.—**Fumo**] Eo dicit; ignis enim obsoniis in cenam in sportula datis, subijciebatur, ne frigererent. Id est, quanto igni obsoniis subjecto: vel quanta festinatione, apparatu, studio. Ut ergo ea calida conservarentur, cum foco domum ferebantur a servis. *Idem.*—**Fumo**] Apparatione. *Vet. Sch.*

**250** *Centum, &c.*] Illi qui sportulam acceperant et celebrant, supp. adsumt.—**Sequitur sua, &c.**] Focus et suppellex. Id est, centum clientes a divitibus sportulam petunt, et unumquemque sequitur suppellex culinæ varia, qua obsonia varia data, excipiunt in ollis, et ignem ipsis subijciunt in sportula tanquam culina. Putat autem quod per servos sportulam petierint, qui una vasa et ignem et ollam secum gestaverint. *Lubin.*—**Centum convivæ**] Perinde convivium: quia sibi faciunt in commune. **Sequitur, &c.** Pulmentaria portans secum, comparata ex sportula. *Vet. Sch.*

**251** *Corbulo, &c.*] Vir fortis et validus, tempore Neronis, rebus in Armenia gestis claruit: de illo Tacitus l. xiii. 'Corpore ingens, verbis magnificus, super experientiam, sapientiamque etiam specie inanum validus.' Alii dicunt Athletam fuisse; alii genus navis.—**Tot omni, &c.**] Universam fere culinam. *Lubin.*—**Corbulo**] Alii dicunt athletam illius temporis for-

tem, Corbulonem fuisse: alii genus navis. *Vet. Sch.*

**252** *Impositas capiti*] Ad sustinenda autem melius talia vasa, supposebant capiti circum, qui proprie latinis Arculus dicitur.—**Quas, &c.**] Id est, erecto et eminente vertice; ne jus obsoniorum effundatur. *Lubin.* Mallem legi, *Quot.*

**253** *Servulus infelix*] Propter miserabilem laborem.—**Et cursum**] Id est, tam velociter currit, ut ignem currendo ventilet, et exsuscitet lebeti suppositum.—**Ignem**] Qui obsoniis, ne frigererent, subjectus, capiti impositus portabatur.

**254** *Scinduntur, &c.*] Servorum tunice paulo ante consutæ scinduntur et dilacerantur, tanto onere; vel ab aliis prementibus, vel stipantibus.—**Longa coruscet**] Motat, tremit, vacillat. Ita Seneca epist. xc. 'longo vehiculorum ordine pinus aut abies deferebatur, vicis intrementibus.' Exponit pericula quæ a vehiculis obveniunt.

**255** *Sarraco*] Sarracum vehiculi genus fortissimum, quo ligna et lapides vehebantur. Id est, valido vehiculo vel Sarraco veniente, vel obviam procedente, longa arbor abies, illi vehiculò imposita resplendet, et ex intervallo coruscat, natat et tremit.—**Altéra**] Vicina sarraca vel planstra, ventitia pinum. *Lubin.*—**Sarraco veniente abies**] Sat. v. vs. 23. *Soracum* ubique scribendum. Festus: *Soracum* dicitur, quo ornamenta portantur scenicarum, &c. Græcum purum putum est, *Σάρακος*. Hesychius: *Σάρακος, ἡ γυγίον* & *ἡ σῦκα ἐμβάλλεται*. *Mewr.* Exere. Critic. part. xi. c. 5. p. 117. 118. Sic et *Grang.*

**256** *Nulant, &c.*] Illa Sarraca vel planstra celse contremiscunt; vel potius procernæ arbores in ipsis. Deducta metaphora ab ipsis, qui capite nutant.—**Alte**] vel *alte* pro ut libet. Nam in altis illis vehiculis tales trabes vehebantur.—**Minantur**] Exitium sci-

licet, ruina vel casu. *Lubin.*—*Populo*] Multitudini pauperum.

257 *Nam si, &c.*] Id est, si axis vel carrus subversus, prostratus, vel fractus fuerit. Id est, si ruat, et homines prætereuntes ruina vel casu obruat. —*Saxa, &c.*] Ex Liguria in Apenninis montibus inter Galliam et Hetruriam sita, ubi Latomi multi saxa incidentes. Probus ait: *Ligustica* nomen Insulæ. Silicem Lunensem, qui serra secatur. *Grang.*—*Ligustica*] Nomen Insulæ. *Vet. Sch.*

258 *Axis*] Id est, plaustrum ipsum: pars pro toto. *Lubin.*—*Eversum, &c.*] Saxum, montis partem; vel saxum ingens e monte excisum, vel montis instar, una cum plastro prostratum, et agmina populi prætereuntis obruens. *Idem.* Hyperbolicus.

259 *Quid superest, &c.*] Scilicet hominum, plaustris et saxis obrutorum. Quasi dicat, nil: quia frustillatim obtulerunt. *Idem.*

260 *Obtritum, &c.*] Id est, evanescit, et ad nihilum redigitur omne, i. e. totum cadaver, ut amplius non appareat.

261 *More animæ*] Hic sensus est: Sicut animæ a corpore ayolant, et non videntur; ita cadavera minutatim concisa obtulerunt: vel ita corpus frustatim contritum, oculorum fere aciem effugit. —*Domus, &c.*] Id est, familia ejus, cujus cadaver contritum, nil sciens de morte, *secura*, nihil de paupere domino timens, vel de conservo, adventum sportulæ expectat, et *patellas* futuræ cœnæ lavat, et bneca vel oris spiritu ad ignem *focum* excitat, exsuscitat, vivificatque. —*Patellas*] Lances, paropsides, quibus sportulam volunt excipere, sed qui adferre debebat, perliit. *Idem.* Vel patella ad rem divinam faciendam; nam post sacrificia lavabantur, antequam cœnarent. —*Interea*] i. e. Dum expectatur, aut (quod magis placet) dum ille naturæ concessit. *Britannic.* —*More animæ*] Sicut animæ non viden-

tur, ita cadavera minutatim concisa obtulerunt. *Vet. Sch.*

262 *Sonat, &c.*] Alius servorum præparat strigiles, lintea, guttum, &c. Apposite *Sonat*, dum sc. tractat. Strigil inter alia lavantium, ferreum instrumentum ad radendum corpus, sudoremque tergendum. Soliti autem veteres, priusquam comederent, lavari: quare venturo domino ad balneum necessaria parabantur. Erant enim strigiles aureæ, argenteæ, æneæ, &c. licet ditiores spongiis purpureis uterentur, strigilum loco. *Plin. xxxi. 11.* Alii dicunt *strigiles* velaria esse, unde Athletæ post laborem stringuntur. Tranquillus scribit: 'Octavium etiam læsisse cutem nimio strigilis usu, strigilibus pleno,' &c. Quia strigil primam corripit, legunt *strigibus* et: vel est Procelesmaticus. Hoc instrumentum graphice depingit Apuleius l. ii. *Florid.*—*Unctis*] Oleo perfusus, quo minus cutem læderent.

263 *Et pleno*] Id est, ordine posit lintea, quibus madida corpora siccantur, idque *gutto* vel vasculo ex cornu, a *gutta* dicto, unde alias oleum guttatim diffuatur, olei pleno; quod lotia, jamque siccis superfundebatur. *Lubin.* —*Lintea gutto*] Et apparatus ad balnea ferre si venerit, quem nescit peremptum. *Gutto* autem ab eo, quia guttam mittit. quos habent capsarii. Strigla autem est, quod xistram dicunt. unde oleum deteritur. *Vet. Sch.*

264 *Hæc inter, &c.*] Scilicet divitis in domo: vel talia ministeria inter pueros et famulos domesticos fiant, et ad futuram cœnam, expectantes puerum cum sportula. —*At ille, &c.*] Ille miser et infelix servus, a plaustris saxis obrutus: ejus, inquam, animæ, cuius cadaver ita contritum et insepultum jacet; ille in ripa Acherontis sedet; transvehi cupiens, sed non tradendus. *Lubin.*

265 *In ripa*] Acherontis et Stygis. *Pius* annotat. post. c. 48. —*Tetrumque,*

§c.] Ille autem novissus, i. e. ignarus et incertus inferni moris, vel de novo jam recens accedens, cum horrore expectat terribilem et immanem portitorem et transvectorem Charontem. *Idem.*

266 *Portitorem*] Accusativus Græcus a *πορτίζειν*, quod non carinam hoc loco significat, ut quidam arbitrati, sed portitorem Charontem, qui animas transferat.—*Nec speras*] Quia inhumati non credebantur trajici, sed 100. annos errare: deinde nulum non habebat: ergo ait ipsum navem non sperare, qua trajiciatur. Virg. *Æneid.* vi.—*Cenosi, &c.*] Lintosi, immundi, fædi fluvii Acherontis vel Stygis.—*Almam*] Cymbam Charontis ex alno. *Idem.*—*Portitorem*] Carinam Portitorem dicit non angustum trajectum. *Vet. Sch.*

267 *Quem porrigat*] Charonti, stipem vel navium; pretium trajectus.—*Trientem, &c.*] Id est, non habet tertiam assis partem, quam ore, ipsi Charonti, nauti loco, exhibeat. *Lubin.* Grangæus construit, *Nec habet ore trientem quem porrigat.*—*Ore trientem*] Nummum stipem. Et nunc apud Athenienses mortuis ut in ore nummum immittere, ut apud inferos non tanquam inopes errent: unde navium Charon accipere solebat: ut Virgilius, 'Hæc omnis quam cernis, inops inhumataque turba est.' *Vet. Sch.*

268 *Reptæ, &c.*] Recitat alia Romæ incommoda, quod nocturno tempore ex altissimis fenestris testæ, et pelves plene immunditiarum, una cum testis in prætereuntium capita projiciantur.—*Noctis*] Emphatice, dixit enim superius de die incommodis. *Lubin.*

269 *Quod spatium, &c.*] Id est, quale et quam altum spatium e sublimibus tectis in terram. Id est, quantum e cœnaculis est spatium usque in terram, tantum est periculum ex altitudine formidandum: quibus sublimibus tectis testa aliqua decedens, præ-

*Delph. et Var. Clus.*

tereuntium caput vel cerebrum fortit et percutit.—*Sublimibus*] Nam in cœnaculis ipsi tecto vel tegulis proximis, iniquissimi habitabant. *Idem.*

270 *Testa*] Hoc loco, pro fragmento sit, alias etiam ipsa vasa integra sic vocantur.—*Rimosa vasa*] I. e. rupta quidem et fissa, sed adhuc coherentia.—*Curtæ*] I. e. mutilata et jam fracta, curtata. *Lubius* dicit, sine fundo et ansa.—*Unde testa, &c.*] Id est, quantæ in excelsis sunt insule, (an insidia?) vel quem admodum conjuncta. *Vet. Sch.*

271 *Quanto, &c.*] Ita dicit, quia moles illa frivolorum vasorum, in pavimentum silicibus stratum decedens, pene silicem frangebatur, vel saltem magnum vestigium in illis relinquebat. Ob id ait, *signent*. *Lubin.*

272 *Possis ignavus*] Id est, Tui negligens, parum industrius et circumspexus Romæ merito haberi possis, si nocturno tempore Romæ, ad cœnam eas, et prius testamentum non condas, tanquam moriturus. *Idem.*

273 *Et subiti, &c.*] Qui tales casus subitaneos antea non mediteris, qui tamen Romæ sunt frequentissimi.

274 *Ad eo, &c.*] Tot mortis genera, tot pericula: nam ex singulis fenestris aliquid dejici potest, quod prætereuntem interimat. *Idem.*

275 *Vigiles*] In quibus cœnaculis iniquissimi adhuc vigilant. *Idem.* Quibus lumen apparet, vigilie signum. *Grang.*

276 *Ergo, &c.*] Miserum enim est orare, ut urina aut immunditia perfundaris, ne in universum occidaris. *Idem.*—*Votum*] Pernius vota dixit preces emaces; quia in votis pactio quædam inest, preces autem sunt sine obligationis vinculo.

277 *Ut sint, &c.*] *Fenestræ* scilicet, pro iis, qui e fenestris projiciunt, ut patulas et capaces pelves effundendo tantum evacuent, ne una etiam ipsas pelves dejiciant. Vel ut e fenestris stercore tantum perfundaris, quod in

*Juv.*

8 H



pelvibus; quam alto graviore pondere feriaris. Alii *defundere*, pro deorsum fundere. Turneb. x. 27. *Idem*.—*Peloes*] Proprie sunt vasa ad lavandos pedes: verum hic pro quocunque vase. *Bri-tannic*.—*Ut sint, &c.*] Ut stercore perfundaris potius, quam alto gravi pondere feriaris.—*Peloes*] Couchas, in quibus pedes lavant, ut vasa fictilia, *ποδολύτρα*. *Vet. Sch.*

278 *Ebrius*] Aliud incommodum: discurrunt petulantes et ebrii, lascivientes et unicuique molesti et graves; qui tenuiores obvios percutiant, et nisi aliquem percusserint, dormire nequeunt.—*Petulans*] Lascivienter unumquemque molestans.—*Qui nullum*] *Lego quia nullum*. I. e. quia illa nocte neminem percussit, dormire non potest; et ob id dat pœnas, et talem noctem calamitosam patitur, qualem Achilles habuit. Vide ultimum librum Iliad. Homeri vs. 12. *Lubin.*

279 *Dat pœnas*] Discruciat, est in luctu et mœrore, quod neminem percusserit.—*Patitur, &c.*] *Pelidæ*, id est, Achilles, filii Pelet et Thetidis, qui audita morte amici Chironeꝝ educatus erat, ab Hestore interfecti, mœstus et insomnis tota nocte fuit, nec potuit quiescere. Sic petulans hic nebulo. *Idem.*

280 *Cubat in, &c.*] Describit illos, qui noctis tempore ob res molestas objectas, insomnia vexantur. *Idem.* Homerus Iliad. 6. 'Nunc lateri incumbens, iterum post paulo supinus Corpore, tum pronus, tum surgens, denique rectus.'—*Amicum Pelidæ*] Achilles, qui morte Patrocli mœstus fuit. *Vet. Sch.*

281 *Ergo*] Indignatio. Itane vero nebulo ille perditissimus, aliter dormire non potest, nisi prius aliquem percusserit? Poëtæ videntur verba, Umbritium alloquentis.—*Quibusdam, &c.*] Juvenes luxuriosi libentius dormiunt, si aliquem ceciderint. Id est, quidam non nisi post rixam dormire

possunt, qualem rixam postea describit. Responsio Umbritii videtur. *Lubin.* Sic in Ss. literis: 'Non enim dormiunt, nisi cum male fecerint; nec capitur somnus ab eis, nisi supplantaverint.' Unde proverb. 'Non capit somnum, nisi hoc aut illud fecerit.'

282 *Sed quamvis*] Id est, etiam junior est, et ob illam ætatem improbius, et petulantior: et licet etiam ebrius sit, et vino ferveat; tamen a magistrata et ditioribus obviam factis, ne et ipsos petulanter incurrat, abstinere didicit. Sic Poëta docet, solam paupertatem ubique esse ludibrio.—*Quibusdam, &c.*] Juvenes libidinosi et luxuriosi libentius dormiunt si ceciderint aliquem. *Vet. Sch.*

283 *Cavet hunc*] Vitat, intactamque relinquit.—*Coccina læna*] Quæ utebantur divites, purpurea; vel coccinea, purpurea chlamys. *Lubin.*—*Coccina læna*] Purpura, qua divites olim utebantur. Virgilius: 'Tyrioque ardebat murice læna.' aut antiqui amphimallum lænam appellabant. \*Quod Græci coccinum, sive Cocceum dicunt, Latini veteres *birrum* vocarunt. *Vet. Sch.*

284 *Et comitum*] Habebant enim divites et magistratus in comitata plurimos servos et clientes. *Lubin.*

285 *Flammæ*] Faces multæ prælatæ.—*Aïnea, &c.*] Candelabrum ex ære Corynthio, quo etiam Tribuni utebantur. *Idem.*

286 *Me, quem, &c.*] Id est, contra, me Umbritium hominem pauperem contemnit, floccificat, contumelia afficit, verberat, pulsat.—*Læna*] Pauperes enim, vel amantes, ad lænæ lumen domum petebant, vel candelæ, autore Festo, utebantur. *Idem.*

287 *Cujus, &c.*] Cujus funiculum dispono, ne citius absumatur, aut extinguatur. Indicat suam temperantiam, et frugalem parsimoniam, cujus candelæ papyrum temperibus pariter, utque durare possit, dispenso, dispe-

no; vel etiam dispenso, ne id crassius ardens, subito lucernam evacuet. *Idem.*—*Filum*] I. e. ellychnium, mer- gulus, scirpus lanens, faniculus cera vel sevo obvolutus.

288 *Miserere*] Id est, operæ pretium est, considerare exodium nostræ rixæ vel pugnæ.—*Proemia*] Id est, prælu- dia, exordia, incitamenta rixæ. Qui- dam legunt, *Premia*: Sed tum me- trum non constaret, et sensus non recte procederet. *Idem.*

289 *Rixa*] *Rixa* est inter litigantes et æqualiter se defendentes. Mutua enim altercatio atque utrimque pug- na requiritur, ut rixa vere dicatur. *Lexicon vetus Græco-Lat.* *Rixa*, μά- χη ἢ διὰ λόγῳ. *Torrent.*—*Si rixa est, &c.*] Certe non sine dubitatione rogat; nam non est mutuum referre, quando unus tantum vapulat ab altero.—*Ubi tu pulsas*] Cædis, ut Terentius: 'Ego vapulando, ille verberando usque am- bo defessi sumus.' *Vet. Sch.*

290 *Storique jubet*] Galli *demeure* là; Formula militaris *sta*, sive *state*. *Grang.*

291 *Nam, &c.*] Quid agere debeas vel possis. Si enim non pareas, in majora incidis incommoda.—*Et idem, &c.*] Non enim ignis exstinguitur igne, sed malum patientia tollitur, injuria obsequio vincitur. *Grang.*

292 *Cujus, &c.*] Insultat pauperi, illum irritans, contumeliose et su- perbe rogans, cujus vappam pauper et famelicus bibisti. Ita dicit ex las- civa ac petulanti malitia, cum quo tu villissimam vappam bibisti; vel cum quo *conchem* vel villissimam fabam vi- ridem comedisti.

293 *Cujus conche, &c.*] Cujus faba inflatus es? Est enim *conchis*, fabæ species. *Lubin.* Per contemptum pau- periei, corticem, folliculum et con- cham quasi fabæ, non fabam integram quidem putat.—*Conche, tumes*] Fabis in siliquis coctis iisque non oleo in- nunctis, sed aceto conspersis.—*Quis tacum*] Quinam sordidi convivæ te-

cum una cenabant?—*Sectile porrum, &c.*] Folia porri vel condimentaria in- tellige. Porrum in frugali et paupe- ris mensa apponebatur. *Plinius* duo genera porri dicit sectile et capita- tum. *Grang.* ut et *Britannic.*—*Sectile porrum*] Folia porri, sive condimen- taria.—*Cujus conche*] Cujus faba in- flatus es. *Vet. Sch.*

294 *Quis auctor, &c.*] Id est, quis ho- mo pauperrimus tecum porrum sec- tum, et labra vel caput vervecis vel arietis castrati, elixi et bulliti com- edit. Erat autem hic cibus vilis et miserorum.—*Vervecis, &c.*] Id est, Vervecinum caput. Antiquitus in Apophoretis mittebatur caput Ver- vecinum inter cætera munera. *Ebrius* igitur aperte interrogat, sciens hoc muneris esse in usu apud pauperes. *Lubin.*

295 *Nilmiki, &c.*] Verba nebulonis petulantis ad pauperem.—*Aut dic*] Quod ex te quero: responde quod ro- go. Vide *Brodæum Miscell. viii. 16.* —*Aut accipe calcem*] Aut ego te pro- culcabo. *Farnab.* Antiquis enim mos erat calceis cædendi, quod non tan- tum turpe erat, quia immundi, sed et grave atque molestum, quia clavis suffixi erant.

296 *Ede, &c.*] Id est, ede et elo- quere ubi habites? in qua proseucha te convenire possim, ubi apus erit?—*Proseucha*] Locus ubi mendici stipem petunt, et victitant. α προσέχου. Erant autem illo tempore Judæorum fana ita dicta; et loca ubi mendici conveniebant, seu pons, seu crepido, vel alius locus. *Lubin.* *Politianus Miscell. c. 30.* pro templo et syna- goga Judæorum, ut et *Philo Judæus, Janius.* Vide *Turneb. Advers. i. 19.* pro crypta seu subterraneo et abdito loco, simili iis, in quibus Christiani preces facturi, sese abscondere so- lent. Quod dictum non sine aceto contra Christianos.—*Proseucha*] Qui- dam nomen loci dicunt ad convivium constitutum, ex gaudio dictum, ali

locum ad quem convenire solebant mendici ad stipem petendam. alii tabernam, in qua pauperes vivant. *ἡσυχασταὶ* enim Græce orare dicitur. et Proseucha, locus Judæorum, ubi orant. *Vet. Sch.*

297 *Diocere, si, &c.*] Perinde est sive aliquid loquere, sive taceas; nam sive hoc, sive illud facias, vapulare te oportet. *Si*, hoc loco pro *sive* ponitur. *Lubin.*—*Aliquid*] Forte supplendum *aliud*: ut ait sensus, quod non faciat ad rem, vel quod mihi non placeat.

298 *Tantumdom est*] Perinde est, eodem recidit.—*Ferunt, &c.*] Sive loquere, sive taceas, te vapulare necesse est.—*Pariter*] Unanimiter, æqualiter.—*Vadimonia*] Postea, quando petulantes hi nebulones male aliquem mulctarunt, iratos se simulant et vadimonia vel fidejussionem exigant, hoc est, eos adhuc citant, ut constituto die adsint in iudicio, quasi justī et provocati id fecerint. *Idem.*—*Vadimonia, &c.*] Postea accusant. *Vet. Sch.*

299 *Libertas, &c.*] Ironia, indignatione plena. *Lubin.* Imo misera servitus.

300 *Rogat*] Veniam petit. Exprimatur maxima et intolerabilis molestia. Pulsatus enim et pugnis concisus, rogat et orat, ut sibi liceat inde domum reverti. *Idem.*

301 *Paucis cum dentibus*] Non in totum excussis tibi dentibus. *Plautus, Qui mi os ocellit probe.*

302 *Nec tamen, &c.*] Aliud incommodum, spoliatio, et rapina. Quasi dicat, non solum Romæ metuendum, ne vapules, sed etiam ne spolleris. *Idem.*

303 *Clausa, &c.*] Id est, postquam domus meritorie clausæ sunt, et nemo la auxilium, injuriam et vim patienti, venire potest.—*Postquam, &c.*] Id est, postquam noctis tempore, *omnis compactio* et coagmentatio ex asseribus *tabernæ* meritorie, *catenis* munitæ,

*assa*, firma, satis tuta, et clausa silentium fecit, intempesta nocte. Quia catenas grandes ferreas per singulos asseres inducebant adversus expilatores, qui tabernas noctu effringere solebant: et in his, ipsum Neronem taxat. Vide Sueton. Neron. c. 16. *Idem.*

304 *Siluit*] Silentium fecit, qui diurno strepitu et maximo, vicinis molesti erant, ut supra dictum.—*Compago*] Compactio, conjunctio, conglutinatio, combinatio ex asseribus in taberna meritoria.—*Tabernæ*] Campanæ, vel Apothece. *Taberna*, a tabulis vel asseribus dicta. *Idem.*—*Fixa catenata*] Quia catenas grandes ferreas per singulos axes inducant. *Vet. Sch.*

305 *Interdum, &c.*] Aliud incommodum, quod latrocinia Romæ noctis tempore exerceantur.—*Subitus*] Id est, subito, ex improvise apparens.—*Grassator*] Latro vel miles vias obsidens. *Lubin.*—*Grassator*] Miles. *Vet. Sch.*

306 *Armato, &c.*] Id est, cum palus Pomptina in antiquo Latio, et pinus vel sylvæ pinorum Gallinaria, loca insidiis latronum apta, ejectione latronibus tuta tenentur, obsidentur et custodiuntur. *Lubin.*—*Armato*] Quoties latrones, præsidii conlocatis, a solitis locis depelluntur, ac dejiciuntur, Romam quasi ad certas prædationes, et ad paratos pastus configunt. *Vet. Sch.*

307 *Pomptina, &c.*] Quam Julius Cæsar fertur exsiccasse: hodie *le lac de Pontia*: scribitur etiam *Pontina*.—*Gallinaria*] Sylva in sinu Cumano potest intelligi, multis arboribus, pinus et id genus, densa, et in multa stadia protenta. *Lubin.*—*Et Pomptina*] Loca sunt abundantia latronibus in Campania. *Vet. Sch.*

308 *Sic inde, &c.*] Ordo: quoties id fit, et quando latronibus ibi sedes negantur, omnes latrones et facinorosi Romam sic fugiunt, tanquam ad

vivaria: vel ad paratos pastus, vel ad profugium et receptum.—*Vivaria*] Loca ad victum abunde sufficientia, Proprie loca sunt, in quibus aves, pisces, et feræ vivæ ad victum custodiuntur. *Lubin.* Tanquam Roma sit vivarium in quo homines occidere et persequi liceat, tanquam feras in vivariis. *Grang.* Quum *vivarium* proprie sit piscium, Gallice un *river*, latrones eo convolabunt, ut homines instar piscium stupidos et incautos obruant.

309 *Qua, &c.*] Ostendit jam latronum copiam. Id est, in qua fornace, vel in qua incude jam non graves catenæ ad coercendos sceleratos conficiuntur? Quasi dicat: in omnibus officinis ferrariis, vincula et catenæ sunt quibus constringantur latrones, et (tamen illa omnia nihil prosunt, nec sufficiunt.—*Incude*] In qua ferramentum aliquod cuditur, Belg. *Ænbeelt*.

310 *Maximus, &c.*] Id est, maxima ferri mensura et copia in vinclis faciendis consumitur, ut periculum sit et merito timere possis, ne ferium deficere incipiat, ad instrumenta rustica facienda. *Lubin.*—*Modus*] Proprie pro temperatione, mediocritate, ratione sumitur; aliquando pro magnitudine, quantitate et mensura, uti hoc in loco.

311 *Marra, &c.*] Instrumenta rusticorum, et ferramenta quibus terra colitur, et inutiles herbæ exciduntur. An a Mar quod Rabbini ligo, vel a *papo* i. e. scindo, divido; an vero a *manu*, manus, quod sit pro manu?—*Sarculum*] Ferramentum bicornè, quo commovetur terra; dicitur ita a sariendo vel fodiendo. *Lubin.*—*Vomer, &c.*] Ferramenta, quibus terra colitur. *Vet. Sch.*

312 *Proscorum, &c.*] Proavus est avi pater. *Atavus* est quintus pater.—*Felicia, &c.*] Per comparisonem priorum temporum, quibus reges imperabant, ostendit tempora sua esse infelicia, quibus contingat tam multa scelera fieri in urbe, ut plures

non sufficient carceres ad panitionem reorum: quum unus tantum olim sufficeret. *Britannic.*

313 *Sub regibus*] Qui prius imperium tenere: qui septem fuere.—*Atque, &c.*] Qui sedecim annis post exactos reges creabantur. *Lubin.*—*Atque tribunis*] Qui post reges, Consulari potestate Remp. gubernarunt *Vet. Sch.*

314 *Uno, &c.*] Tulliano scilicet, ab Hostilio Tullio ædificato: cujus meminit Salust. *Farnab.* Ancum Marcium ædificasse dicit Grangæus: quod ex Livii i. 38. habet: Rosinus Servio Tullio adscribit: Forte ille incœpit, alter ampliavit et perfectit.—*Viderunt uno*] Tulliano scilicet, cujus æque et Salustius meminit. *Vet. Sch.*

315 *Hic*] Tot a me dictis causis discessus mei.—*Subnectere*] Addere, consequenter subtexere. *Lubin.* Alias aliisnectere, quemadmodum annali catenæ subnecti solent. *Grang.*—*Hic alias*] Umbricii verba. *Vet. Sch.*

316 *Jumenta, &c.*] Equi, muli clitellarii, qui rhedam mearum rerum trahunt.—*Vocant*] Præcedunt et movent me, ut sequar. *Lubin.* Vel eorum recordari et misereri debeo, quia onusta sunt.—*Sol inclinatus*] I. e. vergit ad occasum.

317 *Nam mihi, &c.*] Scutica vel flagello quassato.—*Mulio*] Rector vel ductor mulorum. *Idem.*

318 *Adnatus*] Signum dedit: proprie tamen capite innulmus.—*Ergo vale*] Ultima Umbricii valedicentis verba.—*Quoties te*] Id est, quoties tu Aquinum patriam refici, et recreari cupiens vis invisere, me quoque ad te convelle, et abstrahe, id est, me ad te accerre. *Lubin.*

319 *Tuo Aquino*] Aquinum magna civitas Volscorum, in via Latina, et est Juvenalis patria.—*Te refici, &c.*] Id est, cum te molestiarum et urbis tædium cœpit: ut in secessu patriæ tuæ minus populosæ, te reficere velia. *Idem.* Ordo est. *Et quoties Roma*

*reddet te properantem refecti tuo Aquino.*—*Reddet Aquino*] Civitati Campaniæ, unde fuit Juvenalis. *Vet. Sch.*

320 *Me quoque, &c.*] Id est, me Umbritium ab urbe Cumarum avoca. —*Ad Eluinam*] Id est, ad Aquinum, ubi templum est Cereris Aquinæ.—*Eluinam Cererem*] Apud Aquinum colebatur Ceres Elvina. Dicta *Elvina*, a fonte non longe ab Aquino, qui Eluinus dicebatur ab eluendo, quod ibi eluerentur, et corpora purgarentur. Nam qui sacris Cereris initiabantur, lavabantur, ut ait Aristoph. Alii *Heluinam Cererem*, id est, flavam dictam putant, ut spicarum color est, ut Scoppa Collect. II. 1. Brodæus Misc. IV. 25. Sunt qui legant *Me et ad Eleusinam Cererem*; quod epitheton Cereris magis notum.—*Vestramque Dianam*] Quam vos Aquinates colitis, in luco Minturnensi. *Lubin.*—*Ad Heluinam Cererem*] Namque apud Aquinum colunt numina earum Dearum, quæ colunt in Galliis. *Vet. Sch.*

321 *Convelle*] Egre quasi avelle,

tanquam a loco gratissimo.—*Satyrarum*] Id est, ego ad te veniam, et satyras scribere te iuvabo, nisi illas satyras mei auxilii pudeat. *Turneb. Advers. x. 27.*

322 *Adjutor*] Id est, ego velut audax, fortis et strenuus miles *satyrarum* adjutor, ibi tibi præsto ego: qui et urbis vitia detestatus, acriter et audacter in illa velim invehi. Liber collegii Catharinæ manu exaratus *Auditor* habet. *Lubin.*—*Caligatus*] Quia Aquinum in frigidior loco Campaniæ, ob id addit gelidos agros, quia dixit veniam ad frigidos vel frigidulos agros. Vel instar militis *caligatus* veniet Umbritius, ut *Turnebus* vult, x. 27. ut proinde mirum videri non debeat, ipsis Satyris, si non satis idoneus adjutor visus fuerit, quam habitu non Poëtico, sed militari venerit: sicque modestiam suam commendat.—*Caliga*] Genus fuit calceamenti militaris. *Lub. Briton.* Quidam exponunt, *Caligatus*, id est, tenuibus vestibus indutus.

## SATIRA IV.

1 *Ecce iterum, &c.*] Principium abruptum et Satyricum, Particula autem illa *Ecce*, utimur in rebus mirabilibus et improvisis. Virgil. *Æn. II.* ‘*Ecce autem gemini a Tenedo, tranquilla per alta,*’ &c.—*Iterum*] Quia in prima Satyra ejus meminit. Hic enim ille est Crispinus Ægyptius, qui ex servili conditione, ad equestris dignitatem Domitiani indulgentia proventus est.—*Crispinus*] Accusatus Domitianum crudelitatis, gulæ, avaritiæ, a Crispino orditur, in quo et principem notat. Nam Domitianus incesta virginum Vestalium se-

vere coërcuit. Crispino autem adultero notissimo, et virginis Vestalis stupratori notissimo, ignoscebat. Eum ergo Poëta insectatur, et quasi adulter et stuprator sit notissimus, et quod gulæ indulgentissime obsequatur.—*Et est*] Alii libri legunt *adest*. Id est, occurrit mihi scripturo Satyram ultro, de illo nec querenti nec cogitanti, seque mihi Satyrice perstringendum offert.—*Mihi sæpe, &c.*] Id est, cujus crebra in satyris meis facienda mentio. *Lubin.*—*Ecce iterum*] De quo superius. Crispinum dicit, qui sua terra Ægypto egentissimus

fuit, et postea factus est magister equitum Neronis.—*Mihi, &c.*] A me, qui sæpe vitiis ipsius excitor, ut crimina ipsius dicam. *Vet. Sch.*

2 *Ad partes*] Ad Satyras, quæ partes sunt operis mei. Metaphora a Comœdiis sumpta, ubi personæ primas, secundas, tertias partes agere dicuntur. *Britann.* Cui adsentitur Grangæus: nisi quis forte a re judiciali translatum credat.—*Monstrum*] Adeo fœdis, et in omnem turpitudinem moribus projectis vixit, ut naturæ monstrum digito monstrandum inter homines videri posset.—*Nulla virtute, &c.*] Quem nulla virtus a consuetis vitiis revocaverit et a sceleribus liberaverit. Vel qui nullam in se virtutem habet, qua se tanquam pretio a vitiis redimat. *Lubin.* Metaphora est a captivo, qui ære se ab hostibus redimit, ne in eorum sit potestate.—*Ad partes*] Quasi convivii et copulationis mensæ. Ita et \* Sesennus libro II. ait, Non dignus in quem debeam Saturam calente vi adingerere, aut, ad partes operis mei. Metaphoram facit a Comœdia, quia scenici ad partes suas solent vocari. *Vet. Sch.*

3 *Æger*] Quasi dicat, qui alias imbecillius est, et animi morbis valde ægrotat, nua et sola libidine strenuus est et fortis. Ambigue et Scopitice fortitudinem vocat, nulla libidine, stupris et adulteriis fatigari. *Lubin.*—*Æger, &c.*] Figura. Quid est Crispinus? 'Ægræ solaque libidine fortes Deliciæ.' Fortes, ut quem nullus potest etiam a consuetis vitiis detertere. *Vet. Sch.*

4 *Delicias viduas*] Ut ostendat illum tantum jucundiora sectari adulteria, voluptatis gratia, non lucri. Quasi dicat, adeo fortiter libidinem exercet, ut a nullo sexu, ætate, &c. absterneat; promiscue viros, feminas; juvenes, puellas, stupro et adulterio sine defatigatione polluat. Unico hoc excepto, quod a solis tantum viduis

abstineat, quas cum fastu contemnit, cum alias omnia adulteriis suis contemnit: nam qui viduas aut anus sequebantur, id lucri gratia faciebant.—*Delicias*] Veneretas voluptates. *Lubin.* *Ægr. sol. lib. fort. Del.* Vetus Schol. super his verbis sic: 'Quid est Crispinus? Ægræ solaque libidine fortes deliciæ:' quæ lectio non inepta.—*Spernatur adulter*] In minore debilis scelere. *Vet. Sch.*

5 *Quid refert*] Ostendit Crispinum quamvis ditissimum, ne quis ei forte ob opes invidet, miserum tamen esse, quod malus sit: Quid igitur ipsi prodest, &c.?—*Jumenta, &c.*] Dum vehitur: Nam Romani ad omnem luxum profusi gestationes in hortis exstruebant.—*Fatiget*] Dum vectatur diu in illis porticibus, a mulis et jumentis, quibus in gelidis gestationibus vehitur, et porticibus cum pluit. Vide Sat. VII. vs. 178. *Lubin.* Mortuos non vivos (ut diximus) cum taxet Poëta, de Crispino loquitur ac si viveret, alios designans.

6 *Nemorum*] Viridaria et hortos egregios intellige, qui erant in ipsis beatorum domibus urbanis, in quibus vectabantur et umbram captabant in calore ætatis. Plin. Epist. II. 17. Lips. ep. XI. centuriæ Miscellan.—*Jugera quot*] Id est, quot spatia domibus et tectis occupata, et jugeribus æqualia eo in loco, ubi sunt carissima, in foro nimirum, in medio ferme Urbis. Vei ædes et hortos foro vicinos intelligit. *Idem.*—*Nemorum, &c.*] Viridaria, ubi solent gestari. *Jugera*] Hortos, aut spatia dicit in suburbio. *Vet. Sch.*

8 *Nemo, &c.*] Egregia et generalis sententia, quæ Crispino accommodatur.—*Minime, &c.*] Scilicet felix est; qui in supremo malitiæ gradu quasi est: Crispinus ergo infelicitissimus, qui corruptor. *Lubin.*—*Nemo malus felix, minime corruptor, &c.*] Lege meo periculo; *nimiam corruptor*; id est, qui cum mimis consuevit, qualis M. An-

tonius. Sic adacter Schloppius.

9 *Incestus*] Qui incestu, vel incesto concubitu se polluit, dum virginem Vestalem constupravit, ut sequitur. Est autem *incestus*, qui illegitimam tentat Venerem.—*Vittata*] Sacerdos virgo Vestalis, vittis redimita. Erat enim *Vitta* commune quoddam capitis sacerdotale ornamentum. *Idem*.—*Cum quo nuper*] Ultimum Flavie gentis Domitianum dicit: hoc enim ordine regnaverunt, Nero, Vespasianus, Titus, Domitianus. *Vet. Sch.*

10 *Sanguine adhuc*] Pœna virginum Vestalium vitiatarum, quod vivæ in parietibus struebantur, aut terra obruebantur: sic autem a Numa constitutam. Severe etiam puniebat hæc adulteria Domitianus. Nam Corneliam defodi, et stupratores in comitio ad necem cædi imperavit. *Idem*.—*Sanguine adhuc vivo*] Hæc virginibus Vestæ pœna fuit decreta, si vitiatæ fuissent, vivæ in parietibus struebantur, aut sub terra obruebantur. *Vet. Sch.*

11 *De factis, &c.*] Crispini dicimus. Quasi dicat: Hæc Crispini flagitia leviora adhuc, præ delationibus et aliis gravioribus sceleribus, quæ perpetravit. Quasi dicat: Jam tantum de levissimis Crispini flagitiis dicam.—*Et tamen alter*] Correctio. Quasi dicat: Quamvis hoc scelus levius sit, tamen si alter idem flagitium commisisset, a Domitiano iudice morum, quasi vero, et Censore, damnaretur, et occideretur. Plin. epist. iv. 11. *Lubin.*

12 *Sub iudice morum*] Damnaretur a Censore. *Vet. Sch.*

13 *Nam quod turpe*] Nam ob quæ alii viri honesti, tanquam ob turpia damnantur et puniuntur; illa honori et decori sunt Crispino. Sic infra dicit: 'Ille crucem sceleris pretium foret, hic diadema.'—*Titio Scioque*] Viros optimos e vulgo intellige, et quosvis. Hi enim ex officina Juriconsultorum, pro quavis e vulgo et

plebe persona. *Lubin.*—*Nam quod, &c.*] Iriative laudat comparatione Crispini bonos dicens \* non ea obiciens quæ in eum turpissima sunt. *Vet. Sch.*

14 *Quid agas*] Cum tam flagitiosus et sceleratus sit Crispinus, quid agas? qui te contineas, quin objicias, quod quidem in eo est turpissimum. His verbis se ad scribendum Satyræ hortatur in Crispinum.—*Diræ*] Est autem dirum, horrendum, execrabile, quasi Deorum ira immissum. *Festus*.—*Fadior omni crimine*] Quasi dicat: Crispinus, ipso vitio turpius quid adhuc et pejus. *Lubin.* Comparativum pro absoluto, *Fædus*.

15 *Mulum sex millibus*] Lascivius eum condemnavit; jam gulæ et luxuriæ. *Mulus* piscis, qui alias barbio vel barbo dicitur, ab inferioris barba labri.—*Persona est*] Non homo, sed persona. *Vet. Sch.*

16 *Æquantem*] Sex libras ille mulus pendebat, totidem sestertia æquabat, quot libras habebat: quæ sex sestertia, sex millia efficiunt nummorum. *Salmas.* 160. aureas. Vide Bædæum de ase lib. i.—*Sane*] Scoptice, luxuriam quasi laudat et miratur. *Lubin.*—*Sane*] Friget: forte legendum *insane*, hoc est, insanò pretio, sic *insanis mensarum* apud Plin. est insani sumtus quos faciunt in citreis mensis emendis. *Græv.*—*Æquantem*] Sex librarum, qui tantum potuit habere in pondere, quantum in pretio. *Vet. Sch.*

17 *Ut perhibent*] Ut attestantur. Adulatores et parasiti, qui semper majora loquuntur, et omnia dicendo adaugent. *Græv.* Sic passim Poëtæ de re incerta et fabulosa.—*Qui de magnis, &c.*] Etenim, 'Fama malum, quod vires accrescit eundo.'—*Qui de magnis*] Divites, gluttones. *Vet. Sch.*

18 *Consilium*] Occurrit objectioni, quæ quis diceret; Forte tam præclari piscis munere, alicui seni orbo, ac diviti palpatus est, sibi que acquisivit potiorem hæreditatis in testamenta

partem; vel ai nobili alicui amico hunc piscem muneris loco misit.—*Consilium*] Commentum, et callidum inventum.—*Artificis*] Crispini, qui ita artificiose alios captet.

19 *Præcipuam*] Primam hæreditatem in tabulis testamenti ceratis. Sic in prima cera.—*Orbi*] I. e. divitis, qui sine liberis.—*Præcipuam, &c.*] Primam in qua heredes primi scribuntur. *Vet. Sch.*

20 *Est ratio ulterior*] Vel potest esse alia adhuc causa et melior, cur tanto pretio nullum emisse potuerit.—*Magnæ*] Prædixiti.

21 *Quæ vehitur, &c.*] Leticam clausam et coopertam dicit, cujus lecticæ fenestræ vel antrum clausum est latis lapidibus specularibus. Est autem lapis specularis pellucidus in tenuissimas bracteas sectilis, quo utebantur loco fenestrarum nobiliores: ut nos fenestris vitreis utimur, admittebdæ luci et excludendo vento.—*Latis specularibus*] Fenestris lecticæ e lapide speculari. Ibi Interpres *Basternam* seu vehiculum muliebre interpretatur. Sed lecticam tectam intelligit Juvenalis, quæ ab hominibus portatur, forma nihil distans a Basterna, nisi quatenus hæc a burdonibus seu mulabus; illa vero ab hominibus portabatur. *Salmas.* in *Æl. Lamprid.*—*Atro*] Leticam mulieris, aut sellam clausam dicit. Gr. *νορέορος*. *Vet. Sch.*

22 *Nil tale, &c.*] Respondet objectioni negando; quod scilicet Crispinus neque orbo, neque amicæ cuidam hunc mullum emerit, sed sibi, sum privatæ gulæ. *Lubin.*

23 *Apicius*] Homo perditissimæ gulæ illo tempore, qui gulæ exemplum, de paranda cœna libros, de juscillis et condiendis cibis scripsit. Amplificat ergo luxuriam Crispini; quod Apicius ille ad Crispinum collatus, pauper sit ac frugi, moderatus ac temperans. *Plin.* l. 11. ep. 5. *Sen.* ep. 95. *Lubin.*—*Apicius*] Auctor præci-

piendarum cœnarum, qui scripsit de juscillis, fuit enim exemplum gulæ. *Vet. Sch.*

24 *Succinctus*] Aut carter vestitus, aut seminudus. Quod non fecit Apicius, hoc tu fecisti, pessime Crispine, qui olim servus ex Ægypto huc advectus es, papyro vestitus.—*Patriæ*] Ægyptiaca, fuit enim Crispinus verba Canopi.—*Papyro*] Papyrus nascitur in palustribus Ægypti loca, illis peculiaris, ex quo navigia texant, et e libro vela tegetesque, nec non et vestes, stragula, funes. *Plinius* l. 19. —*Succinctus patriæ*] Biblio Nilotica. Fuit nam Ægyptius Alexandrinus, in qua Papyrus nascitur in Nilo. Sicut vult Juvenalis, Crispinus captapota fuit. *Vet. Sch.*

25 *Hoc pretio squama*] Sc. emuntur. Quidam pretium legunt. Tantumne piscis squamosi pretium fuit? Admirandus hoc dicit.—*Potuit fortasse*] Multi certe servi minoris emti suat. *Lubin.*—*Hoc pretio squama*] Piscis, a parte totum. *Vet. Sch.*

26 *Provincia tanti*] In provinciis extra Italiam, pro sex sestertiliis vel 150. coronatis Gallicis emes agros, sed in Italia etiam majores agros tanti emas: quasi dicat, una cœna totum agrum devorat. Nihil corruptius quam quæ ad hæc verba vetus Interp. habet. legendum *Apulia cœnas agros vendit*, aut *majores pisces vendit*. Sed hæc nihil ad Juvenalis mentem. Nam si pisces intelligamus, quis unquam in Apulia mullos, pretio et magnitudine præstantes, provenire tradidit? neque hic sermo est de mulli magnitudine. Præterea si mulli in Apulia majoris venditi fuissent, potius Crispini luxum excusaret quam perstringeret Poëta. Si autem majoris agros in Apulia venditos intelligamus, tota sententia perit; non enim pretium et magnitudo agrorum exagitur, sed agri pretio piscum venditum justa indignatio est. Quare Apulia hic non est regionis nomen,



sed mulieris prædixit orbæ, quæ donatos a captatoribus pisces carius vendebat; et ideo omnino non *maiores* sed *majoris* legendum est, ut respondeat verbis, *provincia* tanti vendit agros. *Ferrarius*.—*Provincia tanti*] Anthypophora. quasi Crispinus hoc responderit; Quid mihi invidēs? Apulia \* curios agros vendit, ut majores pisces vendit, quos tu provincialibus gratis abstulisti. et Itonia, majores Apulia vendit. *Vet. Sch.*

27 *Apulia*] Id est Italix pars: pro ipsa Italia.—*Apulia*] Forsan Aurelia, de qua infra Sat. v. vs. 98. quæ nescio quo fato hic in Apuliam conversa est; ut sit *sed majoris Aurelia vendit*. Duos enim hic de more perstringit Juvenalis: Crispinum, qui millibus sex mullum emerat; et Aureliam sive Apuliam, quæ hamara hæredipetarum munera, majoris vendebat; inter quæ jure nulli fuere tunc pretiosissimi. *Ferrarius*.—*Sed majores*] Amphibologia, utrum agros, an mulos: vel per Anastrophēn positum sit, *Sed*, hoc pacto, *Sed* agros majores Apulia vendit. vel certe, provincia tanti vendit agros, quanti tu mulos emisti. *Vet. Sch.*

28 *Quales, &c.*] Postquam Crispini scelera exagitavit, jam Domitianum ipsum per occasionem et sensim accusat, inque immensam ejus gulam invehitur. Imo, quam caras, quam magnificas. *Glutiasse*. Ingurgitasse, devorasse. *Ferrarius*.

29 *Induperatorem*] Scoptice et irrisorie dictum. Est autem Epenthesis, pro Imperatore.—*Cum, &c.*] Ordo talis: cum Crispinus scurra tot sestertia usque ad ructationem ingurgitaret, quæ sestertia fuere tantum exigua pars, si ad cœnam Imperato-

riam conferantur.—*Sestertia, &c.*] Apositio. Et dicit hoc respectu mensæ Imperatoris. *Idem*.—*Induperatorem*] Neronem dicit gluttonem, ut Domitianus sub Neronis nomine lateret. *Vet. Sch.*

30 *Et modicæ, &c.*] Id est, quæ sestertia fuere tantum exigua pars, sumpta de modica et non nimis luxuriosa Imperatoris cœna. Vult dicere, marginem vel extremam et levem partem Imperatoris cœnæ, etiam modicæ et frugalis, facile æquare illam Crispini cœnam *sex sestertiorum*. *Ferrarius*.

31 *Purpureus*] A vestis colore, erat enim Domitiani satelles.—*Ructaret*] Invidiose, hoc est, comederet mullum tot sestertilis emtum. *Proprie* significat cibum et potum in stomacho male concoctum ventose per os effluere.—*Scurra*] Qui in gratiam principis turpiter risum captat ab auditoribus, nulla sui et aliorum habita ratione.—*Scurra palati*] I. e. Scurra aulicus.—*Purpureus*] A vestis colore, Crispini satelles est idem Domitianus. *Vet. Sch.*

32 *Jam, &c.*] Id est, magister equitum. Ad censum enim equestrem indulgentia Domitiani pervenerat.—*Magna, &c.*] Indignabunde, qui olim in municipiis extra Romam, præco piscium venalium vilissimorum erat. *Ferrarius*.—*Jam*] Magister equitum Rom. factus est scilicet. *Vet. Sch.*

33 *Municipes*] *Ægyptios* et contereaneos. In eodem forte municipio ex quo Crispinus natus: vel per municipia. Dicit Probus: Siluros esse pisces Alexandriæ nullius pretii, quos inopes in *Ægypto* venditent. *Labia*.—*Vendere, &c.*] Sic legendus hic versus. Antiquum hujus loci mendum est, *Farta de merce*, pro *Faria de merce*. Hinc omnes libri partim *farta* legunt, partim *fracta*. Vetus interpres agnoscit *fracta*, et interpretatur *fracto vase Sardarum*. Quod est ridiculum, *Faria* merx, *Siluri*, *Nili* pis-

**Ces.** Eos vocat municipales Crispini, quia is Alexandrinus. Sic eadem Satyra, patriam Crispini, papyrum vocat, id est, municipem: Et alibi Creticas lagenas, *municipes Joris* appellat Sat. XIII. *Salmasius* Plin. Exercit. Britannicus, qui etiam *fracta* legit, intelligit non integram mercem, sed siluros, quos minutatim venderet, tanquam vilissimi cetarii. Grangæus quos vili aut nihilo sibi comparaverat a piscatoribus, qui per viam aliquo casu, aut alia aliqua ratione fregerant. Farnabius putat e fracto vase vel aliena merce surreptos. Qui *Farris* præponunt, procul dubio *Phariam* volunt, ab insula *Pharos* dictam, quæ olim Nili ostio Canopico objecta fuit. — *Fracta*] Probat quoque Gronovius, et significari putat, illum vendere siluros chartaceo cucullo involutos, qui fuerit ruptus. Verum mihi videtur de suo loco excidisse, et legendum *pacta mercede siluros*. Mercedulam sibi pepigit pro opera, quam aliis navabat in vendendis siluris. *Græv.* — *Fracta de*] Id est, *fracto*, vase sardarum ejusdem municipii: unde ipse Ægyptius. Siluri nam pisces sunt Alexandriæ, unde fuit Crispinus, nullus pretii, quos inopes in Ægypto venditant. *Vet. Sch.*

34 *Incipe Calliope*] Quasi ad piscis magnitudinem exprimendam divino Musarum auxilio opus sit. *Lubin.* Vanitatis arguit omnes Poëtas, qui carminum suorum exordiis Musas invocant, easque canere jubent. *Rigultius.* — *Incipe*] Id est, ego hic cursum Satyricæ venæ sustinere cogor, nec amplius aliquid dicere possum. Tu ergo Musa, quia sequuntur res magnæ et mirabiles memorabilesque, incipe. — *Licet, &c.*] In his ab Imperatore tam præclare gestis immorari. Mallem ergo hic legere *consistere*, pro *considerare*, et pro, *et, hic.* *Lub.* Antipophora est, possent enim dicere Musæ, nolumus in hac re ficta tempus atterere, et ipse respondeat, potestis

perfecto hic sedere et immorari. — *Licet*] Aut summis dicere, aut proprie, res tennes dicere. *Vet. Sch.*

35 *Non est cantandum*] Tanquam in jocularibus et fabulosis. — *Res, &c.*] Non fabulosa aut jocularis. *Lubin.*

36 *Pierides*] Musæ ex Pierio monte Thessaliæ, vel regione Macedoniæ: et mihi vel ob hoc sitis propitiæ, quod vos dixerim *puellas*, hoc est, juvenculas et quidem castas, puras et intactas: quæ tamen non potestis non esse vetulæ, ab antiquissimis poetarum usque invocatæ. *Farnab.* — *Prosit, &c.*] Juvet me et ad laudem vestram sufficiat, vos puellas a me esse nominatas et invocatas. *Lubin.* — *Prosit, &c.*] Virgilius: 'prosit nostris in montibus ortas.' Id est, ad laudem vestram sufficiat vos puellas nominatas. *Vet. Sch.*

37 *Cum jam*] Tanquam rem memorabilem narraturus, primo tempus quo gesta sit prolixè describit, et historiam recitat ex rhombo pisce ingenti capta. Jactat autem hoc convicium in Flavianum Domitianum, quem calvum Neronem vocat, quod teste Tranquillo calvus ille fuerit, et Neronis vestigiis crudelitate et tyrannide probe institerit. *Ultimus* Flavius appellatur hoc loco, quod in eo Flavorum familia, et Cæsarum origo defecerit et desierit. — *Semianimum*] Male et misere afflictum, semivivum. — *Laceraret*] Miseris modis affligeret, crudelitate et tyrannide lancinaret. *Lubin.* — *Orbem*] Nam non modo Urbs sed universus orbis eam sensit.

38 *Calvo Neroni*] Sic Ansonius: 'Quem dixit calvum sua Roma Neronem.' Ita ait, Nam omnes mali imperatores Neronem appellati, et Domitianus per omnia Neroni similis fuit hoc uno ab ipso distinctus, calvus quod esset. Porro in tantum calvitio suo offendebar, teste Suetonio, ut si cui calvities objecta fuisset, illud in se dictum existimaret, et dicentem acerrime puniret. *Turneb. lib. XII.*

Advera. cap. 8.—*Serviret*] Invidiose dicit. In servitutem a tyranno redacta. *Idem*. Nam cæteri ante illum nomen Domini vel edicto respuerant, hic autem se Dominum et Deum primum appellari voluit. Dominus autem est servorum, Imperator militum, Princeps civium.—*Ultimus*] Hoc convicium in Fl. Domitianum, Titi fratrem, Vespasiani filium jactat, qui calvus fuit, ut Suetonius refert. propter quod Juvenalis, sub specie honoris relegatus est ad cohortis curam in *Ægypto*, Hoasa, ubi mortuus est. Ultimum autem dicit, quia in illo Cæsarum origo defecit: et cum Vespasianus, et Titus, et Domitianus Flavia ex gente fuerint, Domitianus ultimus illorum, et dissimillimus imperavit. Meminit hoc Valerius Martialis in Epigrammate. his \* vero sibi finit; 'Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres. Pene fuit tanti non habuisse duos.' *Vet. Sch.*

39 *Incidit*] Casu in portum et sinum venit, prope Anconam.—*Adriaci rhombi*] Piscis in Adriatico mari nutriti, et capti.—*Spatium, &c.*] Id est, ingens et incredibilis piscis magnitudo, et admiratione digna amplitudo. *Lubinus*. Ejus loquutionis nomine, tam graves pœnas viro docto dare non debuit Satyricus. Nulla enim in phrasi *κακογλία* notanda est, vel improprietas, utpote quam vetustissimi, nec Poëtæ tantum, sed etiam *ῥεφόλογοι* usurparunt hoc sensu. Sic Ovid. de Remed. amor. 'spatiosum taurum,' dixit pro magno. Lucianus, *spatium elephantis*, de magnitudine ac mole illius belluæ: 'Nec tutus spatio est Elephas.' Salmas. *Plin.*—*Rhombi*] Piscis formæ magnitudo. *Vet. Sch.*

40 *Ante, &c.*] Per domum Veneris, templum ejusdem intellige. Dicit ergo autem ædem Veneris, quam civitas *Ancona* mari Adriaco vicina a *Doricis* vel Græcis condita *sustinet*, et in qua civitate ædes Veneris posita est. *Lubinus*.—*Dorica Ancon*] A Græcis com-

data, qui Syracusis advenerant, Dionysii tyrannidem fugientes. *Farnab.*—*Quam Dorica, &c.*] *Ancona Dorica*: id est, Græca civitas, quam Græci in Italia condiderunt. *Vet. Sch.*

41 *Implevitque sinus*] Id est, concava retia. Vel per sinus intelligit angulos et curvaturas ejusdem portus: quos Itali vocant *Golfi*.—*Neque enim minor*] Est sensus: Rhombus iste, de quo dico, maximus erat, et in retibus *hæserat*, non minor illis ingentibus rhombis, quos *glacies Mæotidis* paludis tota hyeme operit et tegit, et quos glacies illa calore *Solis rupta et soluta* magna copia ad *ostia Euxini Ponti*, *torpentis*, stagnantis, et tarde aut parum fluentis *effundit* et emittit. *Farnab.*—*Implevitque, &c.*] Id est, retia. Virgilius: 'Implevitque sinus sanguis.' *Vet. Sch.*

42 *Mæotica*] I. e. glacies Mæotidis paludis. Mæotis palus est, quam efficit Tanais, ea in Pontum effunditur. *Plinius*.—*Quos, &c.*] Quia qui in Ponto et Mæotia palude capiuntur pisces, immanes et pingues ex ipsa tarditate; quoniam quando gelat, in glacie hærent. Sallustius: 'Itaque tempestate piscium vis Ponto erupit.' *Vet. Sch.*

43 *Solibus*] Solis calore æstivo. Nota plural. num. *τὸ effundit* denotat ingentem multitudinem piscium.—*Torpentis*] Segnis, frigidi, glacialis, vel segniter fluentis, prope stagnantis. Alii ut et Probus legit *torrentis*, id est, perfluentis, currentis. *Farnab.*—*Ostia*] Fluviorum exitus, per quos id mare exonerantur. *Idem*. Hic autem designat ostia ipsius paludis quæ exeunt in Pontum.—*Solibus*] Id est, soluta a Sole glacie. *Torrentis*] Perfluentis, currentis, illic nam reuma quoddam trahit mare. *Vet. Sch.*

44 *Desidia tardos*] Longa mora segnes.—*Longo frigore*] Quod coacti, dis in fundo hæserunt; unde pingues red- dit. *Farnab.*

45 *Destinat hoc monstrum*] Hunc

monstrum magnitudinis rhombum, tanquam marinam belloam, scapham piscatoria præfectus, seu piscator, adjudicat et offert Domitiano. Hoc loco *datat* est *mittit*.—*Linique*] *Lina* pro rete. *Idem*. Sic alibi, 'Cespite consedi dum lina madentia sicco.' *Græg.*

46 *Pontifici summo*] Domitiano. Omnes enim Imperatores Rom. summi pontifices: et qui quasi pontifex maximus erat sacerdotum, quos instituerat Albæ. vide Sat. II. vs. 112.—*Proponere*] supp. *venum*. Aliis venalem exponere ad vendendum, vel in cenam. Nemo privatorum facile id ausit. *Lubin.*—*Pontifici, &c.*] Ironia. *Vet. Sch.*

47 *Cum plena, &c.*] Ratio: nam ubique Romæ delatores, nec in foro solum, verum etiam in litore.—*Litore*] In quibus piscis capiebatur. *Lubin.*—*Cum, &c.*] Non solum fora. *Vet. Sch.*

48 *Dispersi protinus*] Qui statim actionem et accusationem contra piscatorem nudum et miserum instituerent.—*Alga, &c.*] Rerum etiam levissimarum, ut algæ, delatores. Sed ab hac sententia et mente deterret nos Grangæus. Ergo pro illis qui maris litori præficiuntur. *Alga* enim vilis illa herba, quam mare, in quo nascitur, projicit, et pro litore hic ponitur.—*Dispersi protinus algæ inquisitores agent cum remige nudo*] *Alga* pro litore poni Judæus Apella credit, non ego. Censeo scribendum: *dispersi protinus alni inquisitores*, hoc est navium naufragarum et dispersarum inquisitores, quales erant Palfurius, et Armillatus. *Græv.*

49 *Agerent*] Illi delatores cum paupere et nudo piscatore, nisi sponte piscem illis relinqueret, tanquam ex vivariis Cæsaris elapsam, causam agerent, eumque accensarent furti. *Idem.*

50 *Non dubitaturi*] Certo affirmaturi.—*Fugitivum*] Qui e vivario Cæ-

saris aufugerit, in quo minutos alios pisces depastus sit; et devoraverit. *Idem.*

53 *Si quid, &c.*] Palfurius Sura, et Armillatus magni viri, et consulares fuerant, sed postea delatores pessimi, et fisci causas per calumnias et sacrilegas interpretationes agebant, omnia præclara illi adjudicantes.—*Si quid, &c.*] Palfurius Consularis filius, in agone cum virgine Lacedæmonia sub Nerone luctatus est. Post inde a Vespasiano Senatu motus, transivit ad Stoicam sectam, in qua cum prævaleret et eloquentia, et artis poëticæ gloria, abusus familiaritate Domitiani, acerbissime partes delationis exercuit: quo interfecto, Senatu accusante damnatus est: cum fuissent inter delatores potentes apud Domitianum, et hi Armillatus, Demosthenes, et Latinus archimimus: sicut Marius Maximus scripsit. *Vet. Sch.*

55 *Res, &c.*] Pertinet ad mensam Imperatoris, in quacunque maris parte tandem lateat, vel in quocunque tandem loco inveniatur: quod contra jus naturale. *Fisco* proprie receptaculum erat nummorum, capiturque pro ipso ærario. *Græv.*—*Donabitur ergo*] *Fisco* vel imperatori: ne pereat, quod jam distrahi et tuto retineri non potest; sunt piscatoris hæc verba, donabitur libenter et cito. *Idem.* Mihi videtur delator continuare sermonem. Vel sunt verba Poëtæ subsannantis talem legum perversionem.

56 *Ne pereat*] *Fisco*. Vel sic intellige hæc: Miser ille piscator maximo opere properabat piscem Imperatori offerre, quod opus non fuisset tanta festinatione, quia tempore brumæ, piscis non tam cito mortuus esset, aut corruptus computruisset.—*Ille, &c.*] Ne pereat vel corrumpatur.—*Jam, &c.*] Hi quatuor sequentes versus ita inter se cohærent: Sub autumnii finem, quo quartana febris sævire solet, inamæ-

na hiems rigida erat et stridebat vi ventorum tunc dominantium, et piscem captum a putrefactione servabat; tamen delirus piscator jam pisce capto, ita properabat, tanquam Auster flaret, æstatis tempore omnia putrefaciens et corrumpens. Deridet ergo piscatorem, quod putrefactionis metu hiemali tempore adeo festinavit.—*Lethifero*] Dicitur autem lethifer Autumns, quia morbos et mortes excitat; propter mutationes, aliasque causas Medicis et Physicis satis notas. *Idem.*—*Pruinis*] Hoc est hyemi: Annus enim in perpetuo motu, cujus partes sese invicem expellunt.—*Non pereat*] Fisco, quod jam distrahi non potest. *Vet. Sch.*

57 *Sperantibus*] *Kαρδχρησις*. Id est, timentibus. Virgil. 'Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.' *Lubin.* *Rigaltius* dicit eos, qui desinente autumno ægritudine tentantur, sperare quartanam: hoc est, non fore continui ardoris, sed tantum quadrimi circuitus febrem, quæ, ut asserit Celsus, neminem jugulat: vide Ptol. Flavium cap. 17. Conject. Omnes fere acyrologiam suam tenent, nec persuadentur a Ptol. Flavio: Sed quicquid ogganniant, retinemus nos genuinam et propriam verbi (*sperantibus*) interpretationem, putantes hoc quod Itali *Febre quartana no fa sonare campana*. Adstipulatur Flavio et nobis Grangæus.

58 *Stridebat*] Vento et frigore omnia infestabat.—*Deformis*] Ab effectu, quod hieme prorsus omnia sint deformia: Eadem ratione Horat. vocat *informem*.—*Prædamque, &c.*] A corruptione immunem servabat. *Lubin.*

59 *Velut, &c.*] Periculo scilicet putredinis. *Idem.*—*Auster*] Ventus calidus, quo pisces corrumpuntur. *Vet. Sch.*

60 *Utque lacus suberant*] Ubi jam piscator delatoribus comitatus, lacus sub mœnibus Albæ superarat, et ad

Albam appropinquarat; hic vero in Albano monte erat Domitianus: ubi etiam piscis ipsi offerebatur. In hoc Albano monte, obsceni illi Minervæ sacerdotes a Domitiano constituti erant, quorum Pontificem summum superius Domitianum joculariter appellavit. Alii *superant* legunt.—*Diruta*] A Tullo Hostilio, post supplicium sumtum de Metio Suffetio Albanorum duce rebelle: Templis tamen edicto regis temperatum est.—*Utque, &c.*] Id est, cum prope lacus Albanenses jam venisset piscator. *Vet. Sch.*

61 *Ignem Trojanum*] Vestam, quæ nil aliud quam ignis: Ovid, 'Nec tu aliud Vestam quam vivam intellige flammam:' qui Troja in Italiam ab Æneæ delatus. *Grang.*—*Vestam, &c.*] Ad differentiam illius Vestæ templi, quod condidit Numa in urbe, novum, rotundum et majus. *Idem.*—*Minorem*] I. e. quam consecrat minore religione quam Romæ.—*Ignem, &c.*] Romani Tullo Hostilio rege, cum deseruissent Albam, sacra sublata Romam transtulerunt, et Deos penates: quorum penetrale tam venerabile deprehensum est, ut lapidatio de cælo caderet supra \* memorati ponderis, propter quod prodigium, ex libris Sibyllinis jussi Pontifices ex S. C. Albæ sacra renovare. Tanta enim repente, cum ea vellent transferre, grando cecidit, ut intelligerent suis locis sacra non esse movenda. Inde ibi perseverant, ideo et Vestam minorem dixit ad compositionem. *Vet. Sch.*

62 *Obstitit, &c.*] In illo loco ad Albam.—*Miratrix, &c.*] Forte sacerdotum Albanorum, qui pessimi erant, et in quorum collegio Domitianus summus pontifex erat. Mirabantur enim piscis enormitatem. *Lubin.*—*Obstitit intranti miratrix turba*] Sententia hujus loci hæc est, advenienti rhombo ab atriensibus et janitoribus primo oclusa fuit janua, postea re intellecta exclusum admisere, et patribus spectandum exhibuere. *Græ.*

63 *Ut, &c.*] Locum postea dedit ipsi piscatori. legendum ut, id est, postquam.—*Facili, &c.*] Januæ vel valvæ apertæ sunt, cardine circa quod janua vertitur facili. Valvæ tamen templorum proprie januæ; forte eo adludit, quia superius Pontificem dixit. *Idem.*

64 *Exclusi, &c.*] *Patres* vel senatores *exclusi* præ foribus *expectant*; *opsonia* vero, vel piscis admissus est sive admittendus. Pluris enim faciebat Imperator piscem, quam omnes patres, qui Domitianum fuerant comitati. *Idem.* Pro *spectant*, alii legunt *expectant*.

65 *Itur*] Pertexit narrationem, et exponit quomodo piscis oblatum sit Imperatori.—*Ad Atridem*] Scoptice dictum, id est, ad regem et imperatorem. nam ut Agamemnon summus imperator Græcorum, ita hic Domitianus Romanorum erat. Vel Neronem alterum, qui matrem suam Agrippinam interemit, sicut Orestes Atræi nepos et Agamemnonis filius matrem suam Clytæmnestram.—*Picæus*] De piscatore intellige; cujus vel nomen erat, vel saltem gentile, utpote Picena regione oriundus, quem mari Adriatico adjacet. Est autem hic piscator adulator pessimus.—*Accipe, &c.*] Insignem rhombum, adeo magnum, ut a privato quodam, in foro coqui et in cibum apponi non debeat, sed dignus sit mensa imperatoria. *Idem.*—*Itur ad Atridem*] Id est, ad Domitianum, qui crudelitate Atrides, et Tiberio par. Vocatur etiam *Ajax*, id est, furiosus ab eodem Poëta, Sat. x. 'Quam timeo victus ne pœnas exeat Ajax.' *Dorleans.*—*Picæus*] Piscator de provincia, ubi piscis captus fuerat. *Vet. Sch.*

66 *Genialis, &c.*] Lætus, ut natalis, quo indulgetur genio. vide Pers. Sat. II. 3.

67 *Propera, &c.*] Evacua et solve ventrem tuum, eumque maxime capacem redde, et hisce deliciis excip-

endis illum præpara; vel *laxare*, est extendere his deliciis et *πολυφαγίαν* *Lubinus.*—*Saginis.*] Id est, cibus: alias sagina est *στένωσις*, fartura. *Salmas.*—*Laxare, &c.*] Alii, *sagittis*, ut sit semisus, acutis curis, ut exercitatione sagittarum digestionem, inquit, et harenis, quibus vectari illum debere dicit ob cibum futurum. Legitur et *saginis*, id est, escis futuris stomachi indigestum præparare. *Vet. Sch.*

68 *Et tua, &c.*] Qui nec alio tempore capi voluit, quam tuo, ut a te comederetur. *Lubia.*

69 *Ipsæ, &c.*] Id est, hic piscis sponte ad retia pervenit, ut caperetur, et a te comederetur.—*Quid, &c.*] Poëtæ verba sunt utrobique dicentis, Hac piscatoris turpi adulatione nihil potuisse esse apertius et manifestius; et tamen Domitianus adeo stolidus erat, ut hac tam frigida adulatione elatus et superbus, animum attolleret, falsaque laude intumesceret. *Idem.*—*Et tamen, &c.*] Adsentatione, ac laude intumescerebat Imperator, quamvis falsa. *Vet. Sch.*

70 *Surgebant, &c.*] Metaphora a gallis gallinaceis. Dicitur et simili modo *tollere cornua.* Ista adulatione intumescerebat; quasi etiam bruta illius imperio et voto obsequerentur.—*Nihil, &c.*] Id est, Domitianus et alii Imperatores et tyranni, qui, si Dils placet, Divis æqualem habent potentiam, (unde dicti humani Joves) adulatoribus omnia grandia et maxima, turpissime de se mentientibus, fidem habent.—*Credere, &c.*] Aliis mendacibus adulatoribus adfirmantibus. Egrege Horatius: 'Sed vereor de te, ne aliis plus, quam tibi credas.' *Lubia.* Sequitur hinc, ut ideo mutari noli, quia se optimos esse credunt.

71 *Cum, &c.*] Scoptice hoc dicitur. Tantæ enim stoliditatis et amentię fuit Domitianus, ut cum se Deum per libellum nominari audiret, statim edixerit, ne posthac alia præfatione

appellaretur, quam *Dominus et Deus noster*. Idem.—*Diis, &c.*] Regnum scilicet. *Vet. Sch.*

72 *Sed deest*] Describit jam factum stolidi et fatui Imperatoris ridiculum et ineptum. Cogit autem concilium Senatorum suorum, ut deliberent quo pacto piscis coqui debeat et apponi; cui ob insolitam magnitudinem nulla patina æqualis erat, quæ eum coquendum integrum caperet. Vel potius, quæ illum assum, aut elixum et jumentum, et sic mensæ inferendum capiat.—*Vocatur ergo*] O ineptias! Ita nimirum stolidi illi, quid in buccam venit, imo quicquid somniant, stolide persequuntur. Quid autem stultius quam Romani imperii procerum concilium cogere, non de Rep. sed de rhombo et patina acturos?

73 *Quos, &c.*] Id non ad procerum merita, sed ad mores crudelis tyranni referendum, qui etiam adulatores et delatores suos e medio tollebat. Intelligendum enim hoc de nobilibus, in quos atrocissime grassabatur. *Lubin.*—*Quos, &c.*] Hoc ad mores infert regia, non ad illorum merita. *Vet. Sch.*

74 *In quorum, &c.*] Describuntur aureæ illæ compedes aulicorum, et vita aulica et amicitie imperatoris magnæ quidem; at misere. Id est, in quorum procerum facie apparebat pallor, in signum timoris, &c. Unde non absurde, a quopiam dictum, 'Malle se in caula, quam in aula vivere.'—*Miseræ*] Imperatoris: 'Erat enim Domitianus non solum magnæ, sed et callidæ inopinatæque, sævitie,' &c. Sueton. cap. 11. Domit. Et miserum est cum tyranno amicitia colere, a quo continua mortis pericula immineant.

75 *Pallor*] Ab eo, quod præcedit timorem. In timoris signum; quis enim non palleat, qui cum Leone, Basilisco, et Dracone cogatur vivere? *Lubin.*—*Primus*] Procerum vel

Senatorum.—*Clamante, &c.*] Id est, cum præco e Liburnia oriendus, nomenclator, qui commissionibus præerat, clamaret et convocaret senatores. *Idem.* Patres enim ad Senatum vocabantur plerumque edicto: hic autem per præconem. *Brissonius* 11. de formul.—*Pallor, &c.*] Simulatur. Cic. 'Nulla est occultior res insidiis, quæ latent in simulatione officii.'—*Clamante, &c.*] Qui admissionibus præerat. *Vet. Sch.*

76 *Currite, &c.*] Verba præconis clamantis. Id est, festinate o senatores ad Concilium: Imperator jam in solio suo sedet, deliberaturus de re scilicet gravissima. Graphice vocem clamantis et trepidantis expressit.—*Rapta, &c.*] Propere induit tunicam suffultam et duplicem; ne moraretur sævissimum tyrannum. *Lubinus.*—*Rapta properabat, &c.*] Loquitur ibi poëta de Pegaso, a Domitiano in Albanum accito. De abolla supra dictum Sat. III. ubi pro veste Philosophica, hic pro Senatoria. *Grang.*—*Rapta*] I. e. veste festinanter arrepta. *Farnab.*

77 *Pegasus*] Hic civis Albanus erat Jurisconsultus multo honore functus, qui multis provinciis præfuit, postea etiam urbi præfectus a Vespasino; hinc dicitur Jus Pegasianum. *Lubin.*—*Pegasus*] *Claud. Salmasius* *Vet. Scholiasten* sic ibi corrigit, Pro *parasæda*, *parasæmo* substituens. Pegasus enim parasæmon i. e. insigne trieris, unde Trierarchus filio nomen imposuit.—*Villicus urbi*] *Villicus* veteres non de solo villæ præfecto usurpant, sed quemvis præpositum aut procuratorem, dispensatoremque ita vocant. Tibullus ærarii præfectum *villicum* dixit, hoc Epigrammate: 'Villicus ærarii quondam, nunc cultor agelli.' In antiquis lapidibus villicus alimentorum, est qui alibi dicitur procurator alimentorum. *VIL. AB. ALIN.* Id est, villicus ab alimentis.—*Salmas. in Æl. Lamprid.*—*Modo villicus*]

Id est, paulo ante sub Vespasiano constitutus Praefectus urbis Romae. Vocat ipsum Sceptice ac despective *villicum*, ostendens Romam jam non esse urbem suis privilegiis suaque libertate gaudentem, sed villam, hujusque praefectum villicum esse.—*Attonitus urbi*] Sarcastice dictum in ignaviam Romanorum, qui jago tyrannico oppressi, metu et saevitia tyranni plane percussi et obstupefacti animam abjecerant. *Lubin.*—*Pegasus*] Trierarchi filius, ex cujus Liburnae parasemo nomen accepit, juris studio gloriae memoriae meruit, at liber vulgo, non homo diceretur. Hic functus omni honore, cum provinciis plurimis praefuisset, urbis curam administravit. Hinc est Pegasianum scilicet jus, quod Jurisperitus fuerat. *Vet. Sch.*

78 *Anne*, &c.] Probat quod de villico dixit, scilicet Romam quasi villam esse cujusquam privati dominio subjectam, ejus praefectos nihil aliud esse quam villicos: vel potius ludit in ambiguo, mox enim villicus pro praeposito et custode, jam pro rustico et extraneo, minime Romanum origine designans, et qui potius campestris quam urbanitatem redolet.—*Anne aliud*] scil. erant. Quasi dicat: Certe nihil aliud erant.—*Anne aliud*] Neque enim sub avaro principe Vespasiano fuerunt praefecti aliud quam villici; qui omni ratione omnia undecunque corradabant, et tamen ex his Pegasus erat optimus. *Farnab.*—*Quorum*, &c.] Pegasus intellige, qui inter omnes praefectos fuerat optimus, et Jurisconsultus integerrimus. *Idem.*

79 *Omnia*, &c.] Est levis quaedam correctio. Erat quidem Jurisconsultus sanctissimus, et vir optimus, interea tamen pro justitia et legibus non audebat pronunciare. *Idem.* Severitate poenarum sc. non coercenda probra, sed omnia mitius agenda.

80 *Temporibus diutis*] Infesta et ex-

*Delph. et Var. Class.*

crabili aetate Domitiani, qui non licebat in homines sceleratos Imperatori charos, justitiae rigorem exercere. Ob id tempore inserviebat.—*Inermi*, &c.] Debili et languida, qualis tunc est, cum vel libere non pronunciatur, vel cum executione caret. Utrumque illi saeculo competebat. Nam Crispinum ob tot adulteria, imo tot incestus, non accusare audebat, ne dum condemnare et punire, quia Imperatori carus erat. *Idem.*—*Inermi*, &c.] Quoniam optimus: tum pro tempore omnia injuste agenda credebat. *Vet. Sch.*

81 *Venit*, &c.] Intelligit Vibium Crispum Placentinum, virum facetissimum et integerrimum. Hic, Tranquille teste, interroganti cuiquam: *Essetne quis intus cum Caesare Domitiano, respondit, ne musca quidem*: unde Poeta jucundam senectutem appellat. Domitianus enim initio principatus sui quotidie secretum horarium sibi sumere solebat, quo muscas captabat, easque stylo praecuto configebat.—*Crispi*, &c.] Id est, ipse Crispus senex. Hic solus ferme inter tot nobiles senescere potuit, in quos Domitianus atrociter et immaniter grassabatur. *Farnab.*—*Crispi senectus*] Crispus senex jucundus, ut *λεπνὸν μένος, Ἀλευόσιον, ἢ Τελεμάχοιο, sapientia Laetii*, &c. Alii Passienum Crispum hic intelligant. Quintilian. libro x. l. et libro vi. 2. Sueton. in Nerone. Tacit. ad cujus Annal. 22. lib. vide quae Lipsius pro Passieno, et Torrentius pro Vibio ad nostrum hunc. *Farnabius.* Certe non Vibio, sed Crispo Passieno conveniunt quae vetus Schol. ei attribuit. *Grang.*—*Venit et Crispi*] Vetus Interpres Juvenalis corrigendus. 'Interrogatum Passienum a Cajo' (quem male *Neronem* vocat, ut male Claudium virum Messalinæ nominat etiam *Neronem*) 'haberetne cum sorore germana consuetudinem.' 'Nondum,' inquit, 'quantum vis decenter et caute.' *Dorleaus.*—*Crispi*, &c.] *Lucan.*

8 I

*Juv.*



*Præcipue modestior amicus.* Crispus municipis Viscellionis threicio suo in Senatu ita cepit, P. C. et tu Caesar. propter quod simul oratione plenissime a Tiberio conlaudatus, plurimas sponte causas apud C. V. egit. pro qua re in basilica Julia ejus statua posita est. Consulatus duos gessit. uxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Caesaris. Possedit bis  $\alpha$  HS. omnium principum gratiam appetivit, sed præcipue Caesaris, quem iter facientem secutus est pedibus. Hic nullo audiente a Nerone interrogatus, haberetne, si eum ipse, cum sorore germana consuetudinem. Nequam, inquit, quantumvis decenter et caute; ne aut \* negantem eum argueret, aut adscientem sibi met mendacio dehonestaret. Perit per fraudem Agrippinæ, quam heredem reliquerat et funere publico elatus est. *Vet. Sch.*

82 *Cujus erant, &c.* Qualis moribus, talis etiam eloquentia erat. Utriusque erat jucundissimus et dulcis.—*Mite ingenuus*] Blandum, mansuetum, placidum. *Lubin.*

83 *Maria, &c.* Id est, Imperatori et Monarchæ Domitiano, quis utilior comes adjungi vel Consiliarius potuisset, quam hic Crispus? *Idem.*

84 *Si clade, &c.* Adjungit conditionem. Nemo hoc Crispo fuisset Imperatori atillior, si tyrannus Imperator non esset, et patj posset crudelitatem et vitia condemnari, et si honestis consilia obtemperasset.—*Clade, &c.* Id est, sub Domitiano, qui clades et interitus pestisque fuit omnium nobilium, bonorum præsertim. *Idem.*

85 *Sevitiam, &c.* Id est, in Domitiano tyrannidem et atrocem crudelitatem sine metu libere arguere.—*Et honestum*] Utile et salutare. Talia autem non admittebat Domitianus. *Idem.* *Afferre Al. Ferre.*

86 *Sed quid, &c.* Eximia sententia. Id est, quid terribilius, formidabilius-

quo quam auri tyranni, honestæ admonitionis, et salutaris consilii impatiens. Quæ admodum tenera, libera admonitione et severa castigatiōe exasperari non debet. *Idem.*

87 *Cum quo, &c.* Quid asperius esse potest ille tyranno, Domitiano acilicet, cum quo si amicus non omnia grata loquatur, sed etiam in levissimis, seu potius, incertis; ut de auræ mutatione, de pluvii hyemalibus, de calore æstatis, de vere nimbo et inamæne, ex imprudentia quendam dicat, in mortis pericula se conficiet.—*Nimbo*] Pluvioso, ingratis et injucundo futuro. *Lubin.*—*Cum quo, &c.* De rebus frivolis et usualibus. *Vet. Sch.*

88 *Palam, &c.* Id est, mors imminabat, et instabat: quicumque enim ingrata dixissent, illos occidebat. *Lubin.*—*Pendebat*] In ambiguo erat, veluti res pendule in ambiguo sunt ne cadant.

89 *Ille, &c.* Laudat Crispi prudentiam, qui diris illis temporibus didicerit *κατὰ λογισμὸν, καὶ ἀντιπρόσθετον*. Id est, nunquam quidquam fecit contra impetuosam violentiam tyranni, omnia torrentis instar secum rapientis. Per *torrentem*, obstinatum et effrenem Caesaris violentiam notat, cui Crispus nunquam contradixit. Metaphora a natantibus, qui si contra flumen natare velint, fluminis impetu retro aguntur. *Lubin.*

90 *Nec civis, &c.* Generaliter loquitur de omnibus, cum tacita nota degeneris ignavis Romanorum.—*Qui liberu, &c.* *τὴν παρρησίαν*. Qui vere et libere animi sententiam posset eloqui, ob tyranni crudelitatem, et delatorum copiam.—*Nec civis, &c.* Aut ipse Crispus, aut quicumque. *Vet. Sch.*

91 *Et vitam, &c.* Id est, qui vellet pro vero vel veritate, quam palam profiteretur, more Papiniani Jectivam impendere, vel qui posset vivere, et libere veritatem et virtutem proste-

*et Lubia.*—*Vero*] *Pour dire la vérité.* Hinc enim, ut ait vetus verbum, odium parit.—*Et vitam, &c.*] Ut Virgil. ‘*Animasque in vulnere ponunt.*’ *Vet. Sch.*

92 *Se multas, &c.*] His artibus et prudentia tempori inserviente, octogenarius evasit, et senex factus est in illa aula, in qua sub Nerone vixerat.—*Octogenarius, &c.*] Annos octuaginta ipse natus indicat. Hoc profecto mirraculi loco erat, hominem nobilem ad tantum senium Romæ sub Nerone, et Domitiano pervenisse. *Lubia.*—*Solstitia*] *Æstiva et brumalia*: vel absolute pro æstivo, ut fere semper alias sumitur.

93 *His armis*] Et artibus anicla, adsentatione, comitate, taciturnitate et dissimulatione, quibus muniebatur adversus Imperatoris sævitiam.—*Ille in aula*] *Imperatoris* dixit. Quasi diceret: idque in aula tam crudeli, in qua nemo tutus erat. *Idem.*

94 *Proximus*] Describit jam alios duos Senatores, patrem Acilium Glabrimonem; qui, teste Plinio, singulari prudentia et fide fuit; quem tamen postea, tanquam res novas moliretur, exilio multavit.—*Proximus*] Post Crispum.—*Ejusdem ævi*] Coetaneus cum Crispo, et ipse octogenarius. *Id.*—*Ejusdem, &c.*] Virg. ‘*Ut regem æquum.*’—*Acilius*] Consul sub Domitiano fuit, indignus pati quæ passus est. Hujus cum filium juvenem Nero occideret, ipsam Acilium servavit, qui pœnas sentiret orbitatis. *Vet. Sch.*

95 *Cum, &c.*] Cum optimo filio, Domitio, ut nonnulli putant, qui indigna morte a Domitiano fuit sublatus. Quamvis Farnabius dubitandum recte dicat quis ille juvenis fuerit, sunt tamen qui de Elvidio filio Elvidii intelligant, et Vet. Interp. andacter de filio Acilii Glabrimonis: sed ille a Nerone interemptus jam erat, et nulla de hoc juvene exstat historia, quamvis Domitianus plurimos interemerit.—*Manere*] Certissime futura exspec-

taret. *Lubia.*

96 *Et domini gladiis*] Id est, quæ mors jam dudum designata; deputata, et destinata erat gladiis Imperatoris.—*Jam, &c.*] Id est, illo ipso tempore jam morti a Domitiano adjudicatus erat. V. C. meus legit *Destinata*, male: Destino enim mediam corripit. Alii legunt *designata*. Sed *Festinata*, id est, properata ante tempus senectutis, quæ juvenem opprimit.—*Sed olim*] Vera sententia etiam nostra ætate, qua plerique nobiles vitam atterunt vel luxu, et perpotationibus; vel libidine. *Olim*, i. e. superioribus temporibus: Hinc Britannicus apparere dicit, Juvenalem Sat. suam non scripsisse sub Domitiano. Et tam multos Domitianus effrata quadam crudelitate cives interemit, ut prodigii loco haberetur aliquem in urbe senem nobilem et patricium offendere. Tum illud jam olim etiam Neronis tempore usitatum esse, qui nobilissimo cuique exitium destinabat. *Britæx.*

97 *Prodigio par*] Moustro vel ostento simile, rarissimum quid.—*Cum nob.*] Alii legunt *in nob.*

98 *Unde, &c.*] Ob id, quia tantis periculis nobiles expositi sunt, ego volo potius esse terræ filius, ignobilis et obscurus, et ob id a persecutione tyranni tutus. Nobilium enim potentia Imperatori formidolosa erat. Et alias: ‘*minas in parvos fortuna furit.*’ ‘*Qui procul a Jove, procul a fulmine.*’—*Fraterculus, &c.*] Festive et sat lepide a Poëta dictas fraterculus non frater, diminutive. Id est, terræ filius et villis Gigantum frater, qui e terra nati finguntur, ut et nomen indicat. Homines autem obscuros, quorum parentes ignorabantur, e terra natos dicebant. *Lubin.* Pollitian. *Miscell.* c. 18. *Erasm.* Cent. viii. ad 86. *Chiliad.* 1.—*Fraterculus, &c.*] Ut omnes me oderint, aut timeant, aut contemnant, id est, ignobiles pro gigantibus. *Vet. Sch.*

99 *Profuit, &c.*] Probat vel explicat quod dixit, juveni mortem a Domitiano destinatam fuisse, quam nulla arte evitare potuit eximius juvenis. Id est, misero huic juveni suæ artes, quibus invidiam et odium Cæsaris declinare studebat, nihil profuerunt, quando nimirum stolidum se simulabat, in arenam descendebat, cum leonibus nudus depugnabat, ut ita Imperatori stolidus videretur, et ab illo non timeretur. Stolidi enim et pene infames habebantur nobiles, qui se munere gladiatorio polluebant. — *Quid, &c.*] Quod stultitiam simulans, in theatro Albano, de propinquiore loco, ense, vel venabulo conficeret, trucidaret, vel transadigeret. *Lubin.* — *Ursos*] In lusorio Cæsaris juvenis iste ursos sæpe, quasi venator, occidit. *Vet. Sch.*

100 *Numidas*] Libycas. Nam in Libya feræ majores. Intelligit autem Leones. Africa enim et Numidia sicca et arida non habet ursos, qui frigidis gaudent. Sed et Romani veteres rudes, ex Africa advectos Leones, obvia et nota voce ursos dixere. Vide Plin. viii. 6. Cui quamvis multi contradicere audeant, discordare nefas autumabit, qui electum virum et elegantem Justum Lipsium consuluerit, lib. ii. elect. c. 4. Sic Virgilius Acestem tegit, 'Pelle Lybiæ tidos ursæ;' et alibi; Leoninam intellige, viro forti Herculis exemplo dignam. — *Nudus*] Sine armis, imo vestibus. Hoc dicitur Emphatice, quo facto stolidus et imprudens videri volebat. — *Albana arena*] Nam in Albano, quinquatria Minervæ celebrans, Domitianus feras in theatro conficiendas exhibebat, et ipse conficiebat, adeo, ut, teste Suetonio, centenas aliquando prostraverit. *Lubin.*

101 *Quis, &c.*] Id est, Quis Imperatorum adeo jam fatuus est, ut calliditates, artes, et versutias nobilium non intelligat; qui more M. Junii Bruti se brutos et stolidos simula-

bant, ut ita tyrannorum crudelitatem evitarent. Sed probe omnia hæc callebat Domitianus. *Idem.* — *Artes*] Fraudes. *Vet. Sch.*

102 *Quis, &c.*] Qui Brutus, cum videret inter alios nobiles etiam fratrem suum occidi, stoliditatem simulabat, ut Tarquinii Superbi crudelitatem effugeret, ne interficeretur. — *Priscum acumen*] Id est; acutum ingenii tui inventum, priscis temporibus admirandum, non hoc seculo. Longe enim jam versutiores et callidiores sunt. *Miretur, alii. Lubin.*

103 *Facile, &c.*] Id est, o Brute, tuum factum nulli jam mirabile videretur. Facile enim erat illo prisco, radi, et simplici tempore, quo reges barbati et intonari erant, simplicem et rudem regem decipere. Illo enim tempore barbam alebant, quo Romæ tonsores nondum erant, qui primi ex Sicilia Romam adsciti. — *Impenere*] Hinc impostores. *Idem.* — *Barbato*] Tarquinio Superbo: propexam enim barbam habuit, cum socer ejus\* Servilius ad tonsam haberet, quem ipse occidit. Dicit ergo cinædum non facile posse falli, et facilius eludi posse fortem, quam infamem. Stoliditatem finxerat Brutus, ne a Tarquinio occideretur. *Barbato* et rustico intelligitur. *Vet. Sch.*

104 *Nec, &c.*] Subjungit jam reliquos Consiliarios adulatores ac delatores pessimos. Et ipse non lætior, sed æque pallidus metu: quamvis hic nobilis non esset, nihilo confidatior erat. Certe aula illa atrox et crudelis fuit, in qua etiam malis et nebulonibus pessimis fuit periculum, quibus tamen aula tutissimum solet esse receptaculum. *Lubin.*

105 *Rubrius*] Gallus. Hanc autem veterem culpam et offensam, ob quam pœnam a Domitiano pallidus metuebat. quidam censent, quod contra Cæcinnam pro Flavio Gabinio locutus sit, vel ut V. C. metus, quod cum Domitiani conjugæ concubuerit; tale

enim scelus aut consimile fuit: aut enim, offensam tacendam. *Idem.* Quod Tibiam in juventute corruerat, ut quidam volunt, et videtur ex seq. *Farnab.* Ego de hoc adhuc querendum censeo: Certe illa quæ superius afferuntur, ad rem Poëtæ minime sunt accommodata.—*Rubrius*] Rubrius iste aliquando tibiam in pueritia corruerat, et verebatur ne pro hac mercede poenas ab ipso reposceret. *Vet. Sch.*

106 *Et tamen, &c.*] Id est, qui licet veteris culpæ reus esset, et sceleratissimus, tamen in alios invehebatur: et maledicentior erat castigatorem, vel nequior: quod est inconvenientissimum. *Lubinus.* Vel licet inquit Rubrius ignobilis esset et humili loco; tamen improbius fuit Nerone ipso, qui Satyræ scripsit in Quintianum, appellavitque eum mollem et effœminatissimum, quum ipse esset cinædus. Tacit. 15. *Britæ.*—*Improbior*] Qui in aliis sua vitia reprehendebat. *Vet. Sch.*

107 *Montani, &c.*] Curtius Montanus ventrosus et pinguis erat, cujus et Tacitus meminit. Cujus hoc loco ventrem potius, quam ipsum veniæ Sceptice dicit. Unde eum in sequentibus ostendit magnam habuisse edendi peritiam.—*Abdomina, &c.*] Id est, ob sumen vel pinguedinem, quæ est sub umbilico ad pubem, defatigatus et signior veniebat. 'Pinguis aqualiculus propenso sesquipede exstat.' *Pervius.*—*Montani, &c.*] Montanus pinguis et ventrosus erat, et acerbe ventrem potius, quam ipsum venire dixit. *Vet. Sch.*

108 *Et, &c.*] Scilicet etiam adest, unguentis pretiosis orientalibus *audans*, madidus, unctus, delibatus.—*Matutino*] Vel quo mane ungebatur: vel amomo, quod in Oriente nascitur, ubi Sol est matutino tempore.—*Amomo*] Unguento ex flore Amomi, pretiosissimo. Amomum st frutex, flore candido, &c. nascitur in Assyria:

Vld. Plin. XIII. 1.—*Crispianus*] Hunc ubique carpit. De quo in fronte hujus Satyræ dictum est. *Lubin.*—*Et matutino, &c.*] Orientali unguento mane samto. *Vet. Sch.*

109 *Quantum, &c.*] Id est, qui tantum unguentorum suo corpori impendit, quantum vix impenditur duorum nobilium funeribus. Divitem enim cadavera opobalsamo, amomo, aliisque pretiosis aromatibus inungi et condiri solebant, ut nostro etiam tempore Cæsarum, regum, &c. *Lubin.*—*Redolent duo*] Cui respicias odores funeri impensos, ad fœtorem astrinæ emendandum, cœu aromata ad corpora perungenda: vel ossibus et cineribus miscenda. *Farnab.*—*Savior, &c.*] Id est, illo Crispino adhuc crudellior adest Pompejus Rufus, delator crudellissimus, alter consiliarius Crispinum secutus.—*Savior aperire*] Græcismus. Id est, qui adhuc crudellior erat delationibus suis ad aperiendum, incidendumque aliorum jugulos, id est, ad alios jugulandos.—*Tenui susurro*] Tenui et tecta delatione persusurum clanculum in aurem Domitiani tyranni immissa, jugulos et guttura aliorum, ferro aperiebat. *Idem.* Nota, quod jugulus et jugulum dicatur.

110 *Tenui, &c.*] Levi susurro alios deferens, neci tradere: aut per leves suspiciones solitus homines jugulare. *Vet. Sch.*

111 *Et qui, &c.*] Id est, aderat etiam Cornelius Fascus, quem Domitianus contra Dacos cum exercitu postea misit, a quibus occisus est.—*Vulturibus*] Vultures enim cadavera adeo avidè sequuntur, ut triduo ante, ant biduo volare eo ubi cadavera futura sunt, tradantur. Plin. l. x.—*Vulturibus Dacis*] Id est, rapacibus, crudelibus et sævis Dacis, qui quasi vultures erant, et a Germanis Danubio dividebantur. *Viæra*, quæ vultures in cadaveribus potissimum appetunt.—*Servabat*] Reservabat. Mors enim in illo bello ipsi designata erat. *Farnab.*

112 *Fuscus, &c.*] Hunc Domitianus contra Dacos cum exercitu mittit, et qui belli imperitus nunquam in acie fuerat: sed in marmorea villa, in summo otio, deliciis, pace, et tranquillitate meditatus erat, quomodo prœlia cum Daciis committenda essent. *Idem.* Sic, 'dum Romæ senatus consultum, capiter, perit Saguntus.' Vel qui exercuerat velitationes, pugnas imaginarias vel præparatorias in villa, tentans, quid posset contra hostem efficere, et nihil amplius.—*Fuscus*] Fuscus sub Domitiano exercitui præpositus, in Dacia periit. Notat autem eum quia cum luxuria diffuseret inter delicias, bellicorum actus exercebat. *Vet. Sch.*

113 *Et cum, &c.*] Subiungit jam alios duos Consiliarios, Fabritium Vegetonem et Catallum Messalinum, quorum hic etiam teste Plinio epist. 22. libro 4. cæcus fuit, ingenio atroci, qui delationibus suis multis exitio fuit: Ille Vejento fuit nobilissimus, et superbus admodum, ut ex præcedenti Satyra videre est. Conjugem habuit Hippiam pessimam meretricem, quæ cum Sergio quodam gladiatore mœcho in Ægyptum aufugit. Vide Sat. vi.—*Mortifero, &c.*] Hic delator fuit atrocissimus, ingenio sævo, non verebatur, non erubescibat, non miserabatur. *Idem.*—*Prudens*] Vel quia doctus; vel Ironice potius, quod deferendi et adulandi fuerit prudens, et tempori inserviens: et quod Imperatoris molles aditus et tempora fandi nosceret: vid. Sat. 111. *Idem.*—*Et cum, &c.*] Delatore.—*Prudens, &c.*] Utrum ad nocendum, an ad sapientiam \* rigorem, an adulandi pruritus et temporum. *Vet. Sch.*

114 *Qui, &c.*] Homo profecto Catallus pessimus fuit, qui senex, et cæcus, et tamen amator: et amabat quod nunquam viderat, mendacii arguens Græcum illud: *ἔκ τοῦ ὁπάρ γλυπτοῦ τὸ ἔρως*. Quomodo hoc factum, quum sint oculi in amore duces, vi-

derit rerum naturalium scrutator.—*Qui, &c.*] Cæcus enim amator fuit Catallus. *Vet. Sch.*

115 *Grande, &c.*] Id est, quamvis nostro tempore multa monstra sint, ut Crispinus et alii. Tamen hoc nostro tempore, hoc monstrum satis conspicuum et notabile est. *Lubin.* 'Monstrum horrendum, ingens, cui lumen ademtum.'

116 *Dirus, &c.*] *Dirus* dicitur ob crudelitatem. *Lubin.*—*A ponte, &c.*] Hoc est, dignus, qui ad pontes mendicaret, in quibus solent conidentes pauperes stipem a transeuntibus petere. *Grangæus* contra interpretatur, ex portitore factus satelles: aut potius dignus, qui fuisset satelles pontis, sive custos, sive portitor, aut quid inferius; vel qui Aricinus curribus stipem emendicaret. Ironice vero *satellitem*, quasi pontis custodem appellavit assecram et consiliariam principis: nam *satelles* proprie is est, qui ad custodiam principis assistit.—*Darusque, &c.*] De numero mendicorum. *Vet. Sch.*

117 *Dignus, &c.*] Quasi diceret: Profecto hic a ponte assumendus non fuisset, sed majori calamitate addigendus.—*Aricinus*] Clivus Aricinus erat ad portam Aricinam abundans mendicis; ubi et Judæi et Christiani mendicabant, qui ex urbe pulsi Ariciam transierant. Erat enim Clivus hic extra urbem, ob id ait, eum non dignum esse, qui in ponte urbis mendicaret, sed qui extra urbem debeat migrare.—*Ad axes*] Id est, currus, vel rotas descendentes, qui Ariciam tendebant, et inde redibant. *Turneb. xxx. 7. Lubin.*—*Dignus, &c.*] Qui ad portam Aricinam, sive ad clivum mendicaret inier Judæos, qui ad Ariciam transierant, ex urbe missi. *Vet. Sch.*

118 *Blanda, &c.*] Verba, preces, oscula ipsa, more mendicantium et cæcorum; ut eo magis humilem supplicemque se demonstraret, et alios ad misericordiam commoveret. hoc ait,

nam supra eum amatorem dixit puelle non visæ. *Lubin.*—*Blanda basia*] Mendicantium more, qui pluries, jam hoc, jam illud deosculantur, et honoris ergo huc illuc oscula spargere assueverunt.—*Divexæ*] Declivi, deflexæ, inclinatæ in descensu ac pronæ. Erat enim olivus. *Idem.*—*Jactaret basia*] Jactare autem osculum in proprie dicitur, qui manum osculatur, deinde eam porrigit ad eos, quorum honori ac venerationi dat illud osculum. nam protensione manus, quam prius erant osculati, quodammodo osculum ipsum porrigere et jactare ad eos videbantur, quibus honorem illum deferebant. *Salmas. in Flav. Vopisc.*—*Devexæ, &c.*] Qui cæcus rheda ferenti mulierem, inclinatæ et per clivum descendenti, oscula jactaret. *Vet. Sch.*

119 *Nemo magis*] Describit hoc loco miram et ridiculam quandam adulationem cæci illius Messalini Catulli, qui laudabat rhombum, quem videre non poterat, et tamen videre videri volebat, et sic faciem ad latus lævum convertebat, cum piscis ad dextram jaceret. Nemo ergo tantopere piscem captum cum stupore admirabatur, quam hic Catullus cæcus. — *Nam, &c.*] In commendationem rhombi. *Lubin.*—*Nemo magis, &c.*] Quam Catullus cæcus adulatur. Nam in sequenti dixit, non cedit *Vejento* atque *Catullo*. *Vet. Sch.*

120 *At illi dextra, &c.*] Est nominandi casus: Piscis dexter, id est, ad dextram jacens.

121 *Bellus*] Ob enormitatem dixit. *Lubin.*—*Sic pugnas, &c.*] Sic turpiter, adulatorie et impudenter in theatro laudabat gladiatorem robustissimum, e Cilicia Asiæ minoris regione, ejusque pugnas, et ictus in adversarium prædicabat, quæ tamen non videbat. *Idem.* Vel *Cilicis*, more Cilicis armati. *Farnab.*

122 *Et pegma*] De pegmate Lipsius de *Amphith.* c. 22. Dicitur autem

Pegma Græcis πῆγμα a πῆγνυμι, quod est compingo, eo quod moles fuerit lignea, varia et occulta arte compacta. Et erat machina vel ἀντρέπας in Theatris, ludis gladiatoris aliisque adhiberi solitum, quod per se cum summa spectatorum admiratione in sublime insurgebat. Huic pueri solebant imponi, qui repente in sublime elati ad velaria theatri rapiebantur. *J. C. Scalig. Poët. 1. 21.*—*Inde*] Pegmate cui insidebant; subito, occulta quadam machina. Et vanus est Britannicus, qui hoc de raptu ad obscena intelligit. Videtur representatus esse Ganymedes ab aquila raptus. *Farnab.*—*Ad velaris*] I. e. ipse vela. Hæc per aërem expansa ad pluviam et Solem arcendum erant purpureæ, quibus theatrum superne tegebatur. Hæc omnia cæcus ille nobulo laudabat, qui videre non poterat. *Idem.*—*Ad, &c.*] Ad alta theatri velamina. *Vet. Sch.*

123 *Non cedit, &c.*] Subtextit, quomodo Fabricius Vejento, Catulli adulationi nihil concesserit, quin etiam insuper futura ob rhombum captum divinaverit et nescio quem triumphum Domitiano pollicitus sit.—*Ut fanaticus*] Numine afflatus, ut Mithras sacerdos: vel, tanquam furiosi, qui in fano insaniebant, et spiritibus immundo exagitati divinabant. *Lubin.*—*Æstre Bellona, &c.*] Bellona, Minerva, Dea belli et armorum, soror et anrigo Martia. Huic Deæ sacerdotes rem divinam faciebant proprii sanguinis effusione, et tunc Bellona percussus, vel divino ejus addita correpti, præsentia explicabant, et futura vaticinabantur.—*Æstre*] Æstrum genus muscæ, boves exagitans æstatis tempore: quod tabanus et aëllus appellatur: pontiorque hic pro furoris stimulo, quod antequam stimulet aculeo, fugere compellit. *Idem.* Ordo est: *Vejento ut fanaticus percussus tuo æstre, o Bellona, divinat.* Et sic Domitianum alloquitur. *Omnia habet,*

non habet, ut quædam editiones; nam hoc nec ratio metri, nec sensus fert.

124 *Ingens omen*] Maximum portentum, et signum est hic placis captus, de futura ab hostibus victoria reportanda, deque insigni, ex illa victoria, triumpho. Formula usitata antiquis *Accipio omen*.

126 *Regem, &c.*] Quem in bello per duces tuos superaveris.—*Aut de, &c.*] Arviragus Britannorum rex, de imperio, regimine, et regni administratione deturbabitur. Quia enim peregrinus et magnus piscis tibi captus est, peregrinum etiam et magnum aliquem regem capturus es.—*De temone*] Eo dicit: nam Britanni in præliis, curribus utebantur, ex quibus regem victum deturbandum esse vaticinatur. Pars pro toto. *Idem.*—*De temone, &c.*] Ad pedes de regno, Falcatis nam curribus Britannorum rex Arbila.\* *Vet. Sch.*

127 *Peregrina, &c.*] Ergo etiam peregrinum regem devinces. *Lubin.*—*Cernis, &c.*] Id est, vides in tergo piscis spinas tanquam sudes erectas: etiam hosti tuo in tergo fugienti hastilia insiguntur.

128 *In terga*] Pro in tergo.—*Sudes*] Metaphorice, catachrestice et superlative, spinas, cristas, pinnas.—*Hoc, &c.*] Omnia quæ in laudem et commendationem rhombi dici poterant, satis copiose dixit Fabritius Vejentoni; uno hoc excepto, quod ejus patriam et annos recensere non potuerit. *Idem.*—*Fabritio*] Vejentoni: nam ipse est Fabricius. *Vet. Sch.*

130 *Quidnam, &c.*] Snadet hic Montanus rhombum in frusta non esse concidendum; sed capacissimam patinam a singulo quoquam ipsi faciendam esse.—*Quidnam, &c.*] Verba sunt Imperatoris ad Vejentonem. Censeane hunc piscem in frusta concidendum? Vel potius Juvenalis verba sunt, quid putas lector de pisce decretum esse? Anne conciditur?—*Abest, &c.*] A tam nobili pisce hæc con-

tumelia absit, qui integer coqui et apponi debet. *Lubin.*—*Quidnam, &c.*] Nero dicit. *Vet. Sch.*

131 *Testa, &c.*] Id est, propere fastas aliquod fictile vastum, grande, spatiosum, et tanti piscis capax, et in quo integer coqui possit. *Lubin.*—*Testa, &c.*] Patella, in qua possit integer coqui. *Vet. Sch.*

132 *Quæ tenui, &c.*] Id est, quæ non crassa sit, sed tenuem habeat murum e subtili creta, ut eo facilius concoqui possit.—*Tenui*] Magna figurarum laus est, teste Plinio; ut creatam tenuem in conficiendis patinis ducant.—*Spatiosum, &c.*] Id est, capacem extremitatem comprehendat. Añasum forte ad Vitellii illud, de quo Plin. XXXV. 11. At hercule Vitellius in principatu suo decentis sestertii condidit patinam, cui faciendæ fornax in campo exedificata erat.—*Colligat*] Circuitu comprehendat. *Lubin.*

133 *Debetur, &c.*] Id est, singulis aliquis magnæ æstimationis et nobilis, et qui propere opus aliquod possit facere; huic patinæ faciendæ est adhibendus.—*Prometheus*] Qualis Prometheus, prudens et ingeniosus figulus, qui hominem primus ex argilla finxisse fingitur, solerti profecto fictione. *Idem.*—*Subitus*] Aut qui subito veniat, aut qui subito acceleret patinam. *Grang.*—*Debetur, &c.*] Figuram hic dicitur posuisse propter Magnum Pompejum: quoniam Patina dicta est, qui sustulit caput ipsius.—*Prometheus*] Satyrice, figulus. *Vet. Sch.*

134 *Argillam, &c.*] Vox Imperatoris: Vel etiam Montani adhuc.—*Argillam*] Tenacem terram.—*Rotam, &c.*] Figulinam rotam propere adferre.—*Sed ex, &c.*] Ut eos scilicet in consimili casu non diu cogaris querere, sed apud te semper et in promptu habere. *Lubin.* Nota præparare cum accusativo; imprimis observa acrem et mordacem animum Poëtæ, *Sequitur contra*, cum aliis nempe fabris et reliquo

commentu.

136 *Vicē, &c.*] Exponit jam quid conclusum sit ex sententia Montani, cujus immensam luxuriam demonstrat, et perstringit.—*Vicē sententia*] Id est, hæc sententia potior fuit, approbata est ab omnibus.—*Dignus vērō*] Tanto epulone et gulone voracissimo, crasso et pingui. *Scoptice. Idem.—Noverat, &c.*] Dia enim et multum in aulis multorum Imperatorum versatus fuerat, et luxuriæ fomenta accurate permoscebat. Id est, norat quid prisci Imperatores in parandis obsoniis facere consuevisent.

137 *Noctesque, &c.*] Nero, ut Suetonius testatur, epulas de die media in medias noctes protrahabat. *Idem.* An vero de Domitiano, qui supra *calvus Nero*: refotus sæpe calidis pisciniis, ac tempore æstivo nivatis.

138 *Jam, &c.*] Quas inter comessationes solitas erat traducere.—*Alamque, &c.*] Id est, noverat fomenta vel incitamenta ad aliam novam et exquisitam famem rursus excitandum: vel norat, quibus epulis imperatoris venter, vino et epularum copia et varietate obrutus, refici, et in famem excitari rursus deberet.—*Cum pulmo, &c.*] Id est, cum imperator Nero, vino Falerno ardentissimo incalesceret, vel nimia crapula ferberet. Quamvis potus minime ab ore in pulmonem descendat, est tamen magna affinitas inter potum et pulmonem. De quo Medicorum principes consulantur.—*Falerno*] Ardente vino a Falerno monte.—*Alamque, &c.*] Libidinis oris<sup>9</sup> perverum. hoc ideo, quia aviditas cibi sequitur nimiam perpotationem. *Vet. Sch.*

139 *Nulli, &c.*] Id est, meo tempore atque ætate nemo Romæ vixit, qui peritior fuerit in delectu ciborum exquirendo; vel nulli major fuit experientia vel peritia ciborum, atque Montano. *Lubin.*—*Nulli*] Quam Cæsari Domitiano, aut certe Montano. *Vet. Sch.*

140 *Circēis, &c.*] Id est, Montanus hic, si tantum semel morsu leviter gustasset ostrea, poterat dicere, an nata essent in Campaniæ litore, in rupibus juxta montem Circeum; an ad Brutorum saxum; scopulum in lacu Lacrino. Id est, fuit omnium peritissimus artifex in dignoscendis cibis, et ostreis.

141 *Rutupinove, &c.*] Promontorium et litus a Rutupili opido Cantiorum in Britannia dictum. Ang. *Richberow.* Farnab.—*Funde, &c.*] In maris profunditate nata. *Lubin.*—*Lacrimum, &c.*] Locus Brutorum.—*Rutupinove*] Locus in Britannia, sive civitas. *Vet. Sch.*

143 *Et semel, &c.*] Id est, cum semel tantum obiter inapexisset echinum, statim dicebat ejus litus vel mare in quo natus esset.—*Echini*] De genere cancrorum piscis semipedalis, spinosus, et hirsutus, et spinæ in illo, loco pedum. Est piscis suavissimus, inque illius seculi delicia. Ad cujus similitudinem castanearum putamina solemus, echinos appellare. *Lubin.*

144 *Surgitur*] Exponit jam, quomodo concilium sit dimissum, quod ob rem nugacissimam fuerat convocatum.—*Misso concilio*] Id est, absolute, dimisso, peracto. Voce Consulibus dimittebatur Senatus, his verbis: 'Nil vos moramur, Patres Conscripti.'—*Proceres*] Senatores, consiliarii. *Idem.*

145 *Quos, &c.*] Quos senatores summus imperator Dominus noster Domitianus celeriter advenire compulerat, obstupefactus, tanquam de re maxime ardua, vel summo Reip. periculo deliberandum esset.—*Albanam arcem*] Ubi templum Vestæ erat. Hic enim commorabatur Domitianus.—*Dux magnus*] Ironice. *Idem.*

146 *Trazerat*] Præcipites, violenter festinare jusserat. *Idem.*

147 *Tanquam de Cættiis*] Qui jam dicuntur Hassi. V. m. C. legit *Gistis*,



et addit, *Quatē sunt Scotti.* Scheg. *penn. 5.* Tanquam consulturus de expeditione aliqua in Germanos. *nam* autem suscepit sponte in Catto, alteram necessario in Sarmatas, legione cum legato simul caesa. Sueton. Domitian. 6. cap. Lubinus legit *de Getiis*. Getæ vere erant Scythæ circa pontum Eaxinum, ad quos Ovidius relegatus.—*Torvisque, &c.*] Id est, tanquam rem arduam maximi momenti prolaturus, de hostium irruptionibus. Erant autem Sicambri populi Germaniæ, finitimi Cauchis ad Oceanum, Bructeris et Cimbris, ubi jam pars Westphaliæ et Geldria. Ideo de his sit, quia Domitianus hos domuerat.—*Torris]* Trucibus, immanibus. *Idem.*—Grangæus legit *torris*, secundum hoc Martialis *Crinibus in nodum torris venere Sicambri*: quod Schegkii in præmissis notet et Ramires in Martialem: sed torve nimis et inconsulto reponi *torris* pro *torris* hoc Juvenalis loco indignatur Farnabius, et jure quidem merito.—*Tanquam, &c.*] Gentes Germanorum sive Francorum. *Vet. Sch.*

148 *Tanquam, &c.*] Id est, tanquam ex variis terræ partibus, Gallia, Hispania, Africa, Germania adversi aliquid summa festinatione, tanquam pennis vel avium volatu esset allatum. *Lubin.*

149 *Anxia, &c.*] Anxietatis index, vel valde festinans more anxiorum, vel quod anxios redderet homines.—*Venisset]* Allata esset.—*Præcipiti pinnæ]* Ita vocat cursorem velocissimum, propter celeritatem nimiam. Nam et veredarii pennam avis surrectam gestabant in capite, ob signum velocitatis. Quidam hæc de avibus et columbis intelligunt, quæ literas pedibus sibi alligatas in castra et urbem detulerunt. Sed illud hoc loco jam non placet. Addit M. V. C. quando laureata epistola mittebatur, victoriam denunciabat; quando vero pennata, populationem et stragem.

*Pennæ* ergo pro pennato, seu pinnis insignito cursore, quia instar Mercurii, qui sub ejus tutela sunt, pennas fronte gerunt. Uti docet doctiss. Casaubonus: Cui subscribit Grangæus.—*Epistola, &c.*] Antea si quid nunciabant Consules in urbe, per Epistolas nunciabant: Si victoriæ nunciabantur, lauras in epistola \* figebatur. si autem aliquid adversi, pinnæ figebatur. *Vet. Sch.*

150 *Atque, &c.*] Excusat jam hoc ridiculum super rhombo habitum concilium; dicens optandum esse, ut Domitianus in hujusmodi nagis totum potius imperii vel tyrannidis suæ tempus attrivisset. Sic enim tot præclari viri non intererint fuissent. Quasi dicat: Satius fuisset ipsum nagas quam tyrannidem et crudelitatem exerceuisse. *Lubin.*

151 *Clarus, &c.*] Ut Cerealem Salvidienum, Acilium Glabriorem, Domitium filium, Lamiam, Salvium, Sallustium, Lucanum, Flavius Sabinum, et sexcentos alios.—*Abstulit]* Id est, e medio sustulit tot illustres Viros. *Idem.*

152 *Impune, &c.*] Emphatice hoc dicitur. Quasi dicat: Idque nullo nobilium ulcisciente. inter quos nemo inventus, qui tam crudele factum, suæ vitæ contempta ulcisceretur. *Idem.*

153 *Sed perit]* Id est, tandem, ubi extinctis nobilibus, in viles operarios itidem sævire cepit, ab illis occisus est.—*Cerdonibus]* Popello. Cerdones sunt, qui lucri gratia opes exercent, ἀνδρὶ τοῦ κέρδους. Ponuntur hic pro ignobilibus. Erant autem ejus occisores Clodianus Cornicularius, Maximus Parthenii libertus cubicularius, Stephanus proconator Domicilla. Confossus est 7. vulneribus. Suetonius in Domitiano cap. 17. *Idem.*—*Cerdonibus]* Ignobilibus. Cerdo est proprie turpis lucri cupidus. *Vet. Sch.*

154 *Necuit]* Id est, hoc exitio fuit.—*Lamiarum, &c.*] Interfecit, teste Tranquillo, inter alios Ælium Lamiam ne-

*hūilissimum* : et *Lamius* ponit hic pro nobilibus, qui a vetustissimo *Lamo* orti erant. Horat. 'Eli vetusto nobilibus ab *Lamo*.' *Lubia*.—*Hoc nocuit, &c.*] *Hoc* nocuit, ut oculis nobilibus, et a ceteranibus timeretur. Ut jam non

essent nobiles qui timerent, omni nobilitate extincta. In *Lamio* indignatur Satyricus. Tunc perit, cum eum populus timere cepisset, extincto jam Senatu. *Vet. Sch.*

## SATIRA V.

1 *Sic te, &c.*] Initio Trebium a connectendis divitum caula debortatur; ostendens propositum illud turpe esse: intolerabilia esse, quæ ibi pati ipsum oporteat; ibi ipsum miserrime tractari, adeo ut longe satius sit mendicare. *Lubius* in initio *Sic*, legit, et non *Si*, et talem inde sensum elicit: *Sicclne* te nondum turpis illius tui propositi pudet? Itane vero in priori tuo turpi atque inhonesto adulandi proposito perseveras? *Sic* ergo valet, *Sicclne*?—*Propositi*] Illius turpis, connectandi divitum cæna. —*Atque, &c.*] Id est, *sicclne* peras in priori mente et sententia? *Lubia*. Tangit autem sub persona Trebii omnes parasitos et beatorum assecias.

2 *Ut bona, &c.*] Ut summæ felicitatis, et supremæ beatitudinis loco habeas. *Idem*. Summum autem bonum definit Cicero, quo referuntur, et cujus causa sunt omnia.—*alienæ, &c.*] Impensis alienis, cui contrarium, *propria quadra vivere*, quod inter proverbia retulit Erasmus. Quare autem *quadra* pro impensa, Scaliger ad *Moretum* late explicat. *Quadra* etiam pro pane, quæ victus et impensæ præcipua pars; nam in quadras dispartiri solebat panis: unde Romanis dicti, panes quadrati. *Grangens*. Sed et *Quadra* pro frusto placentæ quad-

rato: Horat. 'Et mihi dividuo fin-detur munere quadra.'

3 *Sic, &c.*] Itane vero tam intolerabilia opprobria, tam indignas homine libero injurias et contumelias, potes sustinere, itaque tolerare apud privatum civem Romanum, quæ villissimi scurræ *Sarmentus* et *Gabba*, ne in *Cæsaris* quidem Augusti mensa unquam tolerassent.—*Sarmentus, &c.*] Nobilis scurra tempore *Cæsaris* Augusti, et ab Horatio nobilitatis lib. 1. Sat. 5.—*Iniquus*] Probra enim et contumelias, tales scurræ devorare cogebantur.—*Iniquus, &c.*] Mensæ iniquæ sunt, in quibus non eadem epulæ Domino et convivis apponuntur, nec idem vinum datur. Vel in quibus non omnes æquales, sed alius alio major. *Brodeus* Misc. ix. 1. In Scholiaste habetur *Conscripsum Censorium*, id est, tabulas quibus in numerum civium a Censoribus essent adscripti. *Dorleans*.—*Si potes illa, &c.*] *Sarmentus* natione *Tuscanus*, e domo *Marci Favonii* incertum libertus, an servus, plurimis forma et urbanitate promeritis, eo fiduciæ venit, ut præter equitem Romanum ageret: decuriam quoque questoriam compareret. Quare per ludos quibus primum is quatuordecim ordinibus sedit, hæc a populo in eum dicta sunt,

'Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat. Digna dignis. Hic Sarmentus habeat crassas compedes. Rustici ne nihil \* agitis; ali- quis Sarmentum alliget.' Demum \* ut causam usurpatæ dignitatis egit, pro cive is et gratia summoto accusa- tore dimissus est. cum apud iudices nihil aliud docere tentaret, quam quod concessa sibi libertas esset a Mecæ- nate, ad quem rectio bonorum ut favor pertinnerat. Jam autem ut senex in maximis necessitatibus, ad quas libidine, luxuriisque deciderat, coactus est auctionari, cum interro- garetur, ut conscriptum quoque cen- sorium venderet, non infacete, bona sua memoriæ esse perditæ.\* *Vet. Sch.*

4 *Cæsar, &c.*] Emphatice. Quæ scurra villissimus ne in mensa quidem optimi et maximi Augusti Cæsaris perferret. Hæc tu perferre potes in mensa cujusdam privati.—*Vitis, &c.*] Scurra sub Tiberio nobilis, Apitius Gabba dictus, cujus crebram men- tionem facit Martialis. Sunt qui legant *Galba*. Lubinus. *Galbam* di- cunt Galli præpinguem.—*Gabba*] Parasiti Cæsaris fuerunt. Apicius Gabba sub Tiberio scurra nobilis fuit. *Vet. Sch.*

5 *Quamvis, &c.*] Quamvis jures o Trebi, hæc iniquissima tibi non mole- sta esse, tamen non credam tibi vel juranti. Rationem statim addit autor.—*Jurato, &c.*] Id est, tibi juranti, quod ista opprobria æquo animo per- ferre possis. *Jurato* Active positum. *Lubin.*

6 *Ventre*] Non de Trebii ventre in- tellige, sed in genere dicitur illud, quod toties a Seneca inculcatur; 'Naturam paucis esse contentam. Parvo famem constare, magno fasti- dium.' Verum, ut idem alibi ait: Plerisque major fames, quam venter. Est ergo hic sensus: Venter paucis- simo contentus est, et si hoc paucissi- mum, quo contentus est, forte tibi

desit, nonne satius est te illud mendi- cando acquirere, quam adulando.—*Hoc ipsum*] Cibum et potum paucum et modicum. *Idem.*

7 *Defecisse, &c.*] Age, ponamus il- lud tibi deesse. Est *ardoreus*.—*Quod inani, &c.*] Id est, jejuno, et famelico ventri implendo satis. *Idem.*

8 *Nulla, &c.*] Id est, nullibi locus est ubi mendices? Est autem crepido oralitoris, quam aqua alluens, et ali- dens crepitat. Vel ut sit, ergo *nulla pontis crepido*? *Crepido* in ponte vel vico locus est paulo eminentior, sepa- ratus ab equorum et carruum via. vel caverna in muro cen ripa.—*Nusquam, &c.*] Ubi mendicando stipem petas. In ponte mendici mendicabant, eo quod ibi maxima semper hominum frequentia per pontes transiret.—*Et tegetis, &c.*] Id est, tegetes mutilata, vel minima ejus pars: tales tegetes de scirpo fiebant. Nam in iis solent jacere pauperes. Possumus etiam prosenchas vel mendicantium casas vetustate minutas, dirutas, *tegetibus* decurtatis tectas, intelligere. *Lubinus.*—*Nulla, &c.*] Crepido est ora terræ quam aqua alluit: ex hoc appellata, quod ibi aqua allidens concrepitet.—*Et tegetis, &c.*] *Mattæ, sports, aut* tegetes de sirpo factæ. *Vet. Sch.*

9 *Tantine, &c.*] Tantine tibi est in- juriosa et contumeliosa cæna; ut prop- ter eam turpissimum adulatorem velis agere, et tot mala, tot opprobria et contumelias potius perferre velis, quam mendicare. *Lubin.*

10 *Tam, &c.*] In mensa enim di- vitis misero cibabantur, et plerumque jejuni dimittebantur. Id est, tantum- ne apud te valet probrosa illa et famelica jejuna tractatio apud divitem: ut propter eam tanta mala velis perpeti?

—*Quin, &c.*] Hæc mea lectio vera est. Si enim legas, *cum possis*, peccat versus. Id est, quin tu longe honestius postulas et præoptas, &c.—*Illic*] Emphatice. Longe rectius et ho- nestius illic in ponte, quam in mensa

divitum, ubi nulla tibi melior conditio: *Idem*. His verbis nullam subesse sententiam facile videbunt, qui animum advertent; idque librarium culpa. Juvenalis manus fuit: *Tunc jejuna fames? quin poecis honestius illic Et trivere*. Fames tanta est, ut illas patiaris contumelias? Quin mendicas in ponte, aut crepidine. Honestius est illic frigus pati, et sordido pane vesci, quam in mensa divitum tam indigna pati. Quia legendum esse viderant alii quoque. *Grav.*—*Illic*] In crepidine. *Vet. Sch.*

11 *Trivere*] More mendicantium, qui male vestiti, frigore horrent.—*Et sordes, &c.*] Qualis ex hordeo sordidus panis mendicis et canibus objiciebatur. Id est, sordidum caninum panem e farre. *Grav.*—*Farris, &c.*] Cantabri: Panis sordidus canum est. *Vet. Sch.*

12 *Primo*] Id est, primo omnium loco hoc pone, quod te merito a divitum mensa connectanda deterruerit, quod quando te patronus tuus aliquando ad cenam vocat, exstimat omnia tua diuturna officia et labores se satis solide compensasse. Quasi magno beneficio, cum te semel ad cenam vocavit, te adfecerit.

13 *Solidam*] Ironice. Egregiam, integram, ut nihil amplius tibi debeat. —*Veterum*] Pro servitio tot dierum, imo mensum et annorum. *Grav.*

14 *Fructus, &c.*] Id est, ex magna illa, quam cum divite habes, amicitia, hunc fructum capis, quod interdum, quamvis rarissime, vilem cibum in domo ejus capis, in cœna quasi recta: sic Galli:—*Il n'a que le broust.*—*Imputat, &c.*] Reputat hunc cibum mercedis loco datum tibi: Vel, Imputat tibi satisfactum et relatam. sic Galli *il le met en ligne de compte*. Male, qui hic *exprobrare* autumant.—*Rex*] Patronus tuus dives. Sic enim vocabatur. *Lubin.*—*Imputat, &c.*] Quid aliud non imputet, ubi et hoc quod vile est imputat? *Vet. Sch.*

15 *Et, quamvis, &c.*] Id est, quam-

vis raro ad cenam voceris, tamen hunc rarum cibum tibi mercedis loco imputat.—*Ergo, &c.*] Explicat quod dixit: Si dominus te clientem, diutissime neglectum, post duos menses tandem aliquando semel ad cenam vocet (quod tamen non facit ut tibi prosit, sed ut culcitam triclinarem tantum impleat) tu laborum et votorum tuorum fructum et finem abunde consecutus es. *Lubin.*

16 *Si libuit*] Regi et patrono tuo.—*Neglectum, &c.*] Id est, te Parasitum tandem ad cenam vocare. Alii libri legunt *accire*. Sed *adhibere* melius, quia verbum conviviorum peculiare.

17 *Tertis, &c.*] Salse dictum. Tu non tui boni gratia invitaria, neque quod tua præsentia dominus magnopere delectetur, sed ne locus vacet, cum forte vocatorum electorum conviviarum quopiam se excusavit, Belg. *Tot cen nooddehulp*. Perro veteres discumbentes manducabant, et culcitæ, quæ formam literæ Sigma C, vel dimidiatæ lunæ referebat, tres lectuli erant; unde culcita triclinaris dicebatur, quæ ad summum 7. hominum capax. Mart. 'Septem Sigma capit, sex sumus, adde Lupum.'—*Tertis, &c.*] Tertium et extremum latus culcitæ, in quo minus honorati jacebant.—*Vacua, &c.*] Id est, otiosa esset et vacaret. *Idem.*—*Tertis, &c.*] Apud veteres, accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. Tres solum lectuli erant, in quibus discumbebant: unde hodie triclinia appellantur. *Vet. Sch.*

18 *Una simus, ait*] Dominus clienti suo, hodie apud me in cœna una erimus.—*Votorum, &c.*] Quando apud patronum tuum in cœna es, consumptionem et plenitudinem votorum tuorum habes.—*Quid, &c.*] Ulterius nihil sperare potes. *Lubin.*

19 *Habet, &c.*] Mutat Ironice personam. Id est, Trebii semel ad cenam vocatus, omnium suorum officiorum fructum et quasi summum

bonum, plenissime jam cepit, quod toties summo mane, et intempeste abrupterit somnum, ut patrum salutem et committeret ipsum alios salutatum. infra vers. 73. et Mart. lib. III. epigr. 36. *Fera*. Acris hic Ironia.—*Propter, &c.*] Propter quod mane, imo media noctis tempore somnum abruptere, et ad patrum salutandum properare debeat. *Labin.*—*Trebis*] Nomen parasi. *Vet. Sch.*

20 *Et ligulas, &c.*] Nam qui proparabant ad salutandum non poterant se colere. Id est, negligere et non ligare: ne salutantium ultimus sit. Quibus ligulis vestes vel braccæ thoraci alligantur. Vel etiam ligulas calceorum intellige. — *Sollicitus, &c.*] Valde anxius et timens, ne tu inter salutantes ultimus sis. *Labin.*—*Et, &c.*] Calciarii cum festinant, et ansas caligaram prætereunt nonnullas, dicte autem ligulæ a ligando. *Vet. Sch.*

21 *Salutatrix, &c.*] Id est, omnis multitudo clientum, tuorum competitorum.—*Orbem, &c.*] Ordine, quasi in orbem circumstantes omnes patrum salutarint, ut ita circuitus salutantium jam absolutus sit. Qui primi enim venerant, magis intimi habebantur. *Labin.*—*Peregerit, &c.*] Compleverit numerum cathedrarum. *Vet. Sch.*

22 *Sideribus, &c.*] Id est, dubia luce, summo mane vel diluculo.—*Aut illo, &c.*] Id est, vel a media nocte, cum in septentrione planstra circumaguntur. *Labin.*

23 *Quæ se Frigida*] Quo tempore frigida planstra in Septentrione Boötæ vel Arctophylacis pigri et tarde se commoventis, se flectunt, quod media nocte fieri observatur. Est ergo noctis descriptio. Non media nocte, ut putat Labinus, sicuti Vetus Schol. sed extrema nocte, paulo ante diluculum, ut *Grang.* et *Britann.*—*Frigida* Utpote in septentrione, quod mundi clima frigidissimum. Vel, quia tum salutantes non

patrum signant.—*Pigri*] Lente circummeti, quia polo vicinissimi, et sic modico flectuntur gyro. Quæ vero stellæ a polo remotiores, hoc magis incitate cursus moventur.—*Servus*] Vel et alii, *Servacæ*. Planstra, curru, Græcis *ἀμαξα*, urssæ duæ Helice et Cynosura.—*Boötæ*] Est signum proximum septem stellis urssæ majoris, quod ob id alias dicitur Arctophylax, custos Erimanthidos urssæ. *Labin.*—*Servacæ*] Planstra Septemtrionis, id est, media nocte. Urssæ dum vocantur, Elice et Cynosura: *Boötæ* autem Arcturus: quorum siderum Læcanus quoque sic meminit: 'Sub nocte sopora Parrhasis obliques Elice cum verteret axes.' *Vet. Sch.*

24 *Qualis, &c.*] Quasi dicat: *Invitantur* quidam ad cenam, quamvis raro. At videmus, qualis illa cena sit, ad quam vocentur.—*Vinum, &c.*] Id est, lana succida, i. e. nondum lota, humida, quæ sine discrimine omnem humorem imbibit, tam crassum et feculentum vinum quod vobis apponitur, respuerit, et imbibere non posset, vel quod vinum tam vile et insipidum sit, ut ne ad lanæ quidem inungendas adhiberi posset. *Labin.* Lana enim præparanda et imbueda vino, quo melius sumat purpuram, vinum tamen hoc non imbibat. *Fernb.* *Succida* mediam habet correptam, ut liqueat non esse a succida, sed a *Succus*. Accipitur autem hic *succida* lana pro ipsa ove, cui lana detonsa roeans est, quam ovem, non lanam (ut negatur Labinus) abluébant, teste Varrone l. II. de re rust. c. 11. *Est* ergo vinum quod ovi detonsæ ungendæ vix conveniens sit: ut iudicat *Grang.*

25 *De convivæ, &c.*] Temulentum, insanum instar Corybantis. Vel rapa, vinum malum ita mentem tibi perturbat, ut Corybantis ejusdem more furiosus insanias. Erant *Corybantes* Cybeles ministri, qui Bacchico vel Diabolico spiritu adfiati, et furor

corrupti, cum strepitu, clamoribus, tympanis, armis, inter sacrificandum caput vibrabant, et rotabant. Videbis e convivis sanis, furiosos et insanos esse factos. *Idem.*—*De convivia, &c.*] Sic enim vinum malum, mentem turbat, quomodo lana tincta mutatur. *Vet. Sch.*

26 *Jurgis preliant*] Pro ludia jurgiorum primo fieri incipiant, quæ mox subsequitur vera pugna. Est enim *preliant* imitatio veræ rei, cum quis exerceat ludum, æmilitudine veritatis. Paulo post ex velitatione et pugna joculari, serio pugnatur cantharis et peculis.—*Sed mox, &c.*] Id est, non diu post verberatus et vulneratus ab illo, in quem convicia dixerat, ut illum nicticaris, pocula rursus in eum impellis, et projicis. *Labin.*

27 *Et rubra, &c.*] Id est, sanguineo et cruentato mantili, detergis vulnera tibi infixa.—*Rubra*] Cruentata. *Vet. Sch.*

28 *Inter, &c.*] Id est, quoties inter vos clientes et parasitos, et inter liberos patroni vestri, pugna exorta est.

29 *Pugna feret*] Cum summo fervore et animi concitatione committitur.—*Saguntina lagena*] Id est, fictili peculo vel vase, quod e Sagunto, Hispanie opido Romam advectum. Vide *Polyb.* l. iii. *Labin.* Et quia fictilia erant, atque ob id modici pretii, appendebantur pauperibus convivis. *Britanna.*—*Saguntina*] Civitas Hispania, in cujus territorio malum vinum nascitur. *Vet. Sch.*

30 *Ipsæ, &c.*] Ostendit jam e contrario vel dissimilitudinis Antapodosi, lenitatis contra domini regis et patroni. Id est, Rex vester, vobis vappam et pessimum vinum bibentibus, interea bibit vina generosissima et antiquissima. *Labin.*—*Capitato*] Id est, antiquæ Consule. Veteres enim intonsi erant, et promissos crines et eomam prolixiorem nutriebant. *Brœdus* l. *Miscell.* capite 3.—*Diffusum*] Vinum autem diffusum est, quod in amphoras

et cades apothecarum ad asservendum suum est. De diffuso vino ita *Horatius*: 'Vina bibes iterum Tæuro diffusa.' Aliud est vinum de dolle, seu dollere, quod novum et asperum, et minoris pretii. Porro in amphoris vinum recondebatur et addebatur nomen Consulis, et patrii ubi natum erat, ut ita sciretur unde et quanti temporis vinum esset. forte *Laciniæ* Optimum inquit, quo Consule diffusa sunt vina, quæ in ducentesimum annum servata fuerint. *Farnab. Tacit.* *Advers.* l. i. c. 1.

31 *Calcantique, &c.*] Id est, rex vester in phiala tenet liquorem, qui calcibus ex urvis expressus est, *Julio Cæsare*, et *M. Philippo*, vel etiam *L. Optimo Coss.* quo tempore bellum sociale gestum fuit, teste *Floro* iii. 17. *Labin.* Quo bello nihil unquam calamitosius fuit.

32 *Cardiace, &c.*] Id est, amico vel clienti suo aggroto, et cordis dolore laboranti, ne cythum quidem, vel medicam mensuram daturus. *Cardiacus* dolor est, cum cor palpitat et adstringitur, cui adfectioni aliquando bonum vinum medetur, teste *Plinio*. 'Cardiacorum morbo unicam spem in vino esse certum est.' *Seneca* 'Bibere et sudare vita Cardiaci est.'—*Cardiace*] Vel stomachi vitio ab humore acri vellicante et rodente.—*Cythum*] *Emphatice*. Ne exiguum quidem mensuram. *Cythus* enim 4. continet ligulas. *Idem.*—*Cardiace*] Cor dolenti. *Cythum*, mensuram modicam. *Vet. Sch.*

33 *Cras, &c.*] Id est, hodie bibit vinum vetustissimum, et optimum ex *Albanis montibus*, cras aliud bibit, &c. Erant autem *Albani montes* non procul ab urbe, teste *Plinio* xiv. 6. *Labin.*—*Aut de, &c.*] *Setini montes* erant juxta *Pontinos campos*: vel ut alii, juxta *Setiam opidum Campaniæ*. Porro *Divus Augustus* *Setinum* omnibus vinis præferebat, teste eodem *Plinio* ibidem.

34 *Cujus, &c.*] Vinum commendat

vetustas. Ita vetus, inquit, ut non possit amplius ex superscriptione, vetustate deleta, cognosci, unde, et quanti sit temporis. Ita dicit: nam amphoræ et cadi in quibus vinum erat conditum notis et titulis signabantur. — *Titulumque*] Gypsatis picatisque amphoris, a cervicibus affixa erant pittacia, cum inscriptione ubi natum sit vinum et quo Consule conditum. *Farnabius*.—*Senectus*] Vetustas. *Turnebus* l. 1. *Brodaeus* Miscell. l. 3. *Brissonius* l. VIII. *Formular.*—*Setisus*] Vinum de montibus Albanis, ita vetus, ut non possit ex superscriptione, antiquitate deleta, cognosci quanti sit temporis. *Vet. Sch.*

35 *Veteris, &c.*] Tali enim mucore vasa ex antiquitate obduci solent.—*Testa*] Vasis fictilis, in quo illo tempore vina adservabantur. *Farnab.*

36 *Quale, &c.*] Quale optimum vinum Traseas Pætus et Helvidius socer bibebant.—*Coronati*] Nam in solennibus conviviis Romani epulabantur coronati, sumta consuetudine ab Ionibus populis Asiæ; qui unguenti coronarumque in convivio dandarum, et secundæ menæ consuetudinem, haud parva luxuriæ instrumenta, reppererunt. *Britannicus*.—*Bibebant*] Libertatis studio et odio tyrannidia, celebrabant solennem memoriam Junii Bruti, qui Tarquinium expulit: et D. Junii Bruti et Cassii, qui Cæsarem confoderunt. Coronæ sertisque capita revincti in conviviis potare soliti erant: Primum quidem ederaceis; quod insita frigiditate vaporis resistent, vinique potentiam astant: tum ex apio, mox myrteis, quippe quæ adstringunt et vini etiam exhalationes arcent: tum etiam e rosis et quæ gravitatem capitis sedant, et potione mestuantes refrigerant. Corona insuper plenitudinis et libertatis symbolum, festis conviviisque competit, ut et capiti, quod rationalis animæ sedes. *Farnab.* Hæc autem historia a Poëta inserta est, non tam, ut bonum vinum designaret, quam in in-

vidiam Domitiani, qui Jun. Rusticum necari jussit, quod Thræsem et Helvidii laudes edidisset: tradit Sueton.—*Thræsem, &c.*] Elvidius Priscus post damnationem soceri Patii Thræsem, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit. Sed post interfectum Neronem restitutus a Galba, non aliter quam libero civitatis stata egit. Hic tam industrius, ut cum sub Nerone Achaia Quæstor administraret, civitates quædam quas non adierat, inclamarent, AI. HMEIN IPEION.

\* Hic postea Vespasianum ita studio libertatis offendit, ut putaret, id optante avunculo Claudio, pristinum libertatis statum posse revocari: quo nomine reus, ac præter spem absolutus est. Sed Thræsea Nerone in Senatu de nece matris agente, cum quasi parricidium damnans e Curia se proripuiisset, etiam ex urbe discessisset, accusatus crimine majestatis, defendi se noluit, secundasque venas præbuit: conversusque ad Demetrium Cynicum, *Nonne tibi libere videri Jovi liberatori?* Ac sic singulis amicis oscula offerens, exanimatus est. *Vet. Sch.*

37 *Ipse, &c.*] Dominus Virro, fictitio nomine, bibit ex poculis ex electro beryllo factis, aureis et gemmatis, miseri clientes ex vilibus vitreis: jamque fractis peculis. Est autem talis ordo: Ipse Virro, seu rex qui te invitavit, tenet capaces phialas.—*Brutorum, &c.*] Qui Cæsarem in Senatu occiderunt. *Vet. Sch.*

38 *Et inæquales Beryllo Virro tenet*] Quia viridis color optime cum auro convenit, gemmas viridantes in oculandis poculis ut plurimum adhibebant, inter quas smaragdus tenet primum. Beryllus quoque, quia viridis, ad hunc usum translatus. Hoc ergo loco Poëta dicit phialas beryllo textas, et per hoc inæquales, asperitate et extuberantia gemmarum. Hodie perperam legitur ac distinguitur: 'et inæquales Beryllos.' Salmas. in Plinian. Exerc. Plin.

XXXVII. 5.—*Tibi non, &c.*] Id est, poculum ex auro tibi non conceditur. *Labia.*—*Heliadum, &c.*] Heliadum, ut Virgilius: 'Implevitque mero patenam, quam Belus, et omnes A Belo soliti.'—*Et inaequales, &c.*] Phialas ex gemmis factas. *Vet. Sch.*

39 *Phialas, &c.*] *Erethypis.* Crustis Heliadum confectas. Id est phialas ex electro et beryllo factas. Hæ autem phialæ beryllo ornatae, non fuerunt ex electro naturali, gemma, succino seu ambra: sed artificiali, quod constat ex auro et quinta parte argenti: et hujus generis fuisse hanc phialam ex seq. liquet. Per *Heliadum crustas* ergo crassum electrum in poculum excavatum intelligit. Heliades Solis filiae ob casum Phaëtonis tam diu flevisse dicuntur, ut mortuæ in alnos arbores conversæ sint, quæ arbores adhuc lacrymantur, et quæ lacrymæ aqua induratae in electrum vertuntur. Ovid. Met. 11. Quam fabulam sic intelliges, ut cum Heliades a Sole parente sic dicantur fabulose, pro vero scias aurum et argentum Solis esse factum, et Solem ipsum Græce electrum vocari. An autem *inaequales phialas beryllo*, ob asperitatem et extuberantiam gemmarum? an ab inaequali numero? an spatio? an (ut dicit Plinius) quod sexangula forma pollantur? an quia affi aliis majores? In incerto est.

40 *Vel, &c.*] Exprimitur magna clientum miseria, qui ne tantum quidem fidei apud patronum habuerint, ut soli sine custode ex aurea phiala biherent.—*Adfixus*] Scoptice. Observans ne quid furtim abradas. *Labia.*

41 *Gemmas, &c.*] Pretiosos lapillos poculis insertos.—*Unguesque, &c.*] Aduncos, furaces et rapaces, quibus gemmas effodias vel abradas. *Idem.* Nam eradendis gemmis illa acies non inutilis esset, qua elegantiae gratia ungues acuebant antiqui. Alii legunt *amicos*, i. e. qui delectantur et inhiant.

*Delph. et Var. Clas.*

42 *Da veniam, &c.*] Nec injuria, namque, Excusat Scoptice hoc factum divitis: quasi dicat: venia danda est si custodiaris cum acceperis phialam anream, cum pretiosæ gemmæ insertæ sunt, et pretiosa Iaspis in illo poculo fulget, quam si furto auferres, non id maximo heri tui damno fieret?—*Iaspis*] Vide Boëthium de Boot, 11. 50. de Gemmis. *Idem.*—*Da, &c.*] Id est, venia danda est, si custodiaris cum acceperis in phialam, quoniam gemmæ pretiosæ in poculo sunt, et calices gemmati. *Vet. Sch.*

43 *Nam Virro, &c.*] In luxuriam Romanorum dictum, qui pocula gulæ et luxuriæ instrumenta præclaris gemmis exornat, quibus pater ille fortissimus Romani sanguinis Æneas arma et gladium suum ornat. Notat Romanos a fortitudine proavorum suorum ad luxum decivisse.

44 *A digitis*] Ab anulis.—*Quas in, &c.*] Est *replapparis* Æneæ, id est, quas gemmas Æneæ, qui Hiarbæ regi Libyæ apud Elysam vel Didonem in amore prælatus vel præpositus est, solebat gerere in maxime specioso et eminenti loco, nempe, in *vagina fronte*, hoc est, capulo vel manubrio ensis. Virgilius l. 4. Æneid. 'Stellatus Jaspide fulva Ensis erat.' *Labina.*

45 *Zelotypo*] Nempe qui quod prælatus esset, erat ob amorem æmulus, iratus, invidiosus Æneæ: spreto enim Hiarba Dido nupsit Æneæ. *Idem.*—*Zelotypo, &c.*] Figura diasyrctica, ut Virgilius. *Vet. Sch.*

46 *Tu, &c.*] Est Apodosis hujus secundi Argumenti: id est, tu cliens contra e calice villi atque deformi vitreo bibes, qualem habuit Vatinus sutor Beneventanus, qui calix quatuor rostra instar nasorum protensa habuit: uti et nos hodie talia pocula habemus, et qualia rostra videre est in aqualibus.—*Beneventani, &c.*] Tanquam deformem illius vitrum sit, quod ille sutor habuit. V. M. C. ait Vatinum hanc fuisse meribum et poto-

*Juv.*

3 K



rem, qui e magnis et vilibus poculis biberit. Unde adhuc magna vasa villa et vitrea, Vatiniana dicuntur. *Turnebus* ix. 24. in fine. Mart. Epigr. 96. l. xiv.—*Tu, &c.*] Quidam sutor fuit Benevento, qui grandem nasum habuit. *Vet. Sch.*

47 *Siccabis, &c.*] Ebibendo exhauries.

48 *Et, &c.*] Qui calix jam ruptus sit. *Lubin.*—*Poscentem sulfura*] Ibi vetus Interpres: 'quia hoc solent vitrum solidare, id est, malthare.' Et paulo supra ad eundem versum: 'ut solent in urbe calices fractos: sive caldariolas componere.' Non tamen hic Juvenalis sensus, calicem vitreum ruptum sarciri solitum ac solidari sulphure. Sed vitrum fractum sulphura poscere dixit, quia vitreis fractis permutabantur sulphurata. Nota etiam quod *solidare* et *malthare* dixit infima latinitas, pro componere. Veteribus *solidare* significavit *indurare*.—*Quassatum, &c.*] Ut solent, in urbe calices fractos, sive caldariolas componere.—*Sulfura*] Qui hoc solent vitrum solidare, id est, malthare. *Vet. Sch.*

49 *Si stomachus*] Id est, si luxuria et nimia ingurgitatione cibi et potus ferveat vel incaluerit stomachus vel ventriculus patroni sui Virronis.

50 *Frigidior, &c.*] Aqua enim post decoctionem magis alget, et Nero insuper decoctam suam multa nive includebat.—*Pruinis, &c.*] Id est, nivibus, quæ perpetuæ in altissimis Scythiæ montibus ac scopulis. Erat autem Scythica regio frigidissima et septentrionalis. Velsimpliciter, nivis Scythicæ æmula. Grangæus legit *Getici*: quod eodem recidit, nam *hyberni Getæ* dicti Propertio, sunt populi Scythiæ. *Lubin.*—*Petitur, &c.*] Adfertur ipsi Domino aqua decocta. Neronis inventum fuit aquam decoquere, vitroque demissam in nives refrigerare. Plin. xxxi. 8. Suet. Neron. 48. cap.

51 *Non eadem*] Id est, paulo ante

querebar quod eadem vina dominis et vobis clientibus ac parasitis non apponerentur. Imo vero pejorem etiam aquam bibitis. Hoc non fecit Cato cum navigaret in Hispaniam; nam non aliud vinum bibit quam remiges.—*Poni vina*] Nam cuique convivæ poculum in mensa ponebatur; nti jam fere etiam moris est apud divites nostros.

52 *Aliam aquam*] Pejorem, indecoctam, crudam. *Idem.*—*Tibi pocula*] Dicit jam, quod clientibus ministrent nigri et deformes Æthiopes, Dominis vero ex Asia pueri formosissimi.—*Tibi*] Clienti et parasito.—*Cursor, &c.*] *Un lacquay*. Niger pincerna ex Gætalia Africae regione, vel pocillabitur tibi niger Æthiops. *Idem.*

53 *Manus ossæ*] Macilenta ut os existimes, vel putes hominis esse mortui, cujus præter ossa omnia contabuerint. *Idem.*

54 *Et cui, &c.*] Id est, cui non libenter media nocte occurreres, cum transis per sepulcra viæ Flaminæ aut Latinæ. Nam exstimares *μυρολόκειον*, mortui umbram, phantasma, vel osseum spectrum esse. Vel quia Æthiops inauspicatus et mali ominis. Unde proverb. *Qui te conspexerit augurium capere poterit.* *Brodeus* l. iv. Misc. c. 1. *Turnebus* xv. 24.

55 *Clivosæ*] Id est, dum veheris noctis tempore per sepulcra viæ Latinæ, clivosæ, et inæqualis ob clivos. Vide 1. Satyr. in calce. *Idem.*

56 *Flos Asiæ*] Apodosis dissimiliam. Id est, contra, pulcherrimus puer, et quasi flos ex Asia ante ipsum Virronem stabit, et ministrabit; qualis Jovi raptus Ganymedes.—*Pretio, &c.*] Id est, qui puer majori pretio emtus fuit, quam omnium septem regum Romanorum pauperculæ opes fuerunt. *Idem.*—*Flos, &c.*] Pulcher puer Asianus, caro pretio comparatus. *Vet. Sch.*

57 *Quam, &c.*] Id est, opes vel substantia Tulli Hostilii illius bellicosæ, qui Albam subegit; tertius

**Romanorum rex.**—*Et Ancl*] Qui, quod bellicosus esset, Martius dictus, Numæ nepos, quartus Romanorum rex.

**58** *Et, æ, &c.*] Multa verborum circuitione. Ne longior sim.—*Romanorum, &c.*] Id est, denique omnium regum Romanorum bona *frivola*, et utensilia inferiora fuere hujus pueri pretio. *Lubin.* 'Ita ut Julium quondam ejus pretii puderet, sic ut rationibus vetaret inferri.' *Sueton.*

**59** *Frivola*] Nugacia et nullius momenti bona, si ad hujus seculi opes vel etiam ad pretium pueri Asiatici referantur.—*Quod, &c.*] Ut nimirum dominus formosissimum, cliens deformem et nigrum ministrum et pincernam habeat. Conclusionis formula est, apta epistolis et sermonibus.—*Tu Gætulum, &c.*] Id est, tu cliens, cum voles bibere, respice ad nigrum pincernam tuum ex Gætulia. Iterum suo more salse conjungit contraria. Fuit enim Ganymedes filius Trojs regis Trojani, et Callirhoës, propter eximiam pulchritudinem aquilæ ministerio in cælum raptus, et Jovis pincerna delectus, ut fabulatur Homerus. Satyrice vocat Ganymedem spurcum, et Æthiopem servum. *Gætuli*, vero, vel Mauri sunt nigri, monstrosi et deformes. *Lubin.*—*Gætulum, &c.*] Maurum pincernam. *Vet. Sch.*

**60** *Respice*] Id est, Considera et majoris fac, quamvis videatur tibi Gætulus, est tamen Ganymedes.—*Necis, &c.*] Id est, ille pulcherrimus domini pincerna, qui tot millibus numorum census est, ille non vult pauperibus clientibus infundere. *Lubin.*—*Miscere*] Pro infundere: nam quamvis merum esset, implebantur pocula ea mensura, qua quisque petebat, et hoc dicebatur *miscere*.

**61** *Sed forma, &c.*] Rationem superbiæ addit, quia et puer sit, et formosus, et quod ob id merito superbiat: vel Asiaticum illum puerum, non pauperibus aptum dicit; sed rege superbo dignum, qui supercilio

ipso vinum petit, loqui dedignans. Sic et digitorum tantum crepitu matulam petebant, et quicquid aliud nutu, vel saltem unico verbo: unde proverb. 'Omnis herus suo servo monosyllabus.'

**62** *Supercilio*] Fastu, ut te contemnat.—*Digna, &c.*] Quia pulcher et juvenis, ideo superbit. *Vet. Sch.*

**63** *Quando, &c.*] Ut tibi ministret ille formosus puer? Nunquam. *Calde* quidam legunt. *Calidæ* etiam aquæ in conviviis usus frequentissimus, præsertim hieme, ut ex Græcis Athenæus II. 2. probat, et Lipsius Elect. I. 4. *Lubin.*

**64** *Indignatur*] Ægre fert formosulus ille pusio.—*Veteri*] Emphasis habet. 'Nam omnia vetera facile evilescent.' Id est, non vult tibi veteri clienti inservire, qui vetustate et longo servitio contemptum tibi contraxisti. Nam omnia nova gratiora.—*Veteri, &c.*] Jam antiquo olim noto, amico domini sui. *Vet. Sch.*

**65** *Quodque, &c.*] Tibi porrigi vel ministrari a se. Putat enim se longe meliorem et digniorem.—*Et quod, &c.*] Ægre hoc servi ferunt, præsertim illi venustiores; quod se stantibus clientes recumbunt, quibus tanquam vilioribus inservire indignantur.

**66** *Maxima, &c.*] Omnis domus magnorum patronorum et divitum servis fastu tumentibus plena est, qui pauperes et miseros Cyclopice contemnant. 'Dignum nempe patella operculum,' ut ait Enrip. 'Servi dominorum morbis inficiuntur.'—*Servis, &c.*] Ægre hoc semper servi habent, quod illis stantibus, amici domini sui discumbunt. *Vet. Sch.*

**67** *Ecco alius, &c.*] Loquitur jam de pane qui domino apponitur siliginæ et niveus, clientibus ater, mucidus, et sordidus. Qui si per impudentiam, domini niveum panem velint tangere, cum dedecore cogerentur eundem rursus deponere.—*Ecce*] Quasi dicat; Aliud majus incommodum de pane.—*Alius*] E servis et libertis superbis.—

*Quæst.* &c.] Stomacho, indignatione, projecit tibi panem secundarium et vilissimum.

68 *Vix*, &c.] Non scissum, quod ob duritiem quam vetustate contraxit, fieri non poterat, sed vix cum summa difficultate fractum.—*Frusta*] Id est, fragmenta durissimi panis, quæ jam mucorem longa vetustate contraxerint.—*Farina*] Materia pro materiato.

69 *Quæ*, &c.] Id est, quæ frusta, cum ob duritiem, morsum non admittunt, solidum et robustissimum dentem inter molares fortissimum, delascent et defatigent. Genuinus dens dictus, quod a genis pendeat. *Fest.* Mihi a gignendo dicuntur, quod novissimi in homine gignantur, ut *γῆρας* a *γίνομαι*: sunt et stabiliiores et robustiores hi dentes, ut propterea mereantur nomen genuini. Ergo non idem vinum, non iidem servi, non idem potus, non idem panis.

70 *Sed, tener*, &c.] Contra optimus panis domino Virroni apponitur.—*Mollis*, &c.] Ex alica, sine ullo furfure, mollis, candidus et tener admodum. Gall. *pain le blanche*.

71 *Dextram*, &c.] Id est, Cave dexteram tuam extendas ad panem illum mollem, non tibi destinatum.

72 *Artopta*, &c.] Id est, Pistoris, qui illum domino, non autem clienti coxit.—*Reverentia*] Honor, et dignitas illæsa maneat: Vel cave lædas existimationem pistoris, qui illum panem domino, non autem tibi præparavit, et tibi e manibus sit excussurus. Alii explicant *Artocopi*, elaborati panis: quod ab illo pane candido et studiose elaborato abstinere debeat, cum reverentia quadam. Legendum vero est *Artopta*, et *ἀρτόπτης* ab *ἀρτοποι* derivatur: Et significat dispensatorem vel observatorem et custodem panis, plane ut dicitur *ἀρτόπτης*, qui retia observat, *ὀβόπτης*, vini inspector. Quod Vet. Interp. habet *manicasti per pulviam*, forte erit *mane mansti per pluviam*.—*Fi. ge*, &c.]

Id est, age, finge et improbulum et impudentiorem, ut etiam domini panem candidiorem velis tangere. *Lab.* Gall. *pose le cas*.—*Artopta*] Pistoris vel vasis, in quo panis coquitur. *Vet. Sch.*

73 *Superest*, &c.] Id est, super te astat observator vel custos panis *ἀρτόπτης*, qui candidum illum domini panem quem tetigisti te rursus cogat deponere. *Lubin.*—*Artopta*] Male Interpp. ajunt servum fuisse ab inspiciendo pane sic dictum. Non servo sed ipsi pani reverentia debebatur; sive artocopus legatur pro pane artificiose elaborato; sive artopta sit panis velut assatus, fortasse escharitis, qui pretiosus. *Ferrarius.*

75 *Vin'*, &c.] Et hæc mea lectio vera hand dubie. Nam si *vix* legas, nullam unquam concinnam hic sententiam extruxeris. Est autem hic sensus: Visne tu audax hospes, et conviva importune (sunt enim verba increpantis *ἀρτόπτης*) consuetis canistris, id est, panibus, quibus soles, impleri et saturari, et panis tui hordeacei, et durioris, quo quotidie cibaris, colorem nosse? qui per summam impudentiam etiam candidum domini panem, non tibi destinatum et appositum, attingas.—*Canistris*] Pro pane in canistris contento. *Idem.*—*Vin' tu*] Sic corrigunt Interp. quod aliter nulla concinna sententia extrahi possit. Sed nec hoc modo verus sensus elici potest. Cur enim conviva *solit impleri consuetis canistris*? id est pane communi et plebejo, hoc enim consueta canistra indicant: potius diceret, *vin' tu domini panem audax attingere*? sed si *vix* retineatur quod in vulgatis exstat, neque sic sensus constat, nisi intelligatur *vix potes aut debes*. Ita non aliter poëta mens intelligetur, nisi pro *audax* legamus *audens*, duarum vocalium collisione, ut verba non servi sed ipsius poëta sint, *vix tu audens pane tuo et reliquorum conviviarum saturari, illiusque colorem nosse, necdum herili panis improbus*

*namque tu]* Qualem mereris manducare. *Vet. Sch.*

76 *Scilicet, &c.*] Verba sunt Parviti vel clientis, cum dolore et indignatione de hac contumelia sibi illata, et de ingratitude patroni sui conquerentis. Quasi dicat: Hæc est illa cœna, quam tanto labore quæsi. Hôccine præmium officiorum et laborum meorum?—*Scilicet*] Acerba Ironia, qua sibi ipse insultat.—*Hoc, &c.*] Id est, illa caussa, ut scilicet tanta adficerer contumelia.—*Relicta, &c.*] Id est, lecto, in quo conjux jacebat. Sæpe enim de media nocte surgebant.

77 *Per, &c.*] Per collem quendam, qui mihi magna cum difficultate ascendendus, cum patronum meum Virronem deberem salutare, vel comitari ad salutandum alios.—*Adversum*] Mihi objectum, qui superandus erat.

78 *Esquillas*] Montem illum, vento ob altitudinem expositum et frigidum. Hic plurimi habitabant divites.—*Fremet, &c.*] Id est, cum aër, veris tempore, nive, grandine, et pluvia fremet, et horreret. Hinc maxime emergit querela.

79 *Jupiter*] Aër ventosus et pluviosus.—*Et multo, &c.*] Id est, Cum exterior villosa vestis contra frigus assumpta, aqua madida diffunderet. Hanc hyeme superinduebant tunicæ: hinc proverb. 'Æstate pænulam detris.'—*Et multo, &c.*] Propterea semper\* manicasti per pulviam. *Vet. Sch.*

80 *Adspice*] Demonstrat diversa opsonia diversimode dominis et clientibus apponi. At dicit, o Trebi aspice, squilla illa, quæ domino Virroni apponitur, et in cibum adfertur, quam longo, extento et exporrecto pectore, lancem quasi distendat. Indicat squillæ magnitudinem, quasi illa suo pectore suæque magnitudine quasi ampliozem faciat lancem, dilatetque.—*Distendat*] Quasi distendat, impleat. Metaph. Alii legunt *Distingat*.

81 *Squilla*] Est piscis delicatus. Nobis forte ignotus. Gall. *Cycaë*. Squilla gibba, Bel. *een Garner*. Lubin. —*Quibus, &c.*] Id est, quibus asparagis et herbis delicatissimis ille piscis undique sit conditus et circumdatus. Sunt autem asparagi altiles in summis habitis deliciis. *Idem.*—*Squilla*] Genus piscis, aut cammari. *Vet. Sch.*

82 *Qua, &c.*] Id est, quanta, quam longa cauda, ille piscis ad mensam allatus quasi convivia deorsum aspiat, cum superbe et alte ad mensam in altum elevata adfertur. Depingit habitum ministri, cibum ad mensam adferentis.—*Convivia*] Mensam et accumbentes intellige.—*Cauda*] Inter cætera, cauda squillæ gratissima beluonibus. *Lubin.*

83 *Cum venit*] Cum ad mensam adfertur.—*Excelsi*] Proceri et oblongi famuli: tales enim ferculorum ministros habebant, ut omnia majora et sublimiora viderentur.—*Sublata*] In altum elevata. *Idem.*—*Ministri*] Inferitoris. *Vet. Sch.*

84 *Sed, &c.*] Apodosis. Id est, contra tibi vilissimus piscis apponitur. Cammarus inter caneros marinos vilissimi saporis, alias astacus dicitur, qui ova, ut cancri, sub cauda gerit, quæ novilunio constricta, imminuta sunt, semiplena.—*Dimidio ovo*] Potest intelligi de ovis Cammari, ut dixi quia ovis suis immixti coquebantur: potest etiam de gallinæ ovis, quæ in piscis condimentum addita sint; et cujus condimentum, media parte ovi constrictum. Lips. putat dixisse sic, quia ova instructionibus adhiberi solebant. Et simul notat sordes Virronis in clientes. *Lubin.* Posset quoque intelligi de putamine ovi dimidiato, in quo appositus sit; additur enim *exigua patella*.—*Constrictus*] Al. *constructus*, i. e. paratus, conditus.—*Cammarus*] Vel Gammarus.

85 *Ponitur, &c.*] Apponitur in exigua lance vel patina, et revera talis cœna feralls, jejuna et famelica, qualis mortuis dari solet, quo manes

placabantur. Vide Lips. l. vii. Tacit. *Idem.* Ad majorem diminutionem non tantum *patellam*, sed dicit et *exiguam*, solenni Poëtarum more. Forte fuit dimidiatum ovi putamen ipsa *patella exigua*; ut supra monui. — *Feralis*] Qui hanc vocem derivant a voce *Feralia*, errant; nam hæc primam habet brevem, illa productam: est ergo a φῆρ Æolice pro θῆρ i. e. *fera*; quia mors sæva est et fera; sic ergo et illa, quæ ad hanc pertinent, cruenta et fera videntur.

86 *Ipse*] Jam de *oleo*, quod domino optimum, clienti pessimum daretur. — *Ipse*] Dominus Virro, vel potius dispensator, aut minister Ganymedes, qui Domino præsto est: vel, si ipse Dominus, erit *perfundit* pro *perfundi* jubet et curat. — *Venafrano*] Oleo optimo quod provenit Venafrum in Campania. *Idem.* Absolute dicit, quod Martial. ‘Venafrum unctum.’ — *Venafrano*] Oleo bono civitatis Africæ. *Vet. Sch.*

87 *Pallidus caulis*] Brassica languens et flaccescens, quæ tibi misero offertur, illa condita est oleo ex lucernis collecto: vel oleo Africano vilissimo, quo utebantur in lucernis. Caulis antiquitus cum nitro coquebantur, ut viriditatem conservarent, nam pallidas fastidiebant. — *Olebit*] Quod quia vile et male olens, in lucernis comburi consuevit. Videtur alludere ad illud in Demosthenem jactatum, τὰ λύχνον ὀξεῖ. Quali ungebatur ‘frandatis Natta lucernis.’ Horat. Alii, *offertur. Lubin.* — *Later-nam*] *Al. Lucernam.*

88 *Alveolis*] Sunt vasa lignea concava. Hic significat *patellam exiguam* ligneam. Forte quod ex illis olus vel brassicam comederint. Interpretes per *Alveolos* ventriculos intelligunt. Malo autem paropsides et lances intelligi. *Turnebus* xxiv. 4. — *Alveolis*] Vasa, in quibus manducatur. *Vet. Sch.*

89 *Canna*] Probus censet esse dolium factum ex canna, acuminatum

forma pyramidalis. Quod vasculum vel doliolum e cannis Africanorum illud oleum navi Romam subvexerit. *Lubinus.* Ad quem locum Glossæ veteres nondum editæ: ‘Canna genus navis, unde et cannicarii dicuntur:’ quos *cannicarios* haud facile alibi reperias. Sed ut navis hæc ex arundine fuerit, videtur annuere vetus Poëtæ interpretes. Quod olim ex arundine navigia confecta fuerint, Plin. vii. 11. *Jan. Douza.* Et in India arundines sunt tantæ proceritatis et magnitudinis, ut ex singulis internodiis naviculæ fiant, quæ alveo suo aliquando etiam ternos homines ferunt, quas incolæ *Canos* vocant. — *Micipsarum*] Id est, Afrorum. *Micipsa* enim nomen proprium Africani regis. — *Prora, &c.*] Id est, navi Romam in cannis reportavit. *Idem.* — *Canna, &c.*] Genus navis, quæ Gandeia dicitur, ut sic Gandeia *Micipsarum*, id est, Afrorum. Gandeiam enim soli Afri, id est, Zamæi; vel, ut alii, Byzaceni, ut alii, Barcæi invenerant. Significat oleum Tripolitanum. *Vd. Sch.*

90 *Propter, &c.*] Id est, illud Africanum oleum adeo maleolens et fetidum est, ut cum Africani illo innungantur, tam fœde redoleant, ut nemo cum ipsis lavare sustineat. *Lubin.* — *Cum Bocchore*] Ita scribe, non *Baccare*, ut vulgo excusum est. Bocchor enim Manrorum regis nomen, idem cum Boccho. *Salmas.*

91 *Quod, &c.*] Non lædant illos, qui illo oleo inuncti sunt, ejus enim olei terribilium odorem sustinere non possunt. Malum profecto oleum sit oportet, quod sua graveolentia venena possit avertere. — *Afris*] Id est, Africanos. Multi enim ibi serpentes ob loci calorem. V. M. C. legit *atris*, id est, diris, nigris, luridis. *Rutgers.* Var. lect. ii. 17. Horat. l. ii. Sat. ult. ‘Velut illis Canidia afflasset pejor serpentibus atris.’ *Lubin.* Sunt et qui legant *Afris*, ut idem sensus resuitet, qui ex *atris*; vel ut simpliciter

sit pro Africanis: 'Nec Mauris animum mitior anguibz.' *Horat.*

92 *Mullus*] Mulli et murænæ nobilissimi pisces dominis apponuntur: Clientibus vero, anguilla vel piscis in Tiberi captus, cloacis urbis Romæ pinguis redditus.—*Domini*] Alii, *Domino*.—*Misit*] Roman. —*Corsica*] Insula Tyrrheni maris, Græcis Cyraos. *Lubin*.—*Corsica*] Insula in Tyrrheno mari posita. *Vet. Sch.*

93 *Tauromenitanæ rupes, &c.*] Vel ut alii, *Taurominitanæ*. In mari captus juxta Taurominum opidum Siciliæ prope Messanam, loco, longo a Roma intervallo disjuncto.—*Quando, &c.*] Scoptice, in luxuriam Romanorum dictum; ut, quibus suum mare non sufficiebat, imo qui ex luxu continuis piscationibus Tyrrhenum mare exhanserint, ita ut e mari Siculo delicias suas petere cogantur.—*Quando*] Siquidem mare Romanum Tyrrhenum, omne inanitum, evacuatum, et expiscatum est. *Lubin*. 'Quod dissolutus deliciis stomachus vix admittat, ab ultimo petitur Oceano; vomunt ut edant, edunt ut vomant.' *Senec.* —*Tauromana*] Oppidum Siciliæ. *Vet. Sch.*

94 *Defecit*] Piscibus est vacuum. —*Dum, &c.*] Id est, dum gulositas et luxuria vehementissima est, et immensa. *Lubin*. Terrarum marisque vastatrix.—*Dum, &c.*] In suburbicario mari. *Vet. Sch.*

95 *Retilus, &c.*] Id est, dum quilibet piscator, qui pisces in macello vendit, assiduis retibus proxima et vicina maria perscrutetur, ut nihil ferme piscium ipsi relinquatur.—*Scrutante*] Penitissimos angulos inquirente, investigante. *Lubin*.

96 *Proxima*] Intelligit mare Tyrrhenum sive superum, Romæ proximum.—*Nec patitur*] Id est, dum gula Romanorum non permittit piscem in mari Tyrrheno proximo crescere, ob assiduam piscationem. *Tyrrhena* autem pars Italiæ, dicta a Tyrrheno

rege Lydiæ, postea dicta Tuscia. *Plin. iv. 5.* Alii legunt, *Patimur Tyrrhenum*] Piscem in Tyrrheno, maris mediterranei et meridionalis parte. *Idem.* —*Nec patimur*] Ex assidua piscatione. Refert illa ad verum præcedentem. *Vet. Sch.*

97 *Instruit, &c.*] Id est, quia in mari Italico et Romano nihil piscium reliquum est. Insulæ Corsica, Sardinia, Sicilia, et reliquæ provinciæ instruant nostrum focum et culinam opsoniis et piscibus.—*Instruit focum*] Nostræ culinæ opsonia præbet, et subministrat pisces.—*Provincia*] Aliæ regiones extra Italiam in Provinciam redactæ, et a Romanis subactæ, eisque tributariæ.—*Sumitur illinc*] Ex Sicilia et aliis provinciis accipitur. *Lubin*.

98 *Quod, &c.*] Hæredipetæ captatores, pisces magno pretio ex dissitis longe regionibus comparatos, orbis dabant, eosque sibi hiæ muneribus devinciebant, ut ita præcipuas in tabulis testamenti partes consequerentur.—*Aurelia vendat*] Forte piscium venditricem dicit. Interpretes (et quidem rectius) divitem matronam orbem intelligunt, quæ pisces a captatoribus dono missos, vendere coacta sit ob illorum copiam, ne corrumperentur. *Idem.*—*Aurelia*] Eadem forsitan quæ superius Sat. iv. vs. 27. Apulia dicitur.—*Ferræ.*—*Captator*] Hæredipeta.—*Aurelia*] Mulier, quæ distrahebat pisces. *Vet. Sch.*

99 *Virroni, &c.*] Dixit de nullo: idem jam dicit de murænæ. Est autem nobis piscis notissimus, Romæ in summis deliciis, anguillæ non ab-similis. *Ferræ.*

100 *Gurgite de Siculo*] Ex medio Siciliæ mari periculoso et formidabili, advecta quæ est.—*Nam, &c.*] Quia prope incredibilem dixit in Siculo mari pisces capi posse, in quo Scylla et Charybdis erant. Reddit jam hujus rei causam. Cum enim, inquit, auster non fiat, et mare tranquillum est, &c.—*Continet*] Dum non

fiat. *Idem.*—*Dum, &c.*] Jocatur. Id est, non flante Austro. *Vet. Sch.*

101 *Dum sedes*] Contra *Venti surgunt.*—*Et siccat, &c.*] Ad naturam illius venti respicit, qui aquosus et pluvius. Dicitur enim Auster ab hauriendis aquis, sine aspiratione tamen, ut et auris, eadem originatione. *Grang.* Inde ab Hyeron. vocatur *piscerna pluviarum* quod notat Rhodigin. Alii tamen ab *abū accendo*, et Alii ab *Austerus* derivant.—*Siccat*] Postquam diu multumque pluit.—*In carcere*] *Æolio* antro. Poëtice dicit juxta Virgil. *Æn.* 1. 'Illa se jactat in aula *Æolus*, et clauso ventorum carcere regnat.' *Lubin.*—*Pennis*] Ob velocitatem, ventis pennæ adfinguntur, quos Poëtæ alatos fingunt.

102 *Contemnant mediam*] Id est, temerarii piscatores cum linis et reti-bus suis ingrediuntur mediam voraginem Siculi maris, et ibi murenas capiunt.—*Lina*] Intelligit ipsos piscatores, cymbæ linique magistros. *Charybdim*] Locus in mari Siculo ante Messaniam urbem, adjunctus Peloro, profundus et immensus, quo inundatione freti naves mirum in modum distrahuntur per magnas circumductiones, et vortices præcipitæ. Erat autem Charybdis in dextra, Scylla in sinistra parte; cumque animum volebant evitare, in alterum incidebant, unde Proverbium: 'Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.' *Lubin.*—*Lina*] Piscatores. *Vet. Sch.*

103 *Vox, &c.*] Apodosis dissimilitudinis. Contra vos loco murenæ anguillas villissimas comeditis.—*Manet*] Expectat, vel reservatur vobis dum murena domino apponitur. *Lubin.*—*Longæ cognatæ, &c.*] Alludit ad etymologiam: nam, ut ait Isidorus anguillæ similitudo angui dedit nomen. inde Ptol. Flav. *cognatam* interpretatur similem: alii autem id dictum putant, quod anguillæ cum serpentibus commisceantur. *Grang.*—*Cognatæ, &c.*] Similis colubæ. *Vet. Sch.*

104 *Aut glaciæ*] Forte lupum intelligit, qui sine maculis melior creditur. Has autem maculas glaciæ et frigore contrahere creduntur. *Brodeus Misc.* VII. c. 27. *Tiberinus.* Vix inter Tiberinos numerandus, et adventitius.

105 *Vernula, &c.*] Id est, qui et ipse Tiberinus piscis alumnus est, in ripis quidem Tibris vagans, cum nempe Tibris plenior ripas ingreditur: Sed non genninus.—*Pinguis, &c.*] Nutritus et educatus sordibus cloacarum quæ in Tiberim corrivantur ex urbe, postea in ripis lasciviens.—*Torrente*] Jan. Rutgersius Variar. lect. 3. c. 17. legendum putat, *Torpente*. Cloacas enim *torpere*, non autem *torrere* scimus, inquit. Sed cum Cloacæ dictæ sint, quod iis percolentur aquæ, quidni servetur *torrente*.—*Pinguis*] De sordibus, qui in cloacis nutritus est. *Vet. Sch.*

106 *Solitus, &c.*] Qui subterraneos illos meatus, qui sunt sub Subura, per quos sordes in Tiberim defluunt, ingreditur. Vel qui cavernas et loca riparum excavata, ut quandam Suburam perscrutantur depascentes et proxime ripas et sterces insectantes: Monendum autem hic, quod Martinius ut et Beckmanus Suburam et Saburram confundunt, male hoc fieri. De admirandis cloacarum ductibus, et subterraneis meatibus vide Lips. in Admiranda urbis Romæ magnitudine III. 12. De Subura supra dictum. *Grang.*

107 *Ipsi pauca*] Epanorthosis Poëtæ ad ipsum Virronem obiter directa, qua ipsum ob hasce sordes objurgat.—*Ipsi*] Virroni scilicet, homini avarissimo, pauca velim dicere, ne molestum sit. *Lubin.*

108 *Nemo, &c.*] Non ingentia dona a te requirimus, quæ, seu qualia memora Piso, Seneca, et alii viri liberales et optimi, clientibus suis donabant. Hoc solum petimus, ut ad ornatum vocati, iisdem fœculis tecum perfruemur.—*Medicis*] Temuoribus

clientibus. *Idem.*

109 *A Seneca*] Anno Seneca, Neronis præceptore, optimo et sanctissimo viro.—*Piso, &c.*] C. Piso Calpurnius, sub Claudio vixit, teste Probo, in amicos pariter et ignotos liberalitatem exercuit.—*Cotta*] Aurelius Cotta et ipse Neronis tempore vixit in amicos liberalissimus. *Idem.*—*A Seneca*] Hic sub Claudio quasi consocius adulteriorum Julæ Germanici filie, in Corsicam relegatus: post triennium revocatus est. Qui etiam magno desiderio Athenas tenderet, ab Agrippina tamen erudiendo Neroni, in palatium adductus, sævum immanemque natum et sensit cito, et mitigavit: inter familiares solitus dicere: Non fore sævo illi leoni, quin, gustato semel hominis cruore, ingenua redeat sævitia. Huic postremo, quod habitus esset inter consocios conjurationis Pisonianæ, Nero per Tribunum ultimam necessitatem denunciavit. Hic interritus, amicorum animos, quibus jam ejus casus lacrymas exciverat, ad firmitudinem revocavit, rogans, Ubi præcepta sapientiarum? ubi tot per annos meditata ratio adversus imminens? cui præterea ignara fuerit Neronis sævitia? neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris præceptorisque necem adjicaret. Deinde sibi venas præsecans, crurumque venas abrupens, et durante tractu lentitudineque mortis, hausto veneno, et postremo calidæ aquæ, stagnum introiens, exanimatus est.—*Quæ, &c.*] Piso Calpurnius, ex antiqua familia, scenico habitu tragœdias actitavit: in latroneuli lusu tam perfectus et callidus ut ad eum indantem curreretur. Ob hæc insinuat C. Cæsari,\* repente etiam relegatus est, quod consuetudinem pristinæ uxoris abductæ sibi ab ipso, deinde remissæ, repetiisse existimabatur. Mox sub Claudio restitutus, et post Consulatum materna hereditate ditatus, magnifi-

centissimus vixit, meritis sublevare inopes ex utroque ordine solitus, de plebe autem certos quotannis ad equestrem censum dignitatemque provehere. *Vet. Sch.*

110 *Namque, &c.*] Id est, olim longe major honor et gloria ex largitionibus et munificentia ipsis divitibus erat, quam ex titulis et honoribus. 'Gratia enim sequitur eam qui dat, non eam qui capit.' Aristot.—*Titulus*] Fumosis majorum imaginibus, cum inscriptione.—*Fascibus*] Imperio, magistratu, dignitate. *Lubin.*

111 *Solum, &c.*] Id est, hoc unum et solum nos miseri clientes a te poscimus, ut comiter communibus sumtibus et epulis sine injuria clientum cœnes. Sic Martial. 'Cur sine te cœno, cum tecum Pontice cœnem.'

112 *Hoc face, &c.*] Si tantum hoc in cœna facias, in aliis pro voluntate tua age, et vive, tibi luxuriosus, amicis pauper et sordidus. Hoc Sat. I. appellavit: *Luxuria sordis.* *Idem.* *Face pro fac,* Comicorum more.—*Ut cliente, &c.*] Sine injuria clientum. —*Pauper amicis*] Id est, avarus. *Vet. Sch.*

114 *Anseris*] Dicit; ut omnis generis delicia, anserum exta, altitia, apri, tubera domino apponantur et per diribitorem solenni manuum elegantia distribuantur: ad quæ omnia, ut sequitur, cliens ne quidem hiscere audeat.—*Ante ipsum*] Patronum, Virronem tuum.—*Anseris jecur*] Extæ anserum in summis deliciis habebantur: mulso, lacte, ficu et carica farta. Vide Martial. Epig. XIII. 58. *Lubin.* Magni jecoris meminit Mart. 'Aspice quam tumeat magno jecur anseris majus.'

115 *Alitis*] Id est, aves domesticæ ad victum altæ, ut gallinæ, anates, alique quæ ad saginam alebantur, pares et dignitate æquales anserum extis vel intestinis.—*Alitis, &c.*] Pata est, pinguis.—*Melagris*] Propter Calydonium aprum, quem irata Dia-



na, quod contempta esset ab Cæneo in sacrificiis, agris suis immiserat. quem Meleager filius occidit. *Vet. Sch.*

116 *Et aper, &c.*] Id est, magnus aper coctus, et domino integer appositus fumat. Ut aper Caledonius olim, quem interemit Meleæger: quasi dicat, qui Caledonio apro a Meleagro occiso non fuit absimilis.—*Flavi]* Epitheton Homeri, a quo *ἑρμῆς* dicitur, a capillis formosi, pulchricomi. Fabulam vide apud Ovid. *Metam. lib. —Fumat]* Coctus et appositus. Alii, *spumat.* Lubin.—*Post, &c.*] Id est, ad escam præparantur tubera, quæ in summis deliciis Romæ habebantur. Alii, *raduntur* i. e. purgantur abraso cortice, cum apponuntur.—*Si ver, &c.*] Nascuntur enim veris tempore, cum imbres autumnales sunt et tonitrua. Tenerrima et laudatissima in Africa proveniebant. *Idem.*—*Post hunc traduntur tubera]* Lege, ut non nullæ rectius scribunt editiones, *post hunc raduntur tubera.* Græv.

117 *Optata, &c.*] A luxuriosis, quibus tunc crescebant tubera, et ob id tonitrua optabant. Dicimus *tonitrus* et *tonitrua.* Brodæus *Miscel. iv. l. ii.* Plinius *xix. 3.*—*Et, &c.*] Quia tubera tonitruis dicuntur nasci: ut coclææ. *Vet. Sch.*

118 *Majores, &c.*] Quas nimirum tuberibus augebunt, quæ secunda poma apud Martialem.—*Tibi habe, &c.*] Id est, Alledius vir gulosus et maximus tuberum vorator, optat, ut frumentum potius Africani retineant, modo tubera mitterent: tanto illorum tenebatur desiderio.—*Tibi habe]* Id est, o Libya, Africæ regio eximie fertilitatis, serves, &c. Græv.—*Alledius]* Gulosus. *Vet. Sch.*

119 *Dijunge, &c.*] Nihil ares, et frumenti causa tubera crescere prohibeas.—*Dum]* Dummodo tubera illa tua nobis militas, frumentum nihil moramur. Græv.

120 *Structorem]* Superaddit jam structores, Apulejo diribitores, qui

fercula puerorum manibus allata commode disponebant, collocabant, et quodam quasi corporis tripudio, manuum gestu admodum festivo, omnia opsonia singulari artificio, elegantia et decore concidebant. Struit enim diribitor convivium, ut Imperator aciem. Lubin.—*Structorem, &c.*] Est hic *συνστυλῆς*. Nam minister, qui prius *structor* dicitur, id est, carptor sive scissor: vel, ut vetus Poëtæ huius interpretis vocat, *infertor*; is postea *χευπόρδος* appellatur, ut placet Lipsio *Sat. ii. 2.* Vel potius, qui prius saltans, hoc est, pantomimus, is postea a manuum gesticulatione *χευπόρδος* vocatur; ita ut idem significetur per saltantem structorem et chironomonta volanti cultello. *Vossius.* Sed Grangæus distinguit nunc ab altero, quamvis hoc sine causa.—*Ne qua, &c.*] Id est, ut nihil non sit ob quod indigneris, qui videas domino non solum omnia lautissima apponi, sed etiam singulari elegantia dissecari et apponi; tum tu interea vix sordidum caninum panem habeas. Lubin.

121 *Chironomonta]* A theatro ad mensas evocati, ubi ad symphoniam aves et reliqua opsonia gladio scissorio dividebant. Scissores dicti Petronio: Senecæ, scindendi opsonii magistri. Grangæus.—*Volanti, &c.*] Agiliter in manu versato cultro. Nam artificiose, et singulari elegantia et solertia apposita fercula sciudebant, et agiliter cultellum in manu versabant. Lubin. Senec. 'Infelix qui huic rei vivit, ut altitia secet decenter:' Nam erant culinariæ artis doctores, qui et modum secandi cibos docebant, per varia animalia formata ex ligno: Ut et nunc fit.—*Chironomonta, &c.*] Manus ducentem, et artificio incidentem omnia. *Vet. Sch.*

122 *Donec, &c.*] Id est, donec persequator omnia præcepta sui magistri Tripheri, qui ipsam artificiosè fercula incidere docuit. ut *Sat. xi. 137.* Lubin.

**123** *Nec, &c.*] Ironice taxat luxum et vanam illam artem. Quasi dicat: nam magnam et ingens discrimen est inter dissectionem gallinæ et leporis. *Idem.*

**125** *Ducris*] Aliud genus contumeliæ, et alia dissuasio, quod in mensa divitum clientibus nulla dicendi libertas, nedum computandi et convivendi familiariter cum Domino. Tu, o Trebi, Si, &c. Tum velut Cacus pedibus tractas extra domum patroni tui ejcieras.—*Velut, &c.*] Fabula notissima est, Cacus Vulcani, Herculi ex Hispania redeunti, boves furto ablatas noctu cauda in antrum suum protraxerat. Quo furto aperto, Hercules in antrum Caci irruit, ipsum clava ictum et occisum, pedibus foras protraxit: unde Proverb. 'Pedibus trahere.' Erasmus Chil. 2. Cent. 1. proverb. 17. *Idem.*

**127** *Hiocere*] Mutire, leviter contradicere. Hiare, nec loqui posse.—*Tanquam, &c.*] Tanquam qui civis Romanus, ex magnatibus, tui juris, et liber sis; et ob id libere loqui audeas. Habebant autem ingenui tria nomina, prænomen, nomen, agnomen: ut Publius Cornelius Scipio. Alii, forte minus recte, ita explicant, tanquam pessimus servus sis, et tribus nominibus appelleris; Cappadox, Cilix, Cretensis. Non desunt qui per tria nomina intelligant trium literarum hominem et nomen, qui est Far. Sed prior explicatio melior. Vide Polit. Misc. c. 31. et Flavii Conject. c. 66.—*Quando, &c.*] I. e. nunquam. Notat fastum et contemptum, qui non dignos deputabant clientes, quibuscum biberent. *Idem.* *Propinare* etiam pro tradere usitatum Autoribus.—*Tanquam habeas tria nomina*] Vides hic hæsitare interpretes. Vir doctissimus exponit, tanquam sis libertas, quia liberto prænomen, et nomen et agnomen, imponebatur, imo et tribus: ut C. Trebius Velina. Sed hic non possum huic sententiæ sub-

scribere: legendum *quoniam habeas tria nomina*, hoc est, quoniam sis nobilis, si tamen pauper es, in divitis mensa non audebis hiscere, nisi vells ejici. *Græv.*—*Tanquam, &c.*] Alii sic intelligunt, tanquam fur sis, ut pro tribus literis, tria nomina posuerit. Sed melius sic, tanquam nobilis sis, ut habeas tria pronomina, ut Gajus Cornelius Scipio, et si quid simile.—*Quando, &c.*] Dat calicem, in quo ipse bibit. *Vet. Sch.*

**128** *Sumitque tuis*] Adeo tu ipsi nauseam moveas, adeo te fastidit. *Græv.*

**129** *Quis vestrum*] Qui nimirum temeritate sua se perderet, ut qui tanta *vaþþnola* dicendique libertate erga patronum suum uteretur. *Lubia.*

**130** *Ut dicat, &c.*] Ut poscat sibi a Rege seu divite propinari. Vel illud usitatum *ἡ πόλις ἡ ἀρχὴ*, dicat audaculum nimis.—*Plurima, &c.*] Id est, homines, pauperes, quorum læna vestis, palliumve detritum et pertusum est, non habent libertatem loquendi. Qui etiam optima loquentes contemni sunt et ludibrio. *Idem.* Vide Proverb. 'Lacer pannus.' Et 'Vestis virum facit.' Porro præcipuus lænæ usus in conviviis fuit, quod scilicet a balneis redeuntes lænam gestarent, ne corpus calore solutum frigoris inclementia læderet, atque ideo eadem ferme veste discumberent, atque eadem ab amicorum cœna domum redirent. In convivio ergo hyeme læna adhibita; æstate syntheses, quæ ex lino ac leviori materia erant. *Ferrar.*

**131** *Pertusa, &c.*] Paupere panno. *Vet. Sch.*

**132** *Quadringenta*] Ostendit ergo Trebium jam contemptum, in summo honore habitum iri, si dives evadat.—*Quadringenta*] H. S. scilicet, census equestrem, qui valet 10000. coronatos Gallicos.—*Similis diis*] Heros aliquis beneficus, et magnus. Nemo enim, teste Seneca, propius ad Deum

accedit, quam qui hominibus salutem dat, et beneficium. *Lubin.*—*Quadringente*] Sesteritia dederit scilicet. *Vet. Sch.*

133 *Melior fatis*] Quam tua fata. Fata enim pauperem et miserum te esse voluerunt, contra hujus beneficio dives et felix evaderes.—*Homuncio, quantus*] Ita distinguo, et, ut spero, recte, cum hoc sensu: Si repente Deum aut hominum munere dives evaderes, tunc tu, qui jam es homuncio nullius pretii, quam magnus et honorabilis continuo evaderes? quanto mox fores in pretio apud ipsum. Conjungit autem, suo more, contraria. *Lubin.*—*Quantus, &c.*] Unanimis amicus statim fies, si pecuniam habueris. *Vet. Sch.*

134 *Quantus, &c.*] Qui jam vilis minutusque es asecla. *Lubin.*

135 *Da Trebio*] Mimesia. Hæc enim verba Virroni adfingit, quæ Trebio, si dives esset, dicturus esset inter cœnandum. His verbis autem Structorem compellaret Virro: Da de hoc delicatior ferculo Trebio.—*Pone, &c.*] Appone hoc Trebio, ut comedat.—*Via, &c.*] Jam dives ipsum compellat Trebium. Attende quam benevole invitet et roget.—*Ab ipsis*] Id est, delicatis pulpamentis, quæ inter eorum et ventrem. *Fratri* autem nomen erat blandissimum.—*Da Trebio.*] Cujuslibet nomen. *Vet. Sch.*

136 *O nummi, vobis*] Poëtæ ephonenis. Nummi in honore habentur, non homo ipse. Virro divitis hoc tribuit; blanditur nummis, non tibi. Al. legunt *Vos hunc præstatis honorem*. De hac re dixit Sat. i. *Lubin.*

137 *Dominus tamen*] Correctio est, illius quasi, quod dixerat: Si dives fueris in magno quidem honore habebis, fraterque appellaberis: Si autem insuper orbus fueris, in majori adhuc honore eris, et dominus et rex ab illo domino vocaberis; tunc enim Virro te captabit, et a te sibi aliquid

sperare potest.—*Dominus*] Hæc enim dominorum et regum appellationes majorem adhuc reverentiam, observantiam, honorem denotabant.

138 *Parvulus Æneas*] Id est; non filiorum tuorum quispiam in domo tua ludat. Ponitur enim *parvulus Æneas* pro quovis hærede. Sumtum ex Virgilio 4. *Æneid.* Sunt enim Didonis verba: 'Si quis mihi parvus in aula Luderet Æneas.'—*Nullus, &c.*] Virgilius ridet. *Vet. Sch.*

139 *Dulcor illo*] Filio gratior ipsi patri filia: parentibus enim alii filii altis magis placent, et plerisque filiarum magis quam filii. Vel qui filius et filia dulcor tibi et carior sit, quam captator Virro. *Lubin.*

140 *Jucundum, &c.*] Hæredipetis captatoribus, quibus orbi tales jucundi et cari sunt. *Idem.*

141 *Sed, &c.*] Quasi dicat: Verumtamen quamvis orbus non sis, sed liberos habeas; modo dives sis, in honore habebis a Virrone. Imo vero ipse Virro tuis pueris ex uxore Mycale dicta, etiam munuscula dabit. Ostendit quantum divitiarum Romæ valeant.—*Et, &c.*] Licet tua uxor cum qua commiseris, fecundissima multos filios generet, et simul tres tibi pueros pariat. *Idem.*—*Sed tua, &c.*] Nomen mulieris, ex ipsa coitione. *Vet. Sch.*

142 *Fundat*] Sic supra *effundere* offas.—*Ipsæ, &c.*] Id est, ipse tamen Virro, quia dives es, loquacitate, garrulitate et ludis tergeminarum filiorum tuorum gaudebit, et se tibi amicum simulabit. Quia etiam vestes et munuscula liberis tuis donabit. Scit enim divitem gratiam referre.—*Loquaci nido*] Metaphora ab avibus: Ut sunt aviculæ garrulæ in nidis.

143 *Viridem, &c.*] Id est, vestimentum pectoris viridis coloris, quod puer delectetur, per famulum adferri curat, et puero donat, aptum fatuis et morionibus. *Thoraca* pro thoracem, ut versus constet.—*Viridem thoraca*

*Jam debet Asperri*] Scribe *adferri*, ut legitur quoque videtur Lambinus. et in sequente versu: *Ad mensam pro ac mensam.* *Græv.*—*Gaudebit nido*] Id est, puerorum.—*Viridem, &c.*] *Armisthianam prasinaem, purpuram aut similem.* *Vet. Sch.*

144 *Minimasque nuces*] *Avellanas.* Talibus enim pueri delectantur.—*Assensumque rogatum*] A puero, qui notus ita compellat: Da mihi numulum, ad poma, pyra, nuces emenda. *Græv.*

145 *Ad, &c.*] Id est, quoties tuus filius in sedes Virronis ad mensam venerit petens munuscula.—*Parasitus*] Utpote qui alienas mensas, ob vilia munuscula tanquam parasitus sectetur. *Idem.*—*Infans*] Puer balbutiens, et vix potis fari; similis paraito, vel paraiti iastat.

146 *Vitibus*] Subjungit jam quod Virroni delicatissimi boleti, et poma optima: clientibus ancipites fungi, et poma scabiosa apponantur.—*Vitibus, &c.*] Clientibus, quos supra modicos amicos vocavit.—*Ancipites, &c.*] De quibus dubitare possis, mortiferi, an salutares sint: Fungi enim, nisi ante 3. diem ex quo nati sunt, legantur, mortiferi sunt, et totas sæpe familias e medio sustulerunt. Vide Plinium xxii. 22.—*Ponentur*] Apponentur. *Lubin.*—*Ancipites, &c.*] Mortiferi, venenosi. *Vet. Sch.*

147 *Boletus, &c.*] Boletus species fungorum solus innocuus, Romanis in summis deliciis. Postea boletus immenso exemplo in crimen adductus est, quod Agrippina Claudium imperatorem conjugem venenato boleto, Locustæ veneficæ artificio, interemerit. Delectabatur enim ille mirum in modum boletis, quod etiam hic notatur. *Junius Animadvers. i. 17.*—*Claudius edis*] De Claudio Nerone dicit, quia fungo, uxore sua faciente, mortuus est. *Vet. Sch.*

148 *Ante, &c.*] Id est, antequam comederet mortiferam illum boletum ab uxore Agrippina datum, comede-

bat optimos et electissimos. vide Sat. vi. vs. 621.—*Post quem, &c.*] I. e. qui illi ultimus illis fuit mox morturo: quare Nero illudens boletos vocabat *βρῦπα θεῶν.*

149 *Es, &c.*] Qui Virroni opibus et lautitiis pares sint. Vel convictoribus et congeronibus Virronis. *Turn. xii. 17.*—*Illa poma*] Qualia erant orbiculata. Massilia; medica, et alius generis delicatissima. *Lubin.*

150 *Quorum, &c.*] Id est, tu nihil inde percipis præter odores. Virro autem cum sui similibus illa gustat, et comedit. *Idem.*

151 *Qualia, &c.*] Qualia poma, juxta Homerum, Phæaces, et illorum rex Alcinoüs habuerunt. Ubi horti describantur perpetuos fructus ferentes, nulloque tempore frugibus deficientes; nam pyrum pyro, malum malo, ficul ficus succedebat. Ob id ait, *perpetuus autumnus.* Nam Poma dat autumnus. *Idem.* Phæacia eadem est cum Corcyra, hodie *Corfu.*—*Qualia, &c.*] Ridet de Homero. *Vet. Sch.*

152 *Credere, &c.*] Atlas Mauritanie in Africa fingitur rex, speciosissimum pomarium habuisse in quo aurea poma nascebantur, illamque hortum tenuerunt Atlantis filiae, Hesperides, et Draco quidam pervigil eum custodiebat. Huc missus ab Euristheo Hercules, perempto Dracone, fructus illos in Græciam pertulit. Varro non poma, sed oves attulisse refert, atque errorem esse in ambiguo vocabulo *μήλα.*—*Surrepta*] Ab Hercule. *Lubin.*—*Sororibus Afris*] De Hesperidis dicit. *Vet. Sch.*

153 *Tu scabie*] Apodosis. Id est, tu contra scabiosa mala comedis.—*Quod in, &c.*] Quod scabiosum et immaturum pomum miles tiro, levis stipendii, et famelicus devorat in aggere castrorum. *Lubin.* Demeterus autem inquit simiam intelligi insidentem capræ, et edoctum tironis iustar, jacula inde vibrare. *Et aggere, hoc*

est, eminenti triclinii loco. Grangæus quoque periphrasin simii esse putat, in cuius capite galea, in manu parma erat, tanquam alius levis armaturæ militis, quem histrio aliquis arcum tendere docebat, quare flagellum tenebat, quo simium, si aberraret, severe castigaret. Intelligit ergo per *Capellam*, campidoctorem aliquem histriionem per convicium sic appellatum, quod ejusmodi homines caprarum instar hirsuti esse solerent: unde Pers. 'De gente hircosa centurionum,' quod minime commentum novum est: Quare *hirsuta capella* legit, et addit, sic habere exemplaria.—*Agger*] I. e. in castris. Tiberius enim Romæ castra constituit, quibus Prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus et per hospitia dispersæ, continerentur. Ea inter portas Viminales et Tiburtinam sita, urbisque muris conjuncta ostendit Panvinus, unde *agger* dicta sunt. *Ferrarius*.

154 *Qui, &c.*] Descriptio militis tironis, qui discebat jaculari sub magistro. Ob id ait, *metuens flagelli*. Nam vulpabant qui non didicissent. Vide Grangæi notas in hunc locum.—*Flagelli*] Poëtica licentia flagellum pro vite Centurionis, qua milites plectebantur, a Juvenale positum. *Idem*.—*Metuensque, &c.*] Qualem simia manducat.—*Qui, &c.*] Tiro. *Vet. Sch.*

155 *Ab hirsuto, &c.*] Intelligunt alii hic lorum, velamentum e corio capellæ, factum hastæ alligatum, quo missa retrahi poterat. Alii censent capellam vivam scopi loco positam, ad quam jacularentur, ut hac ratione a scopo illius capellæ jaculari discerent: sed inepte. Sunt, qui per *capellam* intelligant arcum e cornubus caprinis, et revera de milite misero hic sermonem esse putent: Alii censent Capellam quendam fuisse gladiatorem et jaculatorem optimum, qui tirones exercebat et a quo tirones jaculari didicerint, qui, quod hirtus

corpore esset, Capellæ nomen sortitus sit, vel quod induebatur sago Cilicis. vide Brodæi Miscel. l. i. c. 1. *Rutgers*. var. lect. l. iii. c. 15. *Ferrus*.—*Hirsuto Capella*] Recte Vetus Interpretæ hæc de Campidoctore, explicat, quem senem vocat, quod justa ætate et plena barba centuriones fierent: sive quod hirsuti et impexi altioris ætatis esse viderentur. Confer quæ infra Sat. xiv. 194. Et Persius: 'Hic aliquis de gente hircosa centurionum.' Quod ex illovie hircum olerent, et promissa barba, intonsisque capillis horrerent. Miror nulli Interpretum hic in mentem venisse Ammiani Marcellini verba de Juliano Cæsare, quem contumeliæ causa 'capellam' dictum notat: 'in odium venit cum victoriis suis capella non homo, ut hirsutum Julianum carpentes.' Hinc patet hirsutum capellam esse Campi doctorem vel Centurionem, erudientem tironem in *agger*, id est, castris prætorianis. *Idem*.—*Discit, &c.*] A sene magistro, Capella, campi doctore. *Vet. Sch.*

156 *Forsitam*] Exponit jam causam, quare patroni suos clientes tam misere tractent, atque esse non avaritiam, sed petulantem malitiam et malevolentiam; non quod sumtui parcant, sed quod illis cupiant ægre facere, illosque ridere. *Lubinus*.

157 *Ut doleas*] Ut fleas, et ipsi spectaculum jucundissimum in mensa exhibeas.—*Nam, &c.*] Id est, nulla Comœdia, nullus Mimus tanta voluptate quempiam adfecerit, quam tu Virronem, dum tu esuris et ploras.—*Mimus*] Qui gestibus mores factaque hominum imitatur. *Idem*.

158 *Melior*] Jucundior, et accommodatior ad excitandum risum.—*Plorante*] Præ fame et inedia. 'Ridiculus æque nullus est, quam quando esurit.' Plaut.—*Ergo, &c.*] Repetit quod dixit. Quasi dicat: Ergo si nescis, ego tibi dicam: Omnia tam contumeliosa in mensa divitum sunt,

ut per amaram bilem, vel iram; vel præ ira, lacrymas effundere cogaria.

159 *Effundere*] Id est, egerere, et testari iram lacrymando. *Idem*. Nam 'Expletur lacrymis egeriturque dolor.'

160 *Pressaque*] More iratorum, qui dentibus fremunt, frendent, strident. Sunt autem *molares dentes* ultimi, qui præmorsa a prioribus dentibus, postea molunt. *Idem*.

161 *Tu tibi, &c.*] Monstrat, jure et merito servos et vilia mancipia ita tractari. Talem enim Trebium esse ostendit.—*Liber, &c.*] Conses te quantitatis pretii hominem et regis convivam, cum sis ventris et alieni cibi assecia, omnium mancipiorum pessimum et gulæ servus.—*Regis, &c.*] Scopitice ludit, ambiguitate vocabuli *regis*.

162 *Captum te*] Id est, ille contra Virro censet te servum et mancipium suum esse, et ob id merito tractari.—*Nidore*] Exhalatione et odore ciborum suæ culinæ. *Idem*.

163 *Nec male, &c.*] Quia ejus et tui ventris pessimum es mancipium.—*Quis, &c.*] Quis adeo pauper et miser est, sive ingenuus sit, sive libertinæ conditionis, qui ejusmodi contumelias bis velit perpeti, et ubi semel passus sit, denno velit redire. Ne pauperimi quidem, quibus vel gutta libertatis inesset, vel ingenuitatis, hanc contumeliam bis paterentur. — *Illum*] Virronem, ejusque ignominiosam tractionem. *Idem*.

164 *Hetruscum, &c.*] Si ingenuus sit. Ita ait: nam ingenuorum et nobilium pueri bullas aureas et argenteas gestabant. Libertini tenuiores, aliquod signum coriaceum vel nodum lorumque in libertatis indicium. Bullam scorteam, ex scorto i. e. pelle factam. *Hetruscum* dicit. Nam illam consuetudinem, bullam auream gestandi, Tullus Hostilius ex Hetruria primum Romam advexit. vide *Persii Satyr. v. vers. 31.*—*Signum*] Bulla

figuram cordis representabat: Vel potius bullæ, in indicium humanæ fragilitatis. *Idem.*—*Pueri, &c.*] Antiquitus nobilium pueri bullas aureas habebant: pauperum de loris, signum libertatis.—*Bis ferat*] Urdenno ad domum ipsius redeat. *Vet. Sch.*

165 *Signum, &c.*] Id est, corrigiam parthicam, unde solet bulla pendere, signum ingenuitatis. *Vet. Sch.*

166 *Spe, &c.*] Reddit rationem cur Parasiti in suo proposito perseverent, quia semper sperent fore, ut melius cœuent, et tractentur.—*Ecce, &c.*] Dicitis vos abjecti asseciæ in animo vestro, Virro nobis de suorum ferculorum reliquiis aliquid dabit, de semicomesto lepore, apro, gallina. Miseri clientes, qui tantum ferculorum reliquias speraverint, et tamen falsi et frustrati sint.

168 *Ad nos, &c.*] De gallina aliquid. Nam anser major altilis dici poterat. Britannicus intelligit altilem a Virrone imminutam, qui partem ejus comedit.—*Inde, &c.*] Inde, quia leporem et altilem expectatis, panem paratum habetis, ut cum aliquid a domino missum fuerit, comedatis.

169 *Intacto*] Non enim tangitis panem, sperantes fore, ut lautitiæ vobis apponantur.—*Stricto, &c.*] Arcto, duro, constricto duritiæ, vel parato. Metaphora desumpta a gladiis.—*Tacetis*] Spe alicujus opsonii cum silentio expectatis. Alii legunt, *facetis*. Lubin.

170 *Ille, &c.*] Ille Virro patronus tuus profecto sapiens est, qui te Gnathonem suum tam misere tractet. Quasi dicat: tu es stultissimus, ille vero sapit.—*Omnia, &c.*] Siquidem omnia contumeliosa tolerare potes, æquum etiam est, ut illa omnia etiam patiaris. Est conclusio. Quasi dicat: Quia omnia, quæ Parasiti patiuntur, pati potes, æquum est, ut non solum epulis a domino tuo male tracteris, sed verberibus etiam et plagis. *Idem*. Quod non sine stomacho Poëta dicit.

—*Omnia ferre si potes, et debes*] Copula hic locum non habet: sententia postulat, ut scribas: *Omnia ferre si potes ut debes*. Græv.

171 *Si potes, &c.*] Quum antea multis criminationibus, illos qui mensas potentiorum sectantur, poëta fuerit insectatus: post multa quæ sub alieno imperio digna atque indigna pati necesse est; ut tandem se in libertatem vindicent, suadendo concludit, ultima illis interminatus. 'Pulsandum quandoque caput vertice raso:.' In dedecus et irrisionem contumeliosam tonsis capillis servili ritu in duram servitutem mitteris verberibus et plagis expositus et subjectus, aliquando alapas accipies, aliquando caput sandalio vel fuste pulsabitur: Hoc enim æquum est te abjectum et obstinatum parasitum perpeti.—*Pulsandum, &c.*] Etiam capite raso alapas accipies. *Vet. Sch.*

172 *Quandoque*] Hic valet aliquando. *Nec dura, &c.*] Quasi dicat:

siquidem omnia ferre, et verum Parasitum potes agere, æquum erit te has quoque tuæ personæ convenientia, æquo animo ferre. *Labii.*

173 *His epulis*] Id est, digna, quitalibus epulis vilissimis et miserrimis tracteris, et talem etiam amicum dominum et patronum habeas, qui in te suum Parasitum tam contumeliosus, et injuriosus sit; quia tam servili animo es. Quod Britannicus et alii dicunt, designari hic modum quo quis liber a prætore per vindictam fit; quod scilicet il qui ex servitute in libertatem vocabantur, raso capite ad Prætorem irent, qui eorum caput bis terve percuteret, vel per lictorem perenti juberet, deinde virgula seu festuca (quæ vindicta est) in eum jacta, postquam dominus eum vertisset, elata voce servituti eximeret prætor; profecto hujus non esse loci, et contra mentem esse Autoris, quis non videt?

## SATIRA VI.

Hanc Satyram interpretaturus summa ope niti debet, ut caute et caste agat, ne procax juvenus, quorum mentes facile ad vitia moventur, salivam moveat, aut turpia audiendo flagitium cogitet aut nefas: sed ut animos a turpitudine avertat, et castitati illibatos servet.

1 *Credo pudicitiam*] Superiori ergo libro in virorum vitia invecus est. Hac tota Satyra, ingenti usus arte, mulierum horrenda scelera exagitat, nihil omittens, quod ad partes dissuasione pertineat: Vult enim dicere pudicitiam in mulieribus viguisse aureo seculo et simplici, sub Saturno,

quæ ætate Jovis perierit, quæ libido regnare occiperit, quæ ex illo tempore semper creverit: adeo ut uno tempore nulla fere casta inveniantur. —*Credo*] Plerumque de incerta re dicitur, unde sæpe additur, *nec omne fides*. Nec enim certum est pudicitiam aureo seculo intactam mansisse.

—*Saturno, &c.*] Id est, regnante Saturno, aureo seculo, quo omnis virtus colebatur, viguisse aliquandiu in terris et versatam inter homines. Vido de hoc Hesiodum *ἔργον δ'. Λαβίνα.*

2 *Cum, &c.*] Id est, cum subterranea crypta et caverna in terra et rupibus excavata, humiles deman-

las habitantibus præberet.—*Frigida*] Utpote sub terra.—*Idem*.

3 *Iguemque, &c.*] Id est, cum frigida spelunca ignem foci et larem, et pecus et dominos vel pastores una aliqua communi umbra clauderet et circumdaret.—*Larem*] Familiarem Deum, domus custodem, quem colebant in foco, qui Deorum penatium ara erat. Ut autem lares domi colerent, inde ortum docet Serv. quia tum mortui in domibus suis sepeliebantur; hos ut Deos domesticos venerari cuperent.

4 *Communi, &c.*] Tecto, specu umbroso pecori et domino communi. Cubile enim et stabulum una caverna erat. *Idem*.

5 *Silvestrem, &c.*] Nam ex herbis, frondibus et foliis stramenta faciebant, teste Varrone. Dicitur Festo torus a tortis herbis.—*Montana uxor*] In montibus cavernosis et silvis degens habitansque. *Idem*.

6 *Culmo*] Calamis segetum paleisque, stramine.—*Vicinorumque*] Propinquarum, inter quas versabantur. Nam ex ferarum pellibus, non modo lectos sternebant, sed et vestes sibi conficiebant. *Idem*.

7 *Haud imilis*] Quæ non adeo ambitiose culta et ornata fuit, ut Cynthia Propertii amica, de qua ipse Propertius: 'Cynthia sola suis miserum me cepit oculis. Et captum nullis ante cupidinibus.' Fuit autem hæc formosissima et cultissima, 'censu induta nepotum.'—*Nec, &c.*] Lesbiam Catulli amicam intellige, quæ mortuum passerem deflevit. De qua Catullus ipse: 'Passer mortuus est meæ puellæ. Quem plus illa oculis suis amabat.—O factum male! o miselle passer! Tua nunc opera meæ puellæ Flendo turgiduli rubent oculi.' Pudica uxor montana, impudicæ illæ.

8 *Turbant, &c.*] Lacrymis. Nam ob illum in lacrymis et mœrore erat. *Idem*.—*Nitidas*] Metaphora pulchre

*Delph. et Var. Clas.*

ducta ab aëre.

9 *Sed, &c.*] Non sugenda tantum, sed potanda ubera exhibens. Credibile enim est illo tempore infantes grandiores natos fuisse. Grangæus putat magnos dici pro adultis, quia tum non tam cito arcebantur a mammis: quod non probro, quamvis narret verum, si verum est. Dicit Hesiodus primo seculo natos centum annis sub matris imperio stetisse, tanquam adhuc infantes. *Idem*.

10 *Horridior*] Quæ nullam ornatum adhiberet, neglectior et victu et amictu, quam ipse maritus. Contra jam fieri consuevit. Fœminæ enim longe superbiore viris.—*Glandem, &c.*] Eo dicit, nam prisco ævo glandibus, fragis, pomis, pyris, aliis arborum et herbarum fructibus vescabantur. Ait ergo *ructante*, tanquam qui glandes ad saturitatem usque devoraret. *Idem*.

11 *Aliter, &c.*] A voluptatum deliciis, malorum esca, alienissimi.—*Tunc, &c.*] Notanda hæc initii mundi testimonia.—*Cœloque, &c.*] Quod noviter a Deo exstructum paulo ante fuit. *Id.*

12 *Qui rupto, &c.*] Ex figmento Pœtico loquitur, et Virgil. respicit: 'Gensque virum truncis, et rupto robore nata.' Hanc fabulam eo natam dicit V. C. quod prisci, antequam domos conderent, in excavatis arboribus noctu quieverint, nude mane egressi, rudibus hujus fabulæ occasionem præbuerint. Alii hæc ad durtiem mortalium referunt.—*Rupto robore*] Ut exprimeret roboris partum. *Idem*.—*Robore*] Pro omni arbore.

13 *Compositæ luto*] Vel a Deo, vel a Prometheo, qui hominem e limo terræ formasse fingitur.—*Nullas, &c.*] A quibus scelera discerent. Nam erant Terræ filii.

14 *Multa, &c.*] Hactenus de prima, sequitur jam de secunda ætate sub Jove, vel de seculo argenteo; quo pudicitia per Jovem incœpit deficere. Faere forte sub Jove primo tempore etiam adhuc reliquæ illius præcæ pu-

*Juv.*

3 L



dicitiæ, quæ sub Saturno fuit.—*Foras*] Dubitanter merito loquitur, ob incredibilem salacitatem illius nebulonis Jovis. *Idem*.

15 *Aut aliqua*] Saltem.—*Sed, &c.*] Salsæ Deum suum irridet. Id est, Jove nondum adulto, nondum ad virilem ætatem perducto, ut possit adulterum agere. Illo enim adultiore, mores seculi cum rege mutati sunt, cum nullis non libidinibus frena diffusissime laxaret. Cum infamavit stupris *seque suamque domum*.—*Jove nondum barbato*] Nondum pubescente. *Ferrar.*

16 *Nondum, &c.*] Græcis perfidiæ nota passim ab autoribus inuritur. Cum nondum Dii essent per quos jurarent. Cum nondum esset perjurium.

17 *Alterius*] Parentum, liberorum aut aliorum quos charos habebant: quæ solennis jurandi formula, uti et, per suum caput. Hoc verbo indicat se scivisse Deos illos Ethnicorum, homines fuisse, et homines jurare per caput Jovis, Apollinis, Herculis, qui homines fuerunt.—*Cum, &c.*] Id est, cum divitiæ et opes nondum essent, ob id nondum etiam fures erant. Cum olera, quibus illo tempore vivebant, abunde omnibus et singulis suppetebant, ita ut nemo illa furaretur. *Idem*. Postea enim multi fuerunt fures, inde appositus Priapus ad hortorum custodiam. *Grang.*

18 *Et, &c.*] Sine ullo furum et raptorum metu. *Lubin.*—*Aperto*] Incus-todito, sepimentis haud munito.

19 *Paulatim*] Astræa, Justitia, filia Astræi, qui Cui et Eurybiæ filius, ut Hesiodus ait. 'Victa jacet pietas, et virgo cæde madentes Ultima cælestum terras Astræa reliquit.' Ovid. Met. 1.—*Paulatim*] Improbitate et libidine ipsius Jovis suorumque subditorum. *Id.*

20 *Hac comite*] Pudore scilicet, vel castitate.—*Dua, &c.*] Justitia et Pudicitia individue sorores uno tempore aufugerunt, scelèratam terram deserrantes. *Idem*. Aliter tamen Hesio-

dos. *Grang.*—*Dua pariter, &c.*] Fides et Pudicitia. *Vet. Sch.*

21 *Antiquum, &c.*] Applicat, quæ supra dixit, suo proposito, Libidinem nempe in mulieribus inde ab argenteo seculo vigere, et tamen Uraidium Posthumum adeo insanum esse, ut uxorem castam se inventurum speret, quam ducat: cum longe satius sit se suspendere, vel quovis modo interire, quam uxorem ducere.—*Antiquum*] Inde scilicet a Jovis tempore: 'Hoc est quod nec promitti, nec prohiberi potest,' &c. Plaut. Quer. Utitur autem noster dissuasionem a vituperatione rei.—*Alicum, &c.*] Id est, adulterium committere, alteriusque mariti lectum ascendere, turbare, violare. *Lubin.*

22 *Et sacri, &c.*] Id est, conjugalis vel matrimonialis fuleri seu tori genium præsidem, qui matrimonio præest et qui vim obtinet rerum omnium gignendarum, contemnere. *Sacri* ait, nam lectus nuptialis Genio sacer.—*Fulcrum*] Quo lectus fulcitur. *Idem.*—*Fulcrum*] Lecti jugalis. *Vet. Sch.*

23 *Omne, &c.*] Id est, post argenteum seculum, ferrea ætas mox omnia reliqua scelera produxit, præter adulterium, quod jam priori seculo fuit, et inter vitia omnium primum. *Lubin.*

24 *Viderunt, &c.*] Id est, seculo argenteo primi adulteri, et primi scelerati visi sunt Jupiter, Neptunus, Mars, &c. qui omnium mœchorum, quotquot vixerunt, famosissimi. *Idem*. Ut ait Tibull. 'Glans aluit veteres et passim semper amarunt.'

25 *Conventum, &c.*] Verba prisci juris, huic rei propria. Sententia hæc est: Cum inde a Jovis tempore nulla castitas, nullus pudor in matronis fuerit, quæ dementia et insaniam est te hinc perditissimis temporibus aliquam castam te inventurum sperare, cumque illa matrimonium velle contrahere?—*Conventum*] Perperam vulgo distinguitur: nam conventum ac pactum idem est, quod pactum conventum. Do-

tale pactum intelligit. *Salustius*.—*Sponsalia*] Futurarum nuptiarum promissiones.—*Nostra, &c.*] Sic Salustius creberrime; id est, nostro seculo pessimo, quo tot regnant adulteria.

26 *Jamque, &c.*] Ut nitidior placeas uxori futuræ.—*Tonsoris*] Ex more antiquorum, qui ad consistentem ætatem comam nutriebant, postea circa nuptias detondebant. *Idem*.—*A tonsore, &c.*] Non severus es, ut maritus, qui a pueris ad magistrum tonsorem transis: aut certe, desisti pueros secutari, qui jam uxori nonnulla munera misisti, et solito diligentius ornaris, ut uxori placeas, cui annulum dedisti. *Vet. Sch.*

27 *Et, &c.*] Annulus ferreus ipso nuptiarum die sponsæ mitti solebat, et sine gemmis, qui pronubus dicebatur.—*Digito*] Quarto, seu medicinali, manus sinistræ, quia in eo vena quædam sanguinis, quæ ad cor usque pervenit. Gel. x. 10. Macrob. vii. 18.—*Pectoris*] Componis te. *Vet. Sch.*

28 *Certe, &c.*] Olim eras liber, rationis et mentis compos, jam vero in furorem raperis. Vel lege interrogatorie, *Certe sanus eras?—Uxorem, &c.*] Interrogatorie admiratur insaniam et furorem Posthumi, uxorem ducturi. *Salmas.*—*Certe, &c.*] Furis, insanis. *Vet. Sch.*

29 *Dic, &c.*] Id est, quibus tu Furis agitaris? Sunt autem furis tres Acherontis filix, Alecto, Tisiphone, Megæra, quæ colubros et serpentes loco criminum habent. Hæ sunt impiis assidue domesticæque furis, quæ dies noctesque parentum pœnas a sceleratissimis filiis repetant. *Salmas.*

30 *Ferre, &c.*] Id est, cum tot res adhuc reliquæ sint et supersint, quibus te possis suspendere: quæ te dementia vexat, ut uxorem velis tollerare, quæ tibi dominabitur; cunctis quæ tu servus necessario futurus es. *Idem.* Argute dicit dominam non sociam, quasi cujus servus sit futurus: unde apud Comic. *Dote imperium vendidi.*

31 *Cum, &c.*] De quibus te potius præcipitem dares.—*Alta, caligantesque*] Quæ tantæ altitudinis, ut caliginem visui obducant, vel, noctis tenebras. *Lubin.*

32 *Cum, &c.*] Ut scilicet inde te in aquam præcipites, et submergas. Fuit autem pons Æmilinus a Marco Æmilio Scauro in via Flaminia dictus et conditus. *Idem*.—*Æmilus, &c.*] Quod ibi lupanaria essent. *Vet. Sch.*

33 *Aut si, &c.*] Sceptice jam ex ipso querit, si se ipsum e medio nolit tollere, cur non in priori sua libidine et puerorum amore perseveret? *Lubin.*—*De multis*] Suppl. Quos dixi.—*Exitus*] Ad mortem sc.

34 *Nonne, &c.*] Malum, imo sceleratissimum auctoris nostri consilium foret, si Ursidio horrendum pueri concubitus potius, quam matrimonium serio suaderet. Verum minime existimandus est Juvenalis, Satyricus, morum et honestatis magister integerrimus, alii autor esse, quod ipse Sat. i. ii. et aliis infinitis locis condemnat. Verum sceptice et hyperbolice notat, omnia potius mala toleranda, omne scelus perpetrandum esse, quam uxorem ducere. Existimaram etiam longe satius tibi esse, ut puer pathicus tecum dormiret. Ludit ergo salse et sceptice Posthumum. *Idem*.—*Quod, &c.*] A facto nomen. *Vet. Sch.*

35 *Pusio, qui, &c.*] Antiquè *pusus* puer, et *pusa* puella dicebatur. Hoc loco pro puero Pathico ponitur. Attendendum illud quod *dormit* dicat, non dormiat.—*Litigat*] Vel ut efferæ libidinis mulieres pensum a maritis absolvi cupientes. Vel ob alias causas, de quibus inferius inquit.—*Erigit, &c.*] Pro concubitu; more illarum, quæ temperantiores vel continentiores videri volunt.—*Illic*] I. e. ante, vel in ipso actu, non post actum.

36 *Nec, &c.*] Quemadmodum solent uxores. Ea enim pars immoderato concubitu insigniter læditur. *Martial.*

'Usque dum mihi Venus jocosa molle ruperit latus.' *Lubin.*

37 *Nec, &c.*] I. e. Parceas tibi, non coëas, non tam assiduus sis in coitu, quam jussit: quod fœminæ facere consueverunt. *Idem.*—*Et lateri, &c.*] Si parum feceris, non irascitur ut uxor. *Vet. Sch.*

38 *Sed placet*] Cui legi nimirum obedire vult, quæ lata est de adultæris puniendis et de maritandis ordinibus, postquam diu satis adulterum egit. De lege Julia audivimus Satyr. 2. *Lips.* ad III. Annal. Taciti.—*Tollere, &c.*] Id est, vult legitimos hæredes ex conjugē suscipere et nutrire, non vult captari ab hæredipetis. *Turneb.* XXII. 11.—*Lex Julia*] Quæ jubet eos hereditatem capere, qui filios habent. *Vet. Sch.*

39 *Cariturus, &c.*] Est turtur nobilissimus avis et piscis. Quamvis Britannicus de ave intelligat, de pisce potius intelligendum est, quia *magnam* dicit, et adhuc ob aliam tacendam rationem. Talia autem munera orbis a captatoribus mitti solebant. *Lubin.* Et qui liberos habebant, non accipiebant.—*Cariturus*] Ducta uxore captatorum muneribus nequaquam solicitandus. *Ferrar.*

40 *Mullorum jubis*] Barbatis nullis. *Asopis*, cristis, vel barbis: nam duplicem barbam a latere oris habent. Talia mitti solita fuisse orbis ex Sat. IV. vidimus.—*Captatore macello*] Obsoniis, quæ e macello a captatoribus hereditatum emta, orbis mittebantur. *Idem.*—*Mullorūque*] Quos hereditatē mittunt.—*Jubis*] Cristis. *Vet. Sch.*

41 *Quid, &c.*] Quasi dicat: omnia jam sunt possibilia, siquidem Ursidius, qui paulo ante omnium mœchorum turpissimus fuit, jam matrimonii vincula cogitat subire. Quis hoc nunquam credidisset? Certe jam omnia vel præter naturam fieri possunt.—*Ulla*] Uxor vel conjux in matrimonium. *Lubin.*

42 *Si mœchorum, &c.*] Famosissimus: Ursidium intelligit. *Idem.*

43 *Maritali, &c.*] Matrimoniali vinculo, conjugali jugo, vel freno. Est metaphora ab equis. *Idem.* 'Tollenda est omnis occasio, et luxuria puerilis nuptialibus pedicis colliganda.' *Apul.*

44 *Quem, &c.*] Qui sæpius periturus, superveniente marito sub cista celatus est ab ejus adultera uxore; qualem Latinus mimus in mimo vel ludo expressit. Nam ille in mimo adulterum representabat in cista conditam subito mariti interventa, ne deprehenderetur, aut occideretur. Ob id *perituri* dicit; quia semper vergebatur ne delationibus periret; dicent alii, quos falli putat *Grangæus*, illum opera delatorum periisse tandem. Indicat ergo Ursidium consimilia pericula perinde sæpe expertum esse. *Idem.*—*Quem, &c.*] Qui toties superveniente marito, sub cista celatus est, ut in mimo.—*Latini*] Latinus mimus fuit, qui mœchus in cistam devolutus, superveniente aliquo tegebatur: qui postea propter adulterium Messalinæ punitus est. *Vet. Sch.*

45 *Quid, &c.*] Anget indignationem suam et stultitiam Ursidii. Primo enim absurdum esse dixit mœchorum famosissimum, matrimonium cum uxore quamquam velle contrahere. Deinde quod cum ipse sit turpissimus, matronam honestam et castam et antiquis moribus præditam sibi quærat.—*Antiquis moribus*] Quales vixerunt aureo seculo sub Saturno, ut dictum. *I. Leensis* Epiph. III. 23.

46 *O medici, &c.*] Et liberate Ursidium a furore et insania: qui furiosus est, dum ipse impudicus pudicam quærit. Physici tradunt tres in brachiis esse venas descendentes ab hepate, unam Basilicam, alteram Cephalicam, tertiam Medianam, nigram sive communem. Porro *media* omnis in brachio incidi solet hujusmodi fu-

**riosia.** Vel si delirans manum porrigere detrectet, vena in fronte sece-  
tur, &c. Paulus Ægineta III. 8. de  
**Phreniticis** et Aëtius VI. 8. *Farnab.*

47 *Delicias, &c.*] Est exclamatio.  
Quasi dicat: O hominem delicatum  
et mollem, qui quidem moribus suis  
non contentus, electissimam uxorem  
querat, idque ab alio requirat quod  
ipse non præstet.—*Tarpeium, &c.*] Id  
est, si tu adeo felix es, ut non sine  
singulari Deum benignitate hoc secu-  
lo turpissimo casta matrona tibi con-  
tingat. Æquissimum profecto erit,  
ut Jovem adores, elque gratias agas.  
Per *Tarpeium limen*, Jovem Capitoli-  
num intelligit, in introitu arcis Tar-  
peie, ubi Jovis, Junonis, et Minervæ  
templum. *Idem.*

48 *Pronus*] In terram cum maxima  
animi devotione prostratus.—*Et au-  
ratum*] Auratis cornibus. Junoni ait,  
quod illa mulieribus impudicis et  
adulteris maxime infesta esset, et  
'cui vincla jugalia curæ,' conjugii  
præsidii, pronubæ. Majores autem  
hostiæ auratis cornibus immolaban-  
tur, teste Plin. xxxiv. 4. *Idem.*

49 *Si tibi, &c.*] Qualis hoc tempore  
non invenitur, et quali tu etiam non  
dignus es.—*Tibi*] Cum emphasi dic-  
tum. Indignus enim turpissimus  
scortator honesta matrona. *Idem.*—  
*Capitis*] Pars pro toto, i. e. corporis  
pudici.

50 *Paucæ*] Matronæ dictæ sunt,  
quæ Cereris sacerdotes fiant, et cu-  
jus mysteria non nisi castis fœminis  
sunt celebranda. Vel quæ dignæ  
judicatæ essent, quæ tanquam castæ  
et honestæ, Cereris vittas contin-  
gant; quod ab impudicis fieri nefa-  
rium putabatur. *Farnab.* Capita enim  
statuarum vittis insignita erant.—  
*Cereris, &c.*] Quæ possint sacerdotes  
Cereris esse. *Vet. Sch.*

51 *Quarum, &c.*] Tatquam parum  
casta oscula, sed turpis libidinis in-  
dicia. Eo dicit, nam occurrentes  
cognatos et notos veteri instituto os-

culari solebant. V. C. ait, filias impu-  
dicas patris osculo privari solitas  
fuisse, quod magnæ pœnæ loco sit  
habitum.—*Necte coronam*] Salse Ur-  
sidium vexat, Ironice ipsum exhor-  
tans ad matrimonium. Id est, o Ur-  
sidi, para te ad futuras nuptias. *Fær-  
nabius.*

52 *Postibus*] Eo dicit, nam ipso  
nuptiarum die postes et januæ coro-  
nabantur.—*Corymbos*] Fructum et ra-  
cemos hedere. *Idem.*

53 *Unus Iberinæ*] Scoptice hæc  
dicit. Fnit autem hand dubie Iberi-  
ne illa, quam ducere voluit Ursidius.  
Quasi dicat: Nimirum Iberine tua  
casta est.—*Ocyus illud*] Explicat per  
ironiam. Imo vero illa nno oculo po-  
tius contenta esse velit, quam uno  
viro. Quasi dicat: ipsam suis ocu-  
lis mœchos cariores habere. *Idem.*  
'Præcipue multivola est uxor.' Ca-  
tull.

54 *Extorquebis*] Magna difficultate  
ab illa impetrabis. *Idem.* Si extor-  
quere velis veritatem, illa ocyus re-  
spondebit illud Horatian. 'Eripiet  
quivis oculos citius mihi,' quam ut  
uno viro sim contenta.

55 *Magna, &c.*] Objectio. Quod  
in agro quædam casta invenitur.  
Quasi dicat: Si Iberina casta non  
est, saltem extra Romam in agro quæ-  
dam casta invenitur.—*Fama*] De cas-  
titate et pudicitia ejus. *Idem.*

56 *Virat, &c.*] Respondet Poëta:  
illud non tam virginis ingenio deberi,  
quam loco. Nam si vel Gabiis vel  
Fidenis in vilibus et desertis urbibus  
degat (nedum Romæ) statim corrup-  
peretur, et degeneraret. Illa enim  
casta non est, quæ non impudice  
vixit, ad quod locus et occasio sæpe  
aliquem adjuverit, sed quæ animum  
pudicum habet, et etiam inter impu-  
dicos scortatores pudicitiam suam  
potest retinere. *Lubin.*

58 *Quis, &c.*] Corrigit illud quod  
concessit. Quasi dicat; Et tum quis  
jurare vclit ipsam etiam in patrio

agro caste vixisse. Usque adeone Mars, Jupiter, et alii qui passim in montibus et spelanciis agrorum scortabantur, senuerunt, ut puellæ rusticæ ab illorum incurribus tutæ sint, et non possint amplius virgines imminuere præ senectute?—*Nil actum, &c.*] Licet enim palam forte stuprata non est, clam illud fecisse poterit.

59 *Senuerunt*] Adeo ut senio impediti, rusticas virgines amplius corrumpere non possint. *Idem.*—*Adeo*] In tantum? Itane?

60 *Porticibus*] Intelligit porticum Pompeii et Isidis, in qua mulieres conveniebant.—*Voto, &c.*] Id est, quæ desiderio tuo satisfaciatur, quæ sit ex animi tui sententia. Id est, quæ pudica sit. *Lubin.* Primum præceptum in amore. An ille locus, ubi invenias quod amare velis, in porticibus, Circo, et theatris?

61 *Cuneis, &c.*] Pars pro toto: cunei enim in theatro sedes sunt in eis, receptacula et capacitates graduum instar cuneorum. Lips. de Amphith. Id est, an in totis et universis Amphitheatris, et eorum cuneis, sedibus, et receptaculis, in quibus tot centena mulierum conveniunt, aliqua habetur, quam sine cura et metu de ejus libidine et incontinentia secure diligere et amare possis.

62 *Excerptare*] Tibi deligere, et diligere. *Lubin.*

63 *Chironomon, &c.*] Quia de theatro dixit, reddit jam rationem quare mulieres Romanæ tam parum pudicæ sint. Id fieri ait spectaculis ludorum levissimorum, et propter multas voluptates, et libidinum illecebras. Id est, dum in theatro mollis ille et levis saltator Pantomimus Bathyllus saltando repræsentat Ledam illam insignem saltatricem (quod certa manuum et pedum lege et motu fiebat, unde *χειροπόμος*, dicitur), tunc ejus spectaculo mulier ex Thracia libidine incenditur. Legatur ergo *Tuscia*: vel sit nomen fictitium *Tuccia*. Dicit hic

*Chironomon* in genere fœminino, imitatione Græca, quia composita in *es* sunt generis fœminini. *Brodaus Misc.* IX. 1. *Jac. Loensis* Epiph. IV. 9. *J. C. Scalig.* Poët. I. 18.—*Bathyllo*] Pantomimo. *Vet. Sch.*

64 *Tuccia, &c.*] Rustica.—*Venice*] Præ libidinis pruritu urinam retinere non potest. *Valer. Maximus* VIII. 1.—*Apula gannit*] Per hæc nomina, Tuccia et Apula, videtur innuere mulieres ex Thracia vel Apulia rusticas, quæ corrumpantur Romæ tam obscœnis et lascivis spectaculis.—*Gannit*] Id est, Gannitu et murmure libidinosum fatetur affectum: vel gannitu obmurmurat non secus ac si quicum concumberet. *Lubin.* *Gannire* proprium est vulpibus et canibus ob horum adventum, inde sumitur ad obscœna.

65 *Sicut, &c.*] Id est, illo spectaculo incensa, gannitum et voculas illas amantium edit, quales inter se amplexantes et amantes. Quasi dicat: non secus ac si tenacissimis complexibus mimum quem videt, ad coitum complexura esset. Videntur autem hæc commode cum sequentibus conjungi posse: *Gannit subitum et miserabile*: id est, edit subitas et miserabiles voculas. Alii per hæc; *Subitum, miserabile, longum*, intelligunt nomina gestuum, et motuum, quos exprimebat mimus, ut docet Julius Pollux. Et quos gestus tanto studio Thymele illa mulier rustica observat, non aliter ac si illos vellet discere. Festive autem illa mulier ab Antore Thymele nuncupatur; sive quod Thymelem exprimat, seu quod Thymele (cui nomen scena dedit) futura sit. Hæc autem omnia eo spectant, ut demonstret etiam rusticarum libidinem. Quasi dicat: Si honestæ hæ rusticæ essent, hujusmodi improbis spectaculis abstinerent. *Idem.*—*Discit*] Penem ut habent in mimo. *Vet. Sch.*

67 *At alia*] Dicitur hoc in illas mulieres, quæ finitis ludis mimorum

tractabant ornamenta, ludosque agebant, quando aula et tapetia, quibus theatra ornantur et sol arceatur, in suum locum reposita cessant et non suspenduntur. Id est, quando Mimorum ludi in theatris non exhibentur et feriæ sunt.—*Aula*] Erant vestes peregrinæ, vel etiam vela depicta, theatri ornamenta. *Idem*.

68 *Et vacuo, &c.*] Id est, cum Amphitheatrum vacuum et clausum est, et fora sola, in quibus jus dicitur, sonant. *Idem*.—*Sonant, &c.*] Jurisdictio quando est. *Vet. Sch.*

69 *Atque, &c.*] Id est, cum Ludi magnæ Deum matris Cybeles longe absunt a plebeis ludis, vel longo tempore intermittuntur, et longissimo post illos ludos plebeios tempore exhibentur: interea illæ lascivæ mulieres tristes ob intermissos ludos, ipsæ agunt inter se illos ludos, et mimorum vestes et ornamenta tractant. *Beroald*. Annotat. c. 8. Megalesia enim, ut videre est in Calendario, celebrabantur Nonis Aprilis: Plebei vero ludi XVIII. Calend. Decemb.—*Longe*] Absunt, vel post exhibentur.—*Megalesia*] Ludi erant Circenses, qui in honorem magnæ matris Deum celebrabantur, dicati a Junio Bruto, quod docet Livius.—*Tristes*] Ob intermissa spectacula. *Lubin*.—*Megalesia*] Ludi Megalesiaci. *Vet. Sch.*

70 *Personam*] Id est, tum tenent interea, moræ illius impatientes, larvam et personatam faciem, et hastam pampinis involutam. Ludunt ipsæmet in privatis ædibus indutæ vestimentis Mimorum. Et rerum, quas in theatro viderant, quandam retinent speciem.—*Tenent*] Tractant, seque illis oblectant.—*Subligar*] Subligaculum, quo virilia Accii illius Mimi inter agendum religabantur et velabantur. Subligaculum erat *περίσσωμα*, pudendorum velamen: neque tamen femora contegebat, ut braccæ *ἀνὰ σφυρδες*, quæ ob id feminalia dicuntur. *Farnab*.—*Acci*] Mimi seu poetæ. Alij,

*Acæ*. *Idem*.—*Subligar Acci*] Vestem tragœdi. *Vet. Sch.*

71 *Urbicus*] Ordo et sensus est: Urbicus ille actor movet risum inter mulieres illas, in privato spectaculo. Exodio inculto illo et lascivo ac ridiculo carmine, in ridicula illa fabula de Antonoë Cadmi filia.—*Urbicus exodio*] Ego Urbicum existimo actoris quoddam genus significare, et certum quoddam Poëtarum genus: erantque hæc fabulæ urbanissimæ, et urbis jocos elegantiamque imitabantur, et ab urbe (in qua primum coeptæ) Atella, nomen erant adeptæ: itaque earum actores *Urbici* vocabantur. *Turneb*. *Advers.* III. 17. Illa autem carmina risum moventia, si ante fabulam fierent, dicebantur *εὐόδια*: si in media fabula, *ἐμβόλα*: si in fine, *ἐξόδια*. Vide Sat. III. vs. 125.—*Exodio*] Exodilum hic significat τὸ ὁδοῦ πάρεργον, quod non est de fabulæ argumento, sed illi inseritur: *ἐξοδικὸς* enim, id est, *obiter* et præter argumentum fabulæ jactata sunt.—*Risum movet*] Quæ verba ita interpretor, Mimum movisse spectatorem risum, cum in alicujus *Atellanae* fabulæ *Exodio* ad manum saltaret nescia cujus Antonoës opprobria et ridicula quædam representans. *Petitus*.

72 *Antonoës, &c.*] Fabula conscripta de Antonoë Cadmi filia, Matre Actæonis in cervum conversi.—*Ælia, &c.*] Fuit Ælia familia Romæ pauperima, teste Val. Maximo. Hæc mulier hujus nominis diligebat Urbicum exodiarium. *Lubin*.—*Pauper*] Ut ostendat non minus pauperes quam divites mulieres libidinis æstu flagrare, jocus ergo est in contrariis *pauper* et *magno*.—*Gestibus, &c.*] Quando Antonoën saltat. *Vet. Sch.*

73 *Solvitur, &c.*] Id est, aliæ ditiore adulteræ mulieres imo et ipsa Ælia prodiga in pauperie, magno pretio a Comœdia, quos amant, impetrant ut fibulam solvant, et secum concumbant. *Fibula* autem uteban-

tur Comædi et Tragædi, non tam ut velarent pudenda, quam ut a coitu, ne rancescerent, prohiberentur. Coitus enim statim vocem invadit et depravat. Erat autem *fibula* circulus æneus: vel ut alii volunt filum æneum argenteumve præputio trajectum. Vel indumentum quo comprimebantur simul et tegebantur inguina. Celsus vii. 25. *Lubin.*—*Solvitur his magno Comædi fibula, &c.*] Usus fibulæ notus: sed qualis ea fuerit non ita compertum est. Communior sententia est, fuisse anulum æreum vel argenteum quo trajiciebatur cuticula, eam partem operiens, quam exerceri volebant. Non quidem totum virile membrum transigens, sed tantum cutem, glandis velamen. Quo modo et pueros custoditos scimus, ne pubescens ætas in virilitatem præcipitaretur. *Ferrar.*—*Solvitur, &c.*] Ut cum comædis concumbant. Nam omnes pueri vocales, fibulas in naturis habent, ne coëant. *Vet. Sch.*

74 *Chrysogonum cantare, &c.*] Qui scilicet toties pretio a lascivis mulieribus ad concubitum invitatus, rancus factus, cantare non possit. Chrysogonus fuit Citharædus et cantor.—*Sunt quæ, &c.*] Sunt (explicat Grægæus) quædam matronæ quæ tantopere Chrysogonum coitu delassarunt, ut rancus factus sit. Ego putem Poëtam his verbis commendare fibulæ usum, quod scil. coitus voci noceat, eam rancam efficiens, ideo fibula inventa sit: per parenthesis hæc inserens.—*Hispulla*] Hispulla hæc crassa atque pinguis matrona fuit: ob id inferius Sat. xii. 11. 'Pinguior Hispulla traheretur taurus.' *Lubin.*

75 *An, &c.*] Mulieres adulteræ nimos et histriones amant, non bonos graves et doctos viros, qualis rhetor Fabius Quintilianus; utpote qui a tali turpitudine abhorreant. *Idem.*—*Quintilianus*] Ut maritus caste ametur.—*Ut Quintilianus*] Ut scholasticus. *Vet. Sch.*

76 *Accipis*] Id est, tu Ursidi aliquam uxorem ducis, e qua prolem per adulterium suscipiat, et pater fiat, non tu, sed alius quispiam histrio.—*De qua*] Pro ex qua.

77 *Choraules*] Tibicen, qui in choro fistulam inflat. *Lubin.*—*Aut Glaphyrus*] Id est, sub te marito alieni filii. *Vet. Sch.*

78 *Longa, &c.*] Ironia et amara in illos irrisio, qui conjuges ducebant. Id est, nos nuptias magnis sumptibus faciamus, ut alii histriones, ludii, et pugiles ex nostris uxoribus per adulterium liberos suscipiant, quos nos tanquam nobiles, et ex nobis natos nutriamus.—*Longa, &c.*] Erigamus theatra in plateis; in quibus nuptiarum tuarum ludi agantur.—*Per, &c.*] Per angiportus, vel angustos, ob multitudinem spectantium. Hoc autem volebant facere in nuptiis. *Lubin.*

79 *Ornentur, &c.*] Id est, domus nostra frondibus e lauro in honorem nuptiarum ornatur; et omnia fiant, quæ pertinent ad solennitates nuptiales; et infans tuus, qui ex te natus et nobilis putatur, gladiatoris alicujus vel retiarii sui veri patris faciem exprimat et repræsentet.—*Grandi, &c.*] Id est, ingentibus ramis laureis. *Idem.* Sed et integra arbor postibus apponebatur. Ironica permissio est sat amara.—*Ornentur postes*] Ad honorem nuptiarum. Sic enim solent in nuptiis præparare. *Vet. Sch.*

80 *Ut tibi*] Nobilissimo.—*Conopeus, &c.*] Sub velo culicari, ex lino tenuissimo, quo culices arcebantur a καρόψ culex. Talibus enim circumdabantur nobilissimorum liberi in cunis. *Lubin.* Sumit pro ipsis cunis testudinis modo concavia.—*Ut, &c.*] Hoc est, linum tenuissimis maculis variatum, quia Latine Conopeum culicare dicunt. Sic Horatius: 'signumilitaria, Sol aspicit Conopeum.' *Vet. Sch.*

81 *Nobilis, &c.*] Quem filium, tuum esse censes, et nobilem.—*Euryalum, &c.*] Gladiatorem vilem et in-

**famem.**—*Esprimat*] Imagine vel facie sua, et vultu referat in cunis jacens.

**82** *Nupta, &c.*] Quod de gladiatore vel Myrmillone adultero dixit, demonstrat jam memorabili exemplo **Hippiæ**, quæ fuit mæcha famosissima, et cum Sergio quodam gladiatore mæcho suo in Ægyptum profugit.

—*Senatori*] Fabricio Vejentoni tumido et superbo. De quo Sat. iv. vs. 113.—*Comitata, &c.*] Adulterum mæcha secuta.—*Hippia*] Potest nomen fictitium esse ad rem, nempe ob libidinem: 'Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.'—*Ludum*] Athletam, gladiatorem Sergium. *Lubin*. Apud veteres ludii non alii dicebantur, quam saltatores et histriones: At sequentibus temporibus, ludii proprie dicti sunt gladiatores, a ludo gladiatorio: nec ludii tantum, sed et ludii sunt appellati, ut regna pro regibus. Hinc ludiam vocat eandem Hippiam, quasi ludii et ludii uxorem. *Salmasius in Trebell. Poll.*

**83** *Ad Pharos*] Insulam Ægypti Alexandriæ oppositam, et eidem ponte junctam.—*Nikum*] Nobile Ægypti flumen. Mos Poëtarum est per fluvios denotare ipsas provincias.—*Famoseque, &c.*] Id est, Alexandriam, quam Lagos pater Cleopatræ et Ptolomæi tenuit.—*Famosa*] Vel quod reges pessime ibi vixerint, et ob luxum et molles delicias infamia: vel famosa Pompeli cæde. *Lubin*.—*Maris Lagi*] Alexandriam dicit, quam Lagos tenuit, pater Cleopatræ et Ptolomæi, armis post magni Alexandri occupatus Ptolomæus cognominatus Lagos, atque deinceps cæteri reges Lagi sunt appellati. *Vet. Sch.*

**84** *Prodigia, &c.*] Exaggerat scelus. Ita etiam, ut Canopus Ægypti civitas, quamvis propter libidinem et luxum infamis, tamen ob hujus sceleris prodigium, ob turpissimos Romanæ urbis mores, hoc factum Hippie detestaretur. Quasi dicat; Tantum flagitium,

etiam homines flagitiosi condemnabant.—*Prodigia*] Prodigio profecto simile erat, civem et nobilem matronam Romanam in Ægyptum usque gladiatorem sequi. *Canopus*, civitas Ægypti impuriissima, distat ab Alexandria centum et viginti stadiis. *Lubin*.

**85** *Immemor, &c.*] Ob mæchi amorem omnium suorum oblita fuit.—*Ille*] Hippia. *Idem*.

**86** *Nil, &c.*] Nulla patriæ charitate commota fuit. Nil pensi habuit, nullum habuit patriæ respectum.—*Plorantis, &c.*] Paulatim magis magisque exaggerat hoc scelus, inter alia, inhumanam *doxoptar*.

**87** *Utque, &c.*] Scoptice hoc dicit in Romanorum otia. *Alii Quodque, &c.* Quasi non tam mirandum sit, quod maritum et liberos reliquerit, quam, quod ludos Circenses, quos omni Romanorum conditioni maxime in votis et deliciis esse, ubique arguit Sat. x. vs. 81. Sat. xi. vs. 53.—*Paridem*] Nobilem illum histrionem et pantomimum Domitiano charum, qui Juvenali exsillii causa, ut inferius exponetur. Paris, quod Domitiani conjugem constupravisset, ab eodem occisus est. *Lubin*. Vel per *Paridem*, scenicos ludos innuit.—*Paridemque, &c.*] Paridem dicit illius temporis pantomimum, quem postea ob adulteratam uxorem ab eo suam Domitiam, Domitianus occidit. *Vet. Sch.*

**88** *Sed quanquam*] Licet mollissime et delicatissime educata esset, tamen amore turpis mæchi mare intrare sustinuit, et contempsit marina tædia.—*Pluma, &c.*] Molli lecto in domo patris et tenera educatione. *Lubin*.

**89** *Segmentatis, &c.*] Erant *segmenta* vittæ pendentes de vestibus auro intextæ, vel fasciolæ, quæ assuuntur extremis vestium oris, ornatus causa. Id est, præseminibus, vel vermiculato emblemate pictis. Allo sensu habentur. Sat. xi.—*Parvula*] Ex toto illo tempore, quo parva adhuc puella



fuit, ut ita in supinis deliciis quasi enutrita sit. *Idem.* Vide Sat. II. vs. 124.—[*Et segmentatis*] Segmenta dicit vittam pendentem de vestibis, intexam auro. *Vet. Sch.*

90 *Contempsit, &c.*] Quod quidem in tali educatione miraculum erat.—[*Famam, &c.*] Et pudorem. Quem qui contempnit, facile illa omnia contemnit. *Lubin.* 'Omnia si perdas, famam servare memento,' &c.

91 *Cujus, &c.*] Cujus honestæ famæ amissio apud delicatas et molliter educatas virgines nullius momenti esse reputatur cum jam eam amiserunt.—[*Molles, &c.*] Id est, apud illas, quæ in mollibus, et pulvinaribus suffultis cathedris vel lecticis vectantur, et sedent in theatris: bene addit *molles*, quia fœminarum; nam erant etiam doctorum cathedræ: Fœminæ vero molliter et otiose sedent in Cathedris nihil operis facientes. Talis enim fortuna facile famam negligit. *Turneb. xxx. 30.*—[*Cathedras*] Fœminas, quæ mollibus cathedris vectantur aut sedent. Cathedra enim proprie est sella muliebris, quæ discreta a virili. *Lips. i. Elect. Farnab.*

92 *Tyrrhenos, &c.*] Pertexit ulterius cœptam historiam, simulque malitiam adulterarum demonstrat, quæ in honestis rebus molles et fractæ, in sceleribus suis perpetrandis robustæ, fortes, et audaces essent.—[*Tyrrhenos*] Fluctus Tyrrheni maris, sive inferi. Tyrrhenum dictum, quod litus Tyrrhenum radat; nam mare a locis, quæ alluit, nomen capit. Hoc mare Alexandriam petentibus transeundum.—[*Late, &c.*] Dum fluctus in scopulis franguntur. Est autem Ionium mare pars maris mediterranei inter Siciliam et Cretam. *Lubin.*

93 *Constanti pectore*] Navigantibus enim firmo opus est et minime trepido corde.

94 *Mutandum*] Ut dictum enim per Tyrrhenum, Ionium, Ægæum, illi transeundum erat.—[*Iusta, &c.*] Id est,

si ex honesta aliqua causa maris periculum subire debuisset, anxia et trepida fuisset. *Lubin.*—[*Mutandum, &c.*] Diu navigatura de Tyrrheno mari ad Adriacum, de Adriaco ad Ægæum transitura. *Vet. Sch.*

95 *Paridoque, &c.*] Id est, pavore et timore tanquam frigore gelido congelantur. vel præ formidine, frigore et gelu torpescunt. *Lubin.*

96 *Nec, &c.*] Præ anxietate trepidantibus, titubantibus, et vacillantibus plantis firmiter stare non possunt. *Idem.*

97 *Fortem, &c.*] Eximia sententia. Id est, fortissimo animo sunt in rebus turpissimis. *Idem.* 'Quid sinat in ausum fœminæ præceps furor.' *Senec.*

98 *Si, &c.*] In honesta scilicet et justa causa, tunc sunt mollissimæ, et delicatæ nimis.—[*Conscendere*] Ea ratione etiam dicitur *Conscendere æquor*, quoniam altius est terra.

99 *Tunc, &c.*] Tum conqueritur aquam illam in imo vel fundo navis graveolentem esse, et teterrimi odoris, et vomitum provocare, et stomachum subvertere.—[*Vertitur, &c.*] Aëris et spirituum quædam vertigo oculis oboritur, quod ex nausea fieri consuevit: omnia enim aursum versum ferri videntur. *Idem.* Grangæus dicit hanc explicationem veras esse nugas, et dicit mulierem se tum excusare, quod tempestas oriator. Perinde est.

100 *Quæ, &c.*] Contra vero quæ per scelus mæchum suum gladiatorem, Sergium sequitur, illa siue omni difficultate, nulla nausea premitur.—[*Illa, &c.*] Quæ invita sequitur et comitatur, maritum suum vomitu et frustis esculentis conspurcat, et conspuat. *Idem.*

101 *Hæc, &c.*] Quæ mæchum sequitur. Inter fetidos et maleolentes nautas, prandium capit, et huc illuc læta currit et spatiat per posteriorem navis partem.

102 *Et duros gaudet*] Id est, delec-

tatur si contingat chordas, quibus vela nautica, sive malus ligantur, et anchoræ firmanur. *Idem.* Quod viri vix audent.

103 *Qua tamen*] Jam operæ pretium est investigare causam amoris Hippiae in Sergium, quam ait esse non formam, aut juvenilem aetatem, (ait enim quod senior et admodum deformis fuerit) sed quod crudelis et quod cruentus gladiator esset.—*Qua, &c.*] Haud dubie eximia; ob quam, maritum, natos, sororem, patriam, tot et tanta sustinuit relinquere. *Idem.* Hac interrogatione acrius tangit illam.

104 *Quid vidit*] Adeone venustam faciem conspexit? ex visu enim amor: ut supra.—*Ludia*] Ludionis et gladiatoris uxor potius, quam Senatoris. Quasi dicat: necesse est fuisse causas gravissimas. *Idem.*—*Sustinuit*] Toleravit, passa est.—*Ludia, &c.*] Ludii serviens gladiatoris uxor. *Vet. Sch.*

105 *Nam, &c.*] Respondet quasi ad superiora interrogata, Sergium neque adeo juvenem, neque formosum fuisse. Quasi dicat: Pulchellus ille Sergiolus cœperat jam, utpote senior, plenam barbam alere, et guttur radere inter tondendum. vide vs. 217. infra. Quasi Hippiae adsentiens illum *Sergiolum* diminutive vocat: sic enim ejusmodi matrona apud Apul. ‘Teneote meum palumbulum, meum passerculum.’ Sed hoc noster ironice et per contemptum. Maxime autem estimabantur inberbes: ‘Charior est auro juvenis cui levia fulgent Ora, nec amplexus aspera barba terit.’ Tibull. —*Nam Sergiolus, &c.*] Hæc ita explicant: Sergiolus utpote senior jam cœperat plenam barbam alere, et guttur radere inter tondendum. Quæ non solum falsa sed etiam contraria sunt; falsum quod seniores barbam alerent, eam enim totam radebant; huic contrarium, quod iidem guttur raderent. Quo modo enim idem barbam simul alat et radat, et quidem

inter tondendum; quasi tondere et radere eadem res sit? Quærebat Poëta quid Hippiam Senatori nuptam impulisset, ut ludium sive gladiatorem sequeretur in Ægyptum, cum ille nec juvenis esset nec formosus. Nec fuisse juvenem ex eo arguit, quia jam guttur radere cœperat, quod solum viri faciebant; nam juvenes usque ad virilitatem barbam nutriebant, (sive, ut cum Pindaro loquar, *florem sanguinis serpere genis patiebantur.*) et cum excreverat tondebant; viri jam facti eam ponebant, totamque deinceps faciem rasitabant. Hinc Sergiolum non esse juvenem arguit Juvenalis, quia guttur et mentum raderet, quod juvenes non faciebant. *Ferrarius.*—*Nam, &c.*] Sergiolum nomine, qui gladiator fuerat, amavit; qui et Ludas dictus est. Quia sit diu demoratus in ludo, qui, ut requiem gladiatoris haberet, Bellonarium se fecerat. quomodo est in talibus sacris lacertos suos secare. *Vet. Sch.*

106 *Et secto requiem*] Id est, rudem vel missionem a munere gladiatorio, cum brachium vel aliud membrum aliquando ab adversario ipsi ruptum vel sectum esset. Nam gladiatores membro aliquo mutilato missionem impetrabant, et rude donabantur. *Lubin.* Nondum tamen hanc missionem impetraverat, sed sperabat.—*Requiem, &c.*] Rudem, ut solent in amphitheatro accipere gladiatores. *Vet. Sch.*

107 *Præterea multa*] Multa erant ad deformitatem faciei, vel habebat multa, quæ faciem ejus deformarent. *Lubin.* Quamvis deformis et attritus cicatricibus, tamen, quia gladiatorum exercebat, satis erat formosus Hippiae.

108 *Attritus*] Refert illa, quæ faciem Sergii deformabant. Galea quam in capite gestaverat attritus erat, contusus nempe multo attritu galeæ percussæ.—*Mutisique, &c.*] Deformis tumor ex percussione. *Idem.*—

*Attritus, &c.*] Apparet eum secutorem fuisse. *Vet. Sch.*

109 *Et acer, &c.*] Præterea aspero et difficili malo lippitudinis iufestabatur, quo oculi illi semper flebant: ita ut mirum videri possit, quod ab Hippia sit dilectus. *Lubin.*

110 *Sed, &c.*] Exponit causam, quare Sergium adamaverit, quia ferum mulieres amant.—*Facit, &c.*] Hoc fecit ex illis turpissimis et deformibus gladiatoribus formosissimos; qualis Hyacinthus ille ab Apolline adamatus, a quo inter ludendum imprudenter disco occisus est. Fuit ille Cebeli filius, et in florem sui nominis conversus fuit. *Idem.*—*Sed, &c.*] Crudelitas tantam deformitatem decorabat, atque illi formosum et pulchrum exhibebat. *Vet. Sch.*

111 *Hoc pueris*] Nimirum maritum gladiatorem habere prætulit propriis suis liberis.—*Patriaque, &c.*] Quæ nemo bonus non plurimum amat.

112 *Ferum, &c.*] Quasi dicat: non amant formosos vel juvenes, sed amant crudeles gladiatores. *Lubin.* Præter Faustianam certum est multas alias Romanas mulieres insanisse in hoc genus hominum. *Grang.* Sed latet in voce *Ferri*, quod pro solido forte dicitur, majus quid obscœnum abominandum.—*Hic, &c.*] Hic Sergius gladiator non per se, sed ob gladiatoriam amabatur: qui, si rudem cmeritus acciperet et gladiatoriam non amplius exercebat, continuo deformis, et non formosus amplius Hippie videretur. Sed inciperet talis videri, qualis Veiento, qui ipsi Hippie turpis et deformis videbatur, (utpote non gladiator) et ob id, ipsum deseruit. *Idem.*

113 *Rude*] Duplex fuit rudis, una qua donabantur veteres gladiatores, eaque ex ferula; alia erat gladius e ligno, qua sese exercebant et verberabant invicem tirones: Hanc Polyb. *ξύλον μάχης*, Dionysius *ξύλον μάχης*, baculum ceu Virgam, signum mis-

sionis a gladiatura vocat.—*Veiento*] Senator maritus contentus. *Vet. Sch.*

114 *Quid, &c.*] Si aliqua te cura et cupido tenet sciendi flagitia Hippie mulieris privata, habebis quod magis adhuc obstupescas. Nam hoc nihil est præ illis quæ sequuntur, quæ ad rem publicam, utpote ad imperatorem summum pertinent. Dixit de Hippia uxore privata Vejentonis: subjungit jam aliud exemplum majus monstrosæ libidinis in Messalina conjugæ Imperatoris Claudii. Atque ita paulatim per gradus majores dignitatum, ad majora multorum scelera progreditur. De qua Plinius x. 72. —*Cujus Barbam*] Qui a juvena domum tuam frequentavit. *Ferrar.*—*Quid, &c.*] Miraris hoc factum. *Vet. Sch.*

115 *Respice, &c.*] Quasi dicat: Rivalis Fabritii Vejentonis unus tantum erat gladiator Sergius. Respice quot et quales adulteros rivales habuerit Imperator Claudius. Vid. Tacit. Ann. xi.—*Divorum*] Irrisorie. Nam Imperatores inter Deos haberi volebant, et volebant Divi videri. *Ferrar.*—*Rivales, &c.*] Ridens, quia Imperatores inter Deos referuntur. *Vet. Sch.*

116 *Quæ, &c.*] Opprobria et contumelias ab uxore Messalina passus sit.—*Dormire, &c.*] Narrat incredibile libidinis facinus. Est autem hæc constructio. Cum senserat virum dormire, deseruit et linquebat maritum. *Florid.* Subsec. iii. 5.—*Uxor*] Messalina.—*Uxor, &c.*] Messalina tantæ libidinis fuit, ut se immutaret habitu, et cum una ancilla descenderet de palatio, atque publice in Circo prostaret per noctem; quoniam antea meretrices propter sacrorum celebrationem ab hora nona totam noctem prostabant. unde etiam Nonarum dicitur. Hæc eadem ex Claudio Britannicum sustulit, qui per eam, ut superius dixi, a Nerone interfectus est, de qua est et illud: 'Et

patroo similes effunderet offas.' *Vet. Sch.*

117 *Palatino cubili*] Id est, thalamo imperatorio: nam Imperatorum sedes et domicilium erat in palatio ut plurimum; unde et cubili.—*Tegetem*] Quæ cellæ meretriciæ tegebantur, vel etiam quæ erat in cella meretricia. Vel mattam, quæ centone cooperta pro lecto erat, alii pro lupanari ipso sumunt. *Farnab. Lubin.* Certe pro ipso vili homine in tegete cubante.—*Tegetem, &c.*] Tegetes, ut matta, supellex cubilis obsecrari; aut forte hoc tegete, tegitur domus mendicorum, ut tegumenta fornicis. *Vet. Sch.*

118 *Sumere*] Ansa scilicet est. Non hic sumendum *sumere* pro sumebat, ut quidam volunt; hoc quidem aliquando alibi locum habet.—*Augusta, &c.*] Imperatoria conjux ex Augusteo stemmate agens meretricem.—*Cucullos, &c.*] Breve et vile capitia tegmen ad pluviam nocte arcendam, quo nocte usa fuit, cognosci nolens. *Lubin.* Dicit *cucullos* fœm. gen. Grangæus, et hoc Buchananum ridere dicit; sed, ait, aut malitia aut ignorantia, quia et Ambros. et Hieronym. et Paulin. fœm. gen. dicunt: Ast certe non hi sunt apti lingnæ Latinæ magistri, et impingit sic Grangæus.—*Cucullos, sed nigrum, &c.*] Ubi alia res fuit cucullus, alia galerus, quamvis utrumque capitia tegmen. Nam galerus est capillamentum adscititium, quod et galericulum appositum, alienum et textile, Gall. *une perruque*. Rotundum muliebri capitis tegumentum in modum galeæ et galeri factum. Vetus Scholiastes interpretatur, quo utebantur meritricis. Quod vero adjicit, ideo flavum sumtum, quia nigro crine matronæ utebantur, Grammatici deliramentum est. Quis enim credat matronas omnes nigro, meritricis flavo crine fuisse? sed credibile est, Messalinam, cum nigris capillis esset, flavum galerum summissee; sive ne dignosceretur, sive ut formo-

sior amantibus videretur. Flava enim coma olim meritoria habita.

119 *Linguebat*] Cnabile imperatoris, Claudii scil. mariti.—*Comite, &c.*] Cum ante innumeris famulis tanquam imperatoria conjux stiparetur, nunc unam tantum secum habebat, rerum suarum consciam, quam ex prostitutis elegerat. Hanc autem elegerat in certamen libidinis.

120 *Sed, &c.*] Habita meretricio incedens, nigros suos capillos, quales matronæ plerumque habebant, flavo pileo in modum galeæ facto abscondebat, Mœchos oblecto capite cucullo, per lupanaria nocte vagari solitos notum ex historiis. Quin et meritricis obnuptas fuisse; non novum. *Farnab. Flavii Conject. c. 44.*—*Sed nigrum, &c.*] Galerum non omnibus sumere licitum; usus enim ejus matronis Cererisque sacerdotibus quasi privilegio quodam concedebatur, ut et vitta, quam non omnes fœminæ gerebant, sed solæ matronæ.—*Sed, &c.*] Crine supposito, rotundo muliebri capitis tegumento, in modum galeæ facto, quo utebantur meritricis. Flavo, nigro enim crine matronæ utebantur. *Vet. Sch.*

121 *Intravit, &c.*] Vel frequentatum, et nimia frequentia celebratum: vel quod vetus cento calorem retinebat. Vel potius minime calidum et quasi vero; nam addit *veteri centone*: quæ verba sic componi possunt, alias sejuvantur. Vel calidum a Lycisca recens egressa. Contraxerat autem cum meretrice Lycisca nobilissima, et a multis ganeonibus petita.—*Veteri, &c.*] Laneo et vili panno diversis coloribus et variis panniculis texto, super quem coibant, villosa et detrito. *Farnab.—Veteri*] Ut velo ex pannis facto. *Vet. Sch.*

122 *Vacuam*] E qua paulo ante exierat Lycisca, a qua illam conduxerat.—*Suum*] Quippe quam Messalina jam conduxerat, a Lycisca in suum usum: sed interdiu Lyciscæ conce-

serat: in fornice enim distinctæ unicuique meretrici cellæ erant.—*Tunc unde*] In prostibulo constitit, habens papillas nudas auro undique redimitas, in circuitu. *Scheg.* proœm. 5.

123 *Prostitit*] Alii, *Constitit*. Sed frustra; nam tam unum quam alterum huic rei conveniens.—*Auratis*] I. e. pulchris; more Græcorum, quorum vox tam anrum quam pulchrum significat; quid enim pulchrius auro? Alii ornatis auro, vel syndonio connexo aureis annulis: videatur Xiphilin. in Heliogab. ad hanc rem: nisi forte syndonium illud intelligatur rectius de velo quod lupanaribus et cauponis oppandebatur, atque annuli sint illi, per quos velum adducitur et reducitur. *Farnabius.*—*Titulum, &c.*] Præfigens cellæ suæ titulum Lyciscæ ne proderetur aut agnosceretur quasi meretrix Lycisca in cella illa prostaret. In cellis autem nomina meretricum solebant præfigi, et superscribi simul et stupri pretium. Et ita se gerebat Messalina pro meretrice Lycisca. *Lubin.*—*Prostitit, &c.*] Quoniam in cellis nomina meretricum superscripta fuerunt, hoc est, pro quadam Lycisca meretrice, ipsa cellam ingressa est. *Vet. Sch.*

124 *Ostenditque, &c.*] Id est: o generose et nobilissime Britannice, qui generosus es in Imperatoris domo, natus a Claudio scilicet, si credere fas est, tua mater Messalina ventrem in quo tu conceptus es, et ex quo tu prodilisti, vel proditurus eras, ostendit.—*Generose, &c.*] Quasi minime generosus, qui forte garæonis es filius. Quidam hunc versum poni volunt post sequentem 125. *Lubin.*—*Britannice*] Ipse Britannicus, quem pro Messalinæ matris nece, conscia Agrippina, Nero in convivio suo necavit. *Vet. Sch.*

125 *Blanda*] Blanditiis alliciens meretricum more.—*Atque, &c.*] Stupri scilicet mercedem, ut crederetur vere publica meretrix esse. *Lubin.*

Unde apud Apal. meretricum *poecunia.*—*Excepti*] In meritorio. *Vet. Sch.*

126 *Mox, &c.*] Cum leno meretrices suas, quarum dominus erat, sub noctem ferme mediam, jam dormitum dimitteret. *Lubin.* Incipiebant autem hora nona noctu, unde *monaria* Persio dicta. *Grang.*—*Puellas*] Inquit, sic denominans a potiori parte.—*Mox lenone*] Id est, de meritoris recedentibus puellis, ipsa tristis efficiebatur, quod per totam noctem lassata quidem ex coitione virorum, tamen adhuc desiderans, non satiata, et ultima recedebat. *Vet. Sch.*

127 *Tristis, &c.*] Quod ipsi tam subito discedendum esset, cum adhuc libidine æstuaret.—*Sed, &c.*] Quæ potuit tentavit, ut saltem ultima esset inter discedentes. *Lubin.*

128 *Ardens, &c.*] Insaniens, et fervens prurigne atque tentigine rigida, inflata et timida vulvæ. Quidam hic inserunt hunc versum: 'Et resupina jacens multorum absorbit ictus.' *Idem.*

129 *Lassata, &c.*] Defatigata a stupratoribus.—*Nondum, &c.*] Nondum exsaturata inde ex lupanari recessit. *Idem.* 'Cæteris satietas in coitu, homini nulla.' *Plin.*

130 *Obscurisque, &c.*] Deturpata, et denigrata fuligine in sordido lupanari; vel turpata crebro tactu, crebrisque osculis amplexantium.—*Fumoque, &c.*] Fuligine lucernæ fœdata. Prostabant autem meretrices ad lucernas, ut notat Lips. elect. 1. c. 3. *Idem.*

131 *Lupanaris, &c.*] Turpem, fœdum, et obscœnum odorem lupanaris, pertulit ad pulvinar vel lectum maritalem Imperatoris. *Idem.* Grangeus per pulvinaria intelligit lectisternia in templis, quibus accumbunt Dii, quales censentur Imperatores.—*Fœda*] Obscœnum odorem lupanaris pertulit ad lectum maritalem. *Vet. Sch.*

132 *Hippomanes*] Tangit jam alia mulierum scelera, quæ libidine longe erant pejora. Id est: describamne jam veneficia et amatoria pocula? Est autem *Hippomanes* quod de partu equarum rapitur a fronte pulli, caricæ magnitudine, et colore nigro, quod statim edito partu devorat facta equa mater, aut pullum ad ubera non admittit. Est et *Hippomanes* virus ab inguine destillans, dum libidinis furore equæ agitantur, et unde propriè nomen habet. Hoc veneficæ ad philtra, furem conciliandum, et ad veneficia sua utebantur.—*Carmen*] Incantatorium, quo amatorum animos fascinant. Virgilius: 'Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.'—*Cœtum*, &c.] Temperatum, et admissum dulcibus cibis. *Lubin.*—*Hippomanes*] Quod de partu equarum rapitur a fronte pulli, statim ut nascitur. quod mater ab eodem lambit. quod datum in poculum ad amatorias res facit. *Vet. Sch.*

133 *Privignaque*, &c.] Inter privignum et novercam semper similitudines, si non palam, clam saltem exercentur. Historiæ multæ de tali odio novercali, et veneficio.—*Faciant*, &c.] Duplici sensu hæc dici videntur. Vel: illæ coactæ ab imperio sexus muliebris, ab odio, ira, invidia, et reliquis affectibus, quos, muliebris sexus imperium vocat, vel, quibus infirmitatibus ad omne flagitium facile impelluntur, et quorum affectuum imperio haud graviter obsequuntur, graviora adhuc scelera committunt, atque illa sunt, quæ faciunt ob libidinem. Vel per *Imperium sexus*, muliebrem vel fœmineum sexum vocat, subditum virili vel maritali. Quasi dicat: Viri imperium ægre ferunt, et libenter illud excutere, inde semper in vetitum nituntur, multa sæpe machinantur, multa interdum etiam perpetrant, quippe quibus pectus natura dolo instruxit, sed vires negavit. *Lubin.*—*Faciant*, &c.] Graviora faci-

unt in aliis rebus quam quod persuadet libido, et minus peccant forte quam quod libido desiderat. *Vet. Sch.*

134 *Minimam*, &c.] Præ aliis gravioribus sceleribus, quæ committunt, ira, odio, vindictæ cupidine. Talia erant veneficia, cædæ, parricidia. *Lubin.*—*Peccant*] Hoc verbum Poëtæ quamplurimum ad dictam turpem actionem transferunt.

135 *Optima*, &c.] Objectio est Posthumii, cui respondet Poëta vers. seq.—*Sed quare*] Cum tu dicas omnes malas esse et impudicas, quare ergo testimonio mariti sui ubique Cæsennia optima jactatur? Alii legunt *Cæsennia*, *Cænoennia*, *Cesonia*, *Cænoenia*, *Censoria*. *Cæsennia* communis est, quam et nos præponimus, quia verior nulla liquet.—*Optima*, *sed*] Anthypophora est. tanquam ab alio interrogatus sit. *Vet. Sch.*

136 *Bis*, &c.] Respondet auctor noster, maritum Cæsenniam conjugem suam castam vocare, quia ipsa contulit amplissimam dotem, quæ forsitan alias impudica est. Sunt autem bis quingenta, id est, mille Sestertia vel talenta. Et pro immensa dote seu ingenti summa ponuntur. *Turneb.* xviii. 30. Lipsius ad xi. Ann. Tacit. observat decies centena numerum esse dotis legitimum et solennem apud antores.—*Tanti*, &c.] Maxima dos tanti et tam boni testimonii causa est, non rei veritas.

137 *Nec*, &c.] Macer est. Id est, non maceratur Veneris cupidine, non fervet flammis Veneris, sed dotis flagrat amore.—*Lampade*] Non tæda vel flamma Veneris et Cupidinis nec ejus sagittis: Nam illius Dei *Altera tela arcus, altera tela faces*.

138 *Inde*] A dote, flammæ amoris ardent in marito.—*Sagittæ*] Jacula amoris veniunt a dote.

139 *Libertas*, &c.] Id est, libertas faciendi quidquid libet, emitur a mulieribus divitibus, dote. ut Horat.

‘Non sine conscio surgit marito.’ Plant. ‘Uxorem accepi, dote imperium vendidi.’—*Coram, &c.*] Dives et dotata mulier etiam præsente marito omnia flagitia designat, et tamen a marito tanquam pudica laudatur. Et licitum est etiam ei coram vel præsente marito, mæcho innuere, illique rescribere quæcunque velit. Nam viri, quidquid mulieres agunt, illud laudant, cum sint dotatæ.—*Innuat*] Amatori nutum faciat. In indicium consensus, quod nimirum velit ad ipsum certo loco et tempore venire. *Lubin.*—*Libertas, &c.*] Mariti, ut peccante uxore contentus sit tacere, propter avaritiam. ut Horat. ‘Non sine conscio surgit marito.’ *Vet. Sch.*

140 *Vidua, &c.*] Dives mulier quæ avaro alicui nupsit, illa in conjugio sui juris est, ac æque libera est ac si esset vidua, ac si nulli matrimonio juncta esset. Vel, quibus voluerit, illis commiscetur tanquam vidua esset, et maritum non haberet. *Lubin.*—*Vidua, &c.*] Tanquam vidua peccat sine crimine dives mulier, quæ avaro nupsit marito. *Vet. Sch.*

141 *Cur, &c.*] Altera objectio Posthumii de Bibula. Id est, cur Sertorius maritus tanto amore atque desiderio tenetur erga Bibulam conjugem? *Lubin.*—*Cur desiderio*] Anthypophora. *Vet. Sch.*

142 *Si, &c.*] Si ipsam veritatem accuratius aliquanto perscruteris, et inquiras.—*Facies, &c.*] Non tam uxorem amat, quam pulchritudinem. Non amat eam ut bonam, sed ut formosam. Sic apud Terent. diserte: ‘Quippe forma nostra nos amatores colunt. Hæc nbi immutata est, suum animum alio conferunt.’—*Uxor*] Uxor enim est respectu animi. *Lubin.*

143 *Tres, &c.*] Probat quod dixit, ipsam non ob virtutem, sed formam amari; nam dum per ætatem formosa est, a marito adamatur, qua forma per senectutem pereunte et flacces-

cente amor mariti etiam flaccescit, qui eam paulo post domo ejiciet.—*Tres rugæ*] Ipsam invadent, corripiant, vel in faciem ejus succedant.—*Subeant*] I. e. veniant.—*Et, &c.*] Id est, deficiente succo et sanguine, arida cutis se laxam faciat, inque rugas se ex laxitate contrahat.—*Arida*] Exsucca, marcida, senilis. *Idem.*

144 *Fiant, &c.*] Quod fit senio, ingrescant. Ovid. de Arte III. ‘Quid si præcipiam ne fuscet inertia dentes?’—*Oculique, &c.*] Contrahantur, quod itidem præ senectute fit, humore deficiente. *Idem.*—*Oculique, &c.*] Præ senectute: id est, fiat anus. *Vet. Sch.*

145 *Collige, &c.*] Verba liberti, eam jam anum, domo ejicientis. Formula a re militari translata ad divortium: quæ est, *Res tuas tibi habeto, Res tuas tibi agito.* Brisson. Form. libro VIII. —*Exi*] E domo heri mei. Sic Mart. l. XI. ‘Uxor, vade foras, aut moribus utere nostris.’

146 *Jam, &c.*] Hac tua senili ætate nobis es molesta, quia fœda et deformis anus es.—*Sæpe, &c.*] Vetulus enim stiria de aduncis naribus semper dependet. *Lubin.* Vel, jam ingenium tuum hebetatum domestici ludunt, et fraudulentum servi et ancillæ, et alii quicunque te pecunia tua emungunt et fraudant. Sed prius mage consonium.—*Et sæpe, &c.*] Mucosa es. *Vet. Sch.*

147 *Sicco, &c.*] Juvenis et formosa, tibi successura, substituetur, quæ se ob senilem ætatem toties non emungat. *Lubin.* Vel, magis sedula et astuta.

148 *Interca*] Quamdiu annis et forma floret. Notat jam mulierum procacem petulantiam, et in viros imperium, dum adhuc jvenes et formosæ sunt.—*Calet*] Viget, vegeta, vivida est, et prompta ad omnia tractanda. Non *callet*, ut scriptum erat: idque ex correctione Passeratii.—*Regnat*]

In domo, viro imperans. *Idem.*—*Pescis, &c.*] Id est, poscit a marito quidquid volet, pastores et greges ovium in Calabria, vineas in Falerno, et alia pretiosa.

149 *Ovem, &c.*] Canusium opidum Dauniorum in Apulia, ubi optime oves, et pretiosa lana.—*Ulmusque, &c.*] Quæ viti maritandæ supponitur, ulmus est. Sumitur hic pro vite, et vino. Id est, nobilissima vina ex Falerno Campaniæ mente. *Idem.*—*Et ovem*] Id est, greges in Calabria, et vineas in Falerno. *Vet. Sch.*

150 *Quantulum, &c.*] Quod poscit scilicet. Quasi dicat: minimum adhuc illud est si reliqua spectes.—*Pueros, &c.*] Magnam servorum multitudinem a marito exigit, ad agriculturem.—*Ergastula tota*] Omnes servos vinctos in ergastulo; et ibi opus facientes: vel servos omnes ex ergastulis. *Lubia.* Quindecim vinctos servos in villa ad agriculturam, vel ad pistrinum. *Apul.* 'Quindecim liberi homines populus est, quindecim servi familia, quindecim vincti ergastulum.'—*Ergastula tota*] Ergastula proprie dicuntur loca, in quibus ad pœnam vincti, opus faciunt. Hic ergo ergastula dixit rusticorum servientium multitudinem. *Vet. Sch.*

151 *Quodque*] Id est, quidquid ipsa non habet, sed vicinus habet. *Lubia.* Attende importunitatem et invidiam mulieris, quæ dolet se non habere quod habet vicinus: 'Fertilior seges est alienis semper in agris, Vicinumque pecus grandius uber habet.'

152 *Mense, &c.*] Notat servitia et miseram conditionem maritorum, qui hiemali tempore, cum reliqui mercatores, et negotiatores cessant propter frigus, coguntur uxoribus suis crystallina et myrrhina pocula, et pretiosos lapillos, non sine vitæ discrimine adferre.—*Mense brumæ*] Cum bruma sævit et horret. Mense Decembri, quo *Ῥαχὺς* est *ἡνυαίη*. *Idem.* Liber M. 8. Junii legit, *Numa*. Dicitque ita

*Dolph. et Var. Clas.*

Februarium dictum, quem Februo, id est, Plutoni consecravit Numa: sed verior altera lectio. *Pulmann.*—*Jason, &c.*] Jason pro quovis mercatore vel negotiatore navigante ponitur. Alludens ad Jasonem, qui Colchos navigavit ad vellus aureum rapiendum. *Clausus* supp. domi, dicitur, quia per hiemem mare navigaturis clauditur. Ver enim aperit navigantibus maria. Ex die III. Idum Novembr. usque in diem sextum Idum Martii, maria clauderantur.—*Quo jam, &c.*] Illud significat, quod Romæ in porticu Trajanarum Thermarum tempore Saturnaliorum sigillaria sunt. Tunc mercatores casas de linteis faciunt, quibus picturæ \* obstant. Ideo autem dicit, mercator Jason: quoniam antea in porticu Agrippinarum sigillaria proponebantur, in qua porticu historia Argonautarum depicta est, et casæ cum fierent, picturæ obstant. *Vet. Sch.*

153 *Et, &c.*] Id est, cum nives, quæ omnia contegunt, impedimento sunt. Cum casa vel domuncula nautarum candida, et nivibus conspersa, nautis obstat; qui alias instrumentis suis ad navigandum armati, accincti, et instructi sunt ad navigandum ex imperio uxoris importunæ. *Lubius.* Illa enim instrumenta nautica *arma* vocantur.

154 *Grandia, &c.*] Tunc e longinquis regionibus vasa crystallina a marito tolluntur, et uxori adferuntur. *Idem.* Errat hic Lubinus; nam ex mercatoris officina elevantur solvite marito.—*Grandia, &c.*] Sic et Cinnia dicit: 'Atque imitata nives lucens legitur crystallus.' *Vet. Sch.*

155 *Myrrhina*] Pocula de myrrha facta, quæ primus in urbem inexit Pompejus. *Plin. xxxvii. 2. et 8.* Oriens, inquit, myrrhina mittit ex humore sub terra calore densata. in pretio sunt ob nitorem et coloris varietatem, purpurei, candidi, et tertii ignescentis. Aliqua et in odore

3 M



commendatio est, &c. Joa. Scalig. ad verum illum Propertii lib. rv. 'Mar-  
reque in Parthis pecula cocta fo-  
da:' adversatur Plinio, asseritque  
myrrhina pocula ex Signino cocto  
apud Sinas facta esse, quæ nos *Por-  
cellana* vocamus. *Farn.* Meo quidem  
judicio recte dicit Scal. in odore  
commendationem esse, unde colligere  
hæc vasa myrrhina fictilia fuisse ex  
argilla, conchyliis, vel alia materia,  
quæ fragrant et bene olente myrrha  
erat condita. Absit ergo tantas doc-  
torum de hac vocabulo labor. Qui  
surriam a mari ducunt, unde præci-  
pua sit materia, sc. e conchia, itidem  
vani sunt.—*Drinde, &c.*] Notissimus  
ille et durissimus lapis, tollitur vel  
comparatur a marito.—*Et, &c.*] Quod  
regina Judææ, Herodia uxor eum in  
digito gesserit, et ideo majori pretio  
venundatus. Alii intelligunt Bere-  
nicem, quæ post Herodis mortem  
cum Agrippa prioris conjugis fratre  
concubuit. Et sic in digito incestæ  
reginæ lapis pretiosior redditus est.  
Scoptiçæ. Nec hoc moveat, quod bis  
repetatur *dedit*, nam hoc sæpe fit  
apud Poëtæ: sed, Di boni, quot hoc  
fefellit interpretes.—*Myrrhina*] De  
myrrha pocula tincta facta. *Vet. Sch.*

156 *Hunc, &c.*] Repetitur bis hoc  
loco *dedit*. Quasi dicat: hunc nobis-  
simum adamantem, barbarus ille  
rex Judææ, Herodes Agrippa, dedit  
incestæ suæ sorori Beronicæ, cum  
qua incestum commiserat, utpote  
quæ ante nupta erat patrui suo He-  
rodi. *Labin.* Satyrice: Factus pre-  
tiosior adamas, non quod tantum  
hunc Berenice tulerit; sed et quod  
ab Agrippa fratre, cum quo volebat  
concumbere, acceperit.

157 *Barbarus*] Barbarum Ptole-  
mæum significat, et Beronicæ soro-  
rem ejus.—*Dedit, &c.*] Juliam septem  
Augusti significat, quæ nupta Emilio  
Paulo, cum in majestatis crimine per-  
lisset \* a Barbaro relegata est: post  
revocata, cum semet vitis addidisset;

perpetuo exilio damnata est. *Sup-  
plicio* hujus Agrippa frater, propter  
morum feritatem in Sicilia ab Au-  
gusto relegatus, post cujus mortem  
jussu Tiberii interfectus est. \* Be-  
ronice soror Ptolomæi, verum neptis  
Augusti Julia, cum qua commisit in-  
cestum, et pro ea ab Augusto relega-  
tus est. \* *Vet. Sch.*

158 *Observant*] Est descriptio Ju-  
dææ. Id est, ibi in Palestina hoc  
factum est, (vel inde hic annulus pe-  
titus,) ubi reges nudis pedibus festa  
sabbata observant. Hebræi enim  
sacra loca non ingrediebantur nisi  
nudis pedibus. Berenice autem an-  
dipēs et capillos raso venit Hieroso-  
lymam, Deo vota pro salute solutura.  
Joseph. libro II. Judaici belli, et  
Egesippus. Hinc forte hujus digres-  
sionis causa, ad mores Judæorum,  
facta Berenices mentione. *Farnab.*  
Ridet obiter Judæos. *J. Gyrard. Di-  
alog. x.—Observant, &c.*] In Judæa  
regione, ubi est synagoga. *Vet. Sch.*

159 *Et, &c.*] Apud Judæos, inquit  
Tacitus, senescunt porci, et veteri  
lege Judæis prohibitum, ne vete-  
rentur porcis. Unde cum porci non  
occiderentur, senescebant. — *Vetus,  
&c.*] Clementia quæ ex veteri more  
et lege introducta fuit, quod esset  
animal immundum, ungulam ædens,  
non ruminans. Levit. XI. 7. non ut  
falso Tacitus v. hist. in memoriam  
cladis, quod ipse scabies quondam  
turpaverat (idem etiam mentito Jus-  
tine lib. xxxvi.) cui id animal ob-  
noxium.—*Indulget*] Longam vitam, ut  
valde senescant. *Labin.*—*Et cetum,  
&c.*] Id est, majoribus porcis parcunt.  
nam minores manducant. *Vet. Sch.*

160 *Nullane, &c.*] Ostendit ulterius  
nullam uxorem esse ducendam. Pro-  
bavit hoc de malis. Subjungit postea  
ideam quasi optimæ feminæ, quæ  
postea ostendit raro inveniri, et ut  
maxime inveniat, fore superbam,  
propter illas suas animi et corporis  
dotes, et ob superbiam illam fore in-

*tolerabilem.*—*Nullo*] *Προσφύλαξ*.  
*Anno* quædam ex illis, quas memora-  
 vi, digna tibi videtur tuo matrimo-  
 nio? *Labin.* Sed miror neminem hic  
 argutiam Poëtæ intelligere, qui de  
*tantis gregibus* porcorum loquens sese  
 inmitit fecundas, ad has ab illis cito  
 transiens.

161 *Sit formosa*] Describitur ergo  
 quædam ex voto mulier, non qualis  
 datur, sed qualis merito esse deberet,  
 si daretur. Et quæ, si vel maximo  
 daretur, ob factum esset intolerabilia.  
*—Sit formosa*] Est concessio. Age  
 sit illa quam tu desideras speciosa.—  
*Dases*] De moribus intellige venus-  
 tas.—*Dices*] De quibus prima quæstio  
 esse solet.—*Fecunda*] Quæ fecundi-  
 tate sua conjugium reddat lætius.  
*Labin.*—*Vetustas, &c.*] Sit etiam no-  
 bilis et generosa.

162 *Aves*] Imagines majorum, quas  
 in porticibus et atris ordine dispo-  
 nere solebant. Vel cujus avi trium-  
 phantes in imaginibus picti sint.—  
*Intactior omni*] De moribus ultimo  
 loco dicit, ex consuetudine perditæ  
 temperis. Sit etiam castior et in-  
 violatior Sabinis mulieribus castissi-  
 mis, quæ bellum inter Tatium et Ro-  
 mulum dirimebant, et fœdera facie-  
 bant. Vide Livium. *Labin.*—*Porti-  
 cibus*] Cujus avi triumphantes in ima-  
 gibus picti et positi in porticibus.  
*Vet. Sch.*

163 *Crimibus effusa*] Sparsis et pas-  
 sis, et veste sciassa infectas acies utrin-  
 que dirimente, et bello finem impo-  
 nente. Quæ belli modus et fœderis  
 inter Tatium et Romulum exstitit.—  
*Bellum, &c.*] Sit castior Sabinis, quæ  
 fœdera inter Tatium et Romulum fe-  
 cerant. *Vet. Sch.*

164 *Rara avis*] Sicut phoenix, quæ  
 una avis in terris tantum reperiri di-  
 citur. Proverbii speciem habet et  
 per parenthesis dictum est.

165 *Quis, &c.*] Id est, prædicta om-  
 nia si maxime uni uxori adessent,  
 quis illam sære posset. Nam ob

hæc detes superba esset; et propter  
 superbiam intolerabilia. Uno vitio  
 laborabit, quod omnibus his bande  
 præponderabit.—*Cui, &c.*] Cui su-  
 petant, præsto sunt et adsunt præ-  
 dicta omnia.

166 *Malo, &c.*] Nota, quod serie  
 repetat *Malo, Malo*. Satius est pau-  
 perem et extraneum ex Venusino epi-  
 do sibi uxorem ducere, quam Corneli-  
 am Gracchorum matrem nobilem,  
 divitem, superbam, sibi dominam in-  
 troducere. Hæc Cornelia fuit in-  
 signis pudicitie, Scipionis Africanæ  
 filia, quæ nupsit Cornelio Graccho,  
 mater Caji et Tiberii Gracchorum.  
*Labin.*

167 *Si, &c.*] Id est, si cum his raris  
 et prædictis virtutibus, pulchritu-  
 dine, divitiis, fecunditate, castitate,  
 superbiam tecum adfers et non secus  
 ac magna dos esset, mihi imperiosam  
 insultare velis. Nam certe Cornelia  
 magnæ eloquentiæ fuit et eruditionis,  
 unde Gracchorum eloquentiæ mul-  
 tum contulisse legitur: deinde etiam  
 insignis fuisse probitatis creditur;  
 quod Campanæ matrem liberos suos  
 ostenderit tanquam maxima sua or-  
 namenta: insuper mirum in modum  
 pudica fuit, præterquam quod optimo  
 genere nata esset.

168 *Supercilium*] Superbiam et fas-  
 tum, quæ in supercilio apparet. Hinc  
 proverbium.—*Tollere supercilium, et po-  
 nere. Et, &c.*] Id est, si triumphos  
 majorum tuorum Scipionum, loco do-  
 tis tecum adfers. Id est, si propter  
 nobilitatem et gloriam majorum tuo-  
 rum tibi subjectus esse cogar. *Idem.*  
*—Et numeras, &c.*] Imputes. *Vet. Sch.*

169 *Tolle, &c.*] Tolle jactationes de  
 Annibale, &c. a tuis devictis, et re-  
 cede. Habe tibi res tuas, inter quas  
 numeras victorias et triumphos ma-  
 jorum tuorum. Hisce verbis indicat  
 satius esse talem superbam uxorem  
 deserere, et dimittere, quam illi co-  
 habitare.—*Annibalem, &c.*] Quem to-  
 ties mihi objicias exprobandum,—

*Victum, &c.*] Asdrubalis et Siphacis copias juvante Masinissa fudit, et utriusque castra facibus illatis, una nocte delevit. Florus.

170 *Et cum, &c.*] Recede e domo mea cum tota gloria Scipionum majorum tuorum, quos retulerunt ex Carthagine devicta. *Lubin.*

171 *Parce precor*] Mulierum superbiam intolerabilem esse, qua vel Deos contemnunt, indicat exemplo Niobes. Quæ Amphionis uxor nobilitate et fecunditate superba, Thebanas mulieres Latonæ sacrificantes redarguit, sibi sacrificandum esse dictitans; quod ipsi Latonæ, ob numerosam prolem, merito fuerit anteponenda. Qua matris injuria, Diana et Apollo commoti, Niobes filios, ad unum omnes una die sagittis confecerunt. Unde mater Niobe præ dolore in saxum fuit conversa.—*Parce, &c.*] Est Prosopopœia Amphionis deprecantis mortem liberorum suorum a Diana et Apolline sagittis confectorum. Id est, O Pæan Apollo, parce meis liberis.—*Et tu, &c.*] Tu Diana scilicet, vide Ovid. *Metam.* lib. vi. fab. 8. *Lubin.*—*Parce precor, Pæan, et tu depone sagittas*] Quis ille alter quem invocat cum Pæane, petitque ut cum illo sagittas ponat? Vides hic mendam esse insignem, quem tolles, si mecum scripseris, ut Juvenalem scripsisse persuasissimum habeo. ‘Parce precor Pæan, et tu depone sagittas.’ Tu Diana et Apollo recondite vestra tela, quibus Nioben conficitis. *Græv.*

172 *Nil, &c.*] Nihil culpæ admiserunt.—*Ipsam, &c.*] Niobem, quæ sua superbia hanc calamitatem concitavit. *Idem.*—*Nil pueri, &c.*] Committant, ut Lucanus: ‘Crimine quo parvi cædem potuere mereri?’ *Vet. Sch.*

173 *Amphion*] Jovis ex Antiope filius, Thebanus.—*Sed, &c.*] Id est, Apollo nihil commotus miserabili voce patris, omnes filios immisericorditer sagittis conficit et trucidat.—*Contra-*

*his*] Ut tendat et ut feriat filios Amphionis. *Græv.*—*Contrahit*] I. e. tendit.

174 *Extulit, &c.*] Ad sepulturam una cum patre Amphione adfert. *Efferri* enim dicuntur mortui, cum ad busta feruntur.—*Gregem, &c.*] Id est, multitudinem confessorum: de quorum numero variant Autores. *Vid. Agell.*—*Ipsamque, &c.*] Ipsum Amphionem, quem tamen non occidit, sed qui calamitate filiorum, et morte eorundem contabuit. *Vide Ælian.* var. hist. xii. 36. *Lubin.* Sicuti Britannicus inepte *extulit* caput pro occidit, sic non minus inepte omnes interpretes per *parentem* intelligunt Amphionem, cum aperte satis, imo luce meridiana clarius, ex textu pateat intelligendam esse Niobem; et quæ objici possent, nullius sint momenti et ne relatione quidem digna: Lego itaque *ipsamque parentem*. *Lubinus* ex *Æliano* narrat Amphionem contabuisse, sed dicit *Ovid. Metam.* vi. ‘Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto, Finierat moriens pariter cum luce dolorem.’ Imo *Ælianus* ne verbum quidem de Amphione aut ejus morte, sed de incerto numero liberorum; quem ipse etiam certum scribit; sed expunxi, ne lectori debia (ne quid magis dicam) pro veris obtrudantur et indubitat. —*Greges, &c.*] Quia plures fuerunt, et diversi sexus, id est septem masculi, et septem femine. *Vet. Sch.*

175 *Dum, &c.*] Dum Niobe existimat se generosiorē esse quam Diana et Apollo, Jovis ex Latona filii; dumque videtur sibi fecundior, quam alba illa scropha, quæ triginta filios peperit, de qua Virgilius, *Æneid.* iii. *Lubin.*

176 *Scrofa Niobe*] *Lusit.* Scrofa alba Trojanorum, quæ visa est *Æneæ* cum triginta foetibus. *Vet. Sch.*

177 *Quæ, &c.*] Id est, quæ moram gravitas et honestas, et quæ pulchritudo et formositas tanta esse potest,

ut patiaris æquo animo, ut per superbiam se et suas dotes, virtutes et formam tibi objiciat et exprobet.

178 *Impudet*] Tibi semper insultet, supputans et dinumerans sua bona et virtutes.—*Hujus, &c.*] Ut vel maxime formosam, nobilem, et castam ducas (quod tamen rarissimum inventu) si superbia accedat, nulla inde ad te voluptas perveniet. Et plus aloës vel amaritudinis ex superbia ejus, quam mellis et dulcedinis ex formositate et castitate ejus consequeris. *Labin.—Summumque*] Neque enim quicquam potest esse majus; quam ut mulier formam pudicitia et honestate venustet.

179 *Nulla boni*] Subandi est.—*Quoties, &c.*] Quando illa gratia et voluptas omnem suam jucunditatem perdit per animi fastum et superbiam. Quo malo mulieres laborant.

180 *Plus aloës*] Plus amaritudinis. Est herba amarissimi succi. Vide Erasmi Chil. 1. cent. 11. proverb. 66. *Labin.—Quis, &c.*] Quis superbam uxorem tantopere amore prosequitur ob castitatem, ut illam non majori odio prosequatur.—*Deditus*] Obnoxius, indulgens adeo, et uxorius. *Idem.—Plus, &c.*] Plus amaritudinis ex superbia, quæ se tibi semper proferet, quam dulcedinis ex castitate. *Vet. Sch.*

181 *Quam, &c.*] Ob morum gravitatem, et corporis pulchritudinem. *Labin.*

182 *Horreat*] Ob superbiam et fastum.—*Inque, &c.*] Id est, ut singulis diebus illam septem horis oderit, quinque tantum amet: id est, majori dei parte oderit, quam amet. Dies singuli Romanis in duodecim horas dividebantur. *Idem.*

183 *Quendam, &c.*] Id est, referam quendam modica, et exilia vitia, graviorum respectu: sed viris tamen non toleranda. Vel parca hoc loco lege, et sic interpretare: Quendam mulier parca quidem est, non superba,

magnifica et sumtuosa; sed tamen non toleranda est, quod Græco sermone, ut blandior videatur, utatur. *Idem.*

184 *Nam, &c.*] Intolerabilibus, putidius, fœdus nihil; nihil est magis auribus infestum, quam cum mulieres Græce loquuntur, balbutiendo turpia inserentes. Sic Pers. Sat. 1. 'Rancidulum quiddam balba de nare locutus.'—*Quam, &c.*] Nisi, quæ ante Romana vel Tusca lingua vernacula, et materna usa, Græca lingua utatur. *Idem.* Tusca autem primum Romanorum fuit, et hi contermini sunt.

186 *De Sulmonensi*] Sulmo Italiae urbs, patria Ovidii.—*Mora, &c.*] Prorsus et tota Attica est vel Atheniensis, a Cecrope Athenarum primo rege originem ducens. Quia Græcorum quinque sunt linguæ, Jonica, Dorica, Æolica, Communis, et Attica, ex quibus omnium elegantissima habetur ultima, ideo Satyricæ puram putam Atheniensem dicit.—*Omnia, &c.*] Se. proferunt, existimantes eo sermone venustatem et elegantiam sibi conciliaturas esse. *Idem.*

187 *Cum, &c.*] Cum tamen nostris Romanis pro summa turpitudine habeatur Latine loqui nescire, et vernaculam linguam ignorare. Videtur allusisse ad Ciceronis illud in Bruto, 'Non enim tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire.' *Farnab.* Mallem hoc loco legi: *Cum sit turpe minus.* Florid. Subs. II. 1. Grangæus a lectione Farnabii cavendum censet; sed nimio, et ut spero, irrito conatu.

188 *Hoc, &c.*] Græco sermone omnes adfectus, et secreta animi proferunt, et pavorem et timorem animi exprimunt.—*Iram, &c.*] Omnes animi perturbationes. *Idem.* Signanter dicit *effundunt.*

189 *Quid, &c.*] Supp. dicam. Quid progrediar ulterius singulos adfectus recitando?

190 *Concumbunt, &c.*] Dum inter se

concombunt, Græco sermone utantur. Sic quidem Labinus: sed non modo Græcos sermone, verum et turpi concubitu æmulantur. Honos sit auribus: prohi infandum scelus! Poëta initio quid majus dicere volens mox desistit, et ne nimius sit, de sermone tantum loquitur.—*Dones, &c.*] Concessio: qua innuit hanc Græcæ linguæ et rei turpissimæ adfectionem puellæ juniori esse condonandam; in vetulis vero prorsus esse intolerabilem. *Labia.*

191 *Tunc, &c.*] Quis ferat 84, annorum decrepitas vetulas et anus, sibi illas Græcas delicias usurpare?—*Tunc*] Signum est impudicæ mulieris, quæ, cum sit valde senex, alienam vult linguam imitari. *Vet. Sch.*

192 *Pulset*] Concutit, imminuit, senio et languore vexat. — *Adhuc Græcæ*] Græcæ concubis vel loqueris.—*Non est, &c.*] Id est, hic sermo Græcus, etiam in vetula turpis, et impudicus est, præsertim si lasciva illa verba inserantur, quibus *Lais* nobilissima illa meretrix, in concubitu juvenibus adblandiebatur: *Ζωὴ καὶ ψυχὴ*, mea vita, mea animula. *Labia.*

193 *Lascivum*] Quo lascivæ utuntur. *Idem.*

194 *Modo, &c.*] Indignatio. Tu pessima vetula uteris in turba vel communi sermone, illis verbis lascivis Græcis, quæ paulo ante *sub iedice*, stragulo, vel coopestodie lecti reliquisti; et quibus paulo ante usa fuisti in concubitu et cubili. *Idem.*—*ΖΩΗ ΚΑΙ ΨΥΧΗ*] Quibus sermonibus Græcæ mulieres in concubitu solent blandiri. *Vet. Sch.*

195 *Quod, &c.*] Quem hominem non excitat vel incitat in libidinem, hujusmodi nimis blanda et nequam Græcorum vox, quæ nimis invidiosa est homini pudico? *Labia.* Sic Pers. 'Quum carmina lumbum intrant, et tremulo scalpanitur ubi intima versu.'—*In turba*] Etiam in publico. *Vet. Sch.*

196 *Nequam*] Quæ profecto multa mala docet.—*Digitos*] Id est, illa vox non minus libidinem excitat, quam si admota impudicæ mulieris manu libido excitetur.—*Ut tamen omnes subsident, &c.*] Male et inconcinne Labinus, sed hic sensus est: quando autem omnes alæ demissæ sunt, quando omnes frigent, et omnes libidinis prurigines cessant, licet tam hæc blanda verba dicas Hæmo et Carphophore, a facie tamen tua norunt fastidicandam tuam senectutem, et sic te fugient animum decrepitam. Accedit huic sententiæ Grangæus, fere etiam Farnæbius, et Britannicus; sed non sine errore immixto: nam crux fuit hic locus omnibus, qui mihi prima statim fronte patuit.—*Subsident, &c.*] Lege: Pinnæ autem metaphora, quia vetales hiacescant. *Rutgers.*—*Subsident pinnæ*] Vel *subsident*. Quamvis vel maxime auditores ad libidinem excitentur, et omnes libidinis prurigines subsident, et inferius in inguen delabentur. Sic Labinus, sed indignæ: sic vero, licet, vel potius, quando lingua quiescent et jacent; metaphora deducta ab avibus, quæ aliquando demissis et compositis alis sedent marentes.—*Dicas, &c.*] Licet Græca illa verba mollius, et effeminatius, fræctius et lascivius pronuncies, ad Hæmum et Carphophorum; tamen facies tua (cum te turpem et deformem vetulam esse prodas) in causa est, ut a nemine amaris.—*Hæmo et Carphoro*] Robustia et petulantibus adolescentibus.—*Digitos, &c.*] Excita, tanquam in manu palpetur. *Vet. Sch.*

197 *Subsident, &c.*] Longam system. pinnæ aut metaphora; quæ talis hiacescant.\* *Vet. Sch.*

198 *Computat annos*] Enumerat ætatem tuam; quia vox tua juvenula est, facies vero est rugosa et decrepita vetula. *Rutgers.* Tuo indicio te quasi sorex prodit.—*Et Carphoro*] Nomen est seneci afflicti, et histronis. *Vet. Sch.*

200 *Si tibi*] Pergit Ursidio persuadere uxorem non esse ducendam, hoc *hilemmate*: Aut amabis a te ductam uxorem, aut non amabis. Si non amabis, causa nulla est, cur uxorem ducas. Si vero amabis, misereris, et ab uxore tua misere torqueberis, et excruciaberis.—*Legitimis, &c.*] Certis expensilibus et instrumentis, super futuro matrimonio legitime confectis. *Labia*. Quae in tabulas referebantur: quanquam scriptura ad id non necessaria.

201 *Nec, &c.*] Id est, nulla causa est quare impensas facias.—*Cerum*] Neptialem.—*Mustace*] Gen. neut. Sed dicuntur et masculino. Sunt lenia cibaria ad stomachum reconciliandum, et ferula facillimae digestionis, quae dabantur crudis, et qui imbecillioris erant stomachi. Genus erat panis, quod in nuptiis convivis dabatur loco apophoretorum sub finem officii. *Idem*. Ordo est, donanda crudis, labente officio.

202 *Labente, &c.*] Pro abeunte. Cum jam illi abeunt, qui officii gratia convenerunt. *Muretus* XI. cap. 5. Vel labente officio stomachi, quia addit, *crudis donanda*.—*Nec, &c.*] Nec est quod perdas pro virginitatis flore prima nocte decerpendo, donum, quod novae nuptae a marito datur. *Drison*. de rit. nupt.—*Labente, &c.*] Discedentibus pransoribus, qui officii causa conveniunt. Solebant enim antea per nuptias recedentibus dulcia erogari pro apophoretis.—*Crudis*] Saturis et indigestis. *Vet. Sch.*

203 *Cum, &c.*] Cum hoc loco est adverbium temporis. Est descriptio illius matutini muneris: id est, cum in divite lance, numis et auro plena, aurum aureus radiat inscriptus et figuratus imagine Domitiani: qui a Dacis et Germanis devictis, Dacicum et Germanicum sese appellavit. Solebant enim in lance novae nuptae huiusmodi munera offerri.—*Bona*] Plena, ampla, vel divite. *Labia*.—*Lance*,

*&c.*] Ampla aut plena. *Vet. Sch.*

204 *Scriptis*] Cui litterae quasi inscriptae et insculptae sunt. Alii leg. *Scriptis* ex MS. Posset et legi *Sustulo*, iudicante Dempstero.—*Radiis*] Splendorem emittit radiis solis parem.—*Dacicus, &c.*] Solidi ita signati, qui pro virginitate deposita, novae nuptae donantur. *Vet. Sch.*

205 *Si, &c.*] Alterum Argumenti membrum: si simpliciter et omnino unam conjugem vis amare eique in omnibus obedire; necessarium est te esse miserum. Vel si simpliciter uni uxori animus tuus deditus est. Si tibi est illa, *φλογυελα*, illa mulierositas, et cupidio femineae voluptatis. Videtur hic ludere in ambiguo, vocat enim *Simpliciter, &c.* unam et simplicem uxorem habere: sed ironicas, cum nihil minus simplex quam femina. *Grang.*—*Simplicitas*] Placet, vel cordi est. *Labia*.

206 *Submitte, &c.*] Expedias te ad jugum subeundum, et mala innumera ferenda. Inclina caput tuum ad capistrum et servitium. *Labia*. Sumta translatione ab armentis, quae jugum cervicibus excipiunt: vel inde, quod jugum imponebatur matrimonio coniungendis. At jugum signum servitutis.

207 *Nullam, &c.*] Nulla invenitur uxor, quae, si sentiat maritum se amare, amantem maritum non miserum habeat. *Labia*.

208 *Ardeat, &c.*] Id est, licet ipsa uxor maritum redamet, et suo amore vehementissimo, marito respondeat: tamen tanta in ipsa est malitia, ut naturaliter gaudeat tormentis sui mariti se amantis, et illum spoliare bonis. Hinc vocat Martial. 'Amicam spoliatricem.'—*Tormentis*] Ac si dicat, omnibus mariti incommodis.—*Ardeat, &c.*] Quantumvis amet mulier, tamen poenis ejus delectatur admodum quem amat. *Vet. Sch.*

209 *Igitur, &c.*] Concludit. Ergo quo quis melior erit, suamque uxo-

rem debito honore magis est complexurus, hoc minus utilis illi uxor est, et hoc magis ille a muliere cruciabitur. *Lubin.* Tanto ei damnosior erit uxor et magis importuna.

210 *Bonus optandusque*] Qualem virum matrona merito sibi optet. *Lub.*

211 *Nil unquam*] Ostendit jam quale imperium uxor in virum exerceat, a quo se amari sentit. Nihil cuiquam muneris loco dare poteris, si uxor tua hoc nolit.—*Vendes, &c.*] Ejus arbitrio donatio, emptio, et venditio instituetur.

213 *Hæc, &c.*] Ut nullum amare vel odiasse queas, nisi quemcumque illa voluerit.—*Ille, &c.*] Id est, hac uxore tua instigante vetustissimus et optimus tuus amicus, qui tibi a puero notus et familiaris fuit, ille, inquam, hac imperante et domo tua ejicietur, et excludetur. *Idem.—Amicus, &c.*] Qui ab inenunte ætate amicitia tuis inhæserat. *Vet. Sch.*

214 *Cujus barbam*] Qui juvenis tuus cliens fuit, domumque tuam salutare solebat, cum adhuc esset juvenis, et primam barbam alere inciperet. Juvenes enim barbam alebant ad ætatis annum XXI. deinceps radebantur. *Lubin.* Qui a tenera etiam ætate, quo tempore cœpit barba ipsi crescere, tibi familiaris fuit, et ad ædes tuas te compellatum venit, te patronum coluit.

215 *Testandi, &c.*] Sensus est: Cum etiam homines infames, ut lenones et gladiatores, ipsi jus habeant pro suo arbitrio testamentum constituere, fingere, et refingere. Contra tibi forma testamenti ab uxore tua dictabitur: libertatem illam non habebis, sed pro arbitratu uxoris tuæ rivales etiam tuos, idque non unum, sed multos in testamento tuo hæredes bonorum tuorum relinques. *Lubin.* Metaphora a discipulis, quibus scribenda dictant præceptores.

216 *Et, &c.*] Cum idem jus, et eandem libertatem habeant gladiatores,

qui in arena theatri versantur. *Arens* ergo pro arenariis, id est, pro iis qui in arena seu Amphitheatro propugnant. *Idem.*

217 *Tibi*] *Emphaticæ.* Tibi soli et uni contra. — *Rivalis*] *'Arreptorem*: alias et proprie, qui eundem rivum habet communem et agros habet eidem rivo contiguos.—*Dictabitur*] *Satyricæ*: Quemadmodum discipulis, quibus imperamus, et qui morem nobis gerunt.—*Non, &c.*] Illius adulteros facies hæredes, illa mittente quos voluerit. *Vet. Sch.*

218 *Pone crucem*] Sunt verba mulieris viro imperantis, ut servum cruci adfigendo e medio tollat. Id est, constitue crucem. Servorum erat supplicium peculiare crux: Phrases autem ad hoc supplicium sunt, *cruci affigere, cruci suffigere, in cruce figere; et ἀρλὸς figere, configere, cruciari.* De quibus *Lips.* l. i. de cruce.—*Meruit, &c.*] Responsio miseri illius mariti γυναικοκρατούμενου, et causam supplicii ab uxore percunctantis. Quid peccati commiserit? *Lubin.* Totum hoc ex jure Romano. Sic accusator rei nomen et causam referebat, iudex quæstionis recipiebat. *Brisson.* v. de formnl.

219 *Quis testis*] Cujus testimonio ille tanti sceleris convincitur?—*Quis detulit*] Quis indicavit crimen ejus, eumque accusavit? *Lubin.—Audi, &c.*] Sunt verba adhuc mariti ad uxorem, uxorem suam admonentis: Audi, o mea conjux. Non tam subito et inconsiderate de morte alicujus hominis statuendum est. Nam nulla cunctatio, nulla mora, nulla deliberatio de morte hominis potest esse nimis longa. Nec omnia nimis accurate in judicio capitis observari possunt. *Lubin.* Potest enim poena dilata exigi, non potest exacta revocari. *Senec.—Nulla, &c.*] Hoc tibi uxor respondet. De nece ingenui nulla dubitatio. An de servi morte causa querenda est? *Vet. Sch.*

**221** *O demens, &c.*] Verba uxoris maritum suum imperiose objurgantis et increpantis: O demens, stulte, et stolide vir! Itane vero tam vilissimus servus etiam homo judicandus est? quasi inter homines recensendus? Hoc modo ut tu reris. Age, esto quod nihil fecerit, et admiserit dignum poena. Ego volo et jubeo ipsum interfici. Tyrannica verba sunt, quibus qui vocantur principes hodie ut plurimum utuntur.

**223** *Imperat, &c.*] Eandem rem confirmat, quod mulieres dominium imperiose in maritos exercent.—*Sed, &c.*] Dum secum sua regna ad alium transfert, id est, paulo post priorem domum, in qua regnavit imperiosa, relinquit, et maritum repudiat. *Lubin.*

**224** *Permutatque, &c.*] Dum ab uno marito ad alium, ex una domo ad alias secedit.—*Et, &c.*] Toties aliis atque aliis nubit, ut frequenti usu vestes nuptiales et *flammea*, quibus novæ nuptæ velabantur, conterat, et perdat. Vel priora lacerat, et nova sumit, *flammea*, id est, velamenta rubei coloris, quibus novæ nuptæ caput cooperiebatur. *Farn.*—*Inde, &c.*] Mox alium. Inde rursus ad alium avolat, et quandoque ad primum revertitur.—*Et flamea*] Genus amicti, quo se cooperiant mulieres die nuptiarum. Est enim sanguineum propter ruborem custodiendum. *conterit* autem, exterit saepe nubendo. *Vet. Sch.*

**225** *Et, &c.*] Repetit rursus priorem maritum, quo spreto se paulo ante ad alium contulerat.—*Repetit*] Per eadem vestigia, eandemque viam per quam maritum deseruerat, ad maritum revertitur. *Lubin.*

**226** *Ornatas, &c.*] Id est, fores secundi mariti in nuptiis frondibus ornatas relinquit, et se ad alium confert.—*Paulo, &c.*] Facile enim tales bestias alicujus mariti fastidium capit.—*Pendentis*] Paulo post nuptias cum vela vel aulaea adhuc suspensa sunt.

**227** *Adhuc, &c.*] Indicat quod paulo post nuptias, novum maritum relinquant. I. e. qui adhuc non aruerunt.

**228** *Sic creascit, &c.*] Scoptice hæc dicuntur. Sensus est: Hac ratione, dum uxores viros frequenter deserunt, fit ut numerus maritorum exiguo tempore valde crescat, et ut quinque autumnis vel annis una mulier octo maritis nubat.—*Sic sunt, &c.*] Ad octavum enim maritum licebat uxori nubere, nec ultra. 'Nec consulum sed maritorum numero annos suos computant,' &c. Senec. 3. de Benef. 16. Martialis l. vi. *Lubin.*

**229** *Quinque, &c.*] Id est, quinque annis.—*Titulo, &c.*] Scoptice, quæ res digna est, quæ in memoriam apud posteros lapidi sepulcri incidatur. Eo dicit, nam maritorum nomina sepulcris uxorum inscribi solebant. *Turn.* XIV. 10.

**230** *Desperanda, &c.*] Aliud matrimonii incommodum, quod socrus vel uxoris mater, filiam suam ad omne malum erudiat, quæ socrus quamdiu superstes sit et viva, nec concordiam nec amorem conjugalem sperari posse.—*Salva*] Viva, superstite, incolami.

**231** *Illa docet*] Illa docet filiam suam, ut sumtuoso victu et vestita, omnibus bonis miserum maritum spoliaret, et nudum relinquat.—*Nudi*] Nequitia et sumtu uxoris ad paupertatem redacti. *Lubin.*—*Illa docet*] Socrus filiam suam *lenat*, et docet eam mœchis suis caute rescribere. *Vet. Sch.*

**232** *Missis, &c.*] Id est, Epistolis vel literis a mœcho missis accurate respondere. *Lubin.*—*A corruptore*] Mœchum vel adulterum intelligit.

**233** *Nil rude, &c.*] I. e. Nil rusticum, sed politum et limatum.—*Nil simplex*] Nil stolidum, sed callidum et artis plenum. Ita ut mater filiam suam ad adulteria erudiat, eamque doceat non ruditer, et rustice, sed



docte et artificiose respondere: ut quæ non sit nequitiarum rudis.—*Decipit, &c.*] Socrus vel mater conjugis, custodes, qui a marito conjungi adhibebantur custodiendæ pudicitie, decipit, vel pecunia data corrumpit, ut mæchi tuto filiam adire possint. *Lubin.* Hos autem custodes fallendi varios modos docet nequitie magister Ovid. III. de Arte, pari joco et morum.—*Domat*] I. e. sibi morigeros et obsequentes reddit, dans illis bovem in lingua, ut taceant.

234 *Tunc, &c.*] Exprimit dolum et artes, quibus custodes et maritum decipiant. Fingit enim socrus filiam ægrotare, et Archigenem (nobilem medicum Domitiani tempore) advocat. Ut sub medici nimirum persona quivis adulter intrare possit. Videntur hæc omnia magis et rectius socri convenire, quasi quæ per eam ægritudinem simulatam possit filiam suam ad se accire et ibi sub prætextu detinere.—*Corpore sano*] Filie; vel (ut dixi) suo proprio, quæ ægrota non est, sed valens sano corpore; cujus tamen ægritudinem simulat. *Lubin.*

235 *Onerosaque*] Id est, mater abjicit pallia et alia, quibus filia in lecto tegitur, tanquam illa onerosa sint filie ægrotanti, et tanquam illa ferre nequeat. *Lubin.* Vel illa ipsa ægrota potius socrus ex lecto dejicit strata, sive operimenta, in molesto quasi febris æstu.—*Archigenem*] Medicum magnum illius temporis. Simulat ægritudinem socrus, ut habeat facultatem ad se filia veniendi, causa adulterii. *Vet. Sch.*

236 *Abditus, &c.*] Id est, interea dum visitur a medico, adulter, qui sub persona medici etiam intrare potuit, in aliquo secreto loco abditus latet. *Lubin.*—*Secretus, &c.*] Pro Medico intrat adulter. *Vet. Sch.*

237 *Impatiens, &c.*] Ex Veneris affreni desiderio.—*Silet*] Lubicus legit tacet, alii pavet, id est timet, vel formidat ne videatur.—*Proputia, &c.*

*Μαστορπωρεῖν*, Masturbatorum agit. Hic ultimus obscenus versus, juxta Probum, in quibusdam exemplaribus non invenitur. *Lubin.*—*Silet, &c.*] Metuit, et mand sua penem fricat sibi. Hic versiculus in quibusdam codicibus non est. *Vet. Sch.*

238 *Scilicet, &c.*] Alloquitur Ursidium, quasi dicens non absurdum esse, si mala ex matre, mala etiam filia progignatur. Mater filiam meliores mores atque ipsa habet docere non potest. *κακὸν κόπος καὶ δὲ ἐκέρπτεται*—*Exspoteles*] Quasi dicat: Frustra prefecto expectas, si hoc facias. *Lubin.*

239 *Utile porro*] Scortationibus enim et adulteriis filie, mater sustentatur, vestitur, nutritur.

240 *Producere*] *Προαγειναι*, quod inter alia significat prostituere. Alit ergo utile ei esse producere vel prostituere filiam, et ita questum facere. *Parrhas.* Epist. 27.—*Producere*] Mercetricem. *Vet. Sch.*

241 *Nulla*] Subtexit jam alia, quod mulieres in foro causas agant, et in arena vel in theatro gladiatorum exerceant.—*Nulla, &c.*] Quasi dicat: Pene in omnibus causis, quæ in foro agitantur, feminæ litem movent, vel alios accusant et reos agunt. *Lubin.* Fœmina enim prompta est ad litigandum.—*Litem, &c.*] Uxor cum marito litigat. *Vet. Sch.*

242 *Accusant, &c.*] Id est, mulier si non defendentis partes, habet accusantis; in utrumque parata.—*Mencia*] Scortum, quæ Hostilium Mancinum lapide percussit, et per Tribunos plebis absoluta est. *Agellius* IV. 14. Posuit autem hanc, pro quacunque litigiosa.

243 *Component, &c.*] Notat illas mulieres in litibus et causis forensibus probe versatas. Id est, formulas vel libellos accusatorias, petitorias, &c. component propria industria et ope, sine auxilio virorum Jectorum et advocatorum. *Lubin.*

244 *Principium, &c.*] Adeo versata

sunt in campis forensibus, ut Cornelio Celso oratori et Icto eximio, orationis exordium, et locos argumentorum, tanquam discipulo, dictare promitte atque paratæ sint.—*Locos*] Unde argumenta desumuntur, argumentorum sedes. *Lubin.*—*Celso*] Oratori illius temporis: qui septem libros Institutionum scriptos reliquit. *Vet. Sch.*

245 *Endromidas*] Arguit jam mulieres, quæ vestibus et unguentis athletarum utebantur, et in campo Martio more tyronum exercebantur. Sensus est: Quis ignorat vestes gymnasticas athletarum Endromidas et Tyris cocco tinctas, quibus feminae utuntur, et ceroma, vel unguentum athletarum, femineum, vel quo feminae utuntur. *Lubin.* Duobus locis, *endromidas* athletis quasi propriam ac peculiarem vestem attribuit. Græci quidem etiam *ἐνδοπιδᾶς* athletis tribuant, sed quod mirare, non de vestis genere, verum de calceis interpretantur. *Salmas.* Vide Sat. III. vs. 68, et 103. *Turneb.* III. 17.—*Endromidas Tyrias, &c.*] Non recte Tyrias molliores explicari videmus. Nam omnes omnino endromides pingues crassæque erant, quippe arcendo frigori. Sed divites, ut saltem colore distinguerentur, eas absurdo luxu purpura suebant. *Ferrar.*

246 *Quis, &c.*] Nam more tyronum ad palum exercebantur, et pugnant. Figebatur autem palus in terra sex pedum, contra quem tiro tanquam contra adversariam, cum crata et clavo velut cum gladio se exercebat.—*Vulnera palis*] Quæ mulier gladiatoris more infert cum audibus et fustibus, eminus et cominus tanquam res cum vero hoste ageretur. *Lubin.*—*Vulnera, &c.*] De palo pugnantium habitu gladiatorum. *Vet. Sch.*

247 *Quem cavat*] Perforat hastis et audibus, dum se exerceat. Et quem palum scuto suo tanquam adversariam lacescit, et provocat. *Lubin.*—*Quem, &c.*] Obtundendo illum ferulis, in meditatione pugnandi. *Vet. Sch.*

248 *Atque, &c.*] Id est, nil omittit ex legitima exercitatione, implet omnem præceptorum ordinem, id est, omnia facit, quæ ad athleticam spectant, et quæ a lanista vel magistro gladiatorum didicit.—*Dignissima prorsus*] Has mulieres, quæ ad palum exercebantur, dignas ait esse, quæ nudæ in Floralibus se exponant. *Lubin.* Hoc dictum cum ingenti stomacho a Poëta.—*Atque, &c.*] Hoc est, universa efficit dictata, ut tantum currat in exercitio, quantum gladiator. *Vet. Sch.*

249 *Floralis tubæ*] Tubæ sonitu vocatæ discurrant. Ludi erant impudici, ad quos meretrices per tubam convocabant. Tali tubæ eam adhibendam dicit *Lactant.* I. 20. Et idem est ac si dicat, Hæc inter impudicas numeranda, quando tam impudenter sese habet.—*Nisi, &c.*] Nisi forte ejus matronæ pectore virilius aliquid adhuc et magis masculum sese movet, quam ut ad Floralia vocetur. *Lubin.*—*Floralis, &c.*] Quæ committantur ludi Florales, in quibus meretrices nudatis corporibus per varias artes ludendi discurrunt, et armis certant gladiatoris atque pugnant. Hi ludi a Flora meretrice instituti sunt in honorem Floræ Dææ, quæ floribus præest. Ludi sunt impudici. *Vet. Sch.*

250 *Plus, &c.*] I. e. cogitat.—*Versaque, &c.*] Id est, nisi forte sese præparat et disponit ad veram pugnam, ne aliquando vere in harena more gladiatorum depugnet. Id fecisse mulieres docet plane *Lipsius* Satur. II. 4.

251 *Quem, &c.*] Quasi dicat, illa necessario frontem insigniter perficit, quæ a sexu suo naturali femineo fugit, et arma virorum induit, et vires vel robur virorum amat.—*Quem, &c.*] Id est, si nudo vultu pudorem non capit, cooperta quando erubescit.

cat? *Vet. Sch.*

252 *Vires amat*] Id est, virilia exercitia et arma, artem gladiatoriam, in qua vires et robur corporis potissimum valent: et quam viri exercent. *Lubin.*

253 *Vir, &c.*] Ratio est, quia viri cito, mulieres nunquam voluptate coitus satiantur. Fabula est apud Ovidium in Metamorphosi: ubi hac ipsa de re inter Jovem et Junonem contentionem ortam, suo arbitrio dirimit Tiresias. *Brodaus* 5. *Miscell.* 27. et Hippocr. libro περὶ γυνῆς, ἥσσαν δὲ πολλὰ ἥδεται ἢ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῇ μῆτει, πλεονα δὲ χρόνον. — *Quantula*] Præ feminea.

254 *Quale decus*] Id est, quam egregium et eximium ornamentum vestium muliebrium venum exponeretur, si vestimenta conjugis tuæ sub hasta vel auctione venderentur? Qualem mundum et ornatum muliebrem videres? — *Auctio*] Est publica venditio rerum privatarum, sub auctione. *Lubin.* — *Auctio, &c.*] Fit nam et privatim auctio. *Vet. Sch.*

255 *Balteus*] Scilicet exponeretur, vel inveniretur in mundo tuæ uxoris cingulum militare ex corio, e quo arma pendebant. — *Manica*] Quibus manus muniuntur inter pugnandum, ferrea digitalia. — *Crista*] Pinnæ vel ornamenta galearum in cono galeæ defigi solitæ. — *Crusisque, &c.*] Ita dicit, nam crus sinistrum tegmine ferro tegebant, et quidem dimidium tantum crus, ne nimium ponderosum esset, reliquam partem clypeo tegebant. Congressuri enim cum adversario sinistrum pedem protendebant, qui ne læderetur tegmine illum tegebant. *Lubin.*

256 *Vel, &c.*] Ironice, ut omnia: quod si uxor tua etiam diversa prælia retiariorum, secutorum, myrmillonum, et alia pugnarum varia genera obire velit, tu felix eris. *Idem.*

257 *Tu felix*] Ironice. Summæ tibi erit laudi, si tunc puella vel uxor

tua in auctione etiam ocreas vendit; quales gerunt retiarii et secutores. Quasi dicat, minime felix. Cui hæc res dedecori et pudori erit. *Lubin.* — *Tu felix, &c.*] Si in auctione uxoris venient arma gladiatoria, *τοῦ αὐτοῦ ἀρχιμοῦν.* Ocreas dicit, quas retiarii aut secutores habent. *Vet. Sch.*

258 *Hæ, &c.*] Perstringit ferocissimas illas mulieres, quæ tamen alias admodum delicatæ et teneræ erant, et videri volebant, ut etiam in tenuissima veste sudent. Nunc in hoc turpi opere nullum sentiant laborem. — *Cyclade*] Id est, in circulari rotunda veste ex tenuissimo filo facta. *[Lubin.]*

259 *Quarum delicias*] Quarum tenerum et delicatum corpus, pannus etiam bombycinus, tenuissimus, et mollissimus, vel pannus sericeus *uit*, suo pondere gravat, molestat. *Lubin.* — *Grangeus* hanc differentiam dat, quod sericum sit ex arborum lana, bombycinum ex vermibus. Sed revera Sericum est ipsum bombycinum ex vermibus qui apud Seres hanc suam in ramis arborum texunt. *Salmasius* nulla alia re distare putat quam gentis ratione: Præstantissimum enim, ait, apud Seres provenit, quod Sericum appellatum est, *κατ' ἔοικον*. Scio quidem veteres autores lanuginem sylvarum appellasse sericum: sed sciant tirones, lanuginem illam vermium; quos Græci bombyces vocant, fuisse opus, quod multis autorum locis comprobavimus ad Terulliani pallium. *Salmas.* — *Pannulus, &c.*] Sericus. Id est, etiam sericis vestibus gravatur. *Vet. Sch.*

260 *Aspice, &c.*] Gestum mulierum pugnantium exprimit. Id est, aspice quam magno pondere, quanto fremitu, qua ferocia, perferat et excipiat ictus a lanista, et gladiatorum magistro. *Salmas.* — *Monstratos*] Antea a lanista edoctos et dictatos. — *Monstratos*] A campi doctore. *Vet. Sch.*

261 *Quanto, &c.*] Dum virilem galeam ponderosam gestat. — *Curator*

**Inter pugnandum dum ictum declinat. Salm.**—*Quanta, &c.*] Flexura genuum ad evitandos ictus, quam fortis et valida illa in poplitibus vel suris suis sedeat, dum flectit genua inter pugnandum! Expressio ferentis ictum.—*Quanta*] I. e. quam contracta, et sic quam valida: Alii legunt iterum *Quanto*, et tum Ordo est: quanto, quam denso libro fascia sedeat poplitibus.

263 *Quam, &c.*] Hæc inepte interpretantur, quam denso volumine et complicatione vestes ejus sinuuntur et complicantur, quod fascia succinctæ pugnarent. Verum sicut Samnitibus, ut tradit Livius, pro lorica spongia erat pectori adpressa; ita conjicio pro eadem lorica fuisse fasciam ex pluribus tiliarum contabulationibus densatam, veluti quandam tabellarum instar Codicis compaginationem, muniendo pectori adversus ictus. Vetus Interpres improprie volumen appellat quod Codicem dicere debuerat, multiplici tabellarum serie compactum. *Ferrar.*—*Poplitibus, &c.*] Super poplites suos sedit, quod dicitur sedere et surgere.—*Fascia libro*] Volumen in specie libri. id est, longa fascia. *Vet. Sch.*

263 *Et, &c.*] Scaphium pro vase vel matella, in quam mulieres immergere solent, ponitur hoc loco. Merito autem rideas, si quem in armis virum esse ratus es, eam miudentem mulierem esse videas. Alii *Scaphium* sumunt pro muliebri ornamento, quod et Galli *Escaphion* vocant. Tum enim risui locus, cum positus armis videmus sumere vestimenta muliebria eas, quas antea viros credebamus. *Turnebus* II. 30. *Grang.* Cui non placet commentum Turnebi adversar. II. cap. ult. Nec quæ Dousa ad Plautum.—*Positis armis*] Cum deposuerit arma post meditationem pugnae.—*Ride*] Nam vides, quod latebat.—*Scaphium cum*] Et cum posnerit arma post meditationem, et ut cepe-

rit vas ut bibat, ride. *Vet. Sch.*

264 *Dicite vos*] Ironice hæcenus in illam mulierum turpitudinem fuit invectus. Jam acriter eas objurgat et perstringit, quod nobilissimæ matronæ per ingens dedecus, gladiatorum arma induant, quod ne villissimæ quidem gladiatorum uxores faciant.—*Vos neptes*] Id est, o vos nobilissimæ matronæ Romanæ, quæ Lepidi, Metelli, Fabii Gurgitis censorum neptes estis. Ergo mulieres severæ et ex parentibus severis natæ. Dicite vos, quæ unquam *India* vel gladiatoris uxor hunc gladiatorum habitum, quem vos indultis, induit? Quasi dicat: Nulla. M. *Æmilius Lepidus* Censor vir optimus fuit, qui moriturus filiis suis præcepit, ut lecto sine linteis strato, et sine purpura funas suum efferrent: in reliquum, ne plus quam æris denos consumerent.—*Cæcivi Metelli*] De hoc Metello Censore et Pontifice maximo superius dictum, *Satyr.* III. 139. *Lubin.*

265 *Gurgitis, &c.*] Qui primo patrimonium suum dilapidavit, unde gurgis dictus. Inde ad frugem reversus exemplum abstinentiæ et omnium virtutum fuit. Erat Fabii Maximi filius, et summus belli Imperator. *Idem.*—*India*] Uxor Indii alicujus.—*Quæ India*] Quando hoc habitum visisset uxor gladiatoris. *Vet. Sch.*

266 *Quando, &c.*] Quando uxor illa Asylli gladiatoris ad palum sese exercet per summum dedecus. Et quando illa delassata vel defatigata gemitum facit ad palum, quem ictibus laceravit. *Lubin.* Bene dicit *gemat*, non quod doleat animove succumbat, sed quia pro fundenda voce omne corpus intenditur.

267 *Semper, &c.*] Aliud incommodum matrimonii, quod non interdictum solum, sed noctu etiam in lecto uxores cum maritis, et vicissim mariti cum uxoribus contendunt et litigent. 'Hoc decet uxores, dos est uxorialis litis.' *Ovid.* 'Dies ac noctes cum

cane statem exigit.' *Plaut.—Alternis, &c.*] Quæ alternis vicibus, modo a viro, modo ab uxore moventur. *Lubin.*

268 *Nuptæ*] Legitima conjux.—*Minimum, &c.*] Quando ne nox quidem et quietis locus, rixæ finem et quietem potest imponere. *Idem.*

269 *Tunc, &c.*] Exprimitur insigne mulierum malitia, quæ quo gravius scelus ipsæ admiserant, hoc gravius cum marito contendebant, eumque eo gravius accusabant, ut ita omnem de se suspicionem amolirentur.—*Orba, &c.*] Id est, tunc ævior, humanior, et truculentior est tigride, cui catuli ablati sunt; quod tum gemitus et dolorem simulat, præ se ferens, quod de marito adulterium suspicetur. Tutissime autem facit, quæ maritum peccasse simulat, ut suum peccatum lateat. *Idem.*

270 *Cum, &c.*] Dum conscia sibi facti occulti, id est, adulterii commissi, maritum scelorum et adulteriorum insimulat, et plorat, ut maritus credat se vehementer ab uxore amari, et ut ipsa hac ratione tutius mœchari queat. *Idem.*

271 *Pueris odit*] De pueris meritoris loquitur Poëta, quique marito in deliciis, quos non minus quam pellicem confictam uxor detestatur. *Ferrar.—Aut, &c.*] Simulat se pellicem habere, quam maritus amet, et ob id plorat, quasi doleat, quod non redametur. Hoc autem facit, ne quid mali maritus de illa suspicari possit. *Idem.*

272 *Uteribus, &c.*] Abundantibus. Ex natura mulierum, quibus lacrymarum copia semper suppetit: 'Ut flerent oculos erudiere suos.'

273 *In, &c.*] Metaphora a militibus, qui stant in loco vel statione sua parati, ut signo dato excurrant, quo imperator jubeat; ut sic lacrymæ etiam effluant et excurrant, cum jubeantur.—*Atque, &c.*] Id est, ejus imperium et jussa respectantibus, quomodo, quo loco et tempore illas

manare jubeat.—*In, &c.*] Metaphora a militibus in statione: quoniam milites semper ad ambulandum parati sunt, quacunque illis hora jubeatur. *Vet. Sch.*

274 *Tu, &c.*] Jucundissimus locus. Est autem apostrophe ad maritum. Id est, tu es miserrime vir, quando vides uxorem tuam ita plorare, credis quod tui amore id faciat. *Lubin.*

275 *Tu tibi, &c.*] Tu o miserrime cucule gaudes et tibi places quod uxorem consecutus sis, quæ tanto tui amore teneatur.—*Curruca*] Similis est avi currucæ, quæ aliena cuculi ova, pro propriis fovet et excludit, ita tu alienos liberos pro tuis. Alii legunt, *Uruca*. Alii *eruca*. Al. *urtica*. Gesner, s. de avib. *Curruca* nomen a latinis per onomatopœjam factum putat. Alciat, autem vocem quidem barbaram putat, sed nullibi alibi reperiri, magisque hic vel *urticam* vel *erucam* legendum asserit.—*Fletumque, &c.*] Id est, conjugem tuam consolari, amplecteris, et fletum et lacrymas ejus fictas labellis tuis inter osculandum absorbes. *Idem.*—*Tu, &c.*] *Uruca* mimologi stupidi nomen finxit, quia ferme \*quasi frequenter fallit, cum\* magis et personam mariti, vel ut alii dicunt, genus est animalis fœdi, spinosi, ut ericius. *Uruca* autem est proprie illud, quod in faba nascitur, ut gurgulio. *Vet. Sch.*

276 *Quæ scripta*] Id est, o miserrime vir, qui tibi tantopere places ob amorem conjugis, quæ et qualia scripta et quas literas a mœchis uxori tuæ missas visurus et lecturus esses, si scrinia uxoris tuæ perscrutareris, vel si cista uxoris tuæ tibi retingeretur et aperiretur. *Lubin.*

277 *Zelotypæ, &c.*] Iterum antithetis, et elegantissime quidem, utitur. Id est, conjugis tuæ pessimæ adulteræ, quæ se tamen optimam, et zelotypam simulat. Et quæ adulterii sibi male conscia, scelus suum ut tegat, te suspicione pellicis vexat. *Farnab.*

278 *Sed jacet, &c.*] Persequitur hæc

nam et amplifcat, quod matronæ Romanæ non solum occidit moechatur, verum etiam palam a meritis in adulterio deprehensæ, ratione purgandi se invenire possint, quod ne clariſſimis quidem oratoribus possibile esset. —*In servi complexibus*] In adulterio commisso cum servo, velequit. *Idem.*

259 *Dic aliquem, &c.*] Id est, agere o Quintiliane oratorum disertissimæ, dic aliquem colorem quo hoc tantum scelus possis excusare. *Labin.* Quintilianus hic perstringitur: credo ob invidendas opes, obque artem quam mire callebat, struendi et destruendi verutia ancipitem. Ac ideo forte nobilissimus rhetor, cum auctores Satyrarum recenseret, laudato Persii libro, Juvenalem præterit. *Rigaltius.* —*Sodes*] Pro si audeas, hoc est, si vis et placet. —*Quintiliane*] Quintilianus orator egregius: dic orator colorem, ad defensionem hujus causæ. *Vet. Sch.*

260 *Hæremus*] Verbum Quintiliani: Nos oratores hic hæremus, ambigimus et subsistimus, nihilque invenimus, quo tantum scelus excusari possit. —*Dic ipse*] Verba Poëtæ per Apostrophem ad ipsam mulierem, in adulterio deprehensam. *Dic ipse*, o mulier quomodo te purgabis? —*Olîm, &c.*] Verba se purgantis adulteræ, satis procacia et malitiosa. Convenit inter me et maritum jam olim inde a contractis nuptiis, ut ille viveret ut sibi complacitum esset, et ego itidem mihi indulgere possem, quodcumque vellem. *Labin.* —*Hæremus, &c.*] Tanquam orator responderit, mulier deinde suum crimen defendit. *Vet. Sch.*

263 *Clames licet*] Quasi dicat: O vir, licet præ indignatione exclamans casum et terram confundas, nihil profeceris, nec me aliter aduſefeceris: nam homo sum, et talis nata quæ ex seculo imbecillitate peccet, et veniam mereatur. Vide Sat. II. vs. 25.

263 *Homo*] Appellatione hominis, mas et femina continetur. *Labin.*

‘Homo sum, humani nihil a me alienum puto. Humanum est amare, humanum autem ignoscere est.’ Crimen a se removet, in seculo imbecillitatem transferens. —*Nihil, &c.*] Verba Poëtæ incredibilem illarum mocharum audaciam et impudentiam detestantis. *Idem.* —*Homo sum*] Nata sum ut peccem. *Vet. Sch.*

264 *Iram, &c.*] Ut quo enormitas scelus admiserunt, unde animo dejecti, ac perterrefieri maxime deberent, hoc etiam majorem audaciam et indignationem animo concipiant. —*Acermine*] A magnitudine et enormitate sceleris. *Labin.* —*Iram, &c.*] Quanto ingentius crimen est quod admittitur, tanto deprehensæ majorem induunt ad defendendum audaciam. *Vet. Sch.*

265 *Unde hæc*] Inquit jam Poëta, quænam sit causa hujus mali, quod vix ulla Romæ femina bona et pudica inveniat: Causam vero esse inquit otium et luxuriam, omniumque rerum abundantiam. —*Hæc, &c.*] Hæc scelerum ostenta, portenta et prodigia, quæ numeravit. —*Vel, &c.*] Ex qua causæ, quæria, oriuntur hæc scelera. *Labin.*

266 *Præstabat, &c.*] I. e. efficiebat et servabat. Ostendit e contrario quod paupertas, labor, vigilia olim Italas vel Romanas mulieres castas et pudicas conservavit. —*Humilis, &c.*] Paupertas, quæ continentis mater, et genitrix omnium virtutum, et magistra. *Idem.*

267 *Nec vitiiis*] Ordo est; nec labor et assiduitas sinebat vel permittebat parva et humilia tecta a vitiis, turpitudine atque libidine infici et contingi. Otia enim dant vitia. *Idem.* —*Parva tecta*] I. e. pauperes domos, pro humilibus hominibus inhabitantibus: Sic Alii ‘humiles casas: Romuleoque recens horrebat regia culmo.’

268 *Somni, &c.*] Vigiliæ, et labor nocturnus. —*Et vellere*] Tractando lanam Tuscam. Nam in vico Tusco Romæ, lanificium exercebatur. *Id*

est, manus mulierum assiduo opere indoratae, et vexatae et exercitatae lanificio, vel velleribus ex ovibus Thusciae. In tali lanificio honestissimo deprehensa est Lucretia a Tarquinio. —*Tecta labor*] Nam labor custos est castitatis. *Vet. Sch.*

289 *Ac proximus*] Assidua bella cum Carthaginensibus. Eo dicit, nam tempore belli cum exercerentur viri, et feminae timidae et meticulosae, non facile libidini fenestra patebat. *Lubin.* Alludit ad illud *Hannibal ad portas*: Sic Salust. in Jugurt. 'Metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat.'

290 *Et, &c.*] Mariti Romani stantes vel excubantes ad portas Collinam et Esquilinam in turri contra Annibalem, cum tertio ab urbe lapide castra posuisset. *Idem.*—*Collina turre*] Collino monte, ut porta. *Vet. Sch.*

291 *Nunc, &c.*] Apodosis contrariorum. Id est, jam contra longa pace vel excubantes ad portas Collinam et Esquilinam in turri contra Annibalem, cum tertio ab urbe lapide castra posuisset. *Idem.*—*Collina turre*] Collino monte, ut porta. *Vet. Sch.*

292 *Incubuit*] Invasit, obsedit, occupavit, et oppugnavit. —*Victumque, &c.*] Nos orbis victores vicit luxuria. Sumit supplicium et viudictam de Romanis: 'Orbem nam totum victor Romanus habebat.' —*Victumque, &c.*] Orbem quem nos subegimus, lascivitas quae nos invasit, defendit. *Vet. Sch.*

293 *Nullum, &c.*] Pertexit quod cepit.

294 *Paupertas Romana*] Id est, ex quo, postquam Romam pauperes esse desierunt, et magnas opes, summam potentiam sunt consecuti. —*Perit*] Pro perit. —*Istos, &c.*] Alii legunt *Istros*: Al. *Indos*: Al. *Isthmos*. Quasi

dicat, Romanos suis vitiis, luxu et libidine etiam alios homines, tanquam contagio, infecisse. Erant autem Istri populi in litore Illyricae. Verum legendum *istos*, hoc perspicuo sensu. *Hinc* ex opulentia, potentia, et luxuria Græcorum mores Romam venerant, et ad illos septem urbis Romae colles fluxerunt. *Politian.* Miscell. c. 15. *Parrhas.* Epist. xxviii. Quod Britann. *hinc* explicat ex urbe Roma, absonum est.

295 *Et Sybaris*] Ipsa Sybaris. I. e. Deliciae Sybaritarum. Sybaris, est opidum ab Achivis conditum, situm inter Crathidem et Sybaridem fluvios, cujus cives deliciis et luxuria diffuebant: populi in ea Italiae parte, quae magna Graecia dicta est. Vide Proverb. *Sybaritica sus.* —*Et Rhodos*] Insula in Lycia, Homeri patria. —*Rhodos et Mil.*] Luxuria Graeca et Asiatice. Miletos enim civitas est in finibus Ioniae et Cariae, in Asia minori, et Rhodos insula in mari Carpathio, Cariae adjacens. *Farnab.* —*Miletus*] Insula in mari Siculo, Thaletis patria, jam Malta dicitur. Vide Prov. 'Favere quondam strenni Milesii.' *Lubin.* —*Et, &c.*] Sybarim civitatem in Italia, Philoctetæ comites condiderunt: quae urbs postea in tantum prolapsa est in omne probrum continua felicitate, ut nomen ad significationem impudicitiae significare videatur. Similiter et Rhodos et Miletos in Graecia civitates. *Petulant* autem dicit, quia adversum Romanos bellum saepe moverunt, et se Pyrrho sociarunt. *Cornelium*, in conviviis madidum, fluxum. *Vet. Sch.*

296 *Atque, &c.*] Tarentini, qui inter potandum coronis ornantur, petulantes, madidi, et vino diffuentes, et unguentis madentes. Tarentum civitas Apuliae, olim Calabriae caput, positum in ipsis Adriatici maris faucibus. —*Petulans*] Vel quod fuerit opulentum; vel potius, quod non modo per superbiam res Romanorum in porta

suo captas reddere noluerint, sed et alterum e legatis Rom. qui a Senatu missi fuerant, ad eas repetendas, urina respererint.—*Madidum*] Vino et unguento diffuens. *Labin.*—*Madidumque Tarentum*] Vel propter vicinum mare: vel, ut verius loquar, propter affluentes delicias. *Dorleans.*

397 *Prima, &c.*] Ostendit quid castitatem conservarit, labor scilicet et parvis contenta frugalitas. Jam demonstrat, quid eandem expulerit, pecunia scilicet, et rerum copia, otium, et luxus.—*Prima*] Horum omnium malorum causa.—*Obscena, &c.*] Ab effectu, quod vitam turpitudine et obscenitate deformarit, castitate profligata.—*Peregrinos*] Externos, impudicos, turpes Græcorum et Persarum mores. *Idem.*—*Obscena pecunia*] Quia ore obsceno sunt. Horatius de huiusmodi: 'superbo provocas ab inguine, Ore adlaborandum est tibi.' *Vet. Sch.*

398 *Intulit*] In urbem Romam.—*Et turpi*] Id est, Divitiæ, quæ homines molles et effæminatos faciunt, fregerunt et corruerunt secula et ætates Romanorum, turpi et obsceno luxu. Hoc est, corruerunt prisci temporis frugalitatem et pudicitiam. *Dorleans.*

399 *Quid, &c.*] Egregia sententia. Si enim Venus furiosa, alio furore ebrietatis incitetur; facile omnem honestatem contemnit, nihilque pensi habet.—*Venus ebria*] Libidinosa et ebria mulier. *Idem.* Libidini addita ebrietas. 'Omne vitium ebrietas et intendit et detegit, obstantem malis conatibus verecundiam removet.' *Senec.*

300 *Inguinis, &c.*] Proverbialiter dictum. Notat autem tales mulieres, quod nimia libidine etiam fellatrices sint. Id est, nescit ebria fœmina vulvæ et oris differentias. *Brodaus* II. Miscell. cap. 21. Obscenitatem eorum, qui sunt spiritu impuro, quique ori morigerantur et capiti illudunt,

*Delph. et Var. Clas.*

denotat. *Grang.* Fas atque nefas indifferenter agunt.

301 *Grandis quæ*] Cohærent hæc cum antecedentibus. Id est, quæ ebria et luxuriosa Venus etiam media nocte fomenta libidinis adhibet, et ostrea comedit ad provocandum libidinem.—*Ostrea*] Ad Venerem miris modis instigant, inde turpissimæ illæ bestię ostrea comedebant, ut ad Venerem promptiores essent. *Labin.*

302 *Cum, &c.*] Id est, cum unguenta puro Falerno vino perfusa et delibuta spumant, et effervescent; id est, cum vino et unguento madidæ sunt: eo sc. invalescente luxuria, ut odorem prodigum ex utraque corporis parte captarent, et non tantum illis linerentur, sed etiam biberent. 'Si foliata sitis.' *Mart. lib. XIV. ep. 110. Plin. lib. XXXI. Brodaus* IV. Miscell. cap. 4. *Al. spument.*

303 *Concha*] Explicant amplum vas, et quidem vinarium, in quod e dolio hauritur vinum: Atqui hoc loco concha est vas unguentarium; non solum enim unguenta vino miscebant, sed ipsas vasculis unguentariis potabant. Hinc *Martial. l. XIV. epig. 110.* 'Hac licet in gemma, quæ servat nomina Cosmi, Luxuriose bibas, si foliata sitis.'—*Cum jam, &c.*] Cum ipsa valde ebriis, tectum in gyrum circumagi et ambulare videtur, quod fit cum spiritus copiosi e ventriculo adscendentes cerebrum perturbant. *Labin.*—*Cum, &c.*] Non calicibus. *Vet. Sch.*

304 *Et geminis*] Cum omnia, quæ videntur, gemina et bina apparent: ubi oculorum nervis potu distentis et debilitatis, distrahuntur radii: cujus rei rationem vide apud *Alex. Aphrodisæum* in Problem. Unde proverb. 'E duobus tria vides.'—*Exsurgit*] Exsurgere videtur. *Labin.*

305 *I nunc, &c.*] Loquela nostro familiaris. Non ergo dubites vel demeritis quot sint fellatrices, aut cunilingæ.—*Quæ sanna*] Cum vides tales mulieres ad capitis vertiginem

*Juv.*

3 N



se inebriare, estne causa, quare ambigas, qua et quali sanna, vel quo sonitu et roncho narium, qua oris distortionem, aërem et spiritum per nares sorbeat, dum os lingendo occupatum est in fœdo illo opere? *Lubinus*. Insulse hæc Lubinus, quum noster exprimat gestum irridendum, qui extensis paulum labris cum certo sibilo solent aëra sorbere: quasi dicat, quam distorto et hianti ore respiciat et respiret in contemptum dæ, cum juxta illius aram præterit: I et dubita unde, qua causa, aut quomodo hoc a Tullia fiat.—*Qua*, &c.] Revocato naribus spiritu, insultet ebria, ac per hoc ronchos ducat. *Vet. Sch.*

306 *Quid*, &c.] Id est, quam multa ignominiosa effutiat in ipsam impudicitiam Collatia illa mulier, et dicat Mauræ alteri mulieri, sibi cognitæ propter stupri et crissationis commercium. Quidam legunt *Collactea*, quæ quasi eodem lacte nutrita est. *Lubinus*.

307 *Pudicitia*] Dixit Emphatice, quod ad statum illius veterem et venerandam imprimis impudicæ essent. Duo Pudicitæ templa Romæ: unum Patriciæ in foro boario, quod antiquius: alterum plebeïæ in vico longo. *Idem*.

308 *Noctibus*, &c.] Id est, hic ad Pudicitæ aram matronæ lecticis vectæ conveniunt, et inter se concumbunt.—*Micturiunt*] Prurigne libidinis correptæ. *Idem*.—*Hic*, &c.] Apud Pudicitæ aram concumbunt, et urinam faciunt. *Vet. Sch.*

309 *Effigiemque Dæ*] Statuam Dæ longis urinæ vel vesicæ meatibus tanquam siphonibus, tubulis et canalibus, turpant et contaminant. *Lubinus*. Per *siphones* intelligit ipsam urinam; longo tractu in effigiem Dæ projectam, quod faciebant mulieres impudicæ, manu suos locos premendo, diutuleque eam retinendo: sic enim urina prius coacta majori prosilit impetu,

quem tractum urinæ exsurgentis, *siphonem* appellat. *Grangæus*.—*Longis*, &c.] Jactationibus lotii. *Vet. Sch.*

310 *Inque*, &c.] *Ἐφάλλονται καὶ παρὰ φόνον ἀνδρίσθωνται*. Id est, alternis vicibus una aliam crissando adscendit. Nam et mulieres inter se libidinis coitum obibant, et quæ agebat *τριβὰς* vel frictrix dicebatur. De his Paulus 1. ad Romanos.—*Luna*, &c.] Id est noctu illud faciunt, nec quemquam suorum facinorum testem vel consciam habere censeant. Verum falluntur, nam 'Sidera testes Intendunt oculos.' Et, quod magis est, ille Pater luminum, cujus oculos nemo fallit, cui omnia patent.—*Mouentur*] Subiguntur et agitantur a se invicem. *Lubinus*.

311 *Inde*, &c.] Post tanta perpetrata facinora.—*Tu calcas*] Id est, tu o marite, cum mane surgis et magnos tuos patronos visitaturus, et sportulas gratia salutaturus es, dum in platea Pudicitæ aram prætergrederis, conjugis tuæ urinam, quam ibi sparsit, pedibus inter ambulandum conculcas, quam præterita nocte libidinem exercens ibi reddidit. *Lubinus*.—*Tu calcas*] Tu cum mane processeris, lotium calcas uxoris tuæ. *Vet. Sch.*

313 *Nota*] Et scelera et flagitia, quæ in secreto in sacris Bonæ Dæ admittuntur, satis omnibus jam cognita sunt: vide Sat. II. vs. 85.—*Cum*, &c.] Cum in his sacris matronæ saltant ad tibiam, vel ut in Bacchanalibus. De hac re vide Plutarchum in Cæsare. *Lubinus*.—*Nota*, &c.] Templum ubi intravit Clodius pro pœaltria, et cum uxore pontificis concubuit: ibi nam saitat matrona cum tibia. *Vet. Sch.*

314 *Incat*] Ad saltandum concentu suo commovet: vel at alii, ad libidinem, ut Pers. Sat. 1. 'Cum carmina lumbum Intran.' Lumbi enim a libidine, quod in eis sit Veneris sedes. *Grangæus*.—*Et cornu*] Id est, cum ad saltandum cornu canente, et

vino pariter, quod immodice biberunt, instigante, agitantur. *Lubin*. Hæc lucem afferunt illis Sat. II. 90. 'Nullo gemit hic tibiae cornu' quod ad Clodium perperam viri docti referunt, qui vestitu cultaque psaltriae sive tibiae ædem Bonæ deæ ingressus, cornu intulerat; nempe virum patrando stupro paratissimam. Verior interpretatio est, in illo turpissimo actu semivirorum Bonam deam celebrantium, fœminas omnes tanquam prophanas submotas fuisse, ita ut nulla ibi tibia cornu inflaverit, ut in veris sacris deæ illius fiebat, sed omnia virorum ministerio peracta. *Ferrar*.

315 *Attonitæ*] Instigatæ, et quasi extra se raptæ.—*Crinemque, &c.*] Circumducunt crinem sparsum, Bacchantium furiosarum more caput agitant.—*Utulantque, &c.*] Alii legunt, *Utulante Priapo*.—*Priapi*] Id est, non Liberi patris Bacchæ, sed Priapi. *Vet. Sch.*

316 *Priapi Mænades*] Recte hæc explicat Vetus Interpres non Bacchi, sed Priapi Mænades. Sic vocat mulieres libidine et vino furentes ad instar Baccharum in sacris Bonæ Deæ, ubi nullus Priapi sacerdotibus locus. *Græv.*—*Mænades*] Mænas, est furiosa Bacchi sacerdos, ἀνὰ τοῦ μαλ' ὄρου. Sic has appellat, quod multa bacchanalibus similia peragerent.—*O quantus*] Id est, o quam vehementi desiderio concubitus, tunc cum ita Bacchanalia Priapi furiose agunt, tenentur!—*Illis, &c.*] Id est, illis mulieribus.—*Ardor*] Ardens desiderium. *Idem*.

317 *Quæ, &c.*] Id est, quam lascivæ, et obscenæ illarum voces sunt, quem edunt gannitum, quum prurigine et tentigine libidinis, etiam subalire coguntur. *Idem*.—*Quantus, &c.*] Id est, quam abunde ob libidinis impatientiam a mulieribus vino veteri potis et libidine instigatis inter saltandum urina emittitur! Quod de

spermate collecto dicit Britannicus, errat.—*Torrentis*] Quam copiosus rivus, vel fluxus!

318 *Meri veteris*] Optimi vini, quod se inebriarunt.—*Per crura, &c.*] Per quæ urina defluit. *Idem*.

319 *Lenonum, &c.*] Publicas meretrices et prostitutas. Invehitur jam in infames illas Tribades sese invicem ad certamen libidinis proposito præmio provocantes. Sensus est, *Sauscia*, vel ut alii legendum censent, *Laufella*, matrona Romana, proposita corona, vel præmio victoriæ, provocat in certamen libidinis Sodomiticæ; ancillas lenonum, vel lenonum pællas meretrices, easque vincit, et tanquam victrix præmia victricia proposita, aufert. *Idem*.—*Sauscia*] Sacerdotis nomen. *Vet. Sch.*

320 *Proceat, &c.*] Utra citius delassetur, quasi molias libidinatura.—*Et, &c.*] Tanquam quæ vicerit λωβιδίας in umbratili et muliebri hac ἀλωιδίᾳ.—*Pendentis coxæ*] Quod succubuerit, et tribadem sublimi coxa incumbentem exceperit. *Idem*.—*Pendulæ Veneris præmium*. *Græv.*—*Præmia coxæ*] Ad certamen facit crissare: alias *perna*, ut pro præmio perna esset. *Vet. Sch.*

321 *Ipsa, &c.*] Ut supra Laufellam vel Sausciam inferiori loco, ita hoc superiori loco tribadem egisse notat.—*Medullinæ*] Hæc Valerio Claudio nupta fuit, et omnibus probris nota.—*Frictum*] Frictionem et prurigenem libidinosam. Hinc frictrices dicebantur.—*Crissantis*] Inferiori loco se apte moventis, et jacentis.—*Adorat*] Adorare est genu flectere. Tribas autem genu flectit et incurvatur genibus ad frictum, dum incumbit.—*Ipsa, &c.*] Dux Medullinæ eodem fuerunt tempore: ex quibus una Val. Claudio nupta fuit: altera Neroni: prior nota omnibus probris, quam hic significat: posterior famæ honestioris.—*Crissantis*] Crissare mulierum, cœvere virorum est. Hinc cœvetes,

molles et obscœni appellantur.—*Fricturn*] Id est, habet potiore[m] in obscœnis motibus motum, sive sinum. *Vet. Sch.*

322 *Palmam, &c.*] Generosior existimatur, inter illas quæ melius crissant, id est, ipsa crissandi vel patiendi virtus et potentia exæquat palmam vel victoriam in certamine illo crissandi, cum ipsis natalibus vel generis nobilitate.—*Inter, &c.*] Inter fœminas frictrices et victrices. *Lubin.*

323 *Per, &c.*] Non ludi aut simulacra libidinis effinguntur, sed omnia vero quasi virorum concubitu fiunt, et quidem ita ad vivum, ut illarum aspectu etiam Laomedontis filius Priamus, quamvis jam senior et ævo frigidior, ad libidinem inflammari possit. *Idem.*

324 *Ad verum*] Tanquam virili membro ὀλισβη armatæ. *Idem.*

325 *Nestoris*] Membrum virile Nestoris, qui jam tertiam ætatem vivebat, hernia laborans. Per Priamum autem et Nestorem omnes extrêmæ senectutis intelligit.—*Hernia*] Decrepiti senis testium sacculus contractior. Est autem hernia proprie, cum omento rupto intestina in testiculorum tunicam vel scrotum devolvuntur. *Idem.*

326 *Tunc, &c.*] Cum saltatione, vino, et obscœno illo spectaculo et actu probe ad libidinem excitatæ sunt, tento et prurigo libidinis excitata et inflammata, ulterius moram et delationem ferre nequit.—*Mora, &c.*] Non potest ulterius expectare virorum absentiam.—*Fœmina, &c.*] Id est, fœmina tunc simpliciter fœmina esse videtur, et viri opera se indigere fatetur. Quasi dicat: Quæ ante virili instrumento se quidem armarat, videt, illud fictitium instrumentum non sufficere, et fœminam illo armatam, esse tamen, et manere simpliciter fœminam, neque vere viriopus obire posse; sed umbratile tantum opus, quo libido non satiatur, sed ex-

citetur potius.—*Simplex*] Nihil virile potens. *Idem.* Vel ironice, quæ quasi virum nondum cognovit: vel, quæ non agit virum, non tribas esse vult, non frictrix, sed partes suas sibi proprias sustinere vult: Vel, ut ait Britannicus, simpliciter omnia agit mulier, nec turpitudinem aliquo pudoris velamento tegit.

327 *Et, &c.*] Id est, ab omnibus mulieribus similiter in toto antro, in quod libidinis exercenda ergo conveniunt, clamor in sequentia verba sæpe iteratur. *Idem.*—*Ab antro*] i. e. A loco fœdorum illorum sacrorum occultiore.

328 *Jam, &c.*] Verba mulierum præ libidine clamantium: O Janitrix jam non amplius nefas est virum Bonæ Deæ sacra adire. Tu vero jam viros intro ad nos admitte: an adulteri jam dormiunt, qui ad nos in fine sacrorum venire solent? *Idem.*

329 *Ille, &c.*] Una ex illis per ancillam jubet juvenem adulterum properanter ad se venire, cucullo sumto, ne cognoscatur. Erat enim vestis muliebris, de qua Sat. III. 170. dictum. *Idem.*

330 *Si nihil est, &c.*] Supp. aman-tium, vel adulterorum. Id est, si juvenem adulterum ancilla missa non inveniat, tum servos sollicitat.—*Incurritur*] Impetus in illum fit. Sic supra: 'Sed jacet in servi complexibus.'—*Abstuleris, &c.*] Si servi non adsint, nec illorum adventus spes sit, vilissimus lixa, qui mercede constituta ad aquam gestandam conductus est, ille venit ad matronam. *Idem.*

331 *Hic, &c.*] Et non invenitur.

332 *Mora, &c.*] I. e. nihil impedit, vel non cessat. Cum nulli homines, et ne vilissimi quidem adsint, supponit se asello, et ut libidinem expleat, per extremam enormitatem ab asello se subagitari patitur. O prodigiosam et incredibilem libidinem! *Idem.*

334 *Atque utinam*] Conqueritur in sequentibus, quod passim publica

**sacra**, et veteres religiosi sacrificio-  
**rum** ritus a Numa instituti hujus-  
**modi** libidinibus, et sceleribus pollu-  
**erentur**. Qua occasione invehitur in  
**Clodium**, qui in domum Cæsaris sub  
**psaltriæ** habitu ad sacra Bonæ Dæ  
**penetravit**, ibique Pompejam Cæsaris  
**uxorem** celebrantem sacra Bonæ  
**Dæ**, constupravit.—*Ritus veteres*] A  
majoribus Romanis, et a Numa  
constituti. *Idem*.—*Et publica*] *Prova-*  
*xiōa*, pro salute publica nuncupata.  
—*Atque utinam, &c.*] Dolet Poëta in  
mulieribus tantam esse libidinis ure-  
dinem, ut Deorum etiam templa hor-  
renda turpitudine profanent.—*Ritus*  
*veteres*] I. e. Solennia sacrarum ve-  
tera.—*Et, &c.*] Quia habebant et  
privati sua sacra antea. *Vet. Sch.*

335 *Hic, &c.*] Incorrupta et inte-  
gra a libidine, stupris, et adulteriis.  
—*Sed, &c.*] Sensus est, Jam vero  
publica etiam sacra talibus sceleribus  
polluantur.

336 *Noverunt Mauri*] Nam omnibus  
Mauris atque Indis a nobis remotissi-  
mis, atque adeo toti mundo notum  
est, quæ psaltria, vel quis adulter sub  
psaltriæ habitu maximum virile suum  
membrum in sacra Bonæ Dæ intule-  
rit, quo virum accedere nefas. *Idem*.  
—*Quæ, &c.*] Maximus adulterorum  
Clodius tangitur.—*Quæ psaltria*] De  
psaltria, id est, de Clodio dicit, qui  
templum Bonæ Dæ ingressus habitu  
psaltriæ adulterium admisit. *Vet. Sch.*

337 *Quam, &c.*] Nam duo libri Cæsaris  
adversus Catonem in unum vo-  
lumen complicati, haud male figuram  
ingentis virilis scapi referebant, qua-  
lem Clodius intulerat in pulvinar  
bonæ Dæ. Cæsar autem indignatus,  
quod Cicero libellum in laudem  
Catonis Uticensis scripsisset, duos  
libros Anti-Catones dictos scripsit.  
Facete noster penem Clodii duplo  
majorem Cæsaris pene, et propter  
tam opulentum peculium, Pompejam  
Cæsaris uxorem magis dilexisse Clo-  
dium, quam maritum, dicit.—*Cæ-*

*saris*] Magna hic *δύππεια* Satyrica.  
Obiter vexat Cæsarem ob Antica-  
tones scriptos. Et simul tecte innuit,  
illam infamiam suæ uxori esse illa-  
tam, quæ major fuerat, quam illa  
probra Catoni immerito in Anticato-  
nibus objecta. *Lubin.*—*Duo, &c.*] Cæsar  
bello civili, cognita Catonis mor-  
te, (cujus virtutem dialogo illo, qui in-  
scribitur Cato, Cicero etiam lauda-  
vit) libros duos famosissimos in vitam  
Catonis edidit, quos Anticatones in-  
scripsit. *Vet. Sch.*

338 *Illic, &c.*] Ridicule et Satyricè  
dixit, quasi eum locum ob reveren-  
tiam etiam mures masculi fugiant.  
Ad quem locum vel murem mascu-  
lum intrare nefas, qui sciat se habere  
testiculum. *Lubin.*—*Testiculi, &c.*] Ad  
templum, ubi non est fas intrare, nec  
murem masculum. *Vet. Sch.*

339 *Ubi, &c.*] Testatur hoc Seneca  
Epistola 98. 'Submotis extra con-  
spectum omnibus viris, ut picturæ  
quoque masculorum animalium con-  
tegantur.'

340 *Alterius sexus*] Masculini. *Lu-*  
*bin.* Sensus est, ubi pictura maris  
imaginem exhibens absconditur.—  
*Alterius sexus*] Masculini. *Vet. Sch.*

341 *Et quis tunc*] Id est, anne  
tunc, prisco nimirum seculo, quis-  
quam inventus fuit, qui numina con-  
temneret? quasi dicat: Non. Nam,  
ut alibi: 'Improbis prisco fuit ad-  
mirabilis ævo.' *Lubin.* Hic obiter no-  
tandum est, quod Juvenalis noster  
revera sit unus ex illorum numero, de  
quibus Horatius 'Laudator temporis  
acti.'—*Sympvium*] Vas sacrificiis ap-  
tum, in quo Pontifices lavare sole-  
bant. Sympvium autem, quia omnes  
sacerdotes simul bibebant: inde sym-  
pviatrix illa dicitur, quæ porrigit  
poculum ipsud. *Vet. Sch.*

342 *Aut quis sympvium, &c.*] Quis  
prisco seculo vas illud sacrificiis ap-  
tum, et a Numa in Sacris adhibitum,  
irridere tanquam fictile et non aure-  
um, ausus fuisset? Quasi dicat:

Nemo. *Junius Animadv.* II. c. 10. et vide Erasmus in Proverb.—*Nigrum*, &c.] Vas fictile et nigra terra a Numa in sacrificiis constitutum. *Lubin.*—Alia lectio est *priscumque catinum*. Grang.

343 *Et*, &c.] Eo ait, quia in monte vel colle Vaticano, fictilia vasa fiebant. *Idem.*

344 *Ausus erat*] Qui profecto capitis periculum incurrisset.—*Sed*, &c.] Subaudi, *accedit*. Antapodosis. Quasi dicat: Contra nostro tempore ad omnes aras, templa, et sacrificia, Clodii similes adulteri inveniuntur. *Idem.* Alii *Claudius*.—*Ad quas non Claudius*] Pro Clodius. licet nam per communionem, ut Clodius et Claudius, ut ceteros et cautes, ut origa et auriga. *Vet. Sch.*

345 *Audio*, &c.] Respondet admonitioni vel consilio amicorum, dicens, januæ seram esse adponendam, et libidinosas illas mulieres custodiendas esse. *Lubin.*—*Pone*, &c.] Januæ, id est, include uxorem. *Vet. Sch.*

346 *Pone seram*] Pone januæ seram, cohibe illas, et intro contine, et custodibus adhibitis observari cura.—*Sed*, &c.] Respondet Poëta non posse custodiri mulieres, quia ipsos custodes ad concubitus sollicitaturæ essent. Ovid. l. iv. de Amorib. *Lubin.*

347 *Cauta est*] Bene sibi cavet ne prodatur a custodibus, nam adulteriam primo omnium cum illis incipit. *Idem.* Cum illis limat caput, et pecunia, vel alia fraude, illos expugnat.—*Et ab illis incipit uxor*] ‘Qui nunc lascivæ furta puellæ Hac mercede silent, crimen commune tacetur.’ *Vet. Sch.*

348 *Janque eadem*] Ostendit luxuriam et libidinem communem esse omnibus mulieribus Romanis, divitibus et pauperibus. *Lubin.*

349 *Nec*, &c.] Id est, non melior et honestior est paupercula uxor, quæ suis pedibus per plateas, et vias ac

lutosas silices in plateis stratos ambulat. Indicat ergo suo seculo vitam prorsus esse corruptam. *Idem.*—*Pedibus*, &c.] Quæ pedibus suis ambulat. *Vet. Sch.*

350 *Quam*, &c.] Id est, quam illa quæ in supinis deliciis mollis et dives est, in lectica, cervice vel humeris magnorum et procerorum Syrorum servorum lecticariorum portatur.—*Syrorum*] Ex Syria enim et Media servi lecticarii proceri et robusti elegabantur, ut sublimiores ferrentur. *Lubin.*—*Quam*, &c.] *Δίππορ* significat. Syrorum, servorum; verbo usus est comico. Nam antiquitus servis nomina ex gentibus suis ponebantur, ut apud Terentium frequenter legimus. *Vehitur*, id est, in lectica, ut Cicero, nam, ut mos est, lectica ad forum ferebant. *Vet. Sch.*

351 *Ut spectet*] Jam luxuriam mulierum damnat, etiam pauperularum, quæ, ut divites viderentur, conducebant comites, vestes, lecticam.—*Ludos*] Circenses et Theatrales.—*Ogulnia*] Nomen mulieris pauperis et ambitiosæ. *Lubin.*

352 *Comites*] Pedisequas.—*Sellam*] In qua gestatur sedens, ad theatrum, et in qua spectabit ludos.—*Cervicem*] Pulvinar, super quod caput inclinaret.—*Amicus*] Quas tanquam dives habeat loco clientarum. *Idem.*

353 *Nutricem*] Simulat se tanquam prædivitem liberis suis nutricem alere.—*Et flavam*] Id est, pulchram et comtam aliquam ancillam, cui, tanquam domina, mandata imponat. Quidam meretricem intelligunt, quæ flava utebatur coma, quasi illi det mandata ad adulterium suum. *Idem.*

354 *Hæc*, &c.] Hæc Ogulnia mulier, licet valde pauper, et parum admodum habeat, tamen quidquid habet, et reliquum illi est ex hereditate paterna, illud omne confert in athletas. *Idem.*

355 *Levibus*] Glabris, formosis et umberbibus athletis, gladiatoribus,

*stapra*teribus suis.—*Athletis*] I. e. *pagilibus*. Hoc loco autem obscenum videtur verbum, ut sit metaphora: *sic*uti Galli dicunt *les piqueurs*.—*Vasa novissima*] Omnium ultima, ut nihil restet. *Idem*.

356 *Multis*, &c.] Est quasi superiorum correctio: Id est, multæ mulieres pauperculæ sunt.—*Sed nulla*] Nulla tamen pudore paupertatis inlibetur, ne reprehendatur et derideatur ab aliis, si cultus et sumtus ultra fortunæ suæ modum vela pandat. Vel, non est pudica et frugalis, uti decet pauperem. *Farnab.*—*Pudorem*, &c.] Nam pauperes prudentes esse solent, frugales et pudici. *Idem*.

357 *Nec*, &c.] Id est, nec se continet intra limites ac terminos, quos paupertas ipsi præscribit. Quasi illum modum luxuria et intemperantia excederent. *Idem*.

358 *Dedit*, &c.] Paupertas.—*Tamen*, &c.] Levi limitatione corrigit quod dixit. Viros tamen interdum temperantiam colere, cum contra prodigæ mulieres omnia consumant. *Idem*.

359 *Aliquando*] Interdum.—*Frigusque*, &c.] Id est, exemplo formicæ in tempore de victu et amictu sunt solliciti, et frigus ac famem reformidant. *Idem.*—*Prospiciunt*, &c.] Et suam paupertatem dispositione utili gubernant. *Frigusque*, famem, vitam et vestem. *Vet. Sch.*

360 *Formica*] Horatius: 'Parvula nam exemplo est magni formica laboris.' *Farnab.*

361 *Prodiga*, &c.] Apodosis dissimilium. Id est, contra prodiga et profusa mulier non animadvertit continuis impensis et sumtibus immodicia paulatim censum, res, et opes immitti, et perire. *Idem*.

362 *Ac*, &c.] Id est, mulier prodiga non unquam reputat seram et perpendit, quam magno pretio gaudia sibi comparentur. Non secus ac si inani jam et exhausta arca numerus

redivivus repullulet, et rursus creascit.—*At velut exhausta redivivus*, &c.] Longe venustior vetus scriptura: *Ac velut exhausta recidivus pul.* &c. Metaphoram enim ab arboribus cæsis et renascentibus usurpat, quod verbum *pullulat* ostendit. 'Recidiva arborum sunt,' ait Isidorus, 'quæ aliis sectis repullulant.' Schioppia.—*Exhausta*] Ex tam sumtuosis prodigæ mulieris impensis, exinanita.—*Redivivus*] Ex mortuo consumtoque; tanquam in arca nummi renascantur.—*Pullulet*] Copiosius rursus crescat. Ut in sacculo illo Fortunati, de quo fabula Germanica. *Idem*. Metaphora desumpta a satis, vel arboribus, et plantis.

364 *Non*, &c.] Non animo perpendunt, et considerant, quantus sumtus luxuria, voluptate et gaudiis consumatur. Et non querunt unde habeantur illi sumtus, sed oportet habere. *Idem.*—*Non*, &c.] Hic versus in quibusdam non est. *Vet. Sch.*

365 *Eunuchi*, &c.] Id est, sunt mulieres, quæ delectantur imbellibus Eunuchis. *Imbelles*, impotentes, non ad concubitus, sed ad impræguandum. Hinc Terentianum illud: 'Aiunt illos maximos mulierum amatores, sed nihil potesse.' Vide quid de his dixerimus, Sat. 1. ad illa verba: 'Cum tener uxorem ducat spado.' *Brodaus* 4. *Miscellaneor. 1. Muræ. L. c. 11. Scalig. Exercit. 175. Martial. Epig. vi. 67.*—*Mollia oscula*] Levia: carent enim barba et pilis Eunuchi. *Lubin.*—*Sunt*, &c.] Inutiles ad concubitus. 'Et, si quando ad prælia ventum est, Ut quondam stipulis, magnis nam viribus ignis Incassum furit.' Horatius: 'non prælia virginum Sectis in juvenes unguibus acrium.' *Vet. Sch.*

366 *Desperatio*, &c.] Destitutio et absentia barbæ, quæ in Eunuchis nunquam sperari potest ob inopiam caloris, qui pilos creat. *Lubin.*

367 *Et*, &c.] Id est, quæ non imprægnantur ab Eunuchis, nec opus

habent abortivo poculo conceptum partum abigere.—*Illa, &c.*] Reddit jam rationem cur mulieres Eunuchos amant. Quamvis Eunuchi sint et castrati, mulieres tamen summam ex illis voluptatem capiunt, eo quod tum demum, cum ad maturam ætatem pervenerunt, castrantur, et cum illorum membrum in justam magnitudinem excrevit, testes tantum adimuntur, membrum in sua justa quantitate manet, quo tales bestię sine delassatione exercentur. *Lubin.*—*Et, &c.*] Poculo faciente abortum. Pro patina. *Vet. Sch.*

368 *Quod, &c.*] Quia inguina illorum vel testes castrandi medicis traduntur juvenili ætate, cum jam calidi et maturi testes. *Lubin.* Ordo est, quod jam calida et matura inguina, juvenia, i. e. tempore juventutis, traduntur, &c.—*Jam, &c.*] Tunc faciant eunuchos, quando jam pnbuerunt. *Vet. Sch.*

369 *Inguina, &c.*] Testes evellendi traduntur. Melius fors legitur *raduntur.*—*Medicis*] Chirurgis, peritis castrandi.—*Jam, &c.*] Id est, tum demum castrantur. Pube jam nigris pilis obducta.—*Pectine*] Pro ipsa pube, a pilis, qui sunt instar radiorum pectinis.

370 *Ergo, &c.*] Exponit idem fusiis. Ut prius crescerent, et ad justam magnitudinem pervenirent.—*Jussos, &c.*] Suam justam magnitudinem capere permissos.—*Primum*] Id est, prius, quam evellerentur. *Lubin.*

371 *Postquam, &c.*] Duarum librarum, quibus mentula pedalis respondet. *Idem.*

372 *Tonsoris, &c.*] Id tantum fit in fraudem tonsoris, qui cum barba Eunuchis non crescat, nihil lucri ex barba detondenda consequitur. Non autem fit dominę vel mulieris damno, cui mentula pedalis relinquatur.—*Heliodorus*] Chirurgus, castrator. *Id.*—*Tonsoris, &c.*] Quia non habent barbam.—*Heliodorus*] Medicus. *Vet. Sch.*

373 *Conspicuis longe*] Id est, quem cunque domina spadonem fieri curat, ille præ cæteris virili membro probe armatus est: Tales enim in balneis a mulieribus et viris mollibus et Cissadiis eligebantur, in quæ nudi intrabant. Id est, quicumque a domina spado factus est, ille mentulatissimus haud dubie est, et longe conspicuus intrat balnea, et spectabilis ob mentulę enormitatem, et ob id a cunctis notabilis. *Lubin.*

374 *Nec dubie*] Confidenter et audacter tanquam suę causę bene confidens ipsum nequitie Deum, custodem vitis et hortorum, Priapum (qui cum membro enormis magnitudinis pingitur) in certamen de membri magnitudine provocat. *Idem.*

375 *A domina*] Emphatice. Quę nempe sibi prospicit de probe armato. *Idem.*—*Dormiat, &c.*] Scaliger ille doctiss. de hoc loco ita: Eunuchus tradere est, castrare, vel Eunuchum tradere, vel *εβουχλῆν*. Ut sensus sit, Noli itaque castrare catamitum tuum jam grandiolem, ne uxori tuę forte majori usui sit. Notat autem in hoc Juvenalis loco proverbium non fuisse animadversum *βόβουον εβουχλῆν*. Ego licet ab auctoritate tanti viri invitatus recedam, hunc locum ita explico: O Posthume, talis Eunuchus membro egregie instructus, dormiat cum domina sua, id est, conjugę, quę illius membri enormitatem facile sustinere et tolerare poterit. At vero concubito rem tuam Breminam, quamvis jam duram, virilem et jam barbatum et tendendum, cave hujusmodi Eunuchocommittas. Si cum illo enim dormiret, illum sua enormitate prorsus diffunderet, et corrumpere. Et sic *tendendum* legi deberet.—*Dormiat, &c.*] Scepticus ait. Quasi dicat: Hujusmodi aliquem Eunuchum ale ad dominę uxoris tuę concubitum, quę tale potest tolerare membrum.

**376** *Cum domina*] Tua, o Ursidi, uxore, potius quam concubino, quem *reducit* *in* *hospitium* *diapylus*. *Farnab.*—*Jam, &c.*] Etatis provectoris, qui posset ex robusta etate aliquid sustinere, verum tantæ enormitati ferendo non est. *Lubin.*

**377** *Bromium*] Puerum in deliciis habitum jam etatis provectoris intelligo, concubinum domini Ursidii Posthami. *Idem.* Formosum, qualis fuit Bromius Bacchus.—*Bromium, &c.*] Puerum ephebum et comatum non committes Eunuchis. *Vet. Sch.*

**378** *Si, &c.*] Id est, si mulier cantoribus delectetur, tunc nullus cantor ad id conducti fibula vel connexio subligaris (qua utantur ad arcendam Venerem, et vocem retinendam) durat, ut non statim proposito coitus pretio a cantatoribus dissolvatur. Id est, nullus adolescens ad canendum conductus, qui infibulatus est, potest tam diuturnum canendi laborem perferre.—*Fibula*] Circellus erat æneus vel argentens, quo Comædi et Tragædi circa penam utebantur, ut ita non coirent et vocem perderent. *Lubin.*—*Nullus, &c.*] Fibulam dicit circellos, quos Tragædi sive comædi in pene habent, ut coitum non faciant, ne vocem perdant. *Vet. Sch.*

**379** *Vocem, &c.*] Id est, cantoribus, et citharædi, a prætore ludos edente, ad canendum conducti.—*Organa semper*] Id est, tali mulieri citharæ, et instrumenta Musica cantorum, quos amant, assidue in manibus versantur. *Lubin.*—*Organa*] Organa dicit citharas eorum quos amant. *Vet. Sch.*

**380** *Densi, &c.*] Sic interpretes exponunt, quasi mulier instrumenta musica gemmis ornarit. Verum hæc videtur sententia, quod mulier, quæ digitos gemmis et annulis ornatos habeat testudinem pulsarit, et sic digiti et gemmæ in testudine micuerint. *Lubin.*—*Densi, &c.*] Plurimi et copiosi lapilli, quos in digitis gestat.

—*Testudine*] I. e. Cithara; quam Mercurius primus ex testudine fecit, ut testatur Eratosthenes. Vel lyra, ut notat Servius.

**381** *Crispo, &c.*] Id est, Chordæ in cithara per ordinem et numerum, artificiose crispo plectro vel pectine pulsantur. *Crispo* ait, cæ lato, vel crispante, quod ex pilis fere conficeretur.—*Numerantur*] Id est, numero et ordine pulsantur chordæ a muliere in cithara. *Lubin.*—*Crispo*] Eburno, qui crispet et agitet cordas: aut scutulo et pulchro. *Vet. Sch.*

**382** *Quo tener*] Id est, quo pectine mollis ille et tener ac junior Hedy-meles citharædus utebatur.—*Hedymeles*] Nomen fictum ex *ἥδης* *dulcis* et *μέλος* *cantus*.—*Operas dedit*] Supp. cantui.—*Hunc tenet*] Pectinem vel plectrum, quem in magno pretio habet ob citharædum Hedyemelem, qui illo usus. *Lubin.*—*Hoc, &c.*] Dum abest citharædus, vel etiam forte mortuus est, consolatur se hoc plectro, quando ipsius citharædi copiam habere non potest, et plectrum illud propter Hedyemelem gratum et amatum osculatur, tanto ejus amore tenetur.—*Quo tener, &c.*] Hic citharædus fuit: *tener* autem ad etatem retulit. *Vet. Sch.*

**383** *Grato*] In gratiam prioris domini.

**384** *Quædam, &c.*] Insectatur jam illas, quæ pro commodis, salute et victoria citharædorum adulterorum suorum Deos orabant, vota faciebant, et sacrificabant.—*Lamiarum*] Ex gente nobilissima, de qua dictum in fine Sat. iv.—*Nominis Appi*] Ex gente Appia. Magni, superbi, nobilissimi. *Lubin.* Alii, alti quod præponit Grangæus.—*Ac nominis Appi*] Appias significat. *Vet. Sch.*

**385** *Et farre*] Sacrificio. Oblatione farris, et vini.—*Jam, &c.*] Deos Romanorum primarios. *Lubin.*

**386** *An Capitolinam*] Id est, sacrificio dato Deos interrogabat, an Pol-



lio citharædus adulter suus, in certamine quod Jovi Capitolino a Domitiano institutum, victoriam exspectare, et coronam ex quereu, qua victores ornabantur sperare possit, et fidibus suis et citharæ chordis i. e. suo lusui et certamini, victoriam polliceri. *Lubin.*—*An, &c.*] Olympiam coronam vocat quercum Capitolinam, quam merebant Poëtæ, qui in agonibus Capitolinis poemate vicerant. Illi agones Capitolini primum a Domitiano instituti sunt, XII. die, et ejus Sergii Cornelii Dolabellæ Consulatu, exemplo ludorum Olympicorum. In iis agonibus omne genus artifices certabant. *Scaliger* *Auson.* lect. libro 1. capite 10. *Martialis* Ep. 54. libro IV.—*An, &c.*] Olympiam coronam, id est, sacrificabat nobilis matrona, utrum citharædus Pollio ejus amatus, in agone Capitolino coronam accipere posset. Quercum dicit, quia inde solebant coronari. *Vet. Sch.*

387 *Quid, &c.*] Supp. posset. Exclamatio Poëtæ cum indignatione. Id est, quid ipsa mulier majus et diligentius facere posset, si vir vel maritus ægrotaret? Vel si filius periculoso morbo laboraret, adeo ut medici de salute ejus desperantes tristes essent? *Lubin.*

389 *Stetit, &c.*] Habitum sacrificantis exprimit. *Brissonius* de formul. Salutabant enim Deos non de geniculis, sed stantes. *Grang.*—*Nec, &c.*] Non sibi turpitudini futurum duxit, pro citharædo inter sacrificandum more solito sacrificantibus, caput velare. *Lubin.*

390 *Pro, &c.*] Ut illa vinceret: vel pro citharædo.—*Velare, &c.*] Erant signa adorationis, velari et sedere.—*Dictataque, &c.*] Dictata ab haruspice, nam certa verba de scripto dictante sacerdote haruspice repetere sacrificantes oportebat, ne præpostere dicerentur, aut aliquid præteriretur. *Brisson.* de formul.—*Dictataque verba*] A sacerdote, sive aruspice. *Vet. Sch.*

391 *Et, &c.*] Cum corpus agas aperiretur, sollicita fuit exta intendo de haruspiciis responso, an ille Pollio coronam etiam possit consequi.—*Palluit*] Summum mulieris desiderium notat; inter spem et metum constituta palluit, sollicita et anxia de responso. *Lubinus.*—*Pertulit*] *Lege protulit*; agit enim de proferendis voti verbis solennibus. *Dorleans.*—*Pertulit*] Ad Deos scilicet secundum consuetudinem.—*Palluit*] De eo sollicitus, vel de responso, exta intendo, an ille coronam posset consequi. *Vet. Sch.*

392 *Dic mihi, &c.*] Quia dixit, mulieres Deos consulere de salute adulterorum, jam indignatus Poëta Janum percunctatur, an hujusmodi adulteras audiat, eisque respondeat.—*Antiquissimum Dicum*] Apostrophe ad Janum. quærit autem ex illo, an tam impudicus mulieribus respondeat. Janus enim regnabat in Italia ante Saturnum, quem regno pulsus hospitio excepit. *Dorleans.* Vanus omnino est ad hæc verba Grangæus, transferens huc versum Persii, ‘O JANE, a tergo quem nulla ciconia pinsit.’ Quasi hæc esset descriptio antiquissimi. Omnes autem Deos patres appellatos, imprimis Janum, ostendit multis *Brisson.* l. 1. de formul.—*Dic mihi*] Apostrophe ad Deos. *Vet. Sch.*

393 *Magna, &c.*] Supp. Sant. Ridelica exclamatio. Id est, si adulteræ cupiditatibus in sacrificiis inersis, aliud quod agas in cælo non habes. *Dorleans.*—*Respondes his*] His de scilicet rebus responsa datis? *Vet. Sch.*

394 *Non, &c.*] Irridet suos Deos. *Dorleans.*

395 *Hæc de*] Persequitur quod dixit. id est, nna mulier de salute Comædi adulteri sui te consultit; altera Tragædum adulterum suum victimis et sacrificiis tibi volet commendare. Et hac malitiosa mulierum importunitate et malitia homines etiam offenderentur, multo ergo magis Dil.

396 *Varicosus*] Cui varices sunt tu-

*michi* : vel qui venas tumidiores habet, quod sit diuturna statione deos consulentibus, cum sanguis crassus et melancholicus deorsum in pedem venas decumbit. Hippocr. vi. Aphor. 21. *Idem*. Haruspex ergo diu stando, dum exta consulit, fiet varicosus.—*Varicosus*, &c.] Multum stando, dum Deos, aut exta consulit. aut certe tantum patientiæ sumit inspiciendis extis ut varicosi aruspices doctior videantur. Potest et nomen esse aruspices cujusquam. *Vet. Sch.*

397 *Sed*, &c.] Vagas, audaces, et rerum novarum avidas et sciscitatrices mulieres jam carpit. Satis esse dicens eam cantu gaudere ; quam vagari et impudentem esse, omnia nova expiscari, conventicula et cætus virorum ingredi, et cum militum ducibus loqui.—*Perrolet*] Dissolute per totam urbem vagetur, ut nunc multæ. *Lubin.*

398 *Audax*] Confidens, impudens.—*Et castus*] Id est, inter viros sine pudore et verecundia versari. *Lubin.*

399 *Cumque*, &c.] Id est, ut possit cum chlamydati et paludamento ornatis ducibus et militibus in bellum euntibus, adulteris forte suis, etiam marito præseente familiariter loqui. Est autem paludamentum chlamys vel vestis militaris. *Idem*. Duces ergo atque imperatores paludati proficiscebantur in hostem: cum e bello reverterentur, posito paludamento togati urbem ingrediebantur.—*Cumque*, &c.] Euntibus ad militiam, chlamydati scilicet. Sallustius, togam paludamento mutavit. *Vet. Sch.*

400 *Recta facie*] I. e. erecta: Inverecunde. In qua facie nulum pudoris signum, quæ facies non turbata sit pudore et verecundia.—*Strictisque*, &c.] E sine exsertis et patentibus. ita coarctatis, ut in summo tarent sinu. Sic dicimus strictum gladium, pro evaginato. Alii legunt *siccis*, sed non placet. *Lubin.*—*Siccisque*, &c.] Adhuc exstantibus, vel sine odore. *Vet. Sch.*

401 *Hæc*, &c.] Jam damnat eandem mulierum curiositatem et loquacitatem, quæ omnia explorabant, non solum quæ in tota urbe, verum etiam quæ in toto orbe fiebant. *Guil. Cæsar. Animad.* l. ii. Novar. lect. c. 19. 'Id quod in aurem rex reginæ dixerit; Sciunt, quod Juno fabulata cum Jove; Quæ neque futura neque facta sunt, tamen sciunt.' Plant. Triumum.

402 *Quid*, &c.] Populi Scythici Asiatici, apud quos borabyces. *Plin.*—*Secreta*, &c.] Novit hæc curiosa mulier, quid novercæ cum privignis pueris secrete agant. *Lubin.* Vel, quæ privignos adamarint.—*Qui*, &c.] Galliarum gentes, aut Scythæ. *Vet. Sch.*

403 *Quis amet*] Adulter alterius conjugem, vel quis virginem amet.—*Quis decipiatur*] Ab illa quam amat. *Lubin.*—*Quis decipiatur adulter*] Antiqui codices: *quis diripiatur adulter*, Quod merito probat vir excellenti ingenio et doctrina, Albertus Rubenius. Sententia est, quis a pluribus mulieribus ametur adulter. Eleganter enim illic dicuntur diripi, qui multis sunt in amoribus et deliciis. Mart. vii. 75.: 'Quod te diripiunt potentiores Per convivia, porticus, theatra.' Senec. de brev. Vitæ, c. 7.: 'Diripitur ille toto foro patronus.' Id. iii. de ira 23.: 'Ac tota civitate direptus est.' Sic omnes M. S. quod perperam editores non intellecta vi verbi, mutaverunt, momento eodem Rubenio. *Græv.*—*Et, pueri*] Quid noverca cum privigno suo agat.—*Quis*, &c.] Quis ad pœnam raptus est. *Vet. Sch.*

404 *Dicit*, &c.] Hæc eadem polypragmon mulier dicit, quis viduam imprægnaverit, quo mense id factum sit, quibus verbis, quæque mulieres coëant cum amatoribus, quotque quibusque modis concumbant. Satyrice.

405 *Quibus*, &c.] Græcis an Latinis. Sic supra dixit 'Concumbunt Græce.' *Græv.*

406 *Instantem*, &c.] Id est, ipsa omnium primo adus erinitum et cauda-

tum regi Armenio et Parthis exitium portendens et minitans videt, inque celo animadvertit.—*Instantem*] Imminuentem, minitantem exitium. ‘mutantem regna cometen.’ Lucanus 1.—*Armenio*] Rom. nomini infenso: Cui ergo male ominari velit.—*Parthoque*] Refert hæc ad Trajani ævum, qui expeditionem in Armenios et Parthos suscepit. *Lubin.*—*Parthoque, &c.*] Hujus stellæ ortus magnum regibus portendit exitium: unde et Lucanus, ‘et magnum terris adstare cometem.’ Latine autem hæc stella *cincinnata* dicitur. Alii *crinitam* vocant. *Vet. Sch.*

407 *Famam, &c.*] Illa ad portas, quid novi alibi agatur ex nunciis explorat, antequam in urbem veniant.—*Recentes*] De quibus nemo in urbe ante aliquid rescivit, et ob id *recentes*. *Lubin.*

408 *Excipit*] Peregre redeuntes solenne illud sciscitatur, μή τι καὶρόν.—*Quosdam, &c.*] Id est, ipsa fingit aspergitque rumorem, Niphatem fluvium Armeniæ inundatum, quosdam populos aqua obruisse.—*Isc, &c.*] In quosdam populos fluxisse, eosque diluvio absumsisse. *Idem.*

409 *Magnoque, &c.*] Id est, in Armenia omnia arva obrui, teneri, et inundari magno diluvio. *Idem.*

410 *Nutare, &c.*] Terræ motu ruinam et casum minitari. Refer hæc ad famosum illum terræ motum, qui tempore Trajani Antiochiam, et vicina loca concussit, ut subeidis montes, et fluvios erupisse, Dionis abbreviator referat. *Lips.* Epist. quæst. 4. Epist. 20.—*Subsidere, &c.*] Deorsum et pensum ire.—*Diluvio*] Inundasse Armeniæ fluviam.—*Subsidere terras*] Terræ motum fieri. *Vet. Sch.*

411 *Quocunque, &c.*] Id est, quovis loco, et unicuique obvîo hæc narrat et exponit nova. *Lubin.*

412 *Nec, &c.*] Illud curiositatis vitium non adeo intolerabile est, quam vitium crudelitatis. *Idem.*

*Quam quæ, &c.*] Melius, *Quam quod*. Quando pauperes vicinos levissimam quamque causam, ad flagra rapit, et rogata vel exorata ne id faciat, crudelius adhuc loris illis concidit.—*Humiles*] Infimæ conditionis pauperculas mulieres.—*Concidere, &c.*] Flagellis ex corio concidere et sæviter lacerare. *Idem.*—*Vicinos, &c.*] Pauperes vicinos rogata, loris cedit, cæterum irata fustibus si canes latraverint in vicinia, et expectrecta fuerit. *Vet. Sch.*

414 *Exorata*] Compositum pro simplici, i. e. orata. Ne quid crudelius in eos statuatur. Vel cum exorata et quodammodo placata est, loris illis concidit, alias illas plane occisura, vel ad mortem mulctatura.—*Nam si, &c.*] Causas hujus sævitæ levissimas adfert. Id est; si latratibus vicini canis, altus et profundus somnus hujusmodi crudelis mulieris forte rumpatur, tunc mane surgens inquit: O famuli ocyus huc fustes adferre; quibus allatis fustibus, primo vel ante alios dominum latrantis canis feriri et pulsari jubet: deinde ipsum canem. *Lubin.*

417 *Gravis, &c.*] Molesta, iracunda, inhumana.—*Teterrima, &c.*] Maxime torva et immitis domesticis suis. *Idem.*—*Gravis occursum*] Visione terribili. ut Virg. ‘Nec visu facilis.’ *Vet. Sch.*

418 *Balnea, &c.*] Nocturno tempore importune lavat.—*Subit*] I. e. intrat.—*Conchas, &c.*] Id est, jubet noctis tempore *conchas*, vasa ampla, quibus lavatur, et castra vel instrumenta balnearia moveri, et in balnea portari, et præparari. Metaph. a militia. *Lubin.*—*Castra, &c.*] Instrumenta balnearia. *Vet. Sch.*

419 *Magno, &c.*] Ambitioso strepitu, servis molesto. Vel, Tumultuosos exercitio, quod magno fit strepitu, sudorem in balneo sibi excitat. Ex consuetudine hoc dicit, nam sudaturi plumbea massa, quam varie jacebant et agitabant, in balneis se exercebant et sudorem eliciebant. *Auto-*

quam lavarentur. *Lubin.*

420 *Cum, &c.*] Dum tandem satis sudavit, ejusque brachia exercitio diurno gravis et ponderosæ massæ plumbeæ, delassata sunt. — *Ceciderunt*] Quieverunt otiosa ab exercitio. — *Massa*] Plumbea illa massa ad sudorem eliciendum se exercebant. Vide Senec. Ep. 57. *Idem.* — *Cum, &c.*] \* Alteras dicit, quibus utuntur athletæ, cum exercent: quasi plumbeis ponderibus exercentur. Vet. Sch.

421 *Callidus*] Dum unctor versutus et dolosus, qui sciat dominam suam hujusmodi titillatione, et contrectatione gaudere, cujus mœchus forsitan est. — *Crista*] Id est, dum ille morum ejus non ignarus, inter ungendum, obscæno naturali et vulvæ, digitos inseruit. Vocat ergo *Cristam*, partem muliebris pudendi, quæ a Græcis *Nympha* seu *κλετρος* appellatur. *Lubin.* — *Ac, &c.*] Infimam naturam, et obscænum mulieris membrum. *Summum femur*, i. e. summa pars femoris.

422 *Exclamare*] Qualis crepitus editur, dum madida et uncta corpora perfricantur. *Lubin.* vel significat crepitum concavæ manus inter ungendum illis, vel obscæni quod poppyssa. *Fernab.* — *Exclamare, &c.*] Loquitur hic de aliptæ, qui dominam ungendo, fessus erat, ac tandem ut mitteretur *φόρος καὶ πότρυμα* expresserat ab ea dominæ parte, quam in Galla ob consimile vitium Val. Martialis nequissimo epigrammate, *garrulam et clamorantem* appellavit. Neque existimaverim ambitiose potius quam honeste et decore usurpata fuisse palpitandi et micturandi vocabula; sicut et rimæ, cristæ, vesicæ, urinæ, offæ, item urticæ, cornu, herniæ: per quæ alia minus speciosa dicta significantur. *Rigaltius.* — *Exclamare cœgit*] Non cogit exclamare quod fecerit, illa non exclamat, sed patienter tolerat. Vet. Sch.

423 *Conviva, &c.*] Convivæ et clientes, qui expectant dum domina e

balneis redit (quæ ibi diu commorata fuit, ex mulierum natura) somno et fame urgentur et premuntur. *Lubin.*

424 *Tandem, &c.*] Id est, tandem progreditur ex balneo, post longam cunctationem rubicundula, et tantum sedit, ut totum œnophorum exhauriat. — *Rubicundula*] Subrubens ex calore post balnea. *Lubin.* — *Totum, &c.*] Totum vas vinarium sitiens et exsiccans.

425 *Sitiens*] Capiens vel exhauriens. Sic ille: *Sitis quadrantal*, id est, capit. Mos autem erat apud Romanos ut exonerandi stomachi gratia statim e balneis redeuntes amystim vel uno ducta multum vini biberent, et deinde statim rursus vomerent, et ita ventriculum levarent. Id quod Erasistratus tanquam oculis noxium improbavit, et hic Juvenalis reprehendit. *Idem.* — *Plena, &c.*] Quod œnophorum e plena urna ipsi tenditur a ministris, et ori admoveatur, offertur, et bibendum porrigitur. Grangæus dicit, quod sit urnx capax.

426 *Admotum, &c.*] Id est, ante pedes positum œnophorum prope mensam. — *De quo, &c.*] Ex quo œnophoro vel vase vinario duo sextarii educuntur et ductim exhauriuntur. Vide Martial. Ep. 79. l. 6. *Lubin.*

427 *Ante, &c.*] Quos sextarios duos epotat antequam cibum capiat, qui rabidum appetitum potanti excitabant bibendo et vomendo. Unde Seneca: 'Vomunt ut edant, edant ut vomant.' *Idem.* — *Orexis*] Est appetitus comedendi. — *Ducitur*] Bibit, ut digerat. Vet. Sch.

428 *Dum, &c.*] Sc. e stomacho. Id est, dum sextarius epotus per vomitum rursus ejicitur. — *Et, &c.*] Id est, et terram vel pavementum, luto vel abluto et purgato stomacho, decidens ferit et percutit. — *Luto*] Luto, lavato, abluto. Alii luto. alii, luto, ut sit Synizesis. *Lubin.* — *Et, &c.*] Cum cœperit ebria rejicere. Id Græci dicebant *τῇ τῆς τοῦ ἐμῆς*. Vet. Sch.

439 *Marmoribus*, &c.] Id est, integri rivi ex vomitu, in pavimento cœnaculi marmore strato, fluunt et properanter eurrunt.—*Rivi*] Vomitus: Hyperbolice.—*Aut lata*] Id est, pelvis lata, vel allata, in quam vomit, vel in quam excipiunt ministri vomitum, olet Falerno vino, quod illa antea biberat. Alii legunt *Aurata*. et pro *Falernum*, *Falerno*. Lubin.—*Marmoribus*] In triclinio marmoreo. *Vet. Sch.*

430 *Nam sic*, &c.] Id est, adeo avide bibit post balneum, tanquam serpens, quando in vini dolum ceciderit, bibendo vomit, et vomendo iterum bibit. *Lubin.* Plinius lib. vii. et l. x. c. 72. Testatur, quod serpentes vini avidissimi sint. Testatur idem Aristoteles l. viii. de historia animalium. Putem ego quod Autor velit innuere serpentem vino immersum mucore et sordibus suis inficere vinum, et hinc vomitum creari: hinc dicit *sic bibit et vomit*, i. e. quamprimum bibit etiam vomit. Nam et sic sentiunt Medicorum filii.—*Ergo*, &c.] Id est, nausea adficitur ob vomitum obscenum uxoris. *Idem.*—*Deciderit*, &c.] Itā post vomitum bibit, tanquam serpens, quando in dolum vini ceciderit, bibendo vomit, et vomendo denuo bibit. *Vet. Sch.*

432 *Atque*, &c.] Id est, clausis oculis ob hanc uxoris turpitudinem indignatur, et bilem ad indignationem clausis oculis substringit, contrahit, et coarctat.—*Substringit*] Ob oculos ita dicit, quos ob nauseam contrahit, ut compesceret vomitum: vel clausis oculis iram dissimulat et continendo se, choleram compescit. *Lubin.*

433 *Ille*, &c.] Jam ad garrulitatis vitium transit, et taxat mulieres Criticas et doctas, quæ sapientissimæ sibi visæ inter cœnandum solæ loqui, et de rebus gravissimis, arduis et subtilibus judicare; quæ Poëtas inter cœnandum inter se conferebant, et de his judicabant.—*Gravior*] Molestior, et intolerabilior, quam imperiosa

et immunda. vel ridendo, ait Poëta, eam majoris esse gravitatis, quæ etiam in cœnis disputet de Poëtis. *Britem.*—*Discumbere*] Ad mensam. *Lubin.*—*Ille*, &c.] Statiliam Messalinam insecatur, quæ post quatuor matrimonia diverso exitu soluta, postremo Neroni nupsit: post quem interemtum, et opibus, et forma, et ingenio plurimum vixit. consecrata est usum eloquentiæ usque ad studium declamandi. Illo tempore duæ Messalinæ fuerant, hæc, et Valeria, de qua Claudius Britannicum filium austatit. *Vet. Sch.*

434 *Laudat*, &c.] Ejus ingenium, et divinum carmen.—*Peritura*, &c.] Miseretur ejus, quod ex amoris impotentia sibi mortem consciverit. vel condolet Didoni, eique veniam dat, quod deserta ab Ænea, mori destinarit.

435 *Committit*, &c.] Comparat Poëtas Græcos et Latinos inter se Criticorum more, et uter excellentior sit inquiri, et sententiam de illo fert. *Turnebus* xxi. 29.

436 *Atque*, &c.] Criticorum more, quasi in trutina vel lance perpendit Virgilium cum Homero, ecquis horum melior. *Lubin.* His versibus plus ponderis et majestatis Virgilio tribui intelligunt, qui in trutinæ et examinum ratione leviora pondera a gravioribus suspendi attollique non ignorant. *Rigaltius.*—*In trutina*] In lance vel statera exacti sui judicii, quæ videlicet Criticorum munus de Poëtis et Oratoribus sibi delegatum putat.—*Suspendit*] Metaphora a libra. *Lubin.*

437 *Cedunt*, &c.] Id est, Grammatici illi, qui loquaces maximi, illa præsentē tacere coguntur, adeo ipsa vocalis est. Vel coguntur illi mulieri doctæ concedere, quamvis illorum proprium munus sit de Poëtica judicare.—*Vincuntur*, &c.] Ab illa muliere, quamvis dicaces, et clamorosi rebus. *Idem.*

438 *Omissis*, &c.] Totum convivium illa loquente silet, et illam dicentem

**admiratur.** — *Nec, &c.*] Garrulitate **causidicum**, et vocis vehementia **præconem**, et omnes alias mulieres **superat.** *Idem.* Ac si dicat, si **causidici**, aut **præcones**, aut altera mulier loquerentur ea præsentē, non exaudirentur.

439 *Verborum, &c.*] Nam tanta **verborum** vis et copia a muliere profertur, ut tam multas pelves, tot **cymbala** et **tintinnabula** pulsari dicat, **clum** illa loquitur. *Idem.*

440 *Tot, &c.*] Quot verba. In tantum sonora est. Alludit ad proverb. *Ἀνδραίων χαλκίων.* Erasmi Chil. r. c. 1. proverbio 7.—*Tintinnabula*] A sonitu fictum nomen, quod tinniat. *Lubia.*

441 *Jam, &c.*] Ex superstitione Romanorum hoc ridicule dicit. Credebant autem Lunæ, Eclipsin patienti, subveniri posse seris et pelvium sonitu, et cornuum ac tubarum clangore. Unde ‘æra auxiliana Lunæ,’ Poëta Tibul. dixit. Id est, si Luna deficit, et eclipsin, quasi mortem, patiatur exantationibus (nam sic credebant antiqui), non opus est tubas inflari, et pelves atque æra pulsari: nam hæc una mulier, sua dicacitate Lunæ laboranti potest succurrere; adeo vocalis et clamosa est, et tantum tinnit. *Plin.* xi. 22. *Turnebus*, *Advers.* c. 22. c. 24.

442 *Laboranti*] Eclipsin patienti.—*Una, &c.*] Sonitum fieri adsolet, quando luna deficit. *Vet. Sch.*

443 *Imponit, &c.*] Sensus est: Mulier, quæ sapiens videri cupit, instituit sectam, et finem certum rebus honestis adsignat, ad quem omnia dicta et facta tanquam ad scopum dirigat. Vel more Sapientum et Philosophorum de summo bono disputat, dat præcepta de ratione recte vivendi; docet, quid sit honestum, quid sit utile, quid pulchrum.—*Imponit, &c.*] Etiam philosophiam tractat. *Vet. Sch.*

444 *Nam, &c.*] Quæ docta et elo-

quens, tanquam sapiens videri cupit, et Philosophia. *Lubia.*—*Nam si docta nimis*] Perstringit hic Satyricus mulieres, quæ literas calcere videri volebant doctius, quam ut probas deceret. Si ergo, inquit, mulier vult literas tractare, de scriptoribus judicium ferre, philosophari, et reliqua quæ sunt virorum propria; etiam virili habitu incedat, quæque sunt virorum munia tantum peragat. Primum, *medio crure tenuis tunicas succingat*, quum mulieres stolis talaribus uterentur. Alterum, *Cedere Silvano porcum*, id enim tantum viris licitum. *Ferrar.*

445 *Crure, &c.*] Id est, virorum Philosophorum more, crure medio tenuis, vestes suas debet succingere, virilem habitum accipere. Demissæ enim tunicæ fœminarum sunt. *Turnebus* xi. 23.—*Crure, &c.*] Id est, accipere debet virilem habitum, et cingi ut vir. *Vet. Sch.*

446 *Cedere, &c.*] Id est, non ut mulier Cereri: sed ut vir Philosophus, Silvano porcum debet sacrificare. Vel Epicuream professæ, cedere Silvano porcum.—*Silvano*] Arvorum et pecorum Deo mares porcum mactabant, et nullo modo, isti sacrificio fœminis adesse licebat. *Cato* lib. de rust.—*Quadrante, &c.*] Exigua mercede, quam persolvunt pauperes Philosophi: quod Horatius objicit Philosopho Stoico, regem se esse adfirmantis, quod sapiens sit: ‘Dum tu quadrante lavatum Rex ibis.’ *Britannicus.*—*Cedere, &c.*] Silvano mulieres non licet sacrificare. *Vet. Sch.*

447 *Non, &c.*] Non sit ea eruditione, ut ex arte possit dicere, cognoscatque genera dicendi, quæ tria sunt, grande, mediocre, et humile. *Britannicus.*—*Non habeat, &c.*] Persequitur quod cœpit de mulieribus Criticis et damnat mulieres, quæ nimiam doctrinam et Rhetoricam exercebant. *Lubia.*—*Recombis*] In lecto, matrimonio tibi conjuncta. *Lubia.*—*Curvum*

*sermone rotato Torqueat enthymema*] Male sic recentiores editiones. Vastiores et membranae recte, *curtum enthymema*. Græv.

448 *Dicendi, &c.*] Non rhetorum more certum aliquid dicendi genus adfectet.—*Aut curtum*] Alii *curtum*. Non uxor tua concisum illud et succinctum dicendi genus adfectet, nec inter orandum curtum aliquid Enthymema rotato sermone torqueat, et proferat.—*Sermone, &c.*] Brevibus comprehenso, expedito, volubili. Eo, quod rotunda, rotatu faciliora, quam quadrata. Turnebus III. 17. Sermone *rotatum* hoc loco intelligit, orationem conversione conclusam, et ambitu comprehensam: Quod genus dicendi Cicero in Partitionibus *versum*, Aristoteles *συνορραμμένον* vocat. Murf. Var. VIII. 21.

449 *Torqueat*] Jaculetur, utpote brevem, et acutissimam sententiam.—*Enthymema*] Argumentum dialecticum alteram partem animo concipiens, unde et nomen habet. hic pro universa Dialectica ponitur, quasi dicat, nec habeat uxor tua Dialecticam. *Farnab.*—*Nec, &c.*] Id est, non sit historica, ut omnes historicos perlegerit. *Lubin.*

450 *Sed quædam, &c.*] Martialis ait; 'Sit non doctissima conjux.' Quædam tantum ex historiis sciat, ne omnino elinguis et rerum ignara sit. *Lubin.* 'Neque ullum verbum faciat perplexabile, neque ulla lingua sciat loqui nisi Attica.' Plaut. Asinar.—*Odi, &c.*] Id est, odi ego nimis doctam mulierem, quæ sit Grammaticæ et historiarum fabularumque peritissima et arrogantissima.

451 *Repetit, &c.*] Sedulo studet et meditatur.—*Palæmonis, &c.*] Remmius Palæmon fuit Grammaticus arrogantissimus, Fabii Quintiliani præceptor, fuit is tantæ superbiæ, ut literas secum natas, et secum morituras dixerit. Cæterum M. Varronem Romanorum doctissimum, porcum H-

teratum per superbiam appellavit: Jactavit nomen suum non temere in Bucolicis positum, sed vaticinatum Poëtam, fore aliquando omnium Poëtarum et Oratorum Palæmonem judicem. *Idem.*—*Palæmonis artem*] Grammatici, magistri Quintiliani oratoris. *Vet. Sch.*

452 *Servata, &c.*] Quam Palæmon ipsi prævit, ut ab ejus stylo, loquendi modo et analogia, quam curioso observat, ne latum quidem unguem recedat. *Lubin.*—*Servata, &c.*] Analogia. *Vet. Sch.*

453 *Ignotosque mihi*] Quæ novit versus mihi ignotos, quæque sit Critica, antiquissimorum Poëtarum studiosa, et me viro longe doctior. *Lubin.*—*Antiquaria*] Antiquitatum, vel, veterum Poëtarum, et mihi inauditarum, versus tenens, vel, antiquæ lectionis investigatrix et Critica. *Farnab.* Quæ verba ab usu remota, a Saliorum carminibus petita, ipsi Evandri matri non intellecta, et jam ex auctorata scrutantur et proferant. Veterum Poëtarum et Historicorum studiosi Antiquarii dicuntur.—*Tenet, &c.*] Quæ antiquitatem tenet, et ut antiquarius, versus dicit. *Vet. Sch.*

454 *Nec, &c.*] Quæ castigat et reprehendit verba amicæ suæ minus elegantia et Latina. Et quæ verba minora sunt, quam ut a viro gravi et honesto currentur, utpote e mediis antiquitatis tenebris eruta.—*Opice*] Indoctæ, barbaræ, et non analogia et lege observata loquentis, quæ Oece fortassis, et Volsee ac barbare loquitur. Vide Sat. III. 207. *Farnab.* Oeci enim *Opaci* dicti vulgo *Opici*. *Grang.*

455 *Solæcismum*] Hoc Satyricæ Poëta dicit, deprecans, ut saltem viro vitiose loquenti parcat, ut ipsi liceat solæcismum ex imprudentia facere in loquendo, et patrando forte. Quod fiet, si uxorem non doctam duxerit. Vel eo dicit, quasi condemnet sermonem viri, eumque non curet.—*Solæcismum*] Vitiosam verborum compo-

sitionem. Vide Martial. Epig. 20. l. xi. *Lubin.*—*Opice, &c.*] Imperitæ : male pronunciantis. *Vet. Sch.*

456 *Nil, &c.*] Id est, omnia mulier superba sibi licere putat, præsertim cum jam vestitum ornatum adhibuerit. *Lubin.*—*Nil, &c.*] Id est, omnia. Nam duo negativi unum confirmativum faciunt. *Vet. Sch.*

457 *Cum, &c.*] Cum monilia ex viridibus gemmis et smaragdis collo suo circumdedit. *Lubin.*—*Cum, &c.*] Monilia circa collum miserit. virides, prasine. *Vet. Sch.*

458 *Et, &c.*] Postquam auriculis suis ponderosis gemmis extensis, et deorsum tractis, *magnos elenchos*, et oblongos aniones, fastigiata longitudine in pleniorum orbem desinentes, seu margaritas oblongas ovali figura, conjunxit et sociavit. *Farnab.*—*Magnos, &c.*] Uniones, margaritas oblongas. *Magvarum* gemmarum elenchos, quos et Titulos appellant. *Vet. Sch.*

459 *Intolerabilis*] Quia miser maritus misere illi inservire cogitur. Hæc intelligenda de illis, de quibus supra : 'Imperat ergo viro.' *Farnab.*

460 *Interas*] Recitat alia mulierum scelera, quæ pane, fuce, lacte asinino apud maritum sese fucarent, quo fuce marito labia inter deosculandum conglutinerent, cum contra suis mæchis pretiosis unguentis delibutæ et lotæ occurrerent. Dum ergo dives omnia sibi licere existimat, nihil maritum curat, apud quem dum versatur facies ejus aspectu fœda est et ridicula. vide Sat. II. 107. *Farnab.*

461 *Pane, &c.*] Panem lacte asinino madidum, ad sollicitandum candorem cutis adhibuisse, supra dictum est Sat. II. 107. *Lubin.* Alia autem erant *καταπλάσματα*, illa *σμήγματα*, quibus utebantur ad cutem polliendam : ablatis enim cataplasmatibus *τὰ σμήγματα* adhibebant. *Salmasius.*—*Tumet*] Incrustatione panis, quam apud maritum non abluat.—*Pinguis, &c.*]

*Delph. et Var. Clas.*

Id est, emittit odorem pinguium et fragrantium unguentorum, quæ Poppea Neronis uxor invenit : quæ adeo diligens in curanda forma fuit, ut eam in exilium missam 50. asinæ sequerentur, quarum lacte candorem corporis provocavit. Decessit gravida, calce a Nerone percussa. *Lubin.*—*Pane, &c.*] Medicamen ad tendendam faciem, aut cutem magis.—*Aut, &c.*] Poppea uxor Neronis, adeo diligens in excolenda forma fuit, ut eam quinquaginta asinæ sequerentur missam in exilium, quarum lacte candorem corporis provocabat. earum natura fucata est. Decessit calce a Nerone percussa. Medicaminis ipsius autem nomen Juvenalis Poppeana dixit, quasi ab illa inventum sit. *Vet. Sch.*

462 *Et, &c.*] Conglutinantur inter saviandum. *Lubin.*

463 *Ad, &c.*] Id est, contra, ubi ad mæchum accedit, omnia illa medicamenta faciei abluat, et ipsi placere studebit, ut sit nirida, tersa, a fuce mundata. *Idem.*—*Lota cute*] Id est, lomento expolita vel smegmate, sublato *εὐρύπλορον*. *Salmasius.*—*Veniat*] Potius Veniet.—*Quando videri*] Legem interrogationem. Quasi dicat : domi non curat suam formam. *Lubin.*

464 *Mæchis, &c.*] Cum mæchum vult accedere adhibet unguenta foliata, vel Nardina, pretiosissima. *Plin. XIII. 1. Idem.* Unguenta ex spicis et foliis nardi atque aliis odoris.—*Foliata*] Unguenta foliis plena, vel aliis aromatibus. *Vet. Sch.*

465 *His emitur*] Omnia aromata, quæcunque ex India huc Romam advehuntur, emanant a mulieribus Romanis, non suis maritis, ut illis placeant, sed his mæchis, et in mæchorem gratiam.—*Quidquid*] Aromatum, odorum, unguentorum.—*Graciles*] Tenuæ, macri, non corpulenti ob solis æstum, ut contra pinguedo a frigore et humore. *Lubin.*—*Quicquid, &c.*] Odorum. *Vet. Sch.*

*Juv.*

8 O



466 *Tandem, &c.*] Persequitur idem mulieris vitium, quod tandem postquam multum diuque faciem illeuit, vultum aperit, facum remouet, agnoscere incipit.—*Tectoria*] Sunt proprie incrustationes et cooperimenta cosmetica, quibus muri et parietes obteguntur, ut novam faciem induant. *Labin.* Tectoria vero hic vocat panem illum, quo madido faciem lineant, ac veluti tectorio quodam induebant, *τεκτωρικὴ καὶ τριβανικὴ τοῦ χρωρὸς*, quod tectorium seu *τριβανικὴ* abstergebant *σπρίγμυρι* ex lacte asinino, cum ad mœchos irent. *Salmagius* in *Æt. Spart.*

467 *Incipit, &c.*] Id est, tum demum incipit agnoscere qualis vera sit, cum antea fucata fuerit. Nimirum faciem habens rugosam et tetram.—*Atque, &c.*] Quia amplius se pane incrustare non potest, ob id rugosam faciem lacte asinino fovet, quod teneram, erugatam et candidam reddit conservatque cutem. *Idem.*—*Illo lacte*] Asinino lacte faciem linit, ut cutem tendat, et candorem eliciat. *Vet. Sch.*

468 *Propter quod*] Ob quod lac habendum, semper asellas apud se habet, et secum ducit, ut Poppæa, etiam in exilium et in extremas mundi oras ipsi eundum sit. *Plin.* xi. 14. *Salmag.*

469 *Exeat, &c.*] Ducit secum asinas lactis causa, se etiam apud Hyperboreos ipsi exsulandum sit. Quocunque ipsi etiam migrandum sit, in ærumnis et exilio etiam voluptatibus indulget.—*Hyperboreum*] Hyperborei sunt, qui super aquilonis flatum habitabant, apud quos mundi cardo vel axis esse creditur: ob id dixit *Hyperboreum axem*. *Idem.*

470 *Sed, &c.*] Sed illa facies, quæ tot fucis et medicamentis commutata, variis ac diversis inducitur et illinitur, et quæ facies tot offas sili-ginis coctæ et lacte asinino madidæ accipit et adhibet, an illa facies dicitur, an vero hulus?—*Inducitur*] Co-

operitur, illinitur.—*Foveat*] Conseruatur, custoditur, retinetur. *Idem.*

471 *Coctæ, &c.*] Id est, candidi panis offas vel frusta et crustas lacte asinino madidas, quibus faciem incrustabant: vel candidi panis e sili-gine, faba aut oryza cocti maceratique lacte asinino ad cosmeticeas et faciem emendandam. *Farnab.*—*Coctæque, &c.*] Candidi panis. *Vet. Sch.*

472 *Ulcus*] Eo dicit, nam ulcera medicaminibus et offis vel incrustationibus curari solent. *Farnab.*

473 *Est, &c.*] Loca jucunda, quæ rurus in mulierum sævitiam invehitur, quam in familiam et domesticos exercebant tota illa die, qua præterita nocte a marito, venero aliquo complexu consolata non essent.—*Cura*] Alii *opere*. Dignum consideratione exacte perpendere, quanta rabiosa crudelitate sæviant in domesticos. *Idem.*—*Est, &c.*] Operæ pretium est. *Vet. Sch.*

474 *Si, &c.*] Id est, si forte maritus nectu libidini conjugis non satisfecerit, si faciem ab uxore aversam habuerit. *Farnab.*

475 *Periit libraria*] Serva lanipendia (quæ a librando penso ita dicitur et dispensando lanam aliis ancillis) male ab ipsa tractatur, et penso occiditur: quum enim in maritum animadvertere et amare non possit, in familiam invehitur.—*Ponunt, &c.*] Id est, ancillæ quæ mundum et vestes domine curant, et ornatum domine custodiunt, et purgant, deponunt tunicas, et vestes exuunt, ut nudæ virgines cendantur. *Brodeus* x. 17.—*Aversus, &c.*] Libidini ipsius satis non fecit.—*Periit, &c.*] Lanipendia. *Vet. Sch.*

476 *Cosmetæ*] Non sunt ancillæ, ut placet interpretibus, sed ornatores: qui ponunt tunicas ad penas. *Salmag.*—*Tarde, &c.*] Servus Liburnus lecticarius, si aliquo sit missus, tarde rediisse dicitur, et ob id vapulat. *Labin.*—*Cosmetæ, &c.*] Eos dicit, qui

ornamentis præstant, non tamen et ornatrix. ponunt tamen et tunicas, ut vapulent.—*Liburnus*] Nuncius, aut certe lecticarius. aut gerulus lecticæ, quæ liburnata est. *Vet. Sch.*

477 *Et, &c.*] Ille miser servus, ob ignaviam domini sui, quod ille dormierit, cum uxorem suam amplexari, et vigilare debuerit, pœnam subire cogitur, et plectitur.—*Alieni*] Domini sui. *Lubin.*—*Pendere*] Proprie is dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso ære utebantur. *Festus.*—*Alieni, &c.*] Somni mariti pœnas præstat familia. *Vet. Sch.*

478 *Hic, &c.*] In dorso suo dum vapulat; vel franguntur ei in dorso ferulae seu virgæ et ferula.—*Rubet, &c.*] Dum tamdiu flagro vel scutica cæditur, donec rubeat, et sanguis prope sequatur. *Festus.*

479 *Sunt, &c.*] Id est, quædam crudelissimæ bestię solvant carnificibus annua salaria, ut, cum iratæ sint, familiam suam cædant, ut quando volunt, et quos volunt flagellent. *Idem.*—*Hic, &c.*] Lorus latus, *corium non confectum ἀδελφῶν* vocant Græci.—*Tortoribus annua*] Salaria questionariis, sive carnificibus. *Vet. Sch.*

480 *Verberat, &c.*] Summa mulieris malitia et crudelitas exprimitur. Id est, sævissima mulier flagellari curat aervos suos et interim obiter et quasi per otium aliud agens, fucum, de quo dictum est, adhibet.—*Audit amicos*] Id est, interea dum servi flagellantur, ipsa cum amicis confabulatur. *Festus.*

481 *Aut, &c.*] Vel pretiosas suas vestes auro et acu pictas Phrygionum arte, contemplatur et perpendit, quasi tranquillo animo, alias res interea agens. *Idem.*—*Aut, &c.*] *Auroclavos* vestes miratur. Alibi *Scutulatas* vocat. *Vet. Sch.*

482 *Longi transversa diurni*] Sic in sui temporis codicibus lectum fuisse *Vetus Scholiastes* ostendit, et bene explicat *Grangæus* jure probas.

*Græc. Al. legant transversa.*—*Aut, &c.*] Id est, relegit rationem transactorum totius longi diei tempore. Id est dum alios flagellari curat, recognoscit interea rationem omnium quæ illo die sunt peracta.—*Diurni*] Græce *Ephemeris*. Moris enim fuit annum quemque domesticam rationem per singulos dies scribere. *Alti leg. dist. Grangæus.*—*Transversa diurni*] Rationum diurnarum accipit in transversa charta scriptum, in oplotographo. *Vet. Sch.*

483 *Et, &c.*] Id est, tamdiu cædit, donec carnifices, qui cædunt, jam de lassati sint verberando. Et tunc demum horrenda voce terribiliter per modum tonitrus quasi intonat: *Exi accleratissime, nunquam domum meam reversurus; quasi jam causam recognoverit, et disceptaverit. Lubin.* Sic Cicero dixit 'imitari verborum fulmina.' *Horrendum* pro horrende.—*Exi, &c.*] Quasi in causâ disceptaverit. *Vet. Sch.*

484 *Jam, &c.*] Cognitio hic est iudicium vel judicatio et examen. *Lubin.*

485 *Praefectura*] *Supp. Est.* Quod per exclamationem legendum. Administrat et gubernat aedæ. Vel in tali domo vel familia, administratio, præfectura, et gubernatio nihilo mitior et clementior est, quam quæ fuit in aula Sicula, tempore crudelissimorum tyrannorum Phalaridis, et Dionysiorum. *Schæg. proœm. 6.*—*Praefectura, &c.*] Tyrannorum dicit Phalaridis, aut Dionysii. Phalaris Agrigentinus missos in aeneum taurum homines, subjecto igne torquebat: de quo Cicero dicit inclusorum hominum gemitu mugiebat taurus. *Vet. Sch.*

486 *Nam, &c.*] *Al. Aut si, &c.* Id est, si talis mulier dives, solito aliquanto accuratius et decentius exornari constituit.—*Constituit*] Proposuit, vel constituit tempus et locum mœcho suo. *Lubin.*

487 *Et properat*] Ad mœchum suum in hortum, vel alium locum.—*Jamque expectatur*] Ab adultero suo. *Idem.*

488 *Aut, &c.*] Id est, vel potius dum a mœcho suo expectatur in templo vel Sacrario Isidis, ubi adulteria et stupra promiscue fiebant, ut in domo lenonis. Ob id, illam *lenam* vocat.—*Lenæ*] Dicit quasi magistræ et gubernatricis ac præfectæ meretricum. *Idem.* Nam in ejus templo maxima dabatur adulteriorum occasio.—*Isiacæ*] Apud templum Isidis, *Lenæ*, conciliatrices quia in hortis templorum adulteria committuntur. *Vet. Sch.*

489 *Disponit, &c.*] Id est, tunc *Pæcas* vel quævis ancilla dum satis decenter illam exornare nequit, male a domina sua adfigitur, et ipsa crinibus et capillis diffusis et ab irata matrona laceratis, exornat capillos dominæ suæ. *Lubin.*—*Disponit crinem*] Componit crines dominæ, ipsa lacerata per iram. *Vet. Sch.*

490 *Nuda, &c.*] Ad verbera, si quid peccet. Vel, humeros et mamillas nudas habens, discissa veste a domina.—*Pæcas, &c.*] Quod talem dominam habeat virulentam et crudelem. Id est, ipsa admodum deformis, dominam suam exornare cogitur. vide Proverb. 'Pæcas aut ros.'—*Pæcas*] Ancillæ nomen sumtum ex Ovidio, qui ita Dianæ ornatricem nominat. forte a *πεσκέω*, ornatrices enim pauculum irrorabant aquæ ad compositionem crinium. *Farnab.*—*Nuda, &c.*] Pæcazin Græce dicunt, quando minutum, sive rarum pluit. Ornatrices igitur componentes rarum ac parvum aquæ solent mittere, ac velut *πεσκέω*. Ergo nominis etymologiam ab arte sumit. *Vet. Sch.*

491 *Altior, &c.*] Furiosæ atque iratæ dominæ verba sese in speculo contemplantis et ancillam oburgantis et pulsantis: Quare non ubique æqualiter capillus mihi compositus est? quare hic cincinnus altior est cæteris

et inæqualis?—*Cincinnus*] Est capillus crispus et condensatus.—*Tærea, &c.*] Id est, statim postquam verba hæc dixit, flagro vel scotica de præ taurino, ipsam ancillam cædit, et punit perinde quasi esset maximom illud crimen et facinus, quod capillus et cincinnus inæqualis, et non satis compositus fuisset.—*Facinus, &c.*] Satyrice, scoptice, et ridicale dictum. *Lubin.* Quod ipsa putat et vocat crimen et facinus.

492 *Quid, &c.*] Verba Poëtæ, quibus mulierum malitiam notat, quæ cum sæpe deformes et fœdæ essent et satis ornari ab ancillis non possent, eas verberabant, et iis imputabant quod deformes essent. *Idem.*—*Pæcas*] Ab irrorandis capillis dicta ancilla.—*Hic*] I. e. in hac re.

494 *Si, &c.*] Si deformis sit nasus tuus. Si fœda et deformis es, an illud miseræ puellæ imputabis.—*Altera, &c.*] Id est, altera ancilla in *lena* sinistra parte capillum extendit, componit, et pectine exornat, eumque circumducit in orbem vel circulum. *Magius* III. cap. 2.—*Voluit in orbem*] Multimodis revolutionibus componit, ut fiant *capillum volumina*.—*Si tibi, &c.*] Si tu fœda es.—*Altera, &c.*] Altera componit crinem, dum illa ceditur. *Vet. Sch.*

496 *Est, &c.*] Convocatur ad consilium formæ atque ornatus. *Sensus* et ordo est: *Matrona* jam senior, quæ (acu quasi jam *emerita*) a nendo *cessat*, et quæ jam *lenis admota* est et lanificium exercet, *est in consilio*, ut domina rite ac dextre ornetur, ut de hoc sententiam suam ferat. *Junius* de coma cap. 7.—*Est, &c.*] *Est ejus consiliaria*, cum sententia de ornatu dicenda est. *Lubin.* Similis jocus de rhombo piace, supra.—*Est, &c.*] Lanipendia matris facta ornatix, quasi magistra. *Vet. Sch.*

497 *Emerita*] Illa dicitur quæ functa est munere suo et vacationem habet. *Britann.*—*Quæ cessat acu*] *De*

acu crinali dictum censeo, ejus hanc peritam olimque exercitam, accersit in consilium. *Fernab.* Sic quidem ille, sed merito praefertur aliorum expositio: quæ hebeti per annos oculorum acie a suendo cessat.—*Sententia prima*] Illa in consilium admissa prima est inter consiliarias, in dicendo de ornatu formæ, matronæ vel domine. Id est, prima sententiam dicet, utpote senior, et ob id prudentior. *Lubin.* Juxta huic rei solennem formulam 'De ea re ita censeo:' princeps enim Senatus a Consule relatione facta, prior sententiam dicebat, cæteri ordine rogabantur.—*Emerita*] Quæ ornatrix est, sed jam quasi emerita cessat. *Vet. Sch.*

498 *Post, &c.*] Post hanc, juxta ordinem ætatis, artis ac prudentiæ, ut in magnis conciliis fieri consuevit, reliquæ etiam in concilio vocatæ censebunt, et suam sententiam dicent. *Lubin.*

499 *Tanquam, &c.*] Tanquam periculum agatur de fama et vita, adeo sollicita est de forma. *Idem.*

500 *Tanta est*] Tam magni pretii esse censetur cura de pulchritudine et decore formæ quærendo. *Scheg. proem. 6. Al. Temi.*

501 *Tet, &c.*] Deridet easdem, quod caput tot ornamentis exaltent, ut aliæ a fronte quam a tergo videri possint. Id est, illa matrona tot fasciis capillorum in ordinem constrictis, caput suum premit et aggravat, et tot compagibus, et conjunctionibus rerum per modum ædificii exaltat, ut si illam a fronte videas, excelsum et proceram virginem esse credas, qualis Andromacha fuit. Sin illam a posteriore parte vel a tergo videas, tunc minor est, ut aliam illam esse credas, non illam quam a fronte vidisti. *Parrhasius* Epist. 67. §. 2. *Junius* de coma cap. 7.—*Compagibus*] Fasciis et tiliaris. 'Celsæ procul aspice frontis honores, Suggestumque comæ.' *Papin. Sylv.*

502 *Ædificat*] *Karayenotukis* vel *oxvwtukis*.—*Andromachen*] Hectoris conjungem te videre putares. Hanc Dares Phrygius et Ovidius, longissimam fuisse testantur. *Lubin.*

503 *Cedo, &c.*] Est autem hic sensus: Et quidni illa alia videatur a fronte, quam a tergo. *Cedo* enim et dic, an non alia videri queat, cum a natura parva sit et brevis. Vel est concessio Ironica et Satyrica. Da et concede hoc parvis illis mulieribus, et permitte ac indulge, ut per artem caput suum ita ædificent, ut si natura brevioris sint staturæ, et breve spatium parvi corporis consecutæ sint. *Idem.* Vel, *Cedo*, id est, dic quomodo facit quum vult osculari mœchum? si sortita est breve spatium lateris parvi, et si videtur brevior virgine pygmæa, adjuncta nullis cothurnis; si et *levis* est, id est, minime ponderosa, quam sit pusilla; consurgit, inquit, ad oscula, *planta erecta*, hoc est, ipsa se erigens plantis. *Bri-tann.*

504 *Breviorque, &c.*] Id est, si illa mulier matrona nullis cothurnis vel altioribus calceamentis adjuncta, tunc brevior esse videtur. aliqua virgine pygmæa, quæ quidem est brevissima. *Lubin.*

505 *Pygmæa*] Brevior tribus spithamis vel cubito. Dicuntur enim pygmæi a *πῆχυς*, id est, cubitus, quod cubitum longitudine exæquent.—*Virgine Pygmæa, nullis adjuncta*] Non ineleganter ex v. l. legas *adjuncta*. Parvam puellæ staturam exprimit, dum eam cothurnis adjunctam ait, *Schioppius*.—*Cothurnis*] Altis e subere calceamentis, suram ambientibus, quibusque personarum majestas et proceritas requisita adjutabatur. *Id.*

506 *Et, &c.*] Ipsa ob breve et exiguum corpus levis et agilis, ad oscula mœchi planta sursum erecta, et talis innixa, consurgit. *Idem*.—*Ad oscula*] Mœchi scilicet. *Vet. Sch.*

507 *Nulla viri*] Id est, interea dum

nobilis, et dives matrona ita se hait, colit, laute ornat, virum prorsus negligit, et illum parum curat. *Lubin.*

508 *Dannorum*] Quæ miser maritus patitur, ex tam luxurioso mulieris cultu, ex tot impensis sumtuosæ et prodigæ conjugiis: et negligit res domesticas, quasi ad eam non pertineant.—*Tanquam, &c.*] Nihilo familiarius cum marito vivit, tanquam ejus conjux non magis esset, quam reliquæ vicinæ.—*Dannorum*] Quæ in domo fuerunt.—*Tanquam, &c.*] Tanquam extranea. *Vet. Sch.*

509 *Hoc solo*] Correctio. Hoc uno et solo, non tanquam vicina viri est, sed tanquam proxima, quod amicos et servos ob mariti odium, odit, quod vicinæ non faciunt. *Lubin.*—*Quod, &c.*] Quod vicina non facit. *Vet. Sch.*

510 *Gravis, &c.*] Suis immodicis sumptibus, quos nimio cultu aggravat, gravis et molesta est.—*Ecce, &c.*] Pergit jam ad superstitionem mulierum, quæ de rebus futuris sollicitæ, et nimis credulæ timeant, quæ a Sacerdotibus Cybeleis et Isiacis horribiliter prænuncientur. Sententia est: Ecce chorus Sacerdotum Bellonæ vel Minervæ et Pallados Bellorum Deæ, quæ sacerdotes suos furentes facit, &c. intrat, grande sonat, et metum incutit aliis. *Lubin.* Conjungit Bellonam et matrem Deum, ut quæ una eademque Dea diversis nominibus et nominibus. *Grang.*—*Gravis, &c.*] In lomentis, et balneariam pecuniam erogando. *Vet. Sch.*

511 *Matris Deum*] Vestæ vel Cybeleis, sive terræ. De utraque Dea, ejusque sacerdotibus dictum Sat. II. vs. 111. *Lubin.*—*Chorus*] Sacerdotum. —*Ingens, &c.*] Satyricæ. Est autem descriptio summi Sacerdotis, qui *semi-vir* ob abscissos testes, et in ingenti exultatione. Quod ingenti sit membro, ut ideo *facies* dicatur *reverenda obsecro minori*, i. e. sacerdotibus reliquis qui minus habent membrum virile.—*Bellona, &c.*] Sacerdotes, sive

mystæ. *Vet. Sch.*

512 *Reverenda, &c.*] Quia minorem penem habet. *Vet. Sch.*

513 *Mollia, &c.*] Eo dicit, nam Sacerdotes Deæ Cybeleæ, vel Phrygiæ sæpe castrabant, cultello petriño, quem *ruptam testam* hoc loco vocat.—*Mollia*] Ad mollitiem creata. Vel quia Eunuchi molles sicut fœminæ.—*Rupta*] Fracta testa Samia, vel cultello ex petra, ut et Judæi, *Plin.* II. 49. et Sat. II. vs. 116. Alii leg. *Rapta*.

514 *Jampridem*] Ad sequentia, et præcedentia potest referri.—*Cui, &c.*] Id est, cui reliquorum sacerdotum, rancia cohors tanquam digniori, cedit.—*Cui, &c.*] Cui tympana, quæ a vulgaribus et plebeis sacerdotibus pulsantur, tanquam Antistiti suo, et summo Pontifici cedunt, et locum dant.—*Ranca*] Cantu. vel, quod eunuchis, ut et fœminis ex frigore et superflui humoris abundantia arteriam asperam crassiorem reddens, vocis mentum angustat. *Fernab.*—*Tympana*] Id est, Galli infimi ordinis, tympanotribæ. *Lubin.*

515 *Et Phrygia*] Cui summo sacerdoti vel antistiti mentum, vel os, Phrygio galero, vel infula Trojanis olim usitata, tegitur et operitur.—*Tiara*] Tiara alia est regum, alia sacerdotum. Regum tiara recta et cum apice, sacerdotum sine acumine, eaque *Cidaris* dicebatur. *Grang.*—*Et, &c.*] Sacerdotis habitu. Tiara nam galea sacerdotis est, quæ per malas veniens, mento subligatur. *Tiara* est Phrygium quod dicunt. *Vet. Sch.*

516 *Grande sonat*] Id est, ille sacerdotum Antistes hactenus descriptus, elata voce superstitiones suas proclamat et inculcat, illis mulieribus metum incutit. Vel alta voce canit.—*Metuique jubet*] Id est, ille jubet et prædicat, si quæ mulier Romana creatum ovis sacerdoti datia, se non expiet et lustrat, fore, ut mensis Septembris et Auster illo mense flans ipsi febrim,

pestem, morbum, et mortem adferat. *Omnia expiationibus lustrationibusque adhibebantur, ac præcipue in sacris Initiis. Brodus Miscellan. l. 25.*

518 *Et, &c.*] Nisi ipsi sacerdoti vestes suas veteres Xerampellini coloris (qui color inter muricem et coccineum medius est) donarit.—*Xerampellinus*] Vestes coloris sicco rosæ: vel cujusmodi est in autumnalibus vitis frondibus. *Farrus. Labin.* Ex superstitione veteri hæc dicuntur. Nam tales vestes solebant suspendere, et lustratione facta credebant omnes morbos, et infortunia in vestes illas derivari. Ut ex sequentibus liquet. Hoc autem artificio utebantur vestibus illi sacerdotes. Alii pro *vetere* legunt *veste*. *Guil. Canterus Novar. lect. III. 6.* pro *ipsi*, legit *igni*.—*Xerampellus, &c.*] Vet. Interpres, *Vestes ampelini coloris, qui inter coccineum et muricem medius est*, quod scilicet coccineum color clare rubesceret; muricis, pressior esset ac subobscurus; ut *Xerampellus* sit rufus ex flavo et fusco temperatus: vel quod eo colore sit, qui est foliorum vitis arcescentium. *Farrus.*—*Et, &c.*] Vestes scilicet, quæ ad nudi matronarum fuerunt, ampelini coloris, qui inter coccineum et muricem medius est. Xeron vero siccum significat. *Vet. Sch.*

519 *Ut, &c.*] Id est, ut quicquid e vestigio vel improvie superveniens adversum, vel infortunium evenire illi mulieri possit, expiatione in tunicam averruncetur.—*Autas*] Mulieri imminet. *Labin.*

520 *In, &c.*] Non vestes solum, sed etiam et effigies, et simulacra solebant suspendere ex lana in Compitibus, ut manes illis imaginibus et simulacris contenti, vivis parcerent. *Idem.*—*Totum enim*] Mala totius anni.—*Expis*] I. e. purget.—*Sana*] I. e. sola hac lustratione.

521 *Hibernum fructu*] Exagitat jam miseram illarum mulierum supersti-

tionem, quæ omnia agebant, etiam durissimam, quæcumque sacerdos jussit. *Idem.*

522 *Ter, &c.*] Ut se expiet ex præcepto sacerdotis, et glaciem frangat; et mane Tiberis aqua submergetur. *Pers. Sat. II.* 'Tibetino in gurgite mergis,' &c. *Idem.*

523 *Timidum caput*] Vel ob mala futura, quæ sacerdos prædixit, vel superstitiosum, superstitio enim ex incertitia et timore.—*Ablutis*] Ablutio fiebat sacris Superorum, respersio inferorum. *Marcell. ad Pers. Sat. II.*—*Inde superbi*] Id est, manibus et pedibus inatar brutorum, per totum campum Martium, vel agrum Tarquini Superbi, quem Brutus Marti consecravit, perrepet, idque genibus attrita pelle cruentis, et nuda illud faciet, et frigore tremebunda.

524 *Nuda ac tremebunda*] Rependo. *Is. Casaub. ad Suetonium in Augusto*, accipit hunc locum pro nudipedatum superstitione. 'Huc pede matronam nudo descendere vidi.' *Ovid. Fast. VI.*—*Totum, &c.*] Brutus agrum Tarquini Superbi ejecti totum Marti consecravit, unde hodieque campus Martius appellatur. *Vet. Sch.*

525 *Et, &c.*] Io Inachi filia, quam Jupiter stupravit, et a Junone deprehensus, in candidam vaceam eam transformavit. Vide Fabulam apud *Ovidium*. Quæ tandem intercedente Jove, Junoni reconciliata et in veterem formam transformata, inter Deas in cælum relata, Isidis postea dicta, et ab Ægyptiis culta fuit. Id est, si Isidis dicatur hoc jubere per sacerdotem suum. *Labin.*—*Jussit Io*] Io Inachi fluvii filia, quam Jupiter stupravit: et deprehensus a Junone, in vaceam eam transfiguravit, celare volens factum, quod Juno sciens, dono eam sibi petit, et accepit, quam acceptam, Argo custodiendam tradidit. Hic Argus centum oculos dicitur habuisse, quem Mercurius jussus ab Jove occidit. Hanc igitur Io in tantum per-

sacra est Juno, ut per omnem mundum eam minaret. Quam cum venisset errans in partibus Ægypti, in Nilum fluvium, lassata cepit orare, prout potuit, requiem malorum. Jupiter Junonem dilexit, \* petit, indulgit pellici, et reversa in suam figuram, recepta est inter Deas. Et ipsa est Dea Isis. Inde etiam sacra de Ægypto. *Vet. Sch.*

526 *Ibit, &c.*] Si jubeatur ab Iside ad Ægypti extremitatem ire, et a Merōi Æthiopiæ insula aquas calidas petere, ut illas in suam ardorem vel templum spargat, illud confestim faciet. Quum in templo Isidis aqua tantum simulata esset, si juberet Io, vel ejus Sacerdos, etiam pedibus hæc religiosa, seu potius superstitiosa matrona ad Nilum usque itura esset, veramque Nilii aquam allatura. *Græg.—Calida*] Ob illam regionem, cui Sol ad verticem propius accedit. *Brodeus Miscellan. iv. 2.* Alii leg. *Calidas*.

527 *Meroë*] Civitate Ægypti, ut alii, Nilii insula in Æthiopia, quam describit Heliodorus l. x.—*A Meroë*] Civitas est Ægypti. *Vet. Sch.*

528 *Antique*] Id est, quod templum surgit vel ædificatum est ad proximam antiquo ovili, vel palatio; vel regis Romuli. Alii censent, quod fuerit in campo Martio vicinum ovili; quod ibidem in memoriam, quia ibi Romulus et pastores pecora paverint, exstructum sit. *Beroaldus* in Servium §. 38.—*Ovili*] Sunt qui de septis intelligunt, in quibus claudebatur populus ad suffragia. de his vide quæ ad Martial. Epigr. xiv. 2. *Farnab.—Isidis, &c.*] In Martio campo templum Isidis vetustum.—*Ovili*] Quia ibi Romulus et pastores adsuverant pecora pascere, aut regiam dicit Romuli, ut palatium. *Vet. Sch.*

529 *Credis, &c.*] Id est, matrona adeo superstitiosa est, ut, cum moneatur a sacerdote, credat se admoneri voce ipsius Isidos dominæ; vel credat

in somnis illam sibi apperere, et talia jubere. *Labin.—Domina*] Illi enim domini, Deæque dominæ antiquis vocabantur. *Græg.—Se voce*] Ut patet ipsam Deam per Gallum loqui matrona, usque adeo superstitiosa est. *Vet. Sch.*

530 *En animam, &c.*] Amara ironia. Nimirum tu mulier adeo impudica et flagitiosa, digna es, cum qua Dii nocturna colloquia instituant. *Labin.*

531 *Ergo hic*] Id est, hic igitur Isidis Antistes, qui circumdatus est multitudo hominum candido linteamine cinctorum, et summus, et præcipuus, et in summo honore est apud superstitiosas hasce bestias. *Idem.*

532 *Grege, &c.*] Ita dicti reliqui sacerdotes Isidis, summum sacerdotem comitantes, qui veste linea utebantur. *Pithæus legit, lanigero.—Grege calvo*] Quia Isidis sacra celebrantur, capillum funditus deradebant. *Junius de Coma, c. 11.—Qui, &c.*] Sic enim symmetristæ quando Osirim querunt. *Vet. Sch.*

533 *Plangentis*] Multitudinis, Apin bovem cum planctu querere solite. —*Derisor*] Haud dubie enim nebale ille sciebat, talibus sacris populum ludibrio haberi.—*Anubis*] Antistes sustinens personam Anubidis, filius fuit Osiridis, qui in specie canis colebatur, quod in insigni canem gessit, ut Macedo frater lupum. *Diod. Sicul. i. 4.* *Labin.—Derisor Anubis*] Utrum quod ipse derideat, an quod aliis se præbeat deridendum. Dictus anubis, quia caput caninum accepit per mysteria. *Vet. Sch.*

534 *Illa, &c.*] Antistes. Notat hic superstitionem mulierum, quæ cum a concubitu diebus festis, et cum reverentia observandis non abstinuissent, adibant hunc Antistitem, ut pro illis intercederet. *Labinus.—Illa, &c.*] Horum versuum sententiam nemo recte explicavit. Matronæ quæ in casto Isidis aut Cereris erant, concubitu abstinabant: et per eos dies quibus castum

observabatur, secubabant a lectis suis ac toris genialibus, et stramentis incubabant in templo ipso, in quo et pervigilia celebrari mos fuit. Sic mulieres *Θεοποποιδέου* apud Athenienses, per totos sacrorum dies stramenta habebant in templo, quibus incubarent. Ea stramenta ut plurimum iis herbis ac foliis facta facere, quæ castitati conducere existimantur. Maritus ergo ejus mulieris, quæ sacris observandisque diebus non abstinuerat concubitu, cogebatur pro ea veniam petere per sacerdotem, et magna mercede ac pœna violatum Cadurcum redimere. Violatum autem Cadurcum sive stramentum intellige ab illa muliere, quæ in casto non fuerat, nec stramento incubnerat cum reliquis *ἀρρενολογούς*. Sic Cadurcum pro stramento omni, quum proprie culcita sit ex lino Cadurcensi. *Salmasius Plinian. Exercit.—Observandisque diebus*] Festis. *Vet. Sch.*

536 *Magnaque debetur*] Hoc mulieri persuadent, se magnam pœnam promeruisse, quod cadurcum violarit. *Labinus.—Violato cadurco*] Id est cum lectus concubitu esset contaminatus. —*Violato, &c.*] Membrum mulieris intelligitur, cum sit membri velamen. vel, ut alii, instita, qua lectus intenditur. Unde ait Sulpitia, 'Ne me eadurci destitutam fasciis Nudum Caleno concubantem proferat.' *Vet. Sch.*

537 *Et, &c.*] Quamvis culpa et pœna gravis sit, tamen intercessione, et lacrymis illis antistitis, argentea serpens in templo Isidis et imagine Osiridis canem et lupum complectens, illa caput in signum venie movisse via est, et precibus adsensisse. *Labin.* Vel, iratæ similis, caput movisse (ut Sat. II. vs. 130.) draconis effigies in Isidis templo; de qua vide Diod. Sicul. et Macrobl. I. I. Sat. 20. c. *Fargabius.* *Ælianus* prodit Isidis simulacrum ab *Ægyptiis* effingi solitum, ut quodam Diademate aspium corona-

retur; unde in illius pompa serpens ferebatur. *Grang.* Qui etiam *movisse caput* explicat, ut irati solent. —*Argentea serpens*] Quæ est in templo Isidis. *Vet. Sch.*

538 *Illius*] Isiaci sacerdotis. *Meditataque, &c.*] Id est, tacitæ antistitis preces cum suscro pro muliere jam ante meditata et animo conceptæ, efficiunt, ut Isis veniam culpæ det. Est Ironia. *Grang.* Hinc Pers. Sat. II. 'Haud cuivis promptum est marmarque humilesque susurros Tolerare de templis et aperto vivere voto;' —*Non abnuat*] I. e. non deneget, non recuset. —*Illius, &c.*] Isiaci antistitis. *Vet. Sch.*

539 *Ansero magno*] Est ergo irrisio. Nimirum Deus ille Osiris, victimis et sacrificiis corruptus, a pœna abstinēt. —*Ansero*] Alite Isidi sacro: solebant ergo eam anserem colere, et popano, id est, placenta tenui, lata et rotunda, teste Herodoto I. II. *Grang.*

540 *Osiris*] Deus ille qui *Anubis* vs. 535.

541 *Cum, &c.*] Cum Isidos sacerdos abiit, et locum dedit, tum Judæa suppellectili sua pauperecula (cophino et fœno) relicta, ipsi succedit, male vestita ac tremens. Videtur quæ vs. 14. Sat. III. dicta sunt de cophino fœnoque. *Parrhas.* Epist. 18. —*Cum, &c.*] Cum Gallus sacerdos ac lustrator accesserit, Judæa mulier advenit, quæ in aurem susurrando, sub obtentu religionis, aliquid petit. Dixit nam superius Judæis hortos datos, quos colentes, præstabant pensiones: modo, inquit, laborem horti declinantes, transferant se ad Deos lucri causa, legem Moysei exponentes. —*Cophino fœnoque*] Suppellectile, quod his pulmentaria sua, et calidam aquam die sabbati servare consueverunt. *Vet. Sch.*

542 *Arcanum*] Cum non Deorum, sed Dei unius nomine stipem peterent, palam id facere non audebant. Romani enim Deos patrios negligi indignis-



me ferebant. Ergo non palam stipem rogat, sed clam in aurem arcanam mendicat. Vel cui arcana et secreta inausurrat. *Lubin.*—*Mendicat*] Inausurrat aliquid de sua religione, simulque opem petit, sed tecte, ne in periculum adducat matronas Romanas, quibus damnosum foret Judaicam profiteri religionem. Vide Martial. Epig. 54. l. vii.

543 *Interpres legum*] Hierosolymitarum et Judæarum, quæ in veteri testamento habentur. *Lubin.*—*Legum, &c.*] Solymas autem appellavit, quia quæ Hierosolyma dicitur, ante *Solyma* vocabatur. *Britannia.*—*Et, &c.*] Quæ, ut sacerdotes Dodonæ, sui quæru et fago responsa et oracula potest reddere, teste Herodoto. *Lubin.* Sed *Lubinum* fabulari et minime ad rem, dicit *Grangæus*, addens, quod Judæi arboribus urbi proximis alligabant jumentum, ibique tota nocte cum familia dormiebant, nade mane surgebant, ut in urbe vaticinatum venirent. Quæ conveniunt cum Antoris verbis Sat. iii. ut hinc dicatur *Sacerdos arboris.* *Magna, &c.* et *ac summi fida, &c.* a Judæos subsannante.

544 *Arboris*] In nemore Aricino victitans. Vide quæ ad Senecæ *Medeam* Farnabius, versu 249.—*Et summi*] Quæ Dei nuncia ad nos; et nostra ad Deum defert, idque certe ac fideliter. *Idem.*—*Ac, &c.*] Quid Dii cogitent de hominibus, vel disponant. *Vet. Sch.*

545 *Implet, &c.*] Id est, mulier superstitiosa his Judæis etiam aliquid donat, sed parcius, quam sacerdotibus Isidos. Legunt et distinguunt alii hoc modo, *implet et illa manum, sed parcius: ære minuto Quaticunque voles, &c.* Ut sensus sit distinctus, illa dat quidem, sed parca manu; vel implet quidem manum, sed rebus frivolis: et tum aperitur nova sententia.—*Ære, &c.*] Id est, pro minuto etiam ære (pro mercedis qualitate et quantitate) Judæi quaticunque somnia et qualescunque

vanitates tibi vendere non gravabuntur. Notat imposturas Judæorum irrisorie. Quos eodem modo, ut mos Ægyptios et Bohemos habet. *Grang.*

546 *Quaticunque, &c.*] Mala sive bona, etiam res vanas, quas pro magno proferunt. *Vet. Sch.*

547 *Spondet, &c.*] Id est, aruspex aliquis ex Armenia, vel Commagenus ex parte illa Syriæ, cum pulmonem vel intestina columbæ adhuc calidæ et palpitantis inspexit, mulieri tui omnia fausta et felicia futura prædicit, ipsique amatorem tenerum et formosum inde pollicetur, vel maximam et ingentem hereditatem et testamento divitis cujusdam orbi. *Lubin.*

548 *Calidæ*] Paulo ante dissectæ, adhuc vivæ et palpitantis. Vel, salicis.—*Pulmonem*] Inspectis extis. *Idem.*—*Columbæ*] Sacrificabatur enim Veneri, ad quam res amatoris pertinet, columba.

549 *Tractato*] Id est, quem scrutatus et manibus rimatus est aruspex. *Idem.*

550 *Pectora pullorum*] Id est, stidiose pectus et intestina pullorum et catelli introspicit. *Parrhas.* Epist. 18.—*Pectora, &c.*] Inspiciens, ut Virgilius: 'Pectoribus inhians spirantia consulit exta.' *Vet. Sch.*

551 *Interdum, &c.*] Scilicet occisi et mactati exta inspicit. Notandum hoc loco extremam illam superstitio-nem, ne sanguini quidem humano pepercisse.—*Faciet, &c.*] Id est, aruspex ipse illud committet, quod ipse accuset et officiat alii, vel patrabit infanticidium, quod judicio suo postea detegat, ut propositum præmium delationis consequatur. *Parrhasius* Epist. 18.—*Deferat*] Accuset.—*Faciet, &c.*] Hic Egnatium Philosophum significat, qui filiam Baræ Sorani, qua cum ipse ad magicam descendi-asset, hortatus detulit Neroni. ad quam rem mori cum patre jussa est a Nerone. Egnatium autem hic Poëta

ob delationem hanc ipsam sæpe lacerat, ut superius dixit, 'Stoicus occidit Barcam, delator amicum, Discipulumque senex.' *Vet. Sch.*

552 *Chaldeis, &c.*] Indicat jam quod superstitione illæ mulieres, plus tamen tribuant Chaldeis et Astrologis Babyloniis et Syris, quam aruspibus. *Lubin.*

553 *A fonte, &c.*] Tanquam ex sacro tripode profectum, ut ab ipso Jove Ammone dictum: alii legunt *a fronte*, sed male. Nam ibi non responsa, ut apud Delphos verbis dabantur, sed muta et signis. Templum enim Ammonis conditum eo loco in quo fontem invenit Bacchus in Indiam iter faciens, ut docet *Servius*.—*A fronte, &c.*] Tanquam si a Jove ipso Ammone sit dictum. Apollo nam indignos homines putat quibus futura respondeat. Nam magis sic intelligitur, quod Alexander damnavit templum Apollinis in Delphis, ne sint homines futurorum præcæli. *Vet. Sch.*

554 *Ammonis*] Jovis, ab *ἄμμων*, id est, arena, in arenosis enim Africæ desertis templum illi a Baccho conditum est, propter fontem ex ariete compecto inventum. Vel Hammonis a *ἡμῶν* solarium, simulacrum Jovis in sublimi extractum. *Fernab.*

—*Quoniam, &c.*] Scoptice hoc dicit, quasi illi astrologi oraculorum defectum supplere deberent. Scripsit Plutarchus librum de Oraculorum suo tempore defectu: Christus autem suo adventu Dæmones profligavit, et omnibus oraculis Dæmonum æternum silentium imposuit. *Lubin.*

555 *Et, &c.*] Quoniam inquit mortalitas hac una re damnatur et affligitur, quod futura noscere non possit. *Britannicus*.—*Caligo*] Obscuritas et ignorantia rerum futurarum. *Lubin.*

556 *Præcipuus, &c.*] Acrius invehitur in superstitionem mulierum credentium Astrologia, quibus ut perniciosissimus quisque erat, ita maximam habebat fidem, et qui ob vaticinia

sua sæpius quam reliqui in exilium ejectus est, sed quia eventus vaticinio respondit, fuit revocatus.—*Qui, &c.*] Subaudi *fuit*, id est, qui sceleratissimus, ac per hoc sæpius missus in exilium. Selenicum Astrologum hic designat. *Britann.*—*Præcipuus, &c.*] Deest *fuerit*. Horum autem, id est, magorum, aruspicum, mathematicorum. *Vet. Sch.*

557 *Cujus, &c.*] Per cujus amicitiam, et tabellas iudiciorum Astrologorum magno pretio ab Othone emendas, cui contra Galbam victoriam pollicebatur, Sergius Galba Othonis hostis obit, ut Astrologus fuerat vaticinatus. Vel per cujus amicitiam et familiaritatem cum Othone, et per cujus tabulam vel chartam, cui iudicia sua Astrologica inscripsit, et quæ magno pretio conducenda erat, mors et cædes futura magni Romani civis imperatoris Sergii Galbæ prædicta fuit.—*Amicitia*] Quasi Otho amicitiam, et tabellas illius Mathematici pretio redemerit.—*Tabella*] In qua thema et constitutio cæli, addito de illis iudicio, et vaticinio. Sueton. 4. Otho. *Lubin.*

558 *Magnus civis*] Sergium Galbam intelligit.—*Obiit*] Pro *obivit*, vel *obitit*. Syncope, quæ producit hanc syllabam.—*Formidatus*] Quem Otho formidavit. Æmulus enim Imperii erat. *Juvius* ex libro Suetii legit, *formidandus*.

559 *Inde, &c.*] Hinc Astrologicae arti fides habetur a feminis, si aliquoties ante Astrologus fuerit in vincula conjectus, manicis et catenis ferreis vinctus: et postea dimissus cum honore, quando comperiebantur vera esse quæ prædixerat. Vide *Lipsium* l. xi. Annal. Taciti.—*Longe*] I. e. diuturno.—*Sonuit, &c.*] Si jam in catenis fuit, aut in castrorum custodia. *Vet. Sch.*

561 *Nemo, &c.*] Id est, nemo Mathematicorum genium vel aulum futuris rebus dignoscendis aptum et

perspicacem habere creditur, qui aliquoties non sit condemnatus. *Lubin.*—*Nemo, &c.*] Quasi ob nimiam peritiam scilicet fuerit damnatus. *Vet. Sch.*

562 *Sed, &c.*] Qui sua arte prope vitæ periculum incurrit.—*Cui, &c.*] Qui supplicio adficiendus; et cui per singularem gratiam et misericordiam vix ægre contigit exsilio mulctari, et in Cycladam insulam mitti ut effugeret præsentem mortem. Erat hæc insula in Ægeo sinu, exsilio noxiorum destinata. *Lubin.*—*In, &c.*] In insulam Cycladam relegari. Sensus hic est. Peritissimus astrologorum ille est, qui tale aliquid admisit: cum facinus non exilium semper mereatur. *Vet. Sch.*

563 *Et, &c.*] Erat Seryphus una Cycladum, ad quam, ut in Gyaron noxii relegabantur. Erat autem Seryphus grave exilium. *Lubin.*—*Et, &c. caruisse*] I. e. Revocari ex illa exsilii insula.—*Tandem*] I. e. post longum tempus.

564 *Consultit*] Notat jam, quid quererent mulieres ex Astrologia, et quod plurimæ mulieres ipsæ Astrologiam exercerent. Id est, Tanaquil uxor tua Astrologis summo opere dedita, consultit Astrologum, quando tandem mater moritura sit, quæ tardo morbo Ictero laborat, quam capit jamdudum mortuam.—*Ictericæ*] Icterus est infusio bilis flavæ per totum corpus, morbus regius et arquatus etiam dicitur. *Idem.*—*De funere lento*] I. e. de morte quæ nimis moratur, et nimium differtur.

565 *Ante, &c.*] Id est, de te tamen, viri sui funere, prius eum consultit, quem citius adhuc mori quam matrem desiderat. Tum, quando sororem et patruos mortuos ad sepulturam efferrat, eorumque bonis potiatur. *Idem.*—*Tanaquil*] Pro qualibet superstitione ponitur, qualis fuit illa Tarquinii Prisci uxor Astrologiæ peritissima, quæ Mathematicæ fuit studiosissima.

Tanaquil est uxor imperiosa, ut apud Auson. in ep. 'Tanaquil tua nesciat illud.'—*Tanaquil tua*] Modo pro qualibet uxore posuit nomen. Hæc autem Tanaquil fuit Tarquinii Prisci uxor, soceri Servilii Tullii, quæ dicitur mathematicam artem optime sciasse. *Vet. Sch.*

566 *An sit, &c.*] Id est, querit de morte viri, et vita sui adulteri, anne etiam ille diutius victurus sit. *Lubin.*—*An, &c.*] *Karà koros* consulit, si superstes illi sit adulter suus. *Vet. Sch.*

567 *Quid, &c.*] Sceptice et Satyrice. Quasi nihil majus et excellentius tali mulieri a Diis dari possit, quam longa felicitas et valetudo ac vita morchi sui. *Lubin.*

568 *Hæc, &c.*] His sequentibus jam notat illas mulieres et insultat illis, quæ ipsæ erant Astrologæ, dicens illas tolerabiliores esse, quæ astrologos consulant, eo quod astrologiam ipsæ ignorent, et quæ sint qualitates et potentie Planetarum. Vel, quæ talia tali et tanto scrutentur studio, nec curent magis quæ in rem suam sint.—*Sidus triste*] Inominata illa siccæ, et frigida stella Saturni, maleficum, et infortunatum sidus: et quibus in ortu affulserit infelicitatem portendens. *Propert.* 'Et grave Saturni sidus in omne capat.' *Britann. Lubin.*—*Quid, &c.*] Superstitiose. *Virgilius:* 'Frigida Saturni sese cum stella receptat.' *Lucanus:* 'Veneris salubre sidus.' *Vet. Sch.*

569 *Quo, &c.*] Cum quo signo vel sidere Venus orta læta sit ac fausta, fortunata, ac benigna: quos planetas habeat amicos. *Lubin.*

570 *Qui, &c.*] Quæ tempora ex stellarum constitutione incrum, et quæ damnum allatura sint. Hæc a stolidis illis alogis astrologis verbosissime tractantur. *Idem.*

571 *Illius, &c.*] Jam contra Antipodosi demonstrat, prorsus intolerabiles et pessimas illas easse, quæ ipsæ Astrologiam didicerint, et in manibus

**Ephemerides** quotidie vel assidue **te-**  
**runt**, nihilque incipiant nisi prius ex  
**libro** vel Ephemeridibus sumto ju-  
**dicio**. Simulque monet, periculosum  
**esse**, talibus mulieribus occurrere, et  
**obviam** fieri; tanquam aliquid non  
**boni** ominis.—*[Ilius, &c.]* Quasi dicat:  
**Tolerabilior** illa est, quæ consultit ali-  
**um**: non ferenda vero ea, quæ ipsa  
**mathesis** proficitur. *Vet. Sch.*

572 *In, &c.]* Id est, quæ Astrolo-  
gorum Ephemeridas quotidiano usu  
in manibus versans, ita attrivit, ut  
colorem papyri mutent, et manuum  
sudore ac pinguedine, pinguibus ac  
pellucidis succinis non dissimiles sint.  
*Lubin.* Quemadmodum teri solet suc-  
cinum, ut magis flagret, vel decit Gran-  
gæus: sed inconsulte. Dixisse de-  
buisse, unctas, flavas et pellucidas  
ut pingua succina.—*Cœ, &c.]* Mem-  
brana mathematicorum, ut artus diur-  
nus, quæ adeo tractatione colorem  
suum mutavit, et<sup>o</sup> epoclea facta est.  
colorem fecit, ut succinum. *Vet. Sch.*

573 **Ephemerides]** Singulorum die-  
rum cœli constitutionem continentes.  
—*Quæ, &c.]* Astrologum, cum ipsa  
ejus artis sit satis perita. *Lubin.*

574 **Consultitur]** Id est, quæ ipsa  
Astrologiam didicit, et ob id ab aliis  
tanquam peritissima consultitur.—  
*Quæ castra, &c.]* Quæ non una cum  
viro, sive castra petat, sive e militia  
domum repetat, proficiaci vult, si vi-  
det cœli faciem infortunatam esse  
per calculationem, numeros, vel Ephe-  
merides Thrasylli, qui fuit nobilis  
Mathematicus Tiberii tempore. *Idem.*  
—*Non, &c.]* Ut præscia futuri peri-  
culi. Thrasyllas multarum artium  
scientiam professus, postremo se de-  
dit Platonicæ sectæ, ac deinde ma-  
thesi: quæ præcipue vixit apud Ti-  
berium, cum quo sub honore ejusdem  
artis familiariter vixit: quem postea  
Tiberius in insula Rhodo præcipitare  
voluit in pelagum, quasi conscium  
premissæ dominationis. Quem dolum  
cum præsensisset, fugit. *Vet. Sch.*

575 **Reversata]** Suis astrologicis cal-  
culationibus, imminenti sibi periculi  
præscia, impedita.—*Thrasyll]* Mul-  
tarum artium scientiam ille professus.  
Vide Suetob. in Tib. c. 16. Tacit.  
Annal. 6. Dio. 55. lib. Hic ponitur  
pro quocunque Mathematico.

576 **Ad, &c.]** Exaggerat supersti-  
tionem illam Astrologicam satis Sa-  
tyrice. Si illi mulieri placeat curra  
vel vehiculo vectari ad unum miliare,  
hora et opportunitas sumitur ex libro  
mathematico et Ephemeridibus. *Lub-*  
*in.* Numerabantur enim miliaria per  
lapides vel columellas lapideas: quæ  
erant ex instituto Gracchi notis nu-  
merorum incisæ. Numerus autem  
omnium miliarium incipiebat, vel de-  
sinebat, in columna aurea, quæ erat  
in foro Romano, in quam omnes viæ  
Italix finiebant; idque ex Augusti  
instituto.—*Sumitur ex libro]* Quem  
supra *tabulam* vocavit, postea *ephe-*  
*meridas*.—*Ad primum, &c.]* Si gestari  
voluerit, horam ex signis eligit con-  
venientem. *Vet. Sch.*

577 **Si prurit]** Miram superstitio-  
nem notat, et irridet. Id est, si vel  
angulus ocelli fricando attritus prurit,  
prius inspicit suum thema, vel geni-  
turæ suæ calculationem, et tum de-  
num oculorum medicamina adsumit.  
*Lubin.* Huc spectat Melampodis liber  
*περὶ καλῶν*, et illud, 'Oculus mihi  
dexter salit.' Ex alicujus enim mem-  
bri pruritu, antiqui conjicere solebant.  
*Juvius. Erasmus* Cent. iv. Proverb.  
27. Chil. xi. Ex libris *ἱατροπονημα-*  
*τικῶν αὐράδων*, quando cibus aut ca-  
tharticum daudum esset ægrotis,  
colligebant, et quando quidquam re-  
rum in vita agendarum aspiciendum.  
*Salmasius de annis Climactericis.*

578 **Generi]** Nativitatis themate.  
Quæ Manilio *genitura* dicitur, aliis  
*horoscopus*.

579 **Egra, &c.]** Licet morti vicina  
sit, et cibo salvari possit, illum ta-  
men cibum non prius sumit, quam li-  
brum Petosyris Astrologi consulue-

rit. *Ptolemyris Egyptina*, insignis fuit *Astrologus*, et *Medicus*, teste *Plinio* lib. vii. et *Suida*. *Lubin.*—*Dederit*] I. e. indicaverit, vel permiserit.—*Ptolemyris*] Alter auctor artis mathematicæ. *Vet. Sch.*

581 *Si mediocris*] Dixit de divitibus matronis, earumque ridicula superstitione; pergit jam dicere de tenuioribus, et mediocris fortunæ mulieribus, quæ non haruspices et *Astrologos*, sed sortilegos adibant.—*Spatium*, &c.] I. e. Circum inter duas metas, quibus definitum circi spatium. Propositionum scilicet metarum. Sortilegi enim duos locos sibi eligebant quos lustrabant et circumibant. Nam in circo maximo circa metas solebant considerare, qui sortes dabant vulgaribus, ut *Acron* tradit. *Lubin.*—*Si*, &c.] Si pauper erit mulier supersticiosa, in circo quærit quos consulat. ibi nam antea proponere solebant hujus artis professores.—*Spatium*, &c.] Quod circulatorum hoc consueverint adhibere, ut delectis sibi locis duobus, eos lustrant, id est circueant, deinde per eos sortes, id est, taxilla jactitent, quo exinde, quod sum geneseos signum se accommodaverit, inspicitur, numquid vivet, et quandiu. Et paucis ex verbis ibidem conscriptis sortes educunt suas. *Vet. Sch.*

582 *Et sortes ducet*] In triviis et compitis erant urnæ, in quas lapilli, aut quæ alia res, conjiciebantur, deinde puer quidam manu sua educebat.—*Frontemque*] Id est, Metoposcopo frontem introspiciendam præbebit, profitenti hominum mores, naturas et futuros etiam eventus ex vultu, fronte pernocere et prævidere, et Chiromanti, seu Chirosco, divinanti e lineis et incisuris manuum, dabit manum inspiciendam: vati inquam pro mercede postulanti crebrum poppysma, labiorum inter se collisorum strepitum, osculum cum sonitu, vel crebram pertractationem: nam *ποπύσιον* est manu per-

tractare. *Lubin.*

583 *Præbebit*] Metoposcopo et chiromanti roganti sibi manum ostendit et frontem, ut facere solent, præbebit crebrum poppysma, quod est, adlabitur et assentabitur, captans ejus benevolentiam, ut sibi fata sua canat, et eum prope adorabit. *Turneb.* iv. 15. et v. 23.—*Poppysma*] Proprie est, ut ait *Vetus Interpres*, 'oris præseal sonus et labiorum in se collisorum strepitus.' Sed quoniam, cum equi ferociore palpo demulcentur et mitigantur, labiorum collisione hoc fit, hinc etiam factum ut pro manuum tractatione accipiatur. Ergo cum *Vates* frontis ac manus inspectione non futura modo prædicebat, sed etiam præteritos casus narrabat, crebrum assensum et admirationem exposcebat, quæ etiam nunc labiorum collisione exprimitur. Nam quæ de adulatione et adoratione *Turnebus* affert, forte quia fulgura poppysmis adorari solita tradit *Plinius*, non sunt hujus loci. *Ferrar.*—*Poppysma*] Oris præseal sonus, ut labiorum in se collisorum strepitus, qui lætitia prædicere mala<sup>o</sup> adsolet, vitare vota. *Vet. Sch.*

584 *Divitibus*, &c.] Divites adibant augures et astrologos quos consulunt.—*Phryx*, &c.] *Cic.* i. de divinatione, testatur, quod *Phryges*, *Cilices*, et *Arabum* natio, significationibus avium plurimum obtemperant.—*Et Indus*, &c.] Id est, *Indus* aliquis astrologus et Philosophus, *Gymnosophista*, *Brachmanes*, a mulieribus ditioribus constituta mercede conductus. *Plurimi* legunt, et inde, id est, ex *Phrygia*. *Lubin.*—*Phryx*, &c.] Ille *Phryx* qui *Romæ* moratur. Sunt enim ob hoc qui ab ipsa *Phrygia* exhibitii sunt.

585 *Dabit*] Supp. responsa.

586 *Atque*, &c.] Id est, qui habet aliquam publicam curam fulgurum. Nam cum fulgura cadebant, aderant exploratores, qui locum cæsis bidentibus expiarent; quadam tacita prece colligebant reliquias aut vestigia ful-

animis, et ibidem sepulchro candelabant, transferre enim nefas. Cum locum deinde sepiebant cespite, sacrum et inaccessum habebant (sic et illi, qui fulmine icti, terra candelabantur, non ut ceteri cremabantur) quem locum clausum et septum *bidental* appellabant. *Lubin.*—*Senior*] Presbyter, Sacerdos.—*Qui publici fulg.*] Hetruscus fulguriteram conditor et expiator. *Pers. Satyr. II. 26.*—*Qui, &c.*] Condi fulgura dicuntur quotiescunque Pontifex dispersos ignes in unam redigit et tacita ignorantque prece locum aggestione consecratum it. *Lucanus*: ‘et tacito cum murmure condit, Datque locis nomen.’ *Vet. Sch.*

587 *Plebeium, &c.*] Ait jam rursus quos vates tenuiores, et plebei habebant. id est, Responsa que dantur plebei de fato, i. e. de iis que imminet, habentur ex divinatoribus qui in circo habitant. Plebei vates, homines viliissimi et *avertus*, ludii, astrologi, conjectores fanatici in circo morantur aut sedent, et in aggere Tarquini Superbi, qui est ad Circum. *Horat.* itaque appellat ‘Fallecom circum:’ de his *Ennius*: ‘Non vicinos haruspices, non de circo astrologos,’ &c. *Fernab. Parrhasius* ad *Cicer.* *Mil. 832. m.*—*In circo*] In ludis Circensibus.—*In aggere*] Qui erat ad circum. De aggere Tarquini Superbi intelligit *Britannicus*.

588 *In aggere*] Vetus Interpres, in circo, in spina addenda vox est supplendo hiato, in aggere, in spina. Nam spina agger dictus; paries median circum, sicut spina dorsum, intersecabat. Plebeum ibi fatum positum, quia ut idem ait illic pauperes sortes accipiebant. *Ferrar.*—*Plebeium, &c.*] In circo \* in spina hoc ideo quia illic pauperes sortes accipiunt. *Vid. Cassiodor. p. 196. Vet. Sch.*

589 *Nudis cervicibus*] Hic plebeiam mulierem inducit Poëta, nudis cervicibus longum aurum sive monile gestantem. Quod quia vix credibile vi-

ris doctis visum est, pro nudis, nullis reposerunt; cum nihil opus sit correctione, verbis illis vitæ liberioris mulierem denotantibus. Nam cum matronæ ita stola talari et mamillis aperta essent, ut nihil præter faciem appareret; contra libertinæ et quæ licentiam stupri vulgaverant, non cervicis modo, sed humeris atque lacertis conspicuis ac seminudis erant. Nuda ergo cervice monile suspendebant quibus stola cuncta operientis jus non erat. Sed quid opus conjectura? Nonne *Ovidius* hæc clare lib. de rem. Am. 843. ‘Auferimur culta: gemmis atque teguntur Omnia: pars minima est ipsa puella sul.’ Atqui paulo post subjungit: ‘Thais in arte mea est, lascivia libera nostra est, Nil mihi cum nupta: Thais in arte mea est.’ Sed quod magis mirum jure videbitur, isdem (lib. II. de arte am.) etiam purpuram et quidem Tyriam adsignat, vestemque auratam. *Ferrar.*

590 *Fala, &c.*] *Fala* et Delphini in Circo. Ibi viles et triviales Astrologos consulunt plebeiæ feminæ.—*Phalas*] *Fala* nihil aliud quam obelisci aggeri impositi, instar turrium sublimis.—*Delphinorumque*] Delphini et ova machine lignæ, delphinorum et ovorum figura, ad quadrigarum curricula numeranda et distinguenda, ut ad singula spatia et metæ flexus, qui septem erant, ovum ligneum quod erat exemptile auferretur, ex quo numerus carriculorum intelligebatur. *Pavonius.* Hæc de ovis recte se habent, sed cur Delphines apponerentur qui explicaret nondum reperi. Cum quatuor essent Circi factiones, a tunice coloribus distinctæ, Veneta, Prasina, Alba, et Russata: duæ tamen præcipuæ Veneta et Prasina; (nam altera Venetæ altera Prasina adhaerebat) et Venetæ quidem tunicaerulea a colore maris, Prasina viridis sive a porraceo colore sive a terra viridante erat. Cum ergo duæ illæ

factiones in Circo de victoria bigis et quadrigis certarent, ut intelligeretur quoniam prius septies metam flecteret, necesse fuit utriusque factionis curricula denotari; nec ova utrique factioni curriculum numerum notare poterant, unde etiam Delfines apposit. Cumque Venetæ factionis agitatores essent rei maritimæ studiosi; Prasinæ autem reliquis populus, continentis incola, ut agricolæ, mercatores, &c. Hinc factum ut Venetæ aurigationis nota Delfinus esset, Prasinæ autem ovum seu lignea ovalis machina. Hinc etiam factum suspicor ut in argenteis nummis Romanarum familiarum, sub bigis aut quadrigis modo tridens modo spica conspiciatur, ut illo Venetorum victoria, hæc Prasinorum indicaretur. *Ferrus.*

590 *An saga*] An caupone priore marito deserto, vel mortuo, negotiatori sagario, qui saga et alias vestes militares vendit, nubere debeat. Caupo enim est, qui meritoriam tabernam exercet. *Lubin.*—*An nubat*] I. e. Consultit, an fatis tibi datum sit et liceat. —*An saga, &c.*] Negotiatori sagario. *Vet. Sch.*

591 *Hæ tamen*] Pauperculæ. Excusat jam tenniorum mulierum superstitionem, quæ tamen labore partus ambirent, et transit ad ditiorum scelera, quæ partus dolores subire nolentes, per potionem partus abigebant. —*Partus discrimen*] Nam quæ pariunt in summo versantur periculo. —*Et, &c.*] Id est, educant. *Lubin.* Quasi, quæ ob inopiam liberos nutricibus alendos tradere non possunt.

592 *Fortuna, &c.*] Paupertate, et partus et educationis labores subeunt. —*Urgente*] Rei familiaris angustia cogente. *Idem.* —*Fortuna urgente*] Cogente paupertate, non solum partus periculum, sed etiam educationis subeunt laborem. *Vet. Sch.*

593 *Sed, &c.*] Dives mulier, quæ in aurato lecto jacet, nunquam est puer-

pera. Partus enim dolorem sustinere non vult. *Lubin.*—*Sed jacet*] Vix est ut puerperium sustineat dives mulier. Nam sterilitatis, aut abortus poculum sumit ab obstertrice, aut malefica. Puerpera dicitur puella, quæ primus parit. *Vet. Sch.*

594 *Tantum, &c.*] Obstertrici; vel veneficæ malæ artes et veneficia, quæ suis potionibus mulieres facit steriles. —*Medicamina*] Venena partum extinguunt et expellunt. *Lubin.* Non est, inquit, mirum, si mulier divi non concipiat, aut partum abigat: nam hoc possunt artes mulieris veneficæ.

595 *Atque, &c.*] Id est, quæ pro mercede constituta conducit homines in utero matris conceptos et formatos necandos et expellendos. Nota, quod factus conceptos, homines appellat.

596 *Gaude, &c.*] Apostrophe ad infelicem maritum. Id est, tu o miserime, gaude cum uxor tua abortum facit, et non dole. *Idem.*—*Ipæ, &c.*] Ut partum abigat, quem non ex te, sed forte ex Æthiope adultero suscepit.

597 *Quidquid erit*] Veneficii vel potionis ad abigendum partum; ut citius et certius abortum faciat. —*Nam si distendere*] Id est, si uxor tua adultera gravida fieri, et uterum suum implere ac distendere vellet, ipsumque vexare et aggravare pueris salientibus usque ad legitimum tempus partus: tunc tu fortassis appellareris pater Æthiopis, tanquam illum ex te concepisset. *Lubin.* Salire autem dicuntur et moveri incipere mares quadagesimo post conceptum die, femellæ nonagesimo.

599 *Mox, &c.*] Sceptice hæc dicit. Sensus: et postea hunc nigrum et decolorem filium, non tuum, sed servi Æthiopis, ex testamento heredem constituere cogereris, qui testamenti tui tabulas esset impleturus et heres futurus solus et ex asse. *Idem.*

600 *Nunquam, &c.*] Hoc eo dicit, quia inauspicatum habebatur, si *Aethiops* mane primus alicui occurrisset, et credebatur mali quippiam portendere. *Lubia.* Unde supra: 'Et cui per mediam noles occurrere noctem.'

601 *Truncos, &c.*] Per occupationem. Sic Horat. 'Complures alios, doctos ego quos et amicos Prudens prætereo.' Jam illas notat, quæ se gravidas simulabant, cum per molliem partus ærumnas subire nollent, et tamen videbant maritos suos desiderio puerorum teneri. *Suppositos*, pro legitimis suppositos, et acceptos ementito partu, maritis tanquam de se natos obtrudebant. Et hos nobiles matronæ pro suis educabant.—*Gaudia, &c.*] Qui de suppositis tanquam ex se natis gaudent, et vota pro illis nothis et spuris tanquam ex se natis et legitimis concipiunt.

602 *Ad, &c.*] Intelligit lacum Velsenensem immundum. Eo enim deferebantur, et exponebantur spurii: Unde nobiles matronæ pueros inventos petebant et asportabant, et pro suo partu maritis ostendebant. Qui postea tanquam nobiles ad magnos honores evehantur, eliguntur pontifices maximi, et Salli sacerdotes Martia. Hæc autem dignitas summa erat. *Lubia.* Vide Parrhas. ep. 28.—*Ad spurcos, &c.*] Illuc nam deferebantur expositi partus, atque ibi projiciebantur. decepta autem vota, quia suppositus est filius, id est, factus nobilis ex supposito. *Vet. Sch.*

603 *Salios*] Martis sacerdotes.—*Scaurorum, &c.*] Qui nobilissimorum Romanorum liberi creduntur, et Scaurorum, sive aliorum quorumlibet nobilium, nomina ferunt. Sed *falso corpore*, et supposito, quod non a Scauris, sed a ganeone forte habent. *Lub.*

604 *Stat, &c.*] Indicat, quamquam miris modis fortuna talibus nothis et spuris tanquam suis filiis faveat, et ad divitias et honores evehat. Hinc

*Delph. et Var. Clus.*

apud nos notum proverbium: *Die Huren Kinder haben das beste Gluck.* Sic Horatio 'fortunatissimi fortunæ filii.'—*Improba*] Cæca, stolidi, et sine ratione agens, atque nocturno tempore nudis illis, et miseris infantibus cum favore adridet. *Idem.*

605 *Nudis*] Expositis nudis.—*Hæc, &c.*] Omni ope humana destitutis subvenit fortuna, et sicut suo, quasi adfectu aliquo materno, involvit. *Idem.*

606 *Domibus, &c.*] Nobilibus familiis. Id est, ut nobiles matronæ illos pro genuinis, maritis suis obtrudant. *Idem.*—*Domibus, &c.*] Nobilibus. *Vet. Sch.*

607 *Secretumque tibi*] Facit ex humili præaltum, ex obscuro nobilem. *Mimus* ait *secretum*: nam ut mimus modo personam pauperis, mox divitis representabat; ita etiam hi pueri. *Secretum* ait: nam adulteræ conjugii hoc solum fuit notum. *Lubia.*—*Mimus*] Ludum et varium jocum ex his suppositis captura. *Farnab.*—*Hic, &c.*] Id est, in hos se et sua dona largiter profundit.

608 *Atque suos*] Suos alumnos miserimos pueros ad summos honores, maximas divitias producit. Alii, utque.—*Ridens*] Fortuna, jocans ac favens. *Idem.* Quæ facit magna gaudia ex malis, et mala immensa ex maximis gaudiis. *Grang.*—*Producit*] Tanquam suos tuetur. *Vet. Sch.*

609 *Hic, &c.*] Nunc invehitur in amatoria et magicas artes mulierum, quæ viros etiam in furorem compellant. *Brit.*—*Magicos, &c.*] Necromanticas incantationes.—*Thessala, &c.*] Nam Thessalia veneficiis olim abundabat, teste Apuleio l. 1. Florid. Est autem *philtro*, poculum amatorum. *Lubia.*—*Hic, &c.*] *Δευτικὸς*. \* nescit qui aliter, qui cantus magicos nobis quos matronis superstitiosis vendat. *Philtra*, amatoria. *Vet. Sch.*

610 *Quibus, &c.*] Torquere præ amore, et furiosum ac dementem red-

*Juv.*

2 P



dere. *Lubin.*

611 *Et solea*] Ita sibi subicere, ut pro libidine eos tractare, et quidquid in illos mulieres velint, possint, ut calceamentis suis muliebribus maritorum nates imperiose et petulanter pulsare possint: quod evenire solet *ὑπονοήματα πορνείας*. Terent. 'Mitigari tibi videam sandalio caput.' Et Persius Sat. v. 149. 'Solea puer objugabere rubra.'—*Quod desipis*] Id est, quod insanus es, quod a sano et communi sensu declinas.—*Inde est*] Ex illo philtro et amatoriis hoc provenit.—*Quod desipis*] *Ἀνοήτῳ* ad maritum. *Vet. Sch.*

612 *Inde, &c.*] Offuscatio et cæcitas mentis, ac per hoc ignorantia: hi enim effectus philtrosum. *Lubin.*—*Inde, &c.*] \*Tondit lethargus morbus.\* Caligulam significat Cæsarem, quem adeo medicatis potionibus uxor Cæsonia in amorem suum deduxit, ut de nimia impatientia furens, sepe eam nudam amicis ostenderet. *Vet. Sch.*

613 *Tamen, &c.*] Quod magicis illis philtis, bardus, stupidus, et obliviosus evadas. *Lubin.*—*Si, &c.*] Si modo prorsus furiosus et insanus non reddaris.—*Tamen hoc tolerabile, si non*] 'Semper aquam portes rimosa ad dextra: semper Istud onus subeas ipsis manantibus urnis, Quod rabidum nostro Phalarim de rege dedisti Et furere,' &c. Qui versus referuntur a Probo. *Vet. Sch.*

614 *Ut, &c.*] Id est, Cæsar Caligula, quem Cæsonia perditæ lasciviæ, avar medicatis potionibus adeo in sui amorem pellexit, ut nimia amoris impatientia, fureret. Sueton. Calig. c. 50. *Lubin.*

615 *Cui, &c.*] Id est, Hippomanes, vel totam illam carunculam, quæ pullo equino recens nato fronti adhæret. Virgil. de quo supra.—*Tremuli*] Recens nati, frigore trementis. *Lubin.*—*Tremuli, &c.*] Interpretis vetus pileum interpretatur, et pellicule instar esse ait. Quod nescio quomodo convenire

possit cum Aristotele et Plinio, qui tuberculum esse produnt, caricæ simile. Nec enim pileum dici potest hujusmodi parva caruncula fronti innata. Sed vò *χόριον* confudit ille Scholiastes, hoc est, membranam sive pelliculam, qua involvitur foetus, quamque adeo equa ante partum projicit. Et *πλῖον* vocabatur illa membrana. *Salmasius.*—*Infundis*] i. e. bibendam dedit: sic Horat. epod. v. 'Majus infundam tibi Fastidienti poculum.'—*Tremuli, &c.*] Mox scilicet nati equini, cui in fronte pileum ut pellicula erepta, præstat amorem: ut Virgilius: 'Quæritur et nascentis equi de fronte revulsa, Et matri præreptus amor.' *Vet. Sch.*

616 *Quæ, &c.*] Id est, si regina Imperatoris conjux hoc fecit, quo magis aliæ mulieres? *Lubin.* Reliquæ mulieres dignioris exemplo commotæ idem facere non verebantur.—*Quæ, &c.*] Si regina hoc fecit, quanto magis aliæ mulieres? *Vet. Sch.*

617 *Ardebant, &c.*] Id est, universa in Imperio Romano tanquam igne quodam furore Imperatoris ardebant et absumebantur, et universa ruebant compage et vinculo imperii quasi fracto et soluto, non secus ac si nutassent res cælestes, Jove in furorem verso. Reip. enim caput et colligatio princeps: quo perturbato et ipsa perturbatur. Irrisorie autem Caligulam cum Jove confert. *Lubin.* Addit *Vet. Scholiast.* *Sonante Claudio ex furore:* quæ adulterina, ut probum nummum accepit Antoninus. Mala enim manu fuerat scriptum *Claudio pro Cajo*, Caligula scilicet, qui apud Antores Cajus, et Cajus princeps simpliciter nominatur. *Grang.*—*Ardebant, &c.*] Sonante Claudio, scilicet ex furore. *Vet. Sch.*

618 *Non aliter, &c.*] Furor ille, quem Cæsonia avunculo Neronis immisit, multis nocuit per unum. Nam in multos sæviebat unius Imperatoris insania, ut si per \* Jovis insaniam

*totus mandus agitetur. Vet. Sch.*

619 *Minus, &c.*] Jam satius esse ait hominem prorsus e medio tollere, quam insanum reddere. Et ratio valet: Nam mortuus non mordet. Id est, tolerabilius est peccatum Agrippinæ, quæ Claudium boleto venenato interemit, ut filio Neroni imperium conferret, quam Cæsoniæ, quæ Caligulam furiosum reddidit. Porro de hoc Agrippinæ facto, et boletis dictum, Sat. v. *Lubia*.—*Minus, &c.*] Exemplum de Agrippina, quæ principem Claudium maritum suum veneno necavit, ut filio suo Neroni conferret imperium. Agrippina mater Neronis. Cæsonia uxor. Agrippinæ maritus Claudius. *Vet. Sch.*

620 *Boletus*] Quo venenato sustulit Claudium Imperatorem.—*Siquidem minus*] Probat, quod dixit. Id est, boletus ille unum Claudium tantum e medio sustulit, et statim mortuus est post acceptum boletum. Sed Caligula furiosus, in multos et plurimos æviit. *Lubia*.

621 *Senis*] Nam excessit annum ætatis 65.—*Tremulumque caput*] Ob senilem ætatem, vel ob naturæ vitium. Sueton. Claud. c. III.—*Descendere, &c.*] His verbis nil salsius et mage mordens: Quia ille qui ab hominibus inter divos relatus, a Diis in Orcum tractus fuit. More suo contraria conjungens, et Scoptice irridens *Arcturum* Claudii, de quo vide Senecam in Ludo, ubi ait Claudium cælum ascendisse, sed decreto Deorum ad inferos fuisse detrusum. *H. Junius* animadv. i. 17.—*Descendere, &c.*] Ridens, pro ad inferos, et apotheosin deridet. Deum fecit Imperatorem. *Vet. Sch.*

622 *Et longa*] Labra longa, saliva fluentia et madida. *Lubia*. Nam sic de eo narrat Suetonius: 'Caputque tum semper, tum in quantulocunque actu vel maxime tremulum; erat et spumante rictu, humentibus naribus.' Dio notat et tremulas habuisse ma-

nus et ex capitis tremore linguæ titubantiam. Alii leg. *longam salivam*.—*Et, &c.*] Senem dicit. *Vet. Sch.*

623 *Hæc, &c.*] Contra Cæsoniæ potio, furore imperatoris, multos ferro necavit. Vide Suetonium. *Lubia*.—*Hæc torquet*] Id est, hæc potio est in caussa, ut homines variis cruciatibus afficiantur et torqueantur a Caligula. *Britan*. Hæc ergo potio et philtum Cæsoniæ Caligulam in furiosam crudelitatem impulit. Exquisitum aliquod veneni genus placebat, quod turbaret mentem et mortem differret. Tacit. XII. Annal.—*Hæc, &c.*] Quam Caligula scilicet bibit, temperatam a Cæsonia uxore sua. *Vet. Sch.*

624 *Hæc, &c.*] Nam quæstorem flagellavit; horreis præclusis populo famem indixit. Sine discrimine autem ordinem Senatorium, equestrem, plebeium, igni et ferro laceravit. *Lubia*. Atque identidem exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat.—*Mixtos, &c.*] Id est, omnes ordines sine distinctione occisos. *Vet. Sch.*

625 *Tanti, &c.*] Id est, tanti constat Hippomanes, vel tantum mali intulit, quantum ab una venefica proficisci potest. Vel, si per Hippomanes tanta calamitas imperio Romano invecta est, quantas clades venefica excitare potest, quæ venenis aliis innumeris et infinitis armata est! Pro quanti, quidam contendunt, legendum esse *tanti*. Ut idem sit bis repetitum, atque ita hac acclamatione summa Poëtæ indignatio ostendatur: sic 'Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt. Tantum admirari, tantum laudare diserto.' Et hic sit sensus: non jam opus est impensis in conducendis veneficis, satis est, si comparetur caruncula, quæ nascitur in fronte equæ.

626 *Oderunt*] Aliæ scelera mulierum taxat, quod non solum e pellice et concubina natos oderint, et si possint,

interimant; quod quodam modo excusari posset, cum hoc odium naturale sit, et Junonis exemplo comprobatum. Verum etiam privignos, imo proprios filios ob pecuniam et opes veneno interimant.—*Nemo, &c.*] Concessio. Leve id vitium esse ostendit. *Lubin.*—*Oderant, &c.*] De priore uxore, aut certe de amica. *Vet. Sch.*

637 *Jam, &c.*] Imo privignos etiam immerentes et innoxios [e medio tollunt, et existimant peccatum non esse. Sic Agrippina privignum suum Britannicum veneno sustulit, ut ad filium Neronem imperium transferret. *Lubin.*—*Jam, &c.*] Exemplum et in Agrippinam, quæ privignum suum Britannicum veneno necavit, ut filio suo Neroni conferret imperium. *Vet. Sch.*

628 *Vos, &c.*] Verba Poëtæ, et ratio cur non nefas sit privignum occidere vel pupillum, eo quod mulieres Romanæ proprios liberos divitiarum cupidine inductæ, interimant.—*Pupilli*] Quibus pater mortuus est, qui etis sub tutore. *Lubin.*—*Amplior est res*] Ejus contrarium res angusta: significat ergo divitias et lautum patrimonium.—*Custodite animas*] Vivite circumspecti et cauti, curam habete vitæ vestræ.

629 *Mensæ*] Cibo in mensa appposito, a noverca vel matre dato. *Idem.*—*Et, &c.*] Nec maternæ. *Vet. Sch.*

630 *Lævda, &c.*] Id est, pingua fercula adipe plena, veneno infecta, et livorem inducentia, admodum frequentia sunt, veneno a matribus dato. *Lubin.*—*Lævda, &c.*] Dulcia placenta veneno plena.—*Lævda, &c.*] Lævda, lubrica, dulci suffusa succo. Sequuntur duo versiculi, 'Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa Quæ peperit, timidus prægustet pocula pappas': qui in aliis non sunt. *Vet. Sch.*

631 *Mordeat, &c.*] Id est, cibos et potus a matre propria liberis datos aliquis prægustator prælibet, et pappas, vel ille qui pueros alit, pocula

prælibat.—*Mordeat*] Prægustet. *Lub.*

632 *Quæ, &c.*] Ipsa mater, quæ ut gratificetur secundo marito, venenas non raro tollit filios ex priore marito, ut ad illum rem integram deferat. infra de Pontia.—*Timidus*] Metu veneni scilicet. *Lubin.*—*Pappas*] Pædagogus vel pupilli custos. *Pappa* enim lingua infantulorum est pater. Mos vero prægustandi cibos et potum, libera repub. ignotus fuit, cœpitque sub Augusto. Prima origo a regibus Persarum, ut conjicit *Lipsius* ad XII. *Annal.* Tacit. *Parrhas.* Duo quoque ordines prægustatorum in mensa fuerunt: Alii enim cibum, et hi *καὶ ἐξ ὅχου* prægustatores: Alii potum explorabant, et hi a potione dicebantur. Erant etiam in coquina prægustatores, quorum munus erat ex gustu judicare, an esculenta bene essent cocta et condita: illi *Cocistrones* vocabantur. *Meurs.* exercit. Critic. part. II. c. 111.

633 *Fingimus, &c.*] Anthypophora et obiectio. Dicas forte, quod a propositi mei finibus egressus, non Satyram, sed Tragædiam scribam, et incredibilia proferam, ut finxisse videri queam. Sed utinam fingeremus, et mendaces essemus! Verum prohi dolor! hæc, quæ dico, sunt verissima.

—*Satyra, &c.*] Id est, assumente sublimi dicendi genus, quale in Tragædiis.—*Altum*] Vel quod calceus ille altus esset, ad majestatem personæ agentis adjuvandam. Vel ob res et verba quæ tractantur alta, vix credibilia. *Lubin.*—*Fingimus*] Anthypophora. dices forte, quod de proposito egressus, Satyram dimisi, et ad Tragædiam me contuli, fingens dicta. Sed Pontia non negat, se fecisse. Igitur quod ait, legem priorum, id est, Satyræ propositæ. *Vet. Sch.*

634 *Et, &c.*] Limites et terminos illorum, qui ante me Satyras scriperunt, præterivimus. *Legum priorum*, a prioribus quasi latarum, quæ adeo horrenda scelera Tragica, suis Satyris non inseruerunt.

635 *Grande, &c.*] Sublime Tragicum carmen, tanta vocis contentione et hiatu, quo Sophocles usus est, et qui tragiæ proprius, ira et indignatione furiosi, debacchamur. *Lubin.*—*Bacchamur*] Poëtico instincti furore, canimus Tragica. *Farnab.*—*Grande, &c.*] Id est, Tragœdiam scribimus. *Vet. Sch.*

636 *Montibus, &c.*] Id est, quod quidem carmen nemo unquam in Latîo ante me cecinit in Satyris suis: Id est, nunquam fuit auditum in his regionibus, tale scelus perpetratum fuisse, quodque a Poëtis celebratur, ut mater proprios filios necaverit.—*Rutulij*] Populi sunt Latii, quibus Turnus imperavit: et per hos, Romanos intelligit. Nam Latinus Rex habuit regnum finitimum cum Rutulis. *Britann.*

637 *Nos, &c.*] Respondet Poëta ad objectionem. Utinam hæc Tragica vera non essent, et a nobis tantum fingerentur.—*Sed, &c.*] Non autem sumus vani. Nam Pontia se hujusmodi scelera admisisse, et ut adultero nuberet suos duos filios veneno absumere voluisse, confitetur, et clamat: *Feci ego hoc.* Pontiam banc Publii Petronii filiam fuisse ajunt. *Janus Parrhasius* Epist. 28. ait, Vectii Bolani uxorem fuisse. *Lubin.* Sic quidem Parrhas. et *Lubin.* Sed illa tantum tentavit filios e medio tollere, non perfecit. Loquitur ergo de Titi Pontii filia, Drymiopis uxore, quæ duos filios consumpsit veneno. Ut testatur Vetus lapis: 'Pontia Titi Pontii filia hic sita sum,' &c.—*Nos, &c.*] Utinam nos hoc mentiremur, et non rea facti confiteretur. Pontia Publii Petronii filia, quam Nero conviciat in crimine conjurationis, damnavit, defuncto marito filios suos veneno necasse convicta, cum largis se epulis querasset, et vino venis inclis saltans, quo maxime studio oblectabatur, exstincta est. *Vet. Sch.*

639 *Quæ, &c.*] Id est, quæ venena

a me parata, vel quæ parricidia a me patrata, palam deprehensa patent, ut ulteriori quæstione non sit opus. *Lub.*

640 *Tunc, &c.*] Exclamatio Poëtæ cum admiratione.—*Servissima, &c.*] Respicit ad crudelitatem viperarum, quæ maritos inter concumbendum interimunt, et e natis postea talionis pœnam recipiunt. *Plin.* l. viii.

641 *Septem*] Respondet bestia illa et vipera Pontia: Imo septem voluissim interimere, si septem fuissent. Monstruosa crudelitas notatur. *Lubin.* Vel pergit Poëta indignabundus: Adeo crudelis fuisti, ut non solum crediderim te duos filios potuisse occidere, sed etiam septem, si septem tibi fuissent.

642 *Credamus, &c.*] Poëtæ verba. Jam harum mulierum scelerum magnitudine inductus, adfirmat illa fabulosa non esse, quæ Tragicis dixerunt de Medea, aut Progne: quæ præ zelotypia proprios liberos interemerint. Vel hic sensus est: Fabulosa omnino sint, quæ a Tragicis referuntur de matribus, quæ necaverint liberos, sed putemus esse vera, tamen in ejusmodi fabulis nulla mater fingitur, quæ filios ob aliquod præmium interemerit, sed ex ira, aut propter aliquem saltem dolorem.—*Torva*] De crudeli et immani illa Medea a Colchide, quæ liberos in conspectu patris Jasonis trucidavit. *Idem.*—*De, &c.*] De Medea. Progne filium suum occidit, propter sororem a marito stupratam. *Vet. Sch.*

643 *Progne*] Quia filium Itym trucidatum et coctum marito Tereo epulandum apposuit, quod sororem Philomelam adulterio incesto constuprasset, eique linguam præsecuisset.—*Nil, &c.*] Nihil contradicco, concedo illa jam esse verissima. *Lubin.*

644 *Et illa grandia, &c.*] Progne etiam et Medea suis seculis grandia scelerum monstra et prodigia, et quæ præter naturam perpetrare ausæ sunt. *Idem.*

645 *Sed, &c.*] Ut jam fieri videmus. Ostendit peiores esse sua ætate mulieres, quæ ob numos et ex cupiditate lucri filios suos interimant; cum Progne et Medea amoris et iræ impatientia illud fecerint.—*Minor, &c.*] Minus quis demirari debet scelerum monstra in mulieribus. *Lubin.*—*Summis monstis*] i. e. Maximis sceleribus.

646 *Quoties ira*] Quoties mulieres ira incensæ in filios proprios sæviunt. *Idem.* Nam, ut inquit Ecclesiast. c. 26. 'Non est ira super iram mulieris:' et Pub. Syrus, 'Aut amat, aut odit fœmina, nil est tertium.' Est autem hic intelligenda, quæ ab injuria, vel vera, vel quam sibi fingunt, descendit.

647 *Rabie*] Id est, cum iræ et furoris rabies illas incendit et inflammatur, in vindictam et scelus præcipites agitantur. *Idem.*—*Feruntur, &c.*] Non leviore ruina, quam prærupta et ruinam minitantiâ juga montium, subducto clivo cœa radicis parte.

648 *Ut, &c.*] Qui præcipites dixit, jam describit quasi præcipitium et rapidam incitatæ iræ vim. Cum tanta animi concitatione et impetu feruntur et abripiuntur, ut saxis non dissimiles sint, quæ suo pondere ab jugis montium avulsa abripiuntur: quæ tanto vasto impetu ruunt, ut nullo robore humano inhiberi possint.—*Quibus, &c.*] Inferior, cui incumbabant. *Idem.*—*Ut, &c.*] Virgil. 'Excisumve obice montis.' *Vet. Sch.*

649 *Clivoque, &c.*] Cum latus, vel magna montis portio recedit, et avellitur a clivo pendente, prono et ruinam minitante, quæ postea immenso impetu deorsum ruit. *Lubin.*—*Recedit*] i. e. Retrocedit, labitur.

650 *Illam, &c.*] Illa mulier Romana, omnium pessima est, quæ non ira inducta maximum scelus designat, sed ad facinus perpetrandum, consulto et animo quieto accedit.—*Computat*] Quæ deliberat et ratiocinatur, quo pacto scelus commodissime sit inceptandum. *Idem.* Vel, quot nummi, si

occiderit filium, ei evenire debeant. *Grang.*—*Quæ, &c.*] Quæ propter avaritiam peccat, ut Eriphyle, quam dicunt donis sollicitatam maritum cœgissee, ut iret ad bellum, et mortuus est. *Vet. Sch.*

651 *Sana facit*] Non furore iræ quasi insaniens, sed sana et ratione constans, et animo placido et quieto.—*Spectant, &c.*] Sensus est: Mulieres Romanæ in theatris spectant, singulare illud exemplum repræsentatum in ludia, de Alceste, quæ regis Thesaliæ Pelizæ filia fuit, et pro viro suo Admeto mortem subire voluit. Ille enim gravi morbo oppressus, ex Oraculo didicit, sanari non posse, nisi inveniret, qui pro se sponte mortem subire vellet. Cum in toto regno nemo inveniretur, demum fidissima conjux inventa est, quæ pro eo mori voluerit. *Diodorus* l. v.—*Subeuntem*] Mariti Admeti vitam sua morte redimentem.—*Spectant*] In theatro \* parapallium. *Vet. Sch.*

652 *Et similis*] Id est, si oraculo Apollinis consimilis permutatio daretur, et mulieres sua morte virorum suorum mortem possint avertere. *Lubin.*—*Si, &c.*] De vita mariti, aut catuli. *Vet. Sch.*

653 *Cupiant, &c.*] Mallent vitam catellæ in deliciis habitæ potius servare, quam viri. *Lubin.*

654 *Occurrent, &c.*] Id est, quoquo te in urbem circumagas, multas Belidas et Eriphyilas, paucas Alcestides invenies.—*Belidas*] Danaï filizæ, Belides ab avo, vel Danaides a patre dictæ, quæ 50. numero, patrui sui Egypti filios totidem sponsoz suos, prima nocte jussu patris omnes interemerunt. De Belidibus *Ovid.* rv. Metamorph.—*Eriphyle*] Quæ vatem Amphiarum conjugem, ne ad Thebanum bellum proficisceretur (in quo ex oraculo se morituram didicerat) latentem, monile aureum proditiōis pretium ab Etheocle, vel ut alii, a Polydice, accipiens, prodidit. *Idem.*—*Et*

**[Sedes]** Danaides, quæ pro patre suo maritos occiderunt.—**Atque, &c.]** Eriphyle uxor Euryphili, filii Telephi: qui Telephus cum venisset ad auxilium Priamo, plagatus est ab Achille, et cum non posset curari, sortitus est ab Achille se solo posse curari. Venit supplex. Petit se curari, promisso hoc, ut nunquam jam auxilium ferat Trojanis, nec ipse, nec de suis aliquis. curatus est. recessit. Post mortem hujus, filius Euryphilus vir fortis fuit. Hunc æpius ad auxilium petit Priamus; ille negavit, monitus scilicet a patre suo. Ergo cum non posset aliter Priamus eum sollicitare, fecit vitæ ex auro, et misit ad uxorem ejus Eriphylem. Hæc accepto munere tanto, marito persuasit. venit in Trojam auxilium ferens. Hunc occidit Pyrrhus filius Achillis. *Vet. Sch.*

**655 Mane, &c.]** Matutino tempore quando exis, et salutas patronos tuos, in singulis vicis urbis Romæ, videbis mulieres Clytemnestræ similes, quæ Agamemnonem conjugem e decennali bello Trojano domum redeuntem, bipenni interemit, corrupta ab adultero Ægyptho.—**Mane, &c.]** Quæ maritum suum occidit Agamemnonem. *Vet. Sch.*

**656 Hoc, &c.]** Hoc tantum interest. Hoc tantum est discriminis inter illam Clytemnestram, et nostrates: quod illa Tyndari filia Clytemnestra, insulsa, stolidæ et fatuæ, maritum suum interemit securi. At nostræ mulieres longe sunt callidiores, quæ idem parva veneni portione præstare norunt. **[Labia.—Bipennem]** Hoc interest, quod illa securi occidit. *Vet. Sch.*

**657 Insulam]** Non artificiosam cæ-

dem, quale nostratam venenum. **Farnab.—Dextra, &c.]** Utraque manu tenebat, et in caput conjugis impingebat. *Idem.*

**658 At, &c.]** Jam cædes virorum peraguntur ab uxore, pulmone et intestinis tenuibus alicujus bufonis.—**Rubetæ]** De hac re et hoc scelere dictum Satyra 1. vs. 70. *Idem.—Agitur]* Perficitur, peragitur.—**Tenui, &c.]** Pauculo veneno.—**Rubetæ]** Ranzæ, cujus viscera venenosa sunt. *Vet. Sch.*

**659 Sed, &c.]** Id est, nostrates Clytemnestræ, etiam ferro viros suos adgrederentur, si Atrides vel maritus, Antidotum sumeret contra venena; vel si maritos suos veneno extinguere non possent.—**Pragustaret]** Id est, si Mithridaticum contra venena adhiberet. Alii legunt, *Pragustabit.* **Farnab.—Atrides]** Agamemnoni similis quilibet, pro quovis marito ponitur.—**Sed, &c.]** Aliquotiens gladio, si jam manducaverit maritus quod veneno obait. *Vet. Sch.*

**660 Pontica, &c.]** Fuit enim Mithridates, a quo Antidotum illud nomen habet, rex Ponti.—**Ter, &c.]** A Sylla, Lucullo, et Pompejo. Et est descriptio Mithridatis, subacti felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pomp.—**Cautus]** Prudens, circumspectus.—**Medicamina]** Alexipharmaca et antidota. Quæ composuit Mithridates Rex Ponti. Plinius XXIII. 24. **Farnab.—Pontica, &c.]** Mithridatem dicit, quem Lucullus, et Sylla, et Pompejus vicerant. ideo ter victi. hic tale sibi fecit medicamentum, ut non posset aliquando veneno perire. *Vet. Sch.*

## SATIRA VII.

**1 Et spes]** Cum spes, tum ratio. Quasi nihil habeant, quod sperent

docti, nisi ab Imperatore. Vult dicere, Poëticæ artis et studiorum in-

dustriam, divitum culpa, sordibus, et avaritia periisse, Poëtasque in alia villa et plebeia studia animos jam tenuisse, nisi Imperatoris munificentia fuissent revocati.—*Et spes, &c.*] Nerone hoc versu palpari notat vetus interpretes. inepte. nec aptius est, quod in eadem Satyra versum hunc, 'Præfectos Pelopea facit, Philomela Tribunos,' de Nerone accipit, et propter hunc versum in exilium a Nerone missum Poëtam scribit. atqui tradunt eandem glossæ ad Sat. 1v. a Domitiano relegatum eum fuisse sub specie honoris in Ægyptum, ad cohortis curam, ut hinc clarescat, non ejusdem auctoris esse glossularum illarum compilationem. *Salmas. Plin. Exercit.*—*Ratio*] Causa, quare ad studia Poëtæ impellantur. Ut jam non amplius passim docti indoctique scribant.—*In Casare*] Trajano: alii, Nerva: alii Domitiano, qui cætera vitiosus, favebat tamen literis fovebatque Musas. Vide vitam Juvenalis. *Farnab.* Grangæus quidem de Trajano intelligit, sed errat. Nam a Domitiano fuit in exilium ejectus Juvenalis. Scripsit vero hanc Satyram ante exilium. *Græc.*—*Et spes*] De sterilitate studiorum loquitur, Neronem palpat. Talis autem est sensus: Poëticae artis perisset industria, nisi propter egestatem in studia diversa tendentibus, Cæsaris subvenisset humanitas.—*Studiorum*] Literarum. *Vet. Sch.*

2 *Solus, &c.*] Rationem subjungit. —*Tristes, &c.*] Poëtis tacentibus ob nulla laborum emolumenta. vel potius inopes, famelicos et tristes poëtæ, Musarum vel Camœnarum cultores.—*Tristes hæc, &c.*] Tacentibus Poëtis. *Vet. Sch.*

3 *Respexit*] Dei more, qui genus hominum miserans respicit. *Labin.*—*Cum, &c.*] Id est, cum nobilissimi Poëtæ inopia sua et poëas neglectu coacti, jam inciperent Romæ et in opidis extra Romam desertis Musis, cordigum vitæ genus, balneatorium,

et furnariam exercere. *Idem.*

4 *Gabii*] Volscorum urbe, 70. milibus passuum ab urbe.—*Furnos*] Ut furnariam exercerent, tum ut calefierent, tum ut cibari possent; pauperes enim erant, et frigebant. *Furnarii* erant, qui hieme aut frigido aëre furnos calefaciebant, ad quos calefebant homines pro oblato pretio. *Idem.*—*Balneolum Gabii*] Ut medietinus fieret.—*Furnos*] Ad panem coquendum. *Vet. Sch.*

5 *Nec sordum alii*] Dedecus enim erat et turpe, desertis liberalissimis studiis ad deformia illa et turpia lura se conferre, et præconem fieri, qui in extremo contemptu Romæ erat. *Labin.* Sed tamen præconum ars pecuniosa erat. Hinc Martial. 'Si duri puer ingent videtur, Præconum facias, vel Architectum.'

6 *Cum, &c.*] Cum poëtæ, Clius et Musarum cultores inopes, famelici, et esurientes, loca Musis sacra; valles, et recessus *Aganippes* Boœtiæ fontis relinquentes, in atria se conferrent.—*Præcones fieri*] Emissarii. *φωροβόλοι*, Gr.—*Aganippes*] Locus in Boœtia Musis sacer. Callimachus tamen dicit fontem esse Permessi fluminis. *Vet. Sch.*

7 *Atria*] Ut atrienses et janitores fierent. Vel potius quod atria et januas divitum sportulæ gratia quasi mendicantes clientes adirent. Vel, ut Turnebus ait, ut in Atrii Læcinii, et aliis foro vicinis, sub auctoritate præcones aliquid venderent. *Labin.*—*Clio*] Una ex Musis: et hic pro Poëta Clius cultore. *Idem.*—*Esuriens*] Extrema fame laborans et mendicus Poëta: nam 'amor ingenii neminem nunquam divitem fecit.'—*Migræch, &c.*] Ostiarius, et custos atriensis. *Vet. Sch.*

8 *Nam, &c.*] Si carminibus facendis ne numulum quidem consequeris, et Poëta ad tantam inopiam reductus es, ut fame perire cogaris, satius est te nomen et victum Machææ illius

amare, hoc est, fieri præconem, quam per scelera et alias artes malas ad divitias pervenire.—*Pieria arca*] Id est, Musica et Poëtica, in quam illud quod ex Poësi vel Musis colendis lucraris, conjicias. *Lubin.* Sunt qui hic pro arca legant, umbra. Sed prius melius, ut sit, si componis carmina nullas referentia nummos.—*Nam, &c.*] *Pieria*, locus sub radicibus Olympi montis, cui *Pierus* Poëta nomen dedit, qui primus sacrificasse Musis dicitur: unde et *Pierides* dictæ.—*Quadrans tibi*] Denarius, inde quadrantes. *Vet. Sch.*

9 *Machera*] Hic illa ætate satis nobilis præco fuit. *Lubin.*

10 *Et vendas*] Instituas venditionem sub auctione publica tibi a magistratu commissam et concessam: vel, ubi licitantes utrinque pretio pugnant, et quasi committuntur. Est autem auctio rerum privatarum publica venditio: et auctio dicebatur, quod pretium in illa a licitantibus augetetur. *Brisson.* formul. lib. vi.

11 *Stantibus*] Turbæ in foro circumstanti.—*Ænophorum*] Recenset quales res venales sub auctione vendantur.—*Tripodes*] Mensæ tripodes, qualis erat apud Delphos, sub qua oracula reddebantur. Et pro vasis æneis, ad quas calefaciendas, sumuntur.—*Armaria*] Majora repositoria librorum, et variarum rerum.—*Cistæ*] Scrinia, capsa.—*Stantibus*] Popularibus armatis militibus. *Vet. Sch.*

12 *Alcyonem Bacchi*] Tragedias, Bacchi et Fausti Tragicorum Poëtarum. Hi inepti erant.—*Alcyonem*] Tragediam de Alcyone, Ceycis uxore, quæ cum marito in avem conversa. Vide Ovid. Metam. lib. xi. Alii legendum censent, *Alcithoon Pacci*.—*Thebas*] Tragediam de rebus Thebaicis. De Lajo, qui ex Jocasta (Edipum suscepit, a quo postea ex Oraculo fuit occisus pater. (Edipus matrem uxorem incestus duxit. Post-

ea hoc scelere cognito, se ipsum visu privavit.—*Tereus*] Tragediam de Tereco, cui Procrne uxor proprium filium Itym dissectum et coctam in cibum apposuit, quod Philomelam sororem vi stuprasset, eique linguam præsecuisset. *Lubin.*—*Fausti*] Mali Poëtæ.—*Bacchi, &c.*] Ego puto *Alcithoon* scribend. Credo enim intelligi fabulam Alcithoës, quæ cum pertinacius Bacchi numen sperneret, in vespertilionem mutata est. *Rutgers.*—*Alcithoon Pacci*] Nomina fabularum, aut malorum Poëtarum, qui has fabulas scripserunt. *Vet. Sch.*

13 *Hoc satius*] Id est, melius est ut præco fias, et quaqua ratione te honeste sustentens: quam si more Asianorum servorum falsis testimoniis et perjuriis divitias quæras, et censum equestrem consequaris.—*Si, &c.*] In judicio, quando ad testimonium dicendum vocaris.—*Quam, &c.*] Quam si calumniam facias, falsa dicens, falsus es testis necessitati. *Vet. Sch.*

14 *Quod, &c.*] Ut faciunt qui falsa testimonia et perjuria exhibent et committunt. *Lubin.*—*Faciant, &c.*] Tangit obiter Romanos, qui servos (quorum magna pars ex Asia) equestri donabant censu, relictis et rejectis Poëtis. *Grangæus.*—*Asiani*] Jam equites, olim servi Asiatici. Erant fidei dubiæ et fluxæ in testimoniis perhibendis. *Lubin.*—*Equites Asiani*] Equites Romani ex Græcis facti.—*Faciant*] Falsum testimonium dicant. *Vet. Sch.*

15 *Cappadoces*] Equites e servis Cappadoc. Quorum regio juxta Armeniam in 10. præturas divisa. Hi autem perjurio et infidelitate infames. vel ex proverbio notantur: *Τῆς κἀνῆς κἀκῆς*, videlicet, *Κῆρες, Κανῶνες, Κίλικες.*—*Bithyni*] Equites e servis Bithynis, Asiæ populi, juxta Phryges, et Gallogræciam, quam hoc loco alteram Galliam vocat. *Lubin.*

16 *Altera quæ*] Qui ex Gallia ad-



tera, vel Gallogræci æervi venales Romam navibus transvehuntur, qui postea perjuriis et falsis testimoniis equites fiunt. vide Luc. Florum II. 11. Quod Grangæus hic *traducere* exponit risui omnium exponere, posset ferri. — *Nudo tale*] Eo dicit: nam gypsat, aut nudis pedibus, Romam servi venales exponebantur. Vel ob inopiam non calceatos. *Idem*. — *Altera, &c.*] Id est, Gallo-græci, quia Galli in Græcia condiderunt.\* Ipsos ergo dicit, et est sensus, qui nudis pedibus ambulat ac per hoc abjecti Galatæ. *Vet. Sch.*

17 *Nemo, &c.*] Quamvis hucusque studia in nullo pretio fuerint, tamen nemo in posterum, quisquis excellens Poëta fuerit, frustraneum et inanem laborem studiis impenderit, quia ducis Traiani munificentia, magnifice sustentabitur. — *Indignum, &c.*] Inediam et exsilium non feret. Misera conditione non amplius erit, et frustra non laborabit. — *Cogetur*] Nam volentes nolentes antea affligebantur. — *Laborum, &c.*] Infrugiferum, frustraneum, qualis labor studiis indignus est. *Lub.*

18 *Posthac*] Ex quo Musas respexit. — *Nectit, &c.*] Id est, quisquis Poëta excellens Poëma condiderit. *Scalig. IV. Poëtices*. — *Canoris*] Legibus carminis, quæ potissimum constant modo et numero. *Grang.* Sonoris versibus et apta modulatione suavis. — *Nectit quicumque*] Qui carmen vocale efficit per modos, id est, Poëta. *Vet. Sch.*

19 *Eloquentum, &c.*] Poëma sonorum, grande, plenum, numerosum. — *Laurumque, &c.*] Qui gustavit dulcedinem ex gloria coronæ laureæ, qua ornatus est, tanquam excellens Poëta. — *Memoridit*] Poësi sc. initiatus, et sacer Apollinis vates factus memoridit laurum, quæ manducata, numine infiare credebatur. Hinc vates *ἀπολλεύου*. Ergo tertia, imo prima conditio Poëtæ, ut divinitus inspiretur. *Grangæus. Farnæus.*

20 *Hoc agite*] Rituale verbum et in sacris solenne. Hortatur jam Poëtæ ad conscribenda carmina, ut favorem, et clementiam Imperatoris sibi devinciunt, cum eis indulgeat et faveat. Erectis et attentis animis in eam curam cogitationemque incumbite, nec cunctanter, perfunctorie aut oscitanter huic rei operam date. Potest et legi *Huc agite*, huc vos ad Imperatorem vestram patronum comferte. *Gyræus. Dialog. XVI.* — *O juvenis*] O Poëtæ, quibus præmium et gloria proposita est. — *Circumspicit*] Ordo est: Ducis et Imperatoris indulgentia et munificentia undique circumspicit, et respicit, ut Poëtæ inveniatur, quibus beneficiat. — *Stimulat vos*] Id est, instigat, et impellit vos sua munificentia ad præclarum aliquod opus tentandum, ut illius encomia et laudes scribere incipiat. *Briasson. I. formul.* — *Hoc agite*] Hortatur Poëtæ temporibus Neronis carmina scribere: o juvenes, huc venite. *Vet. Sch.*

21 *Materiamque*] Querit occasionem vobis benefaciendi, et de vobis bene merendi.

22 *Si, &c.*] Id est, si qua aliunde, quam ab Imperatore studiorum et rerum tuarum præsidium et emolumentum expectandum putas, falleris. Imo debes potius igne tua carmina comburare, quam aliis tradere; quia reliqui cives Romani doctos et disertos tantum laudant, et admirantur, nihil autem illis conferunt. *Grangæus. Farnæus.* — *Si, &c.*] Si aliunde magis præsidium speras per carmina, quam a principe Nerone; incende libros tuos, et trade Vulcano, o Telesine. *Vet. Sch.*

23 *Præsidia*] Subsidia, auxilia, supplicia. — *Atque ideo*] Id est, si ideo tabellas tuas carminibus impleas, ut ab aliis quoque adjuveris, frustra es, et igni potius carmina tua, quam illis committe. *Lubius.* — *Membræ*] Folia ipsa, in quibus scribebant: vel al-

quando pro pelle sumitur, qua libri operiebantur. Illa autem membrana erat bicolor, ut ait Pers. Sat. III. alba acil. interiore parte, ab altera vero, in qua fuerant pili, crocea seu flava. Quod Britann. de Cedrinis tabellis effutit, huc non quadrat.—*Tabella, &c.*] Hoc est, quæ tabellis cedrinis coarctatur. *Græg.*

24 *Impletur*] Versibus, poemate. *Lignorum, &c.*] Ad ignem accendendum, ut carmina tua comburas potius. *Labin.*

25 *Dona, &c.*] Consecra Vulcano, qui conjux Veneris. Pro igni ponitur.—*Telesine*] Ad hunc fortassis hanc Satyram scripsit, quamvis generaliter per hunc quemvis Poëtam intelligere possimus. *Idem.*

26 *Aut clude*] Id est, non divulga vel recita, sed ciste vel capse include.—*Positos*] Sepositos, abditos, inclusos.—*Tinea, &c.*] Blattis et tineis, vermiculis libros infestantibus, illos absumi, pertundi, et perforari sine, cum nihil lucri de illis sis consecuturus.

27 *Fræge, &c.*] Dehortatur jam Poëtas a carminibus in laudem civium Romanorum scribendis, quod nullam inde utilitatem consecuturi sint. Frange calamos, quibus scribis, id est, nihil scribe.—*Vigilateque*] Abele egregia illa carmina, quæ tu summis vigiliis et nocturnis lucubrationibus de aliorum rebus gestis, bellicis, et præliis conscripisti. *Idem.*—*Vigilateque prælia*] Utrum quæ tu pugnaris cum animo scripseris, an ea quæ de pugna conscribis. *Vet. Sch.*

28 *Qui, &c.*] Inopiam Poëtarum notat, qui exiguis cellulis inclusi carmina scribebant.—*Sublimis*] Grandia, Epica et Heroica Poëmata de rebus bellicis præclare gestis. *Labin.*

29 *Ut, &c.*] Scoptice subjungit, quid suis vigiliis et laboribus consequantur Poëtæ, nimirum ut digni sint, qui aliquando in sede Apollinis Palatini, imagine vel statua hedera

coronata dementur.—*Veneris*] Plerumque pro sis usurpatur.—*Hederis et, &c.*] Nam primariis viris, ut Poëtis et Oratoribus, imagines et statum coronatæ in Bibliotheca Apollinis Palatini dedicabantur, quas inde quidam domus suas transferebant. Hinc tales eorum imagines.—*Hederis*] Lauri, et hedera coronabantur Poëtæ.—*Et, &c.*] Eo dicit, quod plerique Poëtæ nimis studiis et lucubrationibus pallorem et maciem sibi contraxissent. Vel quod exile sit præmium: Uti nos, *hec is cen maegere loon.*—*Hederis*] Corona.—*Et, &c.*] Corpore exili, propter vigillas. quia Poëtæ sic pinguntur, quasi ad summam maciem nimio labore confecti. *Vet. Sch.*

30 *Spes, &c.*] Præter statum hanc nulla tibi alia continget merces.—*Didicit, &c.*] Id est, nobilis aliquis et dives Romanus avarus, et illiberalis. *Labin.*—*Spes, &c.*] Nummorum scilicet, nisi hedera et imagines. *Vet. Sch.*

31 *Tantum, &c.*] Nihil autem illis dare, aut ipsorum inopiæ subvenire. *Labin.*

32 *Ut, &c.*] Apta similitudo. Pavonem intelligit. Cæterum pueri comatam ejus candam laudant et prædicant, nihil autem ei dant: imo vero, plumas, cum possunt, illi extrahunt.—*Sed, &c.*] Dehortatur inutile studium Poëticum relinquendum esse. Nam inutili illo studio vita tua atteritur, ac juvenia tua insumitur, quæ mercaturæ, militiæ, et agriculturæ impendi posset. *Idem.*

33 *Et, &c.*] Quæ commoda erat mercibus a longinquis terris Romam transportandis, ut fieri posses mercator.—*Cassidis*] Armis belli gerendis, ut miles esses.—*Ligoniæ*] Quæ apta esset instrumentis rusticis portandis, ut agriculturam exerceres. *Idem.*

34 *Tædiæ, &c.*] Id est, tum in senectute, quando ætas defluxit, sera penitentia animos invadit, sua studia

et inutiles labores devovent, et exacerantur.—*Seque, &c.*] Se, suaque studia Musica et Poëtica prorsus inutilia.

35 *Terpsichore*] Una ex Musis: hic pro studio poëtico. *Idem.*—*Odit*] Unde nimirum nuda, misera senectus, nihil habet præsidii.—*Facunda*] Tunc facundi multis verbis suam dementiam accusant, quod tam inutilibus studiis vitam attriverint. *Idem.*

36 *Accipe, &c.*] Exponit jam sortidos divitum astus, et artes.—*Ne, &c.*] Ne dives ille patronus tuus, quem colis, propter carmina tua tibi aliquid muneris donet vel conferat; ipse versus facit, et suo iudicio excellens Poëta est; omnes Romanos et Græcos superat, uni tantum Homero concedit propter ætatem, eo quod ipse longe sit antiquior.

37 *Musarum, &c.*] Spreto et contempto iudicio et censura doctorum virorum, quod in æde Camænarum et Apollinis, ubi versus recitabantur, fieri solebat, versus non facit. Vel eo dicit, quod recitantes Poëtas ibi negligat, vel quod nihil enret, si statua ibi non donetur. Vel nullo Musarum instinctu, sed invita Minerva carmina aggressus. *Farnab. Lubin.*—*Musarum*] A Martio Philippo extracta.—*Apollinis*] Ab Augusto in Palatio consecrata. *Idem.*

38 *Ipse, &c.*] Sua opinione elegantissimos. *Lubin.*—*Atque, &c.*] Nulli præter Homero cedit, tantum sibi suisque carminibus tribuit. *Lubin.* 'Quia Græcorum sunt antiquissima quæque Scripta, vel optima, Romani pensantur eadem scriptores tritina.' Horat. epist. 1. l. i. ita ingenium quasi vinum probant vetustate.

39 *Propter, &c.*] Non quia Homerus melior, sed quia vetustior, et ideo apud omnes multum auctoritatis habeat.—*Et, &c.*] Al. At. Sin vero ut famam et honorem consequaris, cupias recitare, illi divites domum quidem in qua recites tibi accommoda-

bunt, cæterum sumtus et impempena ipse sustinebis.—*Propter, &c.*] Dinumerato tempore fortasse usque ad ætatem suam, Poëta dixit mille annos fluxisse ex tempore Homeri. Fuit autem Homerus annis ante urbem conditam centum LX. post Ilium captum, ducentis LX. *Vet. Sch.*

40 *Succensus*] Si gloria et laude duceris et accensus es.—*Maculonis*] Vir dives et sordidus hic, ut et Fronto, de quo supra. Alii legunt, *Maculonus. Lubin.*—*Maculonis*] Alii sordibus dixit: \* alii pictæ. *Vet. Sch.*

41 *Hæc, &c.*] Amplissima et splendida domus, ferro clatrisque ferreis valde munita tibi serviet, ut tu nimirum in illa recites. Obiter notat luxum Romanorum in ædificiis extruendis, in quibus janua instar portarum urbis magnifice extractæ erant. *Lubin.*—*In qua, &c.*] Valde tibi indicendum. *Vet. Sch.*

42 *Solicitas portas*] Cujus janua cura et labore unumquemque admittit, qua peregre redeantes, tempore belli in civitatis portas recipiuntur. Vel quæ urbis portæ solícite munitæ sunt ferro, et repagulis instar portarum civitatis obsessæ. *Lubin.* Vel quod tanta circa eas turba, quanta circa portas, cum hostis adventat. *Grang.*—*Servire, &c.*] Cum fuerint clausæ domini calamitate. tristes effectas et sollicitas propter incursionem hostium. *Vet. Sch.*

43 *Scit, &c.*] Disponit hinc inde liberos in extrema parte ordinis vel totius cætus sedentes, qui tibi applaudant.—*Extrema, &c.*] Qui maxime remoti, ut illi reliquos etiam intermedios ita ad plausum invitarent. *Lubin.*

44 *Et, &c.*] Magna voce tibi applaudentium et acclamantium *Ege, bene, &c.* Id est, omnia faciet, quæ tibi ad famam aucupandum possint conducere. Sed nemo sumtus et impempenas tibi refundet.—*Comitum*] Id est, clientum suorum. *Idem.*—*Comi-*

*Sum, &c.*] Novit disponere auditores.  
*Vet. Sch.*

45 *Nemo, &c.*] Jam pergit ad sordes illorum, qui ne tantum quidem Poëtæ darent, quantum bajuli et fabri recipient, qui subsellia apportassent, et Orchestram exstruxissent.—*Nemo regum*] Patronorum, divitum, et nobilium, quorum laudes recitas.—*Subsellia*] Conducenda, adportanda, reportanda. Ex his autem auditorium exstruebatur. Miserrima profecto Poëtarum conditio. *Lubin.*—*Subsellia*] A Græco tractum: id est, subsellia super quæ altius sedeatur gradus superiores scansiles. *Vet. Sch.*

46 *Et, &c.*] Quantum gradus, scalæ, vel Anabathra constant, quæ dependent facta ex conducto tigillo, tigno, vel tabulis unde gradus fiebant.—*Pendent*] Ut gradus, et scalæ solent. *Lubin.*—*Anabathra*] Græcum vocabulum, scalam vel gradum significans, ab ἀναβαίνω adscendo.—*Tigillo*] Tecto, diminutive. *Vet. Sch.*

47 *Reportandis, &c.*] Non enim ibi ut in theatri perpetua erant sedilia; sed eo, ut usus postulabat, portabantur. et ad eos finita carminis recitatione, a quibus conductæ erant, reportabantur. *Lubin.*—*Orchestra*] Tanquam in theatro, sive ad similitudinem theatri, i. e. pulpitem, in quo Poëtæ sedes altior cæteris, præcipui auditorum paulo infra: Deinde ratione dignitatis, reliqui in Anabathris, hoc est gradibus, per quos aditus ad pulpitem: unde recte de libertis. *Grang.*—*Orchestra*] Spatium in Theatro dicit, \* qui Pantomimo saltanti vacat. Ejusmodi autem et Poëta elegit in quo stans recitet, ant tabulata. *Vet. Sch.*

48 *Nos, &c.*] Id est, nos Poëtæ licet ex carminibus scribendis nihil emolumenti consequamur tamen in stulto nostro proposito perseveramus. Defatigamur sine ullo laboris præmio.—*Tenuique, &c.*] Id est, infrugiferos, et frustraneos labores suscipimus.

Metaphoricos, ut sit, inter cives avaros et steriles, qui nihil dant.

49 *Et Nilus*] Frustra laboramus, oleum et operam perdentes. Ovidius: 'Nil profecturis litora bubus aras.' Vide Proverbium, 'Arare litus.'—*Versamus*] Vertimus, aramus cum labore.—*Et, &c.*] Metaphora ab arantibus. Litus pro agro posuit, agrum pro auditoribus. id est, scribimus, et nihil commodi inde consequimur. *Vet. Sch.*

50 *Nam, &c.*] Si a proposito carmina scribendi discedere velis, et te conferre ad lucrosam vitæ genus, tum consuetudo, ambitiosi illius et honoris cupidi mali, quæ carmina scribis, laqueo quasi vinctum detinet, et retinet, ne possis discedere, et aliis rebus animum applicare.—*Laqueo, &c.*] Quasi vinctum obtorto collo te tenet.—*Ambitiosi*] Laudem affectantis poëtices. *Britan.*—*Laqueo, &c.*] Poëtici mores, ut vinculum. *Vet. Sch.*

51 *Consuetudo*] Poëtices studium quod adsuevisti: quod semper exercuisti. Consuetudo, *Altera natura*, quam mutare difficillimum.—*Tenes, &c.*] Eximius versus et nostro seculo campis usurpandus. Id est, mala consuetudo scribendi, et sua scripta recitandi, et ex recitatione laudem et gloriam venandi, multos ceu morbus, qui curari non potest, insanabilis, invadit et tenet, itaque illa consuetudine ad senium usque perseverat. *Politianus Miscellan. cap. 46.* 'Seu stupor huic studio, sive est insaniam nomen.' Ovid.—*Insanabile, &c.*] Mali mores, mala consuetudo scribendi, quæ oblivisci non potest. *Vet. Sch.*

52 *Et ægro*] Id est, animo ambitioso, et tanquam morbo laboranti. Ille enim morbus remanet ad ultimam senectutem, et una cum homine senescit. *Lubin.* Nullos dubitem scribendum esse, ægre, scribendi hoc caecothes ægre, hoc est, difficulter, senescit in pectore. Magna cum diffi-

caltate, vix unquam scribendi carmina cupiditas expellitur. *Græv.*

53 *Sed eadem*] Subintellige *dico*, vel *pote*, vel quod sequitur *animus facit*. Jam demonstrat, quam pauci inter illos, et fere nulli vere Poëtæ sint. Et causam hujus rei exponit, quod nemo plenum et grave carmen possit cantare, nisi cui animus sit liber, hilaris, ab omni cura et solitudine alienus, cui liberalis victus et amictus abunde suppetat.—*Cui, &c.*] Communis, vulgaris, plebeia, quæ nihil abjectum, humile, et triviale, ut omnes fere, componit. Qui ingenio, judicio et eloquio valeat. *Idem.*—*Cui non, &c.*] Communis, sive vulgaris, qui nihil abjectum, subtile, et gracile, nihil trivialiter scribat, sive male. *Vet. Sch.*

54 *Qui, &c.*] Id est, qui nihil omnibus patens, humile, vulgare et obvium, carmine producat, sed abdita, nec cuivis obvia, et nova inveniat.—*Deducere*] Producere, proferre, egregie et subtiliter, veluti tenui filo, tractum a mulieribus nontibus. *Græv.*—*Nec, &c.*] Qui non vulgari nota et stylo carmina condit. Metaphora a monetariis res signantibus, qui semper unius numæ numos procidunt. Sic tales semper eadem chorda oberant.—*Feriat*] Fabricet, quasi super incude. Ut argentum, quod signatur, feriri dicitur, et sic feriri carmen, et ictus in carmine *ἄποις* scilicet et *θέρσι*.—*Triviale*] Rude, plebeum, vel vile, quale in trivis cantari solet. *Idem.* ‘Effugiendum est ab omni verborum vilitate, et sumendæ voces à plebs summotæ.’ Petron.

55 *Hunc, &c.*] Id est, cujusmodi egregii Poëtæ Ideam solummodo in animo et cogitatione sentio et concipio, qualis sit, sed monstrare illum non possum, cum hujusmodi nostro tempore non inveniantur. *Lubin.* Omnibus nempe numeris perfectus et consummatus.—*Hunc, &c.*] Ordo hic est, Poëtam bonum facit omni solici-

tudine, vel tristitia carens animus, ut nihil acerbi patiatur: qualem ego animo sentio, ostendere autem non possum. *Vet. Sch.*

57 *Anxietate carens*] Hunc qualem ad unguem expressi, et mente descriptum habeo, facit animus omni tristitia et solitudine carens, qui nihil molesti et acerbi patiatur.—*Omnis, &c.*] Molestiis vacuus et liber.

58 *Cupidus, &c.*] Qui gaudeat esse in otio, secessu, alvis, et amœnioribus locis, ubi speculationibus suis indulgere sine interpellatione possit.—*Aptusque, &c.*] Qui idoneus sit ad Musarum fontes bibendos: qui dignus sit, cujus animus Apollo inhabitet, et furore Poëtico concitet. Est autem Aonius fons in Boeotia, Musis sacer. *Lubin.*—*Cupidus, &c.*] Avidus, ut Horatius: ‘Bacchum in remotis carmina rupibus, Vidi docentem.’ *Vet. Sch.*

59 *Negue, &c.*] Sensus et ordo talis est: Paupertas sana, et furoris Poëtici experta, non potest cantare sub Pierio antro, id est, non potest canere Musis et Apolline digna.—*Antro, &c.*] In Parnasso monte. *Lubin.*

60 *Pierio*] Supra versus 8.—*Thyræumque*] Furorem *θυρανευτον*, quali in Orgiis Thyrsigeræ feruntur Bacchides. Poëtæ enim in tutela Bacchi. *Farnab.* Thyrsæ enim dicuntur percuti Poëtæ, quorum mens furore Bacchi afflatur, dicti ob id uno verbo *θυρανευτες*.—*Sana, &c.*] Bene sana, nullo furore Bacchi et Apollinis percita. Horat. ‘Excludit sanos Helicone Poëtas Democritus.’ *Grang.* Intelligit Poëtam pauperem et sapientem; pauper ergo Poëta, quamvis sit sanæ mentis. Vel sana, sicca et sobria, quæ poëtis haud convenit, qui non nisi mero (quod animæ educit instrumenta) madidi et malesani carmina scribunt. vide Epigr. Antipatri 2. lib. Antholog. *συμπόρικα δορυδίσματα*. *Farn.* Optime quædam editiones habent *maneta*.—*Thyræumque, &c.*] Insanire pauper non potest, aut moveri ad

consulendum: quia familiaribus rebus consulere cogitur. Dicunt namque nisi insanum, Poëtam esse non posse. *Vet. Sch.*

61 *Atque, &c.*] Cajas adminiculo semper opus est, cum numus omnium rerum sit vicarius. *Lubin.*

62 *Satur, &c.*] Id est, cum Horatius divinum carmen fundit, et omnibus numeris absolutas odas feliciter exprimit, et Bacchum furiosus invocatur, potus et vino plenus, ac satur est. Respicit autem ad oden 19. lib. II. Vel satur est, et factus dives, indulgentia Mecœnatis, a quo multis muneribus est donatus. *Britan.*

63 *Quis, &c.*] Esse scilicet potest. Vel quomodo ingenium vires suas potest exserere, nisi cum uni rei intenditur?—*Nisi, &c.*] Nisi cum nostra pectora se sollicitant in solius carminis confectione, non autem externis curis vexantur. *Lubin.*

64 *Et, &c.*] Quando rapiuntur et agitantur nostra pectora a Domino Cyrrhæ, id est, Apolline, et Nysæ, id est, Baccho. Hoc est, cum Apolline et Baccho agitata, ad divinum carmen fundendum singulari mentis furore feruntur. *Cyrrhæ* urbs vetusta, sub rupe Parnassi montis, Apollini sacra. Unde Apollo Cyrrhæus dicitur, ut Bacchus Nysæus, a Nysa Arabiæ urbe, Ægypto propinqua, in qua Bacchus educatus. Alii dicunt Cyrrham et Nysam, duos colles fuisse Parnassi. *Idem.*—*Et, &c.*] Apollini et Libero. *Vet. Sch.*

65 *Vestra*] Alii, nostra duas, &c. De re Poëtica et domestica. *Lubin.*

66 *Magna, &c.*] Confirmat idem exemplo Virgilii. Sensus est: Conspicere et mente concipere currus, equos, et Deorum imagines, et illa omnia ingenioso carmine representare, ut Virgilius facit, est opus magni et excellentis ingenii.—*Lodice, &c.*] Id est, de villi lecti stragulo emendo, quo ex paupertate careat. Ponitur hic pro quavis re domestica necessa-

ria. *Lubin.*

67 *Attonitus*] Quam anxie quasi curiosa sit, et ex cura illa graviter percussa, et quasi attonita, et nimis sollicita.—*Currus*] Supp. bellicos, quales describuntur a Virgilio in bello, quod inter se gesserunt Æneas et Turnus.—*Facies, &c.*] Multis passim locis apud Virgilium Deorum presentia exprimitur. *Idem.* Et in toto ejus opere varia numina describuntur.

68 *Adspicere*] Mente concipere, considerare, fingere, et prius contemplari. Nam quidquid scribimus, prius in mente quasi imaginando aspicimus et contemplamur, postea verbis et versibus exprimimus.—*Et qualis, &c.*] Id est, quam terribilis et formidabilis Furia infernalis. Sunt autem tres, Alecto, Tisiphone, Megera.—*Rutulum*] Turnum intelligit Rutulorum regem.—*Confundat*] Perturbet, in desperationem conjiciat. *Idem.*

69 *Nam si, &c.*] Id est, si Virgilius Mecœnatis liberalitate et munificentia tantas commoditates vivendi non habuisset, nunquam tale carmen conscripsisset.—*Puer*] Famulus, minister, qui domini mandata exsequeretur.—*Tolerabile*] Mediocris habitandi commoditas, in quo hospitio quiete et tranquille posset vivere. *Idem.* Pro decesset, alii desit.

70 *Caderent, &c.*] Id est, non potuisset tam ingeniose fingere et describere illam Alecto furiam loco crinium serpentes et hydros habuisse. Id est, defuissent etiam ipsi omnia eloquentiæ ornamenta, quibus in furiarum descriptionibus usus est. *Id.*

71 *Surda nihil*] Id est, non potuisset etiam tam ingeniose fingere Alecto furiam buccinam inflare, et gravem sonitum edere. Sed buccina illa fuisset surda, muta, non audita, vel rauca. *Catachresis.* *Surdum* non solum dicimus qui non audit, sed etiam qui non auditur.—*Nihil, &c.*] Terribile, horrendum.—*Gemeret*] Cum gemitu rauco sonaret. Sic supra:

‘nullo gemit hic cornicina cornu.’  
*Idem.*—*Pœcimus*, &c.] Inneit, si suo tempore Mecœnates sint, qui Poëtæ in honore haberent, fore ut multi excellentes sint Poëtæ. Id est, desideramus, ut Rubrenus Lappa, Poëta ille Tragicus ingeniosissimus, sed pauperrimus, non minorem etiam vivendi commoditatem habeat, quam veteres Tragici, et illis facile, si non superior, par saltem et æqualis futurus sit.—*Pœcimus*] Est conditionalis locutio, cum querela conjuncta.

72 *Non minor*] Non minori pretio et æstimatione: vel ut aliis, Non viorem vivendi commoditatem habeat. Habeat suos Mecœnates.—*Antiquo*, &c.] Sit in illo honore, æstimatione, et loco, quo fuerunt prius Poëtæ Tragici, *Æschylus*, *Euripides*, *Sophocles*, quibus magnæ divitiæ, summi honores habiti. Est autem *Cothurnus* altus calceus Tragicus. Hic pro Poëtis Tragicis ponitur. *Lubin.*—*Rubrenus Lappa cothurno*] Legerem libenter, *Rabienus Lappa*; et nisi me animus fallit, intelligit de quodam Rabieno, mordaci et amarulento ingenio, qui *Rabienus* ideo dictus est, vocatque illum *Lappam* ob mordacitatem: illi enim ut dicebat idem Poëta: ‘Ulcus in ore Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.’ *Dorleans.*—*Rubrenus Lappa*] Tragicus Poëta. *Vet. Sch.*

73 *Cujus*, &c.] Qui dum *Atreum* tragediam scribit, oppressus paupertate, supellectilem pignori exponit, et cogitur *alveolos*, id est, lances suas et paropsides, et *lanam* vel penulam, qua vestitur, oppignerare. Qui hunc locum hactenus explicarunt, putabant *Atreum* nomen esse fœneratoris, qui res Poëtæ pigneraret, quasi pignerare sit pignori accipere: sed sic nec sensus, nec latinitas ulla constat. Ita ergo dictum sit, uti illud *purpura vendit caussidicum*, i. e. purpura est in causa, ut caussidicus conducatur pretio. Quidam legunt *Albiolos*, id est, tabulas scriptorias, calculatorias,

et lusorias. *Turneb.* *Advers.* xrv. 4.—*Et*, &c.] Fœnerator, vel quia *Atreum* scribit ut sumtus habeat, et res suas pignori dat. *Alveolus* est tabula calculatoria, lusoria. *Vet. Sch.*

74 *Non*, &c.] Id est, infelix ille et pauper Numitor (ironia est, fuit enim ille ditissimus) non habet quod amico suo Poëtæ, viro optimo, muneris loco mittat. Verum quod *Quintillæ* meretrici donet, illud vero habet.—*Numitor*] Pro quolibet nobili positum, et divite, et proavos jactitante.—*Non*, &c.] Animo, non facultatibus, nam dives fuit. *Vet. Sch.*

75 *Quintillæ*] Meretrici.—*Nec*, &c.] id est, Pecuniæ satis habuit, cum voracissimum illud animal leonem vellet emere. *Turneb.*—*Quintillæ*] Meretrici. *Vet. Sch.*

77 *Jam*, &c.] Hanno *Pœnus* primus docuit leonem domare. testis *Plinius*.—*Constat*, &c.] Ironice pronuncia, et contrarium intellige. Leo scilicet nutritur minori sumtu et expensa, quam Poëta; quod absurdissimum. *Turneb.*—*Constat leviori*] Ironia est. Leo levius pascitur, quam Poëta: et ex indignatione hoc dicit. *Vet. Sch.*

78 *Nimirum*] Ironiæ particula. Refert hoc, quasi nobiles illud ad sui defensionem dixerint.—*Et capium*] Plus vorat Poëta, quam leo.

79 *Contentus*, &c.] Occurrit initio tacitæ objectioni alius cujusdam divitis sordidi: Poëtæ sola gloria et fama contentos esse debere, quæ illis debeat sufficere. Respondet auctor, *Lucanum*, qui dives ad poësin accessit, et qui bellum *Pharsalicum* conscripsit, et alios ditissimos Poëtæ gloria contentos esse posse. Verum *Serrano*, *Saleio*, et aliis tenuioribus poëtis gloriam inutilem esse, si non habeant unde vivant. *Jacat.* *Ma-*neat in otio et voluptate, in secessu delitescat.—*In hortis*, &c.] Fuit enim ditissimus, teste *Tacito*. *Lubin.* Simul luxum Romanorum ostendit, qui hortos suos etiam marmore ornarent.

*Britann.*—*Contritus fama*] Ideoque facili otium ad scribendum carmen habuit dives Lucanus. *Vet. Sch.*

80 *At Serrano*] Illis vero pauperibus, si vel maxime ingens sit gloria, quid tum postea? Saleius Bassus et Serranus erant nobiles Poëtæ sub Domitiano, sed pauperes. — *Tenuis*] Inopi, pauperi, famelico. *Lubin.*—*Saleio*] Basso, ad quem Martialis frequenter scripsit: et cui Vespasianus quingenta sestertia dari præcepit, cum ei poëma recitasset.—*At, &c.*] Nomina sunt Poëtarum pauperum: aut, Serrano \* vas fictile, in quo Serranus solebat mendicare. Saleio ut mendico catillum fictilem, in quo ea quæ salsa sunt adponuntur. Si non sit, inquit, pecunia, gloria quid prodest? *Vet. Sch.*

81 *Quantalibet*] scil. sit. Quantumvis maxima. *Quid erit?* quid tum postea? si tantum sit inanis gloria.—*Gloria, &c.*] Quæ sine ullo sit commodo, utilitate, lucro. *Lubin.*

82 *Curritur, &c.*] Probat quod dixit exemplo Statii. Erat enim ille Poëta optimus, omnibus gratissimus, gloriam consecutus maximam, nemo tamen eum liberali munere pascere et sustentare volebat, et ea gloria parum ipsi prodesset, nisi carmina a se composita Paridi Histioni et aliis vendidisset.—*Curritur*] Ab omni populo Romano, qui valde delectatur Statii Poëmate, concursus fit ad auditorium, in quo Statius poëma suum de bello Thebano jucunda voce recitabit. *Idem.*—*Amicæ, &c.*] Gratæ, acceptæ. Significat autem Poëma Statii de bello Thebano, quod etiamnum exstat.—*Amicæ Thebaidos*] Gratæ, significat Poëma Statii de bello Thebano. *Vet. Sch.*

83 *Lætam, &c.*] Quando nimirum programmate promittebat diem, in quo carmen illud recitare volebat, quem diem Romani cum desiderio expectabant. *Lubin.*—*Lætam, &c.*] *Lætam*, id est quod libenter audiebat.

*Delph. et Var. Clas.*

Est enim et Poëma ipsum delectabile, et ipse dicitur bonam vocem habuisse. *Vet. Sch.*

84 *Tanta, &c.*] Animos auditorum suorum, versuum suorum dulcedine irretitos. *Lubin.*

85 *Libidine, &c.*] Cupiditate, voluptate, gaudio. *Idem.*—*Vulgi*] Omnium, tam summorum quam infimorum.

86 *Sed cum, &c.*] Poëtæ mens non alia est, quam ut doceat optimos quosque Poëtas, cum maxime placent, et in ore omnium versantur, nihil tamen ex eo commodi percipere præter inanem gloriam. Adeo ut victus causa, illa ipsa, ob quæ tolerantur in cælum, Poëmata cogantur vendere turpiter. *Frangere vero subsellia*, poëtica licentia, vel *δαρτῆρι* potius dictum accipio, pro vehementissime placuisse: sic ut plausu et *κρότῳ* euge et *sophos* acclamantium, quasi frangerentur subsellia. *Casanub.*—*Fregit, &c.*] Vel Satyrice dicit, eum *fregisse subsellia veron*: quod, ut Comici loquuntur, recitans non stetit, sed excidit, id est, non placuit. *Scalig. Aulon. lect.* Vel, *fregit*, vehementi recitatione, ut Sat. i. 'Ruptæ lectore columnæ.' Sic Martianus Capella: 'cognoscentium quoque fregere subsellia. Hunc olim perorantem, et rhetoricæ sedilia plausibili oratione frangentem,' &c. Sidon. l. v. Epist. ad Sapaudum. *Farnab.*—*Sed cum, &c.*] Post tantum favorem audientium, nisi cansionem inauditam Pantomimo vendidisset, non habebat unde se sustentaret. *Vet. Sch.*

87 *Eauris*] Id est, post tantum populi favorem nemo est, qui ipsum aliquo pecuniæ honorario donaverit. Et nisi fabulam nondum divulgatam Paridi vendidisset, non haberet quod ederet.—*Intactam*] Novam, a nullo ante visam, tractatam, recitatam.—*Agaven*] Fabulam compositam de Agave, matre Penthei Thebarum regis, qui quod Bacchum contempsisset, in specie apri, ut alii, vituli, a matre;

*Juv.*

8 Q



vel matarteris fult laceratus. Hyginus Fab. cxxciv. Parrhas. Epist. 4. Brodæus ix. cap. 17.—*Paridi*] Vivebat hic histrio vel Pantomimus Domitiani tempore, et libertus erat Domitiæ Neronis amittæ. Ab hoc Paride dicitur Statius ob nimiam paupertatem annuo salario sustentatus. *Lubin.*

88 *Ille et, &c.*] De Paride loquitur, et in illum sæpe hæc dicuntur, qui histrio cum esset, plurimum apud Imperatorem valebat: *semeatribus militiis tumentem* dicit, qui favore et suffragio Paridis semestrem tribunatum emeruerat. Legissee ergo videtur apud Juvenalem: 'Ille et militiis multis largitur honorem Semestris, vatum digitos circumligat auro.' Per *militiam semestrem* intelligit tribunatum semestrem, cujus mentio apud Plin. epist. iv. 4. qua rogat Sossium Calvisium Nepotem *tribunatu semestri* splendidiorem faciat. Per *digitorum aurum*, annulos aureos et dignitatem Equestrem. Sed quod Juvenalis separavit, in unum jungit auctor ille, ut fortasse legerit: 'Ille et militiis multis largitur honorem, Semestri vatum digitos circumligat auro.' Nam vatem semestri militia tumidum dicit, non equestri dignitate. Fuere Tribuni Laticlavii, et Angusticlavii, quasi cecundi ordinis tribuni. Angustus clavus Equitum nota, et annuli aurei. Ex eo genere et noto fuisse constat Tribunatus semestres, qui equitibus tantum, aut equestri dignitate donatis conferebantur. Ita Poëtis suis Paris Pantomimus semestres tribunatus, et jus annulorum simul donabat. Ideo hujus generis tribunorum *semeatre aurum* vocat, quia ut dignitas eorum semestris, ita et insigne. Nam aureos ferunt annulos inter militantes Tribuni, (ut testatur Appianus) cum alii inferiores ferreos gestent. Ridiculus porro vir magnus est, Grangæus, qui *semeatre aurum* idem esse docet, quod alibi ab eodem Poëta

*sestium aurum* dicitur. *Salmassius PEnian. Exerc.* Robenius legendum censet: 'Ille et militiis multis largitur honorem Semestrem, vatum, &c.'

89 *Circumligat*] Induit, exornat.—*Semestri, &c.*] Id est, in modum lunæ plenæ, equitum de numero, id est, anulo. Semestris autem luna dicitur, cum mensis medium permenas est spatium. aut Xymam dicit, hoc est, cui ut plena sit, parum admodum deest, cum velut annulus in orbem collecta est. *Vet. Sch.*

90 *Quod, &c.*] Scoptice et jocosæ hæc dicuntur. Quasi dicat: si nobiles Romani Poëtarum patroni esse nolunt, inveniantur histriones, qui suo patrocinio illos tueantur. Atque hi adeo versus Poëtæ nostro exilium pepererunt, qui a Domitiano, sub Præfecturæ specie, instigante Paride, in Ægyptum militatum mittebantur.—*Tu Camerinos*] Id est, non sunt colendi proceres et nobiles, ut *Camerini* et *Bareæ*, qui nihil conferant Poëtis. Unus histrio Paris est colendus, qui summus Poëtarum patronus est. *Lubin.*

91 *Nobilium, &c.*] Ut illa sportula gratia frequentes. *Idem.*

92 *Præfectos*] Id est, Tragedia de Pelopea, Paridi data, evehit Poëtam ad Præfecturam, et Tragedia de Philomela, Paridi vendita, ad Tribunitiam potestatem: tantum valet auctoritas et potentia histrionis.—*Pelopæia*] Fuit filia Thyestæ, cum qua ipse pater concubuerat, ex quo incestu natus est Ægysthus adulter Clytemnestræ, qui Agamemnonem occidit.—*Philomela*] Tragedia de Progne et Philomela sororibus. De hac fabula superius dictam. *Idem.*—*Præfectos, &c.*] Nerone significat, qui scenicis ob turpem libidinem hæc potentibus præstabat. Propter hæc versum missus est in exilium a Claudio Nerone. *Vet. Sch.*

94 *Quis, &c.*] Conqueritur suo tem-

pore Poëtis tales patronos non esse, qualis olim fuerit Mecænas Virgilio et Horatio.—*Procleius*] Vir optimus, eques Romanus, liberalissimus in consanguineos et amicos. De hoc Horatius: 'Vivet extento Procleius ævo, Notus in fratres animi paterni.' *Lubin.*

95 *Fabius*] De Fabii Maximi liberalitate vide Valerium Maximum iv. 8.—*Cotta*] De hujus liberalitate dictum est Satyra v.—*Iterum*] Id est, quis denuo jam talis patronus erit.—*Lentulus, &c.*] Quasi dicat, non inveniri alterum, qui sit tam liberalis ut Lentulus. *Idem.*

96 *Tunc, &c.*] Prisco nimirum seculo, quo quis ingeniosius carmen scripsisset, eo majus pretium consequencebatur. *Idem.*—*Nunc, &c.*] Alii codices habent *tunc*, hoc sensu: Illo prisco tempore utile et frugiferum erat studium et vigiliis pallorem sibi contraxisse: quia, quo quis meliora scripsisset, hoc munus etiam erat melius. Verum potest et *nunc* legi hoc sensu: Contra nunc multi illam utilitatem consequuntur ex Poëmatibus suis, ut pallescant, et ne tantum quidem habeant, quo vinum sibi mense Decembri, quo Saturnalia ab omnibus lætis ac lubentibus celebrantur, comparare possint. *Idem.* Hinc Horat. 'Age libertate Decembri.'—*Toto, &c.*] Quo mense scilicet solet maxime lucrari. *Vet. Sch.*

98 *Vester*] Sequitur jam pars secunda, in qua confert historicos cum Poëtis, et causidicos, Rhetores, quarum conditionem nihilo meliorem esse ostendit.—*Porro labor*] Est Ironia. Vos autem historici sine dubio lautiores habetis conditionem, qui majoribus laboribus, et lucubrationibus nocturnis ingentia volumina conscribitis.—*Porro*] Sane, certe, profecto; vel, ut porro dicam, ut pergam.—*Facundior*] Utilior, plus commodi et emolumenti adferens, quam Poëta-

rum. *Lubin.*—*Vester porro*] Ironia. *Vet. Sch.*

99 *Petitur, &c.*] Requiritur a vobis plus temporis, et plus olei ad nocturnas lucubrationes ad lucernam, in qua oleum. Vetus mens codex habet, *petit hic plus.* Id est, hic vester labor requirit plus operæ et olei. *Lubin.*—*Olei plus*] Impensæ in oleo ad lucernam.

100 *Namque, &c.*] Rationem subiungit, quare historici plus temporis et laboris requirant; cum scribant ingentia volumina. *Lubin.*—*Obliuimur*] Modum sibi non statuens, finem vix inveniens: *millesima*, numerosa.

101 *Et, &c.*] Id est, vestri libri immensum crescunt, damnosi vobis, ob multam papyrum, quam impenditis historiis scribendis sine lucro.—*Damnosa*] Nam pretium pro papyro (seu charta ex papyro facta) exponitis, quod vobis non refunditur. *Idem.*

102 *Sic, &c.*] Id est, lex et ordo omnis historiæ expostulat, et multitudo rerum describendarum, ut pagina, et liber in ingens volumen excrescat.—*Operum lex*] Ut nihil scilicet de historia omittatur. *Idem.*—*Rerum, &c.*] Ordo historiæ. *Vet. Sch.*

103 *Quæ, &c.*] Respondet et pergit: Quis tamen fructus excriptionis historiæ? Metaph. ab agricultura.—*Terræ, &c.*] Proscissæ, et aratro inversæ. Cum multum laborant, quem fructum inde habent? *Turneb.* xiv. 24.

104 *Quis, &c.*] Objectio avari nobilis, historicis merito tantum non conferri, quantum Jeto, vel acta legenti: eo quod ignavi semper sub tecto, et umbra sedeant, et scribant; cum Jurisconsulti in forum et curiam procedant, ibique summis laterum viribus dicendo contendunt.—*Acta legentis*] Scribæ, seu actuario, vel advocato. *Lubin.*—*Acta, &c.*] Exceptori. *Vet. Sch.*

105 *Sed, &c.*] Historici sunt genus hominum deses, et ignavum. Dicit illud ratione Jureconsultorum, qui magna vocis contentione causas agunt, cum historici quasi otiosi et silentes tantum scribant. *Lubinus.*—*Quod, &c.*] Alii legunt *lecto*: in lectis enim se componebant antiqui, descriptioni aut meditationi operam daturi: intelligitque lecticulum lucubratorium, *κλυσθριον*. Ita Senec. Ep. LXXII. 'Quædam sunt, quæ possis in cisio scribere, quædam lectum, et otium, et secretum desiderant.' Et Persius Satyr. III. 'Non quicquid denique lectis Scribitur in citreis.' *Farnab.*—*Et umbra*] Qui seclusi volunt esse. Quod est otiosorum fere et mollium. Unde Horat. 'Poscimus si quid vacui sub umbra:' et 'Somno gaudentis et umbra.'

106 *Dic, &c.*] Sunt verba Poëtæ avaro respondentis. Age igitur dic nobis, quidnam præstant illis civilia illa sua officia et actiones causarum villum? ostendit hac interrogatione, neque causidicos et rabulas, qui se longe aliter in forensibus actionibus exercent, multum lucrari.—*Quid, &c.*] Fructus, commodi, emolumentum. *Lubinus.*

107 *Et magno*] Id est, magnus libellorum acervus, in quibus causam et actionem consignatam habent, quos secum in judicium adferunt. *Idem.*—*Comites, &c.*] Breves significat. *Vet. Sch.*

108 *Ipsi, &c.*] Advocati, causidici: qui magna vocis contentione clamare, et causas agere cogantur.—*Magna*] Pro magnum et grande Adverbialiter.—*Sed, &c.*] Tunc potissimum, cum creditor, cujus causam agunt, in judicio adest, et præsens auscultat.—*Creditor*] Qui debitorem accusat. *Lubin.*

109 *Vel, &c.*] Vel cum alius quidam dubiam et suspectam causam habens, qui nomina et debita sibi arrogat,

forte sibi non debita, cum ille inquam præsens enim urget, et pollicitationibus invitat, tum præcipue grandi voce agit.—*Tetigit latus*] Urget, instigat.—*Acrior illo*] Priore creditore. *Idem.*

110 *Qui, &c.*] Adserendum vel probandum. Quidam hoc intelligunt de causidico adversario, qui ex grandi codice Juridico velit probare nomen illud dubium esse, et cujus causam orat, debito non teneri. Vel qui debitore inficiente, negat id deberi, paratus ostendere libros accepti et expensi. *Farnab.*—*Grandi, &c.*] Vel legum et juris codice; vel codice, in quo processus, acta, confirmatio, refutatio. *Beroald.* Annotat. cap. 31. —*Nomen*] Debitum. Dicit Poëta, Causidicos magna sonare, cum a debitore, qui magis urget et instat quam creditor, conducuntur, qui quidem debitor venit ad debitum dubium diluendum et refutandum, cum codice accepti et expensi. Nomina igitur sunt tituli debitorum, præsertim in his debitis, ubi nomina scripta sunt eorum, quibus pecuniæ sunt commodatæ; ita ut nomina debita et debitores idem sint. Hinc Alphius dixit, 'Bona nomina aliquando mala fieri, nisi interpelles.'—*Qui, &c.*] Cautionem habens multorum temporum. Creditorem argentarium significat, qui instantius debitum petit, si debitor ei cæperit esse suspectus. *Vet. Sch.*

111 *Tunc, &c.*] Egregia rabularum descriptio. Id est, tum vero quantum possunt summis laterum viribus et laboribus mentiuntur. Utpote quorum lingua venalis.—*Cari, &c.*] Pulmones, quibus inest spirandi vis. Vel cavas buccas et fauces intellige, vento et mendaciis plenas, ut folles credas. *Lubin.*—*Folles*] Buccas dicit. *Vet. Sch.*

112 *Conspiciturque sinus*] Nimia verborum copia, vehementia, et dicendi

fervore, sinus et vestes sibi metipsis conspuunt.—*Veram, &c.*] Dixit de summis caussidicorum laboribus; jam indicat quid inde lucri consequantur. Quod si caussidicorum measem et annuos proventus libet cognoscere, in una libræ lance pone centum caussidicorum patrimonium, in altera unum et solum patrimonium Russati illius Lacernæ, videbis omnes caussidicos, eorumque annuos proventus vel ab unius Russati Lacernæ opibus et redditibus annuis superari.—*Veram*] Lego hic *verum*, hoc sensu: Labores quidem Jureconsultorum gravissimi, verum messis vel fructus, quem inde consequuntur, perexiguus; quem si voles cognoscere, &c. *Lubin.* et *Farnab.*—*Conspuunturque sinus*] Propter fascinum verborum ter sibi in sinu spunt, et videntur fascinum arcere: ut Persius de matertera: vel, incipiunt multa sibi promittentes, in sinum spuere, vel alloquendo multum spunt. *Vet. Sch.*

113 *Hinc*] Ab hac parte in una libræ lance. *Lubin.*

114 *Solum*] Unum et solum Russati Lacernæ patrimonium tanti est, quanti centum caussidicorum.—*Russati, &c.*] Varia admodum hic lectio. Codex meus habet, *rus Sati pone Lacerta*. Legendum potius Russati Lacertæ vel Lacernæ, quem ajunt Domitiani aurigam fuisse, veste russata vel rubra indutum. *Britannicus* dicit Lacertam esse militis nomen fictum. Nam milites Romani nisi sunt in prælio vestibus russatis, quas Græci phoeniceas, nos vero coccineas appellamus.—*Pone, &c.*] Nomen aurigæ abjecti, ex colore Russatus. Lacerna sub Domitiano auriga fuit. *Vet. Sch.*

115 *Consedere*] Est hemistichion ex initio 13. libri *Metamorph.* Ovidii; ubi Ajax et Ulysses in judicio de Achillis armis inter se contendunt. Per duces hoc loco Judices, per Ajaxem, scoptice caussidicum intelligit.—*Surgis tu pallidus Ajax*] Pro non \*

ictilius lege, nobilis illius temporis. vel potius, ictus illius temporis. Sed quod ait, aurigam quandam Ajacem nomine hoc loco tangi, fides penes auctorem esto. Ego poetam non alio, quam ad illa Ovidii allusivæ scio: 'Consedere duces, ac vulgi stante corona Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Ajax.' *Rutgers.* Ergo, judicibus sedentibus pro tribunali, tu oras et caussam alienam dicis.—*Pallidus, &c.*] Id est, tu caussidicus, tanquam Ajax ille apud Ovidium, surgis ad dicendum.—*Pallidus*] Ob malam causam quam foves, vel ob dubium eventum meticulosus, vel ob egestatem macilentus et pallidus. *Lubin.*—*Pallidus Ajax*] Ajacem pro recitatore posnit advocato. Hic vero Ajax auriga non ictilius temporis. *Vet. Sch.*

116 *Dicturus dubia*] Pro eo, cujus libertas in questionem vocatur, et in ambiguo est: ut Cic. pro Archia. Vel, pro ostendenda libertate alicujus non facile probabili, contra eum, qui illum in servitutem vult mittere.—*Dubia, &c.*] Quæ sitne danda, an non, nondum erat judicatum.—*Bubulco, &c.*] Potest illius temporis judicis esse nomen; vel intellige rudem, rusticum, indoctum. Ait enim Asconius Pedianus ex singulis tribubus urbanis rusticis, quæ erant numero 36. ternos judices fuisse electos. *Lubin. Farnab.*

117 *Rumpe, &c.*] Tanta vocis contentione clama, ut jecur tuum ira inflatum et intensum pene rumpas, et summa fide causam age, ut postea laudem ex victoria consequaris, sed mercedem vilissimam. Alii hoc loco per jecur, pulmonem intelligunt.—*Ut tibi lasso, &c.*] Ex longa debacchatione. *Idem.*

118 *Figantur, &c.*] Ut cum jam declamando lassus et defatigatus es, rami palmarum adhuc virides, tibi in signum victoriæ adfigantur, id est, ut laudem habeas, sine præmio. *La-*

*lūna*.—*Figuntur*, &c.] Scalæ hic sunt aditus domus, janua. ita autem vocat *ἐσπερίους* ad indicandam oratorum pauperiem, qui more omnium tenuium et mendicorum, in cœnaculis habitabant; ut habitationes suas nisi scalis introire non possent. Erat autem moris oratorum et caussidicorum, victoriam partam in foro, testari appensa foribus palma. *Casaub.* *Brodæus* ix. 1.—*Figuntur*, &c.] Stationum scilicet, ad instar gladiatoris victoriæ. Scalas armariola advocatorum: vel ut quidam, casæ et stationes. Cicero in Corneliâna, Conrepsit, inquit, in scalas. Armaria namque advocatorum apud veteres scalas habebant. *Vet. Sch.*

119 *Quod*, &c.] Sed quodnam lucrum est vocis tuæ, qua causam egisti? Resp. *Siccus*, &c.] Laridi fumo indurati exiguus et exsiccatus petaso, vel perna.—*Siccus*] Aut quia fumo induratus, aut quia vetulus, rancidus et succo exhaustus est. Exiguum sane precium, quo hoc tempore advocati non contenti forent. *Lubin.*—*Vas*] Fictile vel lignenum, in quo conditi pisces, villissimi Thynni. Pelamides enim pisces salsi et viles ἀρό τοῦ πηλοῦ vel luto, in quo perpetuo volutantur. *Lubin.*—*Siccus*, &c.] Vocabulum piscium salsorum. *Vet. Sch.*

120 *Et veteres bulbi*] Pisces exigui et villissimi, qui apud Afros Epimenia sunt, id est, munera menstrua Afrorum, quæ ex Africa singulis mensibus Romam adferuntur. Alii censent sordida munuscula ipsorum Afrorum esse bulbos. Plin. lib. xix. Lips. lib. ii. epist. 2. Quæst. Ep. Nescio quid de Epimenidio tertio Scyllæ genere, ad Epimenidem nomen suum referente, in hunc locum nugantur commentatores. Ego manuscripti codicis fidem secutus, et Grammatici pervetusti annotationem, ἐπιμήνια intelligo, exilia munuscula, ac veluti xenia sordida, quæ in singulos menses pro navata opera conferebant; conju-

modi nominat rancidos illos et veteres bulbos *Junius*. *Ἐσπερίους*, menstruum stipendium. *Lubin.*—*Menstruum epimenia*, &c.] Epimenium, stipendium militis in mensem, quod exiliter et sordide dari caussidici Poëta notat. Dinæi liber legit *Bulbi*, sic et Glossæ ad oram scriptæ; quam lectionem non de nihilo esse docet Vetus Glossarium ab Henrico Stephano.—*Maurorum*] Alii leg. *Afrorum*.—*Epimenia*] Græce dixit. Nam Latine menstrua dicuntur dantium. *Vet. Sch.*

121 *Aut*, &c.] Id est, vile et ingratum, vinum Vejentanum per Tiberim Romam deorsum vectum, non transmarinnum. Et ejus quidem quinque lagenas pro quatuor actibus. Quasi dicat: In signum summæ liberalitatis una lagena dabitur supra numerum, vel ultra numerum actionum tuarum. Ironice. *Lubin.*—*Tiberi*, &c.] Non transmarinum, id est, cibarium. *Vet. Sch.*

122 *Si*, &c.] Quod si forte etiam numi tibi dentur, et aureus unus aliquando contingat, non illum tibi integrum habere potes. Sed oportet ut ex illo partem aliquam Pragmatico vel advocato tribuas. *Pragmatici*. Pediano advocati sunt, qui caussidici leges monstrabant, et quos tanquam peritiores adibant, et consulebant. *Lubin.*—*Ex fœdere*] Ex compacto, quia ita pacti sunt pragmatici cum illis.—*Si*, &c.] Id est, Pro quatuor actionibus unum solidum. *Vet. Sch.*

123 *Pragmaticorum*] Iurisperitorum, qui negotiales causas agunt. *Vet. Sch.*

124 *Æmilio*, &c.] Conqueritur jam de iniqua conditione pauperum advocatorum et divitum. Id est, ille tantum præmii ex suis actionibus et causis agendis consequitur, quantum petit, ob nullam aliam causam, nisi quia dives est.—*Et*, &c.] Et tamen nos tenuiores caussidici majori fide et diligentia causas nostras agimus, quam ille. *Lubin.*—*Æmilio*, &c.] Qui

hæc pacto quintas acciperet, in pretium consiliorum clientium.—*Est melius nec*] Pauperes scilicet. *Vet. Sch.*

125 *Hujus, &c.*] Notat obiter artes causidici *Æmilii*, qui ut multum promissum a clientibus consequeretur, simulabat se esse ditissimum, luxuriose suam statum equestrem æream, eamque in curru, in vestibulo domus sue posuerat.—*Curru, &c.*] Ex quo majores suos triumphasse ostendat. Porro etiam ipsi causidici statum equestres erigebantur. *Lubin.*—*Alti, &c.*] Equi quaterni alti et sublimes ad majorem magnificentiam currum trahentes.

126 *In, &c.*] In domus introitu, in atrio, in porticibus.—*Atque, &c.*] *Æmilius* equestrem sibi in vestibulo statum erexit, et ibi feroci equo belligero insidens, curvatum hastile eminas et e longiore intervallo, tanquam adversarium percussurus, intendat et quasi minatur adversario. *Lubin.*

127 *Bellatore*] Equo feroci et indomito. *Scoptice*, quasi qui egregius bellator fuerit, cum non armis, sed lingua et conviciis bella gesserit.—*Hastile*] Curvatum. *Scoptice* dictum. Et innuere voluit, quam imbellis et ineptus bellator ille sit, cum hasta sua incurvata. Vel vetustate incurvatum.—*Minatur*] Se missurum quasi in adversariam. *Idem.*

128 *Et, &c.*] Eo dicit, vel quod *Æmilius* unoculus fuerit, vel saltem luscus. Vel quod unum oculum clausserit, ut eo certior sit ictus. *Idem.*—*Et, &c.*] Cujus oculus introrsus cedit. *Vet. Sch.*

129 *Sic Pede*] Id est, prorsus eodem modo per hæc artes, per ostentationem divitiarum et gloriæ, *Pedo* reliquos tenuiores causidicos confudit, supplantat et superat. Vel ut *Farnabius* exponit, *Conturbat* deoquit, et res alienum contrahit, nova creditoribus solvens, veteribus non ita, dum se divitem præfert.

Verbum juris est, conturbare rationes, fortunas.—*Matho*] Sic *Matho* alios tenuiores dejicit et vincit in judiciis. *Lego Deficit*. Quod si conturbat illud intelligamus de debito et defectu *Mathonis*, tum explicanda hæc erunt de simulatione; quod etsi essent tenuiores et ære alieno obruti, quod solvere nequeant; tamen simulent se esse divites, ut ita plaris, vel pro majori pretio causas possint agere. *Conturbare* ergo et *deficere*, significat solvendo non esse, et ad paupertatem redigi. Posterior explicatio potior. *Turneb. xxii. 23.* Sic ergo *Matho* adhuc infelicior altero, quia alter quidem res turbatas et anxias habet, sed hic jam penitus fractas, et ad incitis redactus est.—*Exitus, &c.*] Ut nimirum *Tongillus*, quamvis pauper, tamen simulat se divitem: lectica vehitur, lavatur magna clientum turba stipatus. Ut ita magis illi credatur.

130 *Magno, &c.*] Vel eo dicit, quod nasutus fuerit instar rhinocerotis, quod de *Tongiliano* testatur *Martialis*, cum ait: 'Nil præter nasum *Tongilianus* habet.' Vel potius, quod gutto in balneo usus sit magno, ex rhinocerotis cornu. Quod vasculum synecdochicè *Rhinoceros* appellatur: pauperioribus autem in usu erat guttus ex cornu taurino. *Guttus* est vasculum, e quo oleum guttatim distillat. *Lubin.*—*Magno, &c.*] Id est, magno gutto. quod sicut *Rhinoceros*, sit ingentis nasi. *Vet. Sch.*

131 *Et vexat*] Id est, implet perturbans et molestans turba comitum suorum lulentia, quam tanquam pompam secum circumducit etiam in balnea. *Lubin.*—*Lulenta*] I. e. luto obsita; nam illi comites solent matutinum ferre patique lutum, huc usque cum rege suo discurrantes per lutum et sordes.

132 *Perque, &c.*] Id est, qui ad ostentationem a servis suis lecticariis ex Media ortis lectica portatur.—

*Longo assere*] Id est, ligno, quo lecticarii servi utebantur ad sustinendam lecticam. *Britannic.*—*Premis*] Illos servos, et oneri illis est.—*Medos*] Lipsius legit, *Massos*. Nam Medi et Parthi expertes erant servitutis Romanæ. At ex Mæsia erant lecticarii: ut Sat. ix. Vani ergo hic sunt Britannicus et quicumque alii.

133 *Emertus*] Simulat se ibi velle servos vel pueros emere, argentea pocula, myrrhina, et villas, ut ita ditior videatur, et a pluribus conducatur.—*Myrrhina*] De his poculis dictum Sat. præcedenti, vs. 155. *Martial.* Epistol. 113. l. xiv.—*Villas*] Domos cum agris. *Idem*.

134 *Spondet, &c.*] Exponit se tantumquam divitem. Id est, lata ejus vestis purpurea, et latus clavus, quem gestat, lectica, comites, pro illo fidem faciunt, quod prædicta possit emere. *Stlataria, &c.*] Id est, latus clavus purpureus. Dixerunt autem priisci, stlitem pro litem, stlatum pro latum, teste Festo. Glossæ veteres, *Stlatarius, ὑργόμενος*. Item *Stlatarius, πλάτος*. Festus, ‘*Stlata genus navigii latum magis quam altum.*’ *Stlataria* ergo dicitur purpura fallax, quod eo vestimento homines decipiantur.—*Tyrio filo*] E lana Tyrio colore tincta. *Lubia*. *Stlatarium* Interpretes pro lato clavo accipiunt. Quod si verum, nulli tum caussidici in pretio, nisi qui et Senatores, quibusque lati clavi jus. Nisi malimus de lacernis Caussidicorum interpretari: ‘*Purpura vendit Caussidicum, vendunt Amethystina.*’ Nam lacernas in causis agendis, adhibitæ, testatur idem Sat. xvi. ‘*Jam facundo ponente lacernas Cæditio.*’ Nisi rectius sit dicere, magnam etiam equitum partem per ea tempora latum clavum usurpasse. Vide et Turneb. l. xix. cap. ult. *Ferrar.*—*Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo, &c.*] Ubi de lacernis loquitur poeta, non de lato clavo. Alio: qui omnes caussidicos Senatores fu-

isse oportet, et laticlavios. Lacernæ ergo purpureæ clientes alliciebant. nam lacernas in causis adhibitæ docuimus ex eodem poeta. Quamquam non ita compertum mihi sit, fueritne ille Cæditius patronus, an Juxex: et si patronus fuit, quia illum facundum appellat, cur posuerit lacernas? non quod defatigatus esset expectando, neque dicendo delassatus, nondum enim causæ cæpta erat. Fortasse quia dicturi lacernas deponebant. Videant eruditi. *Ferrar.*—*Stlataria, &c.*] Illecebrosa. Ennius, ‘*Et melior navis, quam quæ stlataria portat.*’ Id est, multisonalis, quæ vulgo dicitur Batalaria. *Vet. Sch.*

135 *Et, &c.*] Quod tam ambitiose multitudini sese ostentant. Nam eo facilius conducantur, cum videantur quantivis pretii.—*Purpura, &c.*] Id est, vestis purpurea commendat et facit, ut caussidicus plaris conducatur a clientibus. *Ferrar.*—*Purpura vendit Caussidicum, vendunt amethystina*] Hoc est, lacernæ purpureæ et amethystinæ in causas sunt, ut caussidicus conducatur, hæc ipsum commendant et in pretio esse faciunt: nam toga nulla oratoribus purpurea, sed communis: nisi de lato clavo intelligamus. quod fieri non potest, quia non omnes patroni laticlavii; deinde nullus amethystini usus in clavo. Non nisi ergo de lacernis aut lænis intelligere possumus, quæ togæ injiciebantur. *Ferrar.*

136 *Vendunt, &c.*] Id est, vestimenta violacea Amethystini coloris. Quidam gemmas intelligunt.—*Convenit illis*] Id est, illis rabulis proprium et conveniens est, ut et verborum strepitu, quo vani maxime vigent, vel comitum turba et ostentatione, et facie, specie, habitu corporis et vestitus splendore plus præ se ferant, quam adsint. Absque hac enim ostentatione et impudentia esset, ut pluri mi cogerentur mendicare, qui jam opibus et honoribus vel maxime vi-

gent. *Fervor.*

137 *Majoris, &c.*] Majores divitias et opes simulare, et prae se ferre, quam possideant. *Idem.*

138 *Sed fœnem*] Id est, Romani luxuriosi et prodigi nullum modum ponunt sumtum et impensarum faciendarum. Tanta autem insana ambitio Romæ erat, ut vestes et comites fœnore conducerentur, ut ditiores aliis viderentur. *Idem.*

139 *Fidimus, &c.*] Alii legunt, *Ut redant veteres.* Probat ulterius nullam eloquentiam, nullam scientiam juris, Romæ in pretio esse, nisi cum divitiis et honoribus. Id est, etsi vel maxime in vitam postliminio redirent Cicero, Crassus, Hortensius, et alii summi caussidici, illis nemo ducentes numos jam daret, nisi suas opes ambiciose annulis et gemmis in digitis fulgentibus ostentare possint. *Lubin.*

141 *Respicit, &c.*] Ridet stultam clientum opinionem. Cui lis est in judicio, ille antequam caussidicum conducat hoc primum respicit, et considerat quod sequitur. *Idem.*

142 *Decem, &c.*] Clientes, qui te officii gratia comitentur.—*An, &c.*] Id est, an lecticam octophoron habeas, quæ ab octo servis lecticariis portetur. Nam ditissimi octophoro, mediocres hexaphoro, portabantur.—*Post te, &c.*] In qua sedeas, si collibitum fuerit. *Idem.*—*Togati, &c.*] Antambulones, qui per ambitionem domum præcedebant. Circumpedes sunt obsequia servorum: Antepedes amicorum. *Turneb. III. 23.*—*Togati, &c.*] Togati, nominativus est pluralis: ut sit sensus, an togati sint tibi antepedes, qui litigent, qui te consulant. *Vet. Sch.*

143 *Ideo, &c.*] Hoc sciens Paulus caussidicus a litigantibus divitias et census equestrem spectari, quia animadvertibat istas ostentationes opum esse utiles, data mercede conducebat Sardonyches, et alias pretiosas gem-

mas et vestes, ut dives videretur, et ob id pluris et majori pretio agebat caussam, quam Gallus, [alii *Cossus* leg.] Basilus, et alii tenuiores caussidici. *Lubin.*—*Agebat*] Caussam dicebat.

144 *Sardonyche*] Nobilissima gemma in anulo. *Idem.*

145 *Rara, &c.*] Male et ex opinione vulgi. Nam: Πολλὰ καὶ κτηνὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. *Idem.*—*Quam Gallus Basilus*] Quam unus et alter pauper Caussidicus.

146 *Quando, &c.*] Id est, Basilio pauperi nunquam licet aliquam gravem caussam agere, et flentem matrem et orantem pro vita et salute filii ad misericordiam judicium commovendam, in judicium adducere. Id est, nunquam illi committuntur causæ capitales, cum de capitis periculo agitur. *Idem.*

147 *Quis, &c.*] Nam illud non nisi divitiibus permissum erat. Eo dicit: Nam nihil probabatur in paupere, etiamsi omnium eloquentissimus esset. *Idem.*

148 *Accipiat, &c.*] Compellat Basilum, vel alium quemvis pauperem caussidicum. Si vis linguæ mercedem imponere, vel dicendo aliquid lucrari, in Galliam vel Africam te confer, ubi pauperioribus adhuc caussidicis locus, et præmium propositum est, si bene agant.—*Nutricula, &c.*] Utraque provincia Gallia et Africa tum temporis satis litigiosa erat, maxime autem Africa, ergo quasi Caussidicorum alumna.

150 *Declamare*] Transit jam ad Rhetores vel Sophistas, qui juvenes in scholis declamare docebant, summo cum labore et minimo fructu, quorum conditionem viliorem adhuc esse demonstrat, adeo ut illos ferrea pectora et nullius laboris non patientissima habere adserat; qui tantos labores in docendis discipulis sustinere valeant.—*Vetti*] Alii *Vetti* legunt: potest esse genitivus et vocati-



vus. Ponitur hic pro quocunque præceptore. *Idem*.

151 *Cum, &c.*] Id est, cum classis Scholasticorum numerosa satia, ficto themate de tyrannis declamet, eosque perimendos et e medio tollendos probet. *Labinus* censet, Juvenalem hic respexisse ad Dionysium, qui de rege in hoc pistrinum fuerit conjectus: vel ad miserissimam præceptorum conditionem. Id est, tu potesne hos labores perferre, cum hujusmodi classis scholasticorum etiam sævos tyrannos (ut Dionysium) excarnificet, et perimat, deque illo suppliciumumat, miseris modis? Quid autem miserius insuper, si vix ex tantis laboribus tantum consequuntur, ut commode sese sustentare possint? —*Classis, &c.*] Tantus discipulorum grex, multitudo. *Idem*.

152 *Nam, &c.*] Probat præceptoribus incredibiles ærumnas, et tædia esse devoranda, et institutionem puerorum quovis tormento graviorum esse. *Idem*.

153 *Atque, &c.*] Verbis iisdem, eadem crebro clara voce quasi cantans inculcabit. *Idem*. Alii, *proferet*. et pro *iisdem, idem*.

154 *Occidit, &c.*] Græcum proverbium expressit, *Ἄς κρῦπθῃ θάνατος*. Brassica nimirum recalcata, et bis terve in cibum apposita, fastidium et nauseam pene morte molestiorem parit. Sic miselli magistri dum eadem discipulis suis toties repetita inculcant, tædio et molestia pene occiduntur. *Politian.* Miscell. c. 33. *Scoppa Collect. II. 2.* —*Crambe, &c.*] Proverbium *Ἄς κρῦπθῃ θάνατος*, omnibus tritum, cum nihil sibi tam fuisse cognitum significare voluerint. tractum a nimis frequenti relatione historiarum sive fabulæ ab aliquo tum scriptæ. *Vet. Sch.*

155 *Quis, &c.*] Id est, omnes discipuli nosse volunt rationem de unaquaque re probabiliter dicendi; quis color sit, quod causæ genus, quæ

summa quæstio, quid ab adversariis contradici possit. *Sed nemo mercedem vult rependere.* —*Color*] Ornamenta verborum et sententiarum, schemata, tropi, et alia, quibus oratio pingitur et ornatur. —*Causæ, &c.* An sit demonstrativum, an judiciale, an deliberativum. —*Ubi, &c.*] Ubi controversiæ status. *Labin.* Rei cado, in quo res maxime vertitur.

156 *Quæ, &c.*] Metaphora. *Sagitta*, pro contrariis partiæ, et adversariis argumentis, quæ in refutatione solent dilui. Hæc omnes volunt scire, et nemo mercedem solvere. *Idem*. Alii legunt, *diversa parte*.

157 *Mercedem, &c.*] Objectio discipuli. 'Quasi dicat: O præceptor, tu mercedem appellas et exigis? Quid enim scio? quid a te didici? quasi dicat, nihil. —*Culpa, &c.*] Respondet præceptor: Itane vero mea præceptoris te docentis culpa arguitur et accusatur, quod tu stupidus, vecors, et obtusus asellus es, et quod tibi juveni Arcadico et asinino nihil salit in sinistra parte mamillæ vel præcordiorum, id est, quod tu nihil cordis et ingenii habes? *Labin.*

158 *Lava, &c.*] Id est, quod sis excors, et stupidus. Hinc Adagium, 'Corpus sine pectore.' *Idem.* —*Scitcet, &c.*] Id est, quid magister peccat, si tu cor non habes? *Vet. Sch.*

159 *Arcadico*] Apposita. Id est, ignavo, pingui, hebeti: quales sunt Arcades, teste Philostrato l. III. Asini enim et muli in Arcadia maximi. Miserum certe, quando egregia semina sterili terræ, salutaria præcepta bardo et blenno discipulo incassum mandantur. *Scoppa Collect. I. 27. Brodæus Misc. IX. 17.* Vide proverb. 'Ἀρκάδιος βλαδότης. —*Cujus, &c.*] Id est, cum quo immensos labores sustineo, et cujus declamatio de Amibale, diro illo et infesto Romano hoste, singulis sex diebus mihi audienda est, cum summo tædio. —*Sexta die*] Quæ eadem repetit. *Labin.* —

*Arundinis*] Aniso, ac per hoc stulto, haberi. *Vet. Sch.*

161 *Miserum, &c.*] Miseras aures, quæ toties una et eadem re obtunduntur.—*Durus, &c.*] Quasi Deorum ira irmissus Annibal.

162 *Quidquid, &c.*] Hannibal scilicet. Cujus consilia et deliberationes discipulus in ficto themate proponit, et de illis declamat. Exempli gratia, post Cannensem victoriam Annibal deliberat, an a Cannis urbem Romam statim petat. *Lubin.*—*An, &c.*] Id est, deliberativa ejus quam recitat. *Vet. Sch.*

163 *A Cannis*] Cannæ locus in Apulia Romanorum strage nobilissimus. Ubi Terentii Varronis temeritate, Romani ab Annibale ad internecionem occisi. Livius l. xxii.—*An, &c.*] An ipse Annibal cantus et prudens post horribiles nimbos, fulmina, ac tonitrua, quæ illo tempore fuerunt, suas cohortes militum propter tempestatem madidas, alio per circumitum ducat et reducat. Talia tractabant in declamationibus, quæ erant in genere causarum deliberativo.—*Post, &c.*] Annibal enim tertio ab urbe lapide, cum super Anienem castra posuisset, prohibitus est fulmine et tempestate, ne propius accederet, et Romam invaderet. *Lubin.*—*An, &c.*] Cum a tertio ab urbe lapide castris positus, fulmine territus, eo quod propius accederet. *Vet. Sch.*

164 *Circumagat*] Reducat. Nam deinde ad Thuriam fluvium castra retulit. Livius l. xxvi. *Lubin.*—*Circumagat*] Retroducatur ad Africam. *Vet. Sch.*

165 *Quantum vis*] Dicit dispensator, qui Rhetori discipulum tradit: Posce a me tibi dari quantum vis, et statim tibi dabo.—*Stipulare*] A me scilicet. Est enim generis communis.—*Quantum, &c.*] Proroga quantum tibi dem. *Dispensatores*, qui nunc *prorogatores* dicuntur. *Vet. Sch.*

166 *Hæc auctor*] Hortatur auctor nos-

ter præceptores illos, ut relicto illo scholastico pulvere ad veras causas agendas potius se conferant, ubi tantum molestiarum non sustinent, exemplo sex et plurium aliorum. *Lubin.*

167 *Uno, &c.*] Uno modo, quum omnes idem agunt. Hinc forum passim *clamosum* vocatur. *Idem.*—*Sophistæ*] Idem fuere apud antiquos qui rhetores dicuntur.—*Vel plures*] Omnes scilicet professores. *Vet. Sch.*

168 *Et, &c.*] Non fictas controversias et declamationes, ut in Scholis.—*Raptore, &c.*] Declamatione de Raptore. Ut de *Jasone*, qui Medeam rapuit, vel *Paridem* intellige, qui rapuit Helenam. *Lubin.*—*Et, &c.*] Cum mercedes reposcant, alii exponunt, transendo ad causas, relictis controversiis scholasticis.—*Raptore, &c.*] Themata quæ in auditoriis recitantur deliberatarum et controversiarum. ut si uxor venenum triverit, maritus recipiat oculos, &c. *Vet. Sch.*

169 *Fusa, &c.*] Declamatio de Medea, quæ veneno Creusam Jasonis conjugem, suam quasi pellicem, absumsit, ab ipsis non amplius tractatur, sed *silet* quasi.—*Malus, &c.*] Fictum thema de *Jasone*, qui malus pariter et ingratus maritus erat Medæ, cujus opæ salvus ex Colchide evaserat, et quam tamen deserebat. *Lubin.*

170 *Ei, &c.*] Fictum thema de eadem Medea, quæ certis pharmacis magicis in mortario tritis, Pellam ex sene cæco puerum se reddituram filiabus pollicebatur. Ovid. in *Metam.* Alii consent significari filium in mortario medicamina contudentem ad patris oculos sanandos: quæ noverca superveniens venena esse dicat, et veneficii ac parricidii filium accuset. Pater hoc credens testamentum mutet. Ait ergo Poëta tales declamationes a Sophistis relinqui, et veras causas agi. *Lubin.*

171 *Ergo, &c.*] Ergo ipse præceptor, qui relicta illa umbratili et ficta Nte in Schola, ad veram pugnam et

veras controversias in forum descendit, ille sibi ipse rudem dabit, seque a laboribus scholasticis mancipabit, et aliud vitæ genus diversum a munere præceptoris ingreditur, si mea consilia aliquid momenti apud ipsum habebunt. *Lubin.*—*Rudem*] Libertatis a Rhetorica. Metaph. a gladiatoribus, qui rude donati cessant. *Farnab.*

172 *Et vitæ, &c.*] A Rhetorica, et laboribus scholasticis. *diversum iter*, contrariam a superiore viam.—*Diversum iter*] Alii qualibet. *Vet. Sch.*

173 *Ad pugnam, &c.*] Ad verum certamen, id est, ad veras lites et causas forenses. *Britan.*—*Rhetorica, &c.*] Eo dicit, nam fictæ Rhetoricæ declamationes verarum controversiarum forensium umbræ tantum et imagines sunt. *Lubin.*—*Qui, &c.*] Esse \* nam Academiam sectam, quæ rhetoricam in se continens militiam. *Vet. Sch.*

174 *Summula*] Id est, ne illa exigua pecuniæ summa tibi desit, qua venditur vilis frumenti tessera in singulos menses popello et tenuioris fortunæ hominibus. Romæ frumentorum curatores distribuebant tesseras. Non enim frumentum ipsum a curatoribus, (vile id et multarum molestiarum munus fuisset) sed tesseras frumentarias, sive symbola quædam in ligno vel plumbo capiebant: quibus acceptis ire iis licebat ad horrea publica, petittum frumentum. Frumento si opus non esset, tesseras illas vendebant.—*Viliis*] Utpote ex ligno vel plumbo, cui signum impressum: figuræ erat quadratæ, unde et nomen; quandoque rotundæ. *Lubin.*—*Summula*] Ne annonam perdat. Symola modum (an medium) significat gradilis panis. *Vet. Sch.*

175 *Quippe, &c.*] Hæc merces, quam ex controversiis forensibus adquiris, collata ad *διδασκαλίαν*, vel annuam præceptorum mercedem, est adhuc laudatissima. *Lubin.*

176 *Chrysgonus doceat*] Inquire, in-

quit, et vestiga, quanti citharedi filios nobilium doceant fidibus; ut ostendat longe uberius esse cithæcedorum lucrum, quam sophistarum et causidicorum. *Britannicus.* Verum videtur mihi per Pollionem et Chrysgonum intelligere Rhetores sophistas in scholis docentes, hoc sensu: Si non vis credere, quam exigua mercedem præceptores Rhetores consequantur, explora tantum, quam vilissima mercede Rhetores illi Chrysgonus et Pollio ditissimorum civium Romanorum filios doceant. *Lubin.*—*Chrysgonus, &c.*] Per diversos vadunt magistros, ubi vilius possint standere tentantes. *Vet. Sch.*

177 *Lautorum*] Nobilium.—*Artem, &c.*] Id est, Rhetoricam Theodori Gadarei, cujus meminit Suetonius in Tiberio.—*Scindens*] Ad diligentiam refer. Id est, præcepta ejus artis minutatim dividens, et ingerens præcepta rhetorica, pro nulla mercede. Vel lacerans et deridens: Pollio (inquit) irridet artem rhetoricam, quum plus ipse lucretur arte sua. *Britann.* et *Grang.*—*Artem, &c.*] Dividens. *Vet. Sch.*

178 *Balnea*] In ædificiis et obsoniis condiendis plurimum assumunt, in liberis educandis et instituendis nihil vel parum. De balnearum luxuria *Seneca* Epist. xxvii.—*Seccentis*] Nummis scilicet constant quotannis. Qui dantur balneatoribus, et in alios sumtus in balneis conferuntur.—*Pluvius, &c.*] Id est, via strata sub tecto, qualis est ambitus in cœnobis et claustris. vide Sat. iv. vs. 6. *Grang.*—*In qua gestetur, &c.*] A lecticariis servis, vel a jumentis cum pluebat. Solebant autem lautiores quotidie gestari in lecticis, sanitatis, vel animi gratia.—*Balnea, &c.*] Balneas et porticus ædificant, ubi gestentur, ne eos pluvia contingat, et mercedem pro filiis suis dare non possunt. *Vet. Sch.*

179 *Anne, &c.*] Ironia. Anne dominus adeo dives, si vectari voluerit,

tam diu deberet expectare, donec sudum sit, vel aëris serenitas oriatur, ut tunc vectetur? *Grang.*

180 *Spargatque luto*] Dum per plateas et pluviam vectatur a mulis, quasi indignum sit mulæ ungulas luto inquinari.—*Jumenta*] Mulas, a quibus vectatur.—*Recenti luto*] Nuperrime nato ob pluviam. *Lubin.*

181 *Hic potius*] In porticu scilicet gestetur, non autem sub dio cum pluit, et via lutosa est.—*Namque hic*] Sub porticu scilicet, ubi non pluit, neque lutum est.—*Nitet*] Dum luto non inquinatur. *Idem.*

182 *Parte alia*] Id est, in hoc ergo loco balnea et porticus sumtuosissime exstruit. Alio loco cœnatio vel cœnaculum alte exedificatum surgit, fultum longis columnis e Numidia advectis. *Labinus.* Vide Horat. Od. II. 18. 'Columnas ultima recisas Africa.'

183 *Algentem solem*] Orientalem, qui salubrior, vel quod cœnatio ædificata, ut septentrionem respiciat et ortum, præsertim æstate. *Casaubonus* dicit, de triclinio hiberno Poëtam loqui. Luxuriosis enim hominibus Romanis triclinia pro tempore diversa. *Varro* IV. de Ling. Lat.—*Rapiat*] Excipiat, intromittat. Solem matutinum et opacum admitteret Arceton.—*Et, &c.*] Solaria in superioribus hiemalia, marmoribus et columnis ornata. *Vet. Sch.*

184 *Quantumque domus, &c.*] Id est, quantocumque pretio domus constet, nihilominus habebit etiam structorem, qui ex arte omnis generis fercula et obsonia doctissime componat. *Lubin.*—*Qui, &c.*] Structor, aut cocus. *Vet. Sch.*

185 *Qui, &c.*] Coquus e foro, isque magno conductus. Qui obsonia debito ex aromatibus condimento, præparet. *Lubin.*

186 *Hos, &c.*] Id est, cum tot sumtus in res nihili prodigaliter profundat, Quintiliano, vel cuivis summo

Rhetori et præceptoris duo H. S. vel quinque libræ ad summum loco annui salarii sufficiunt.

187 *Ut, &c.*] Ut magnum pretium, ad summam.—*Res, &c.*] Sententia pulcherrima. Nihil enim avaris illis Euclionibus vilina, quam sui liberi, in quos erudiendos, quidquid impenditur, illud perire putant. *Lubin.*

188 *Unde, &c.*] Objectio avari divitiæ. Si oratores in scholis docentes nihil lucrantur, unde ergo Quintilianus Rhetor tot saltus habet, tot sylvas, unde tam dives est? Hic primus Romæ publicam scholam aperuit, et salarium e fisco accepit. *Cassiod.* *Lubin.*—*Unde, &c.*] Anthypophora. Unde tantum possidet Quintil. si parum accepit? *Vet. Sch.*

189 *Exempla, &c.*] Respondet Poëta, præteri, o quicumque hoc mihi objicis, hæc exempla novorum et inauditum fatorum, et noli mihi unum aliquem objicere, quem fata ditarunt. Ac si dicat nullum alium inventum, qui ex liberalibus studiis sit ditatus: 'nescio quo modo bonæ mentis soror est paupertas.'—*Nova fata*] Latini dicebant, cum inusitata et insolita, inauditaque felicitas cuiquam obtigisset. *Turneb.* XXVII. 2.—*Exempla, &c.*] Contingit ut unus sit fato felix, Rhetor, vel orator. *Vet. Sch.*

190 *Felix, &c.*] Hoc vult dicere: quicunque felix est fatorum et stellarum favore, ille omnia habet corpora, fortunæ, animæque bona. Beneficio fortunæ factum est, ut in Quintiliano omnia agnoscerentur, quæ in fortunato homine conveniunt, ut omnibus sit numeris absolutus: iterum atque iterum felix est.—*Pulcher*] Membris et forma corporis decorus.—*Acer*] Animo vegetus et strenuus. *Lubin.*

191 *Sapiens*] Bonis animi abunde instructus.—*Nobilis, &c.*] Hæc ad bona fortunæ externa spectant, ob id subtextit, et addit. *Idem.*

192 *Appositam nigra*] Id est, gestat nobilium ornamenta, et patritiorum;

qui lunula ad calceos adnata, calceis a reliquis discernebantur. Hac autem forma centenarium numerum denotabant, per litteram C. Eo quod initio tot senatores tantum fuerint. Instituit autem Numa, ut per eam litteram sese e numero centum patrum esse admonerentur.—*Nigræ*] Primo enim Senatores calceos nigros induiebant, postea cereos, galbeos, coccineos, &c. *Farnab.*—*Subtexti*] Addit, adsuit nigræ alutæ, vel calceo ex aluta. *Jac. Loënsis* Epiph. iv. et v. c. 25. et 2. *Junius* Adag. cent. 3. In astragallis nobilitas.—*Adpositum*, &c.] Patricius Senator est, lunula nam adnata calceis discernuntur patricii a noviciis. *Vet. Sch.*

193 *Felix*, &c.] Id est, facundia etiam et eloquentia præstat. Quod autem toties *re* felix repetit, innuit tantam felicitatem non tam doctrinæ, quam fortunæ beneficio esse assequentum.—*Jaculator*] Argumentator, egregius Dialecticus et Sophista, qui quicquid in causam faciat, accuratissime investigat, et in adversarium detorquet. *Lubin.*

194 *Et*, &c.] Refrigeratio vocem raucam facit. *Martialis*: 'Perfrixisse tæas quæstæ est præfatio fauces.' Vel, adeo fortuna Quintiliano adspiravit, ut etsi quid peccatum sit, in illius tamen laudem vertatur, ut raucus ex frigore etiam bene cantare dicatur. *Farnab.* Cui Deus fatumque favet, illi nulla res nocere potest.—*Distat*, &c.] Rationem reddit, cur quidam felices et fortunati sint. Id est, multum refert et interest, quæ constellatio, quis siderum positus, felix an infaustus fuerit tempore tuæ nativitatæ, quis siderum aspectus in ortu tibi affuisset. *Lubin.*—*Quæ*, &c.] Prosperane, an adversa.—*Et*, &c.] Infrigidatus fuit. *Lubin.*

195 *Modo primos*] Id est, eo ipso momento, quo te ex matris utero natura profundit. *Lubin.*

196 *Vagitus*] Primos ploratus; in

partu enim, quam primum infantes in lucem prodeunt, plorant.—*A matre*, &c.] Ad colorem nuper editorum infantium respicit. *Brod.* ix. c. 17.—*A matre*, &c.] Mox ut natus fuerit. *Vet. Sch.*

197 *Si*, &c.] Ostendit humanam felicitatem tum fato, tum fortuna evenire, non a nostro hominum arbitrio dependere. ubi notandum, quod inter fatum et fortunam non distinguat. Pulcherrime *Seneca*: 'Natura, fatum, fortuna, casus, unius et ejusdem Dei nomina sunt.' *Lubin.*—*Fies de rhetore*] Ut *Cicero*.

198 *Fies*, &c.] A summis dignitatibus ad ima detruderis: ut *Valerius Licinianns*. *Lubin.*

199 *Ventidius*, &c.] Addit hujus rei duo exempla. Id est, *Ventidius Bassus* est, qui genere *Picens* ex captiva *Asculana* natus, ductus in triumphum a *Strabone Cnei Pompeii* patre, primo *rhedarius*, deinde *mulio*; deinde eodem anno prætor et consul factus est. Exercitui deinde dux constitutus, de *Parthis* triumphum duxit. Itaque qui ante captivus carcerem exhorruerat, victor *Capitolium* felicitate celebravit. Vide *Valerium Maxim.* vi. 10.—*Tullius*] *Marcus Cicero*, qui homo novus, *Arpinas* humili loco natus, postea consul factus. Sic quidem aliqui inepti putarunt, sed revera (ut ex sequentibus clarescit) intelligit *Tullium*, qui ex serva natus, *Tarquinio Prisco* in regno *Rom.* successit.—*Anne aliud*] Id est, anne illorum felicitas aliud est, quam sideris, et constellationis approbatio? *Lubin.*—*Ventidius*, &c.] In *Scholias* ten. Ex *multitione Cesaris*. *Mulitio*, *mulitionis*, pro cura mulorum. Adji- cit, ut *Tullius* in *Epist.* &c. Recte, nam *Cicero* *mulionem* vocat, *Epist.* Fam. 10. Mox subiungit *Scholias* ten. 'opitulante Antonio Augusto:' accipit autem Augustum pro Octavio, nam tum *Octavius* nondum *Augustus*. *Dorleans.*—*Ventidius*, &c.] *Ventidius*

**ex** = multatione Caesaris Dictatoris fuit, ut Tullius in Epistolis, et in Philippicis loquitur; opitulante Antonio Augusto usque eo proventus est, ut ei crederetur Parthicum bellum.—**Quid, &c.**] Is captivus in urbem perductus, postea triumphavit. *Vet. Sch.*

**200 Et, &c.**] Id est, incogniti nobis, non intellecti, et imperscrutabilis. Nam 'Nescia mens hominum fati.' *Dorleans.*

**201 Servis, &c.**] Servium Tullium ex serva natum, regem Romanum factum intellige. *Idem.*—**Captivis**] Ut Ventidio.—**Servis, &c.**] Servium Tullium et Ventidium significat. *Vet. Sch.*

**202 Felix ille**] Concludit, Quintilianum ex fato et fortuna talem felicitatem consecutum esse. Sed tales felices, talemque felicitatem esse rarissimam.—**Corvo, &c.**] Proverbialiter dixit, ut supra Sat. vi. 'Rara avis in terris, nigroque similis cygno.' *Dorleans.*—**Felix, &c.**] Quintilianus. *Vet. Sch.*

**203 Pœnituit multos**] Multi contra inveniantur rhetores, quos pœnituerit inanis et sterilis studii rhetorici. *Lubia.* Vel professionis rhetoriæ, quam exercebant sedentes in cathedra. *Farnab.*

**204 Sicut, &c.**] Probat quod dixit duobus exemplis, Thrasyarchus hic Carthaginiensis, Platonis et Isocratis discipulus, cum cœpisset Rhetoricam profiteri, ob exiguum lucellam destitit.—**Exitus**] Finis, qui ex inopia desperans laqueo vitam finit.—**Secundi, &c.**] Secundum exemplum. Hunc Dio scribit, quod ob inopiam Athenis desertis, Romam se contulerit. Inde quod orationem per exercitum in tyrannos e medio tollendos dixisset, a Caligula in exilium pulsus fuit. *Idem.*—**Sicut, &c.**] Rhetoris apud Athenas, qui suspensio perierit. *Vet. Sch.*

**206 Nil, &c.**] Notat obiter Athenienses, objiciens illis æternum illud probrum ob Socratem cicuta inter-

entam.—**Gelidas**] Est enim frigidissima in ultimo gradu.—**Ausæ**] Quæ hoc per extremum scelus ausæ estis. Vide Persium Sat. 1. vs. 1. *Farnab.*—**Nil, &c.**] Socrate veneno periit, cum fugeret paupertatem.—**Gelidas**] Mortiferas. Mors enim frigida est. *Vet. Sch.*

**207 Dii, &c.**] Id est, Dii dent manibus et cineribus majorum nostrorum defunctorum terram tenuem, et minime ponderosam, vel mollem sepulturam. Solebant autem hoc defunctis, quibus bene volebant, precari. De qua solenni formula vide Brissonium. *Lubia.* Hinc illæ sepulcris literæ, S. T. T. L. Credebant enim in ipsis sepulcris mortuorum animas una cum corporibus aliquantum residere, ipsaque mole ponderis affici: unde inimicorum execrationes, 'Sit tibi terra gravis, urgeat ossa lapis:' quo anima, quam sepulcro una cum corpore condi credebant, depressa ad beatorum sedes tarde aut ægre devolaret, atque ægre ultro citroque ad sepulcra commearet in solennibus funereis. *Grangæus.* *Farnab.* Quod Grangæus per umbras sepulcra intelligit, hoc futile est, quia sc. essent in sepulcretis arbores, quæ umbram facerent. Sed revera notum est per umbras intelligi ipsos defunctorum manes, et hoc loco cineres, reliquias corporis mortui.

**208 Spirantes crocos**] Tangit ritum, cineres et ossa odoribus miscendi. Tibull. Eleg. 2. l. III.—**Perpetuum, &c.**] Veteres, quorum felicitatem plusquam humanam videri volebant, dixerunt de vivis, ex eorum vestigiis flores nasci; mortuis terram ipsam sponte sua in illorum honorem flores producere: hinc ver optabant perpetuum tumulis, eoque frui perpetuo manes bonorum credebant. *Casaubon.* in Pers.—**Perpetuum ter**] I. e. perpetui flores.—**Spirantesque crocos**] Notandum quia masculino genere dicit Crocum, ut Virgilius: 'crocumque rubentem.' Sallustius dicit neutro, 'In qua crocum gignitur.' *Vet. Sch.*

209 *Qui, &c.*] Nempe quibus, ut ille dixit Philosophus, plura, quam ipsis parentibus debemus, cum ab his parentibus vivendi, ab illis bene vivendi rationem adipiscamur. *Lubin.*

210 *Metuens, &c.*] Probat, quod dixit exemplo Achillis, qui ætate jam maturior, sub præceptore fidibus canere didicit, et præceptorem more discipulorum reveritus est, ejusque virgam timuit. *Idem.* Quod hoc loco Grangæus *grandem* corpore, non annis dicat, inane est.

211 *Patriis, &c.*] In Pelio, monte Thessaliæ.—*Et, &c.*] Id est, quis vel illo tempore talem præceptorem non risisset, qui caudam equinam haberet? Chiron enim centaurus erat, Saturni filius, habens caudam equinam. *Idem.*

212 *Citharædi*] Chironis.—*Citharædi, &c.*] Chironis. *Vet. Sch.*

213 *Sed, &c.*] Antapodosis dissimilium. Quasi dicat: Contra nostro tempore etiam pueri suos præceptores verberant, tantum abest, ut si grandiores sint, eos colant.—*Sua, &c.*] Id est, discipuli suos quoque præceptores, in quorum disciplinam sunt traditi, pulsant. *Lubin.*—*Sed Rufum*] Qui Gallus fuit, et valde disertus. *Vet. Sch.*

214 *Rufum, &c.*] Obiter notat Rufum Superbum Rhetorem, qui vel Ciceronem culpavit tanquam Allobroga, id est, more Allobrogum, crasse et barbare loquentem. *Allobroges* Galli erant circa flumen Rhodanum. Pro *qui*, alii *quem*. *Lubin.* Habet autem suam Emphasin hæc repetitio *Rufum*, quasi diceret non contemnendum, utpote Rhetor optimus qui erat. Sed uti quidam alii, sic et ille iniquissimam litem de principatu eloquentiæ cum Cicerone habuit. Hic illum ut redundantem notavit, alius eum elumbem et fractum nominavit, et alius solum atque enervem. *Allobroga* ergo, Allobrogem, i. e. Gallum et Barbarum. Vel potius Catilinæ historiam

tangit, de qua fuse Salustius.—*Allobroga, &c.*] Allobroga, Gallia. *Vet. Sch.*

215 *Quis, &c.*] Grammaticorum ad huc longe omnium miserrimam conditionem probat. Id est, quis e discipulis præceptori suo Grammatico Encelado, Palæmoni tantam mercedem reponit, quantam suis laboribus promeritus est? Quasi dicat: Nemo.—*Gremio*] Quasi sedentibus præceptoribus discipuli *διδασκων* in sinum infundant. Pro *Celadi*, alii legunt *Enceladi*.—*Doctique, &c.*] Hujus mentio facta Sat. vi. vs. 458. *Dedit* ait, quia tantæ arrogantiae fuit, ut litteras secum natas, secum morituras dixerit. *Lubin.*

217 *Quandocunque*] Tantum scilicet mercedis, vile et perexiguum, et longe minus quam Rhetorum æra aut merces; tamen ab illa mercede a pedagogo pueri, et dispensatore fartim aliquid auferatur. *Idem.*

218 *Præmordet*] Aliquid fartim abradit, intercipit, et delibet. *Acanonetus*] Ipse custos discipuli, vel forte a Poëta fictum nomen de aliquo, proprium, non commune commodum spectante. *Idem.* Pro *Acanonetus*, alii legunt *Acanitus ipse*. In nomine forte illo alludit ad Anicetum pedagogum, de quo Sueton. c. 5. Neron. *Farnab.*—*Discipuli, &c.*] Eunuchus pedagogus, aut communi carens sensu proprium papatis. *Vet. Sch.*

219 *Qui, &c.*] Dispensator, *Economus*, frugum et pecuniæ condus et promus. Qui plerumque ejusmodi fures.—*Frangit*] Ex solitis mercede magistri aliquid sibi præcidit. *Britannicus.*—*Cede, &c.*] Sceptice a Poëta dictum, in arrogantissimum Grammaticum: o Palæmon, patere, neque ægre feras aliquid a tua mercede detrahi. *Idem.* *Cede* Palæmon de jure tuo: vel Concede, permittite.—*Et, &c.*] Et qui prærogat, de eadem sorte tollit sibi. *Vet. Sch.*

220 *Inde*] A constituta mercede.—

*Decedere*] Imminui.—*Non, &c.*] Id est, velut institor, qui hibernas teges solet vendere: ille primo magnam requirit mercedem, postmodum a primo indicto pretio aliquid decedere patitur. *Labin.*

221 *Institor hibernæ tegetis, niveique cadurci*] Hic pro villi merce tam cadurcum, quam teges ponitur. Cadurcum vestis stragula, sive lodix ad frigus arcendum, densa scilicet et villosa. Idem Interpres ad illud supra: ‘*Magnaque debetur violato pœna cadurco.*’ Cadurcum membrum quo foeminae sunt explicat, vel membri velamen, vel institam, qua lecti intenduntur. Sed non aliud cadurca fuere, quam lodices et stragula, et culcitras ex lino Cadurcensi, quas apud Juvenalem pro lecto sumuntur. Nam cum iam sacris Isidis per novem dies foeminae secubarent, si per eos dies mariti matrimonii jus usurparent, a sacerdotibus petenda erat concubitus venia, magnaque pœna debebatur violato lecto, sive cadurco. *Ferrarius.*—*Hibernæ*] Aptæ ad pellendum frigus, et aërem hibernum.—*Nivei, &c.*] Stramentum intelligit. Cadurcum enim Romani vocabant stramentum, quod ex lino Cadurcico fieret. *Salmas.*—*Institor, &c.*] Negotiator, qui pro qualitate temporis mercem suam distrahit. Sic Terentius, *Sciisti uti foro.*—*Niveique, &c.*] Cadurcum quidam cucullum dicunt candidum, propter hienes et nives comparatum, alii tabernaculum, aut tentorium \* dixerunt esse, \* quibus merces suas protegere consueverunt. Hibernæ autem tegetis, est ædificii frigidi. Virg. ‘Qualis ob hybernæ Lyciam.’ *Vet. Sch.*

222 *Dummodo, &c.*] Id est, dummodo non in universum frustra laboraris, et aliquid mercedis saltem tibi relinquatur pro infinitis tuis laboribus, quod sæpe ad mediam usque noctem sederis, et illa meditatus sis, quæ doceres tuos discipulos. *Labin.*

223 *Sedisti*] Sedebant, inquit Gran-  
*Delph. et Var. Clas.*

gæus, doctores discipulis stantibus: Sed miror viri doctissimi vagum ingenium, qui tam sæpe intempestiva dicit. Hic certe sermo est de studentibus, non docentibus.—*Qua, &c.*] Id est, qua media nocte nemo faber ferrarius, nemo carptor, vel carminator lanarum sedebat, et opus faciebat. *Idem.*

224 *Qui, &c.*] Carminaturus. Qui lanam carminat, id est, carmine trahit, et attenuat. *Idem.* *Obliquum* Illud ferrum dicitur *Carmen.*—*Qui docet obliquo*] Aut, lanarius, *æreioris.* *Vet. Sch.*

225 *Totidem, &c.*] Lampadas olei foetidi, et male olentis, quas pueri pauperum nocta adferebant.—*Officisse*] Ingratus enim lucernarum odor. *Labin.* Quod pro maximo fastidio sumit.—*Officisse, &c.*] Cum quibus nocte veniunt ad Grammaticos, ut lectiones accipiant. *Vet. Sch.*

226 *Quod, &c.*] Ante te dictata recitantes, et lectiones audientes.—*Cum, &c.*] Id est, cum liber Horatii Flacci, in quo discunt pueri, ex fumo lucernæ decolor, turpis, et niger esset assidua pueri contrectatione. *Labin.*

227 *Et hæreret*] Id est, cum nigro et misere contaminato libro, in quo Poëma Virgilii inscriptum, crassa fuligo et vapor male olentis lucernæ adhæreret. *Idem.*—*Flaccus, &c.*] Codex Horatii et Virgilii, in quibus legebant. quia et Horatius et Virgilius nigri coloris dicuntur fuisse. Ideo diasyrtyce dixit detrahendo. *Vet. Sch.*

228 *Rara*] Licet immensi labores sint, et merces pro illis perexigua, raro tamen illa præceptoribus obtingit sine intervenitu litis, aut judicatione et coactione Tribunali, qui parentes cogat, et accusatos compellat solvere. *Labin.* Quum velit ostendere Poëta magistrum minimam referre pro didactro mercedem, eamque non sine judicis cognitione adipisci, non Senatorem, non Equitem, sed Tribunalum ærarium nominat, utpote qui de minimis rebus cognosceret. Dices au-

3 R

Juv.



tem debuisse nominare Ducenarium : nam cum Senatores de maximis causis judicabant, Equites de mediis, Tribuni de minoribus, Ducenariis incumbere cura minimorum. Sed scias aulatos esse hos Ducenarios. Nec partes ærarios dictos, quod exigent pecunias ærarii publici, quod munus quæstorum fuit, sed quod minores causas præsertim ærarias, sive maius pecuniarias, cognoscerent. *Græg.* Ergo quoque de Tribuno plebis non intelligendum, nam is æris non habebat cognitionem.

229 *Sed, &c.*] Licet cives Romani præceptoribus exigam mercedem, et quidem coacti solvant, tamen et præceptoribus sævissimas leges, observatu perdifficiles, imponunt. Imprimis ut sint doctissimi, et summa diligentia et solertia liberos suos in literis ac moribus erudiant. *Lubin.*—*Sed vos*] Raræ sine lite magistris redduntur merces, sed enim vos o Tribuni, duras condiciones magistris imponite, ut et sine vitio loquantur, et omnes historias et Poëtas teneant, et ut quacumque sint hora etiam de rebus exiguis et impossibilibus statim respondeant. *Vet. Sch.*

230 *Ut præceptor*] Ut præceptor omnium verborum et phrasium exactam cognitionem habeat, et sine vitio exactissime loquatur.—*Constat*] Id est, intelligatur, explorata sit. *Lubin.*

231 *Legat, &c.*] Fabulas Poëticas et historias. Hæc de filio possumus intelligere.—*Auctores, &c.*] Exactissime sciat, quid in quoque auctore contineatur. *Idem.*

232 *Tanquam, &c.*] Proverbium satis tritum.—*Ut forte, &c.*] Quocumque loco et tempore filius ad omnia exacte possit respondere. *Idem.*

233 *Dum, &c.*] Omni loco et tempore. Exempli gratia, dum pater in itinere est, et Phœbi calida balnea petit. In thermis proprie sudabatur, in balneis lavabatur. *Idem.*—*Aut, &c.*] Privatæ balneæ, quæ Dafnes appellantur. *Vet. Sch.*

234 *Nutricem, &c.*] Huiusmodi, quæ, ut Seneca ait, *scire nec juvat, nec prædest,* Grammatici, et Critici diligentissime solent inquirere. — Huiusmodi questionibus Grammaticos vexare solebat Tib. Nero. Sueton. vide et Agell. xiv. 6. et Senec. Epist. 88. *Parach.*—*Nomen, &c.*] Hanc dicunt vocatam esse Casperiam, de cujus patria nihil constat. *Idem.*—*Nutricem, Antine*] Tiaiphone. *Vet. Sch.*

235 *Quot, &c.*] Acestes Trojanus, rex Siciliæ. Sunt autem tales questiones nugaces et frivole. *Parach.*

236 *Quot, &c.*] Id est, quot vini cades vel urnas, Siciliæ ille rex Acestes Enem sociis Phrygiis ex Troje profugis donavit. *Idem.*

237 *Exigite, &c.*] I. e. Requisitis et poscatis hoc ab illo magistro. Triâ fuerunt requisita, ut linguam per sermone, ut mentem variarum rerum cognitione, et denique animum virtute, pudicitia, et honestis moribus imbuat.—*Cen, &c.*] Id est, format. Est Metaphora a cera, quam digitis ducendo in quamque formam effingimus. *Lubin.*

238 *Ut sit, &c.*] Quæ in omnes formas fingi potest.—*Exigite, &c.*] Ut præceptor illum certum suum scholasticum paterno amoris adfectu prosequatur, et a malo deterreat. *Idem.*

239 *Ne turpia, &c.*] Intelligit turpem illam Sodomiticam libidinem, qua pueri alternis vicibus sese corrumpabant. *Idem.*

240 *Non est, &c.*] Quod Sat. vi. inquit, cum ait : 'præputia dicit.' Id est, tot pueros exacte observare, ne scelera perpetrent, difficillimum est. *Idem.*—*Ne faciant, &c.*] Ne se corrumpant. *Vet. Sch.*

241 *Oculoque, &c.*] In fine libidinis, vel post perpetratam libidinem molli ter natantes: et ut quidam legunt *patrantes*. *Lubin.* sic Apul. 'Oculos udos et tremulos, ac prona libidinis marcidos, jam jamque semiadepertulos.'—*Observare manus*] Ne præputia ducant. *Vet. Sch.*

242. *Hæc, &c.*] Id est, has leges serva, inquit civis Romanus, alium suum præceptoris commendans.—*Et cum, &c.*] Hæc verba sunt auctoris nostri, quibus non sine acri Sarcasmo miserum Grammaticum irridet, et Romanis civibus Euclionibus sordes suas exprobrat. Quasi dicat, cum omnia laboriosissima et difficillima egeris, finito anno exiguum mercedem interventu litis accipe. *Lubin.*—*Sed cum]* Vel *Et cum se vorteris annus]* I. e. Eo anno finito: nam, ut ait Vitruvius, cum Sol redit ad signum in Zodiaco, ubi coepit, perficit spatium vertentis anni. Finiebatur a. annus mense Martio, cum Sol ad Arietem rediisset, eoque mense mercedem et minerval exsolvebant magistro.—*Et, &c.*] Hæc exposcunt a magistris, et post omnia in annum unum solidum accipient. *Vet. Sch.*

243. *Accipe, &c.*] Mercedem, quam populus tanquam arbiter tibi a Tribuno dari postulat, tanquam victori, ut qui patrem in judicio viceris, id est, mercedem minimam accipe, quan-

tula certataris offerebatur. Erat autem stata merces Scenicorum quinque aurei. *Lubin.* Farnabius non inepte interpretari posse credit de auro, quod gladiatoribus in amphitheatro, aut aurigis victoribus, vel ipsis equis postulari moris erat a pop. In Circo, quasi dicat, Annua Grammatici merces non excedit summam auri, quod datur aurigæ pro unius horæ opera. vide Martialis. l. x. Epig. 74. Non de rogatione populi, aut scito plebis, intelligi arbitramur; sed vetustam potius morem præsignari, qui apud Romanos in sacris certaminibus inolevit frequens. Post emensum ergo annum, et edocendis pueris labores impensos, *Accipe*, Poëta inquit, *mercedem*, qualem victori in ludis *populus postulare* solet: ac si dicat, vilem ussem, et nimis tenuem mercedem, qualis est stipendiæ exigua, quæ a populo in ludis postulatur, cum ære collato victor a plebe donatur, consequeris. *Alex. ab Alexandro.*—*Victori populus]* Ut in theatro solent petere quinque aureos. Nam non licebat amplius dare. *Vet. Sch.*

## SATIRA VIII.

1. *Stemmata, &c.*] Hæc ergo Satyra scripta est in Ponticum, et alios nobiles Romulidas, qui nobilitate majorum suorum confisi intumescabant, cum ipsi contra vecordes et ignavi, nihil vera nobilitate dignum agerent. *Stemma* Latine proprie sertum dicitur. Inde usurpatum pro statuis majorum coronatis. Dicuntur et *stemmata* linæ vel ramusculi, quibus genealogiæ et gradus cognationum delineantur et discernuntur, quibus notatur, quis pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, &c. fuerit. Persius: 'Stemmata quod Thusco ramum milleisime ducas.' Est enim hic sensus: Quid

facit, prodest, vel confert ordo generis, vel genealogiæ gradus ad veram nobilitatem? Quasi dicat, nihil.—*Longo, &c.*] Antiqua, longa, et prolixa majorum serie a vetusta antiquitate per multa secula deducta. Plin. II. 53. *Lubin.*—*Sanguis* ergo pro genere et stemmate. *Longus*, cui multi sunt nobilitatis gradus. *Altum* dixit Virg. 'Genus alto a sanguine Divum.' Aliquando *priscum*.—*Stemmata]* *Stemma* est generis ordo, ut gradus. *Vet. Sch.*

2. *Censeri]* Recenseri, judicari, numerari. Hinc Censores dicuntur.—*Pictæque, &c.*] In foribus, vestibulis,

atris ædificiorum. Habebant autem imagines majorum pictas, vel sculptas ex marmore lapide, vel ære, vel ex cera expressas. *Lubin.* Signanter cultus; non enim totius corporis, sed oris, et usque ad pectus imagines.

3 *Et stantes, &c.*] *Æmilianorum* statuas triumphales. De statu et curribus triumphalibus vide *Plin. l. xxxiv.* Erant enim diversæ statuarum species, Colossem, Curules, Equestres, Pedestres.—*Æmilianos*] Majores tuos, qui triumpharunt. Intellige Scipionem *Æmilianum*, qui *Carthaginensem* et *Numantiam* delevit. *Idem.*

4 *Curios*] Id est, vetustate exesas statuas Curiorum, jamque dimidia parte dirutas et mutilatas. De *Curis* dictum initio *Satyræ ii.* *Idem.*—*Humeroque minorem*] Alii *nasumque minorem Corvini.*

5 *Et Galbam*] Intelligit *Sergium Sulpitium Galbam*, qui *Neroni* successit, et ab *Othone* occisus est, qui a *Jove* genus suum deducebat. Vel potius aliquem ex majoribus ejus. Cujus antiquissimam statuam aure ac naso carere ait. *Idem.*—*Nasoque, &c.*] Vetustate picturæ ita effectum: aut quia breviorē *nasum* habuit. *Vet. Sch.*

6 *Quis, &c.*] Quæ est utilitas, aut quid prodest aliquem magna et capaci tabula genealogica, in qua genus et familia notantur, ad jactantiam ostentare *Corvinum* et *fumosas* majorum imagines. Vel quid mihi tu (immemor virtutis majorum, cujus tibi hæc monumenta legenti memoria erat subijcienda) jactas genus tuum et familiam ampla tabula Genealogica descriptam, et veteres jam fumo sitnque obsitas imagines majorum tuorum, quorum alii *Dictatores*, alii *Magistri equitum* fuisse. *Farnab. Lubin.*—*Tabula, &c.*] *Imaginem* perpetua. *Vet. Sch.*

7 *Et posthac*] Id est, post illum *Corvium*, longa serie, longis ramis vel virgis arbore illa consanguinitatis deducere ac derivare. Hic versus in

quibusdam *Codicibus* non invenitur. —*Multa, &c.*] Intelligit ramos et virgas ex stirpe discurrentes in stennate. Alii *lictores* intelligunt, qui multis virgarum fasces præferebant, *Dictatori 24.* *Consuli 12.* *Magistro equitum 6.* *Lubin.* Vel inspicienti cuidam curioso delineationem hæc sui generis in tabula factam, iterum et sæpius virgula quadam vel bacillo tangendo ostentare et significare. —*Multa, &c.*] Multis fascibus, dignitate. *Vet. Sch.*

8 *Fumosus*] Id est, fumo longa vetustate tinctos et denigratos. Porro *magistri equitum summum* jus in equites habebant, ut *Dictatores* *summum* jus in *populum.* *Crucius c. 3.* *Brodæus Miscell. i. 19.* *Nobiles* et illustres. Quidam *Fumosus* legunt, et *Famosus* non infamem semper significat, et in malam partem rapitur, sed sæpe in bonam.

9 *Si coram, &c.*] Id est, si male vivitur a *Lepidis*, qui filii pessimi oriundi ab optimis majoribus, qualis fuit *Æmilius Lepidus.*—*Coram*] *Emphatice.* Quasi dicat: nihil prodest præterita majorum egregie facta, et nobilitatem jactare illis *minoribus* vel posteris, qui *coram* in præsentia flagitiose vivunt, et vitis obruti sunt. Vel *coram* imaginibus clariss. majorum, quales fuerunt *Æmilius Lepidus* et *Scipio Æmilianus.*—*Effigies, &c.*] Id est, quid tibi prosunt, vel ad quid valent tot imagines majorum tuorum, qui bellatores fortissimi fuerunt, si minores posteris, imbelles et ignavi, per totam noctem degeneres a virtute majorum, alea ludunt. *Lubin.*—*Ala pernox*] Ita dictum, ut vigiles fenestæ.—*Si, &c.*] Ante imagines Lepidorum. *Vet. Sch.*

10 *Ala, &c.*] Per totam noctem aluditur. *Virgilius.* 'Dura jacet pernox instrato,' &c. *Lubin.*

11 *Ante, &c.*] Id est, ante statuas *Scipionis avi*, vel proavi tui viri continentissimi, qui deletam *Numantiam*

**solum** titulum in triumphum tulit, nullo cive Numantino invento, qui catenatus in triumphum duceretur.—*Numantius*] Scipio Æmilianus, ut supra dictum, Carthaginem et Numantiam delevit, inde dictus est Numantius et Africanus. *Lubin.*—*Ortu, &c.*] Mane summo, paulo ante Solis ortum cum Lucifer oritur. Veneris est stella, et quoties Solem sequitur Hesperus, Vesperugo, sive Vesper dicitur; cum Solem antecedit, et antelucano tempore conspicitur, Phosphorus, vel Lucifer appellatur. *Idem.* Si, inquit, helluo et aleator pernox et intempestivus sub tempus matutinum dormire incipis, quo tempore majores tui signa et castra et exercitum movere, alio profecturi, vel locum commodiorem capturi, et ex uno loco in alium ductare solebant, et res præclaras gerere. *Alex.* a. nomen omnem fortunæ lulum complectitur, non tantum talorum, aut tesserarum ex pyxide, fritillo, seu phimo.

13 *Cur, &c.*] Cur Fabius ille degener ex nobili illa Fabiorum familia natus, honoribus majorum suorum delectetur et gloriatur, et Allobrogibus a Fabio maximo devictis, et magna ara Herculis, quæ sola Fabiæ genti hæreditaria erat, gaudeat; si ille sit mollis, vanus et ignavus? *Turneb.* XII. 9. Val. Max. III. 5. Senec. de Benef. IV. 30. Fabius ille Persicus homo fuit, prostituti corporis, et infamis ore.—*Allobrogis*] Id est, titulis et honoribus, et appellationibus majorum suorum de devictis Gallis et Allobrogibus.—*Magna ara*] Per hanc intelligit aram Herculis in foro boario constitutam, vel juxta circum Flaminium, ex quo Hercule Fabiorum familia. *Lubin.* *Magnam* dicit pro *maximam*, ratione carminis.—*Cur Allobrogis*] Gallicis possessionibus, aut titulis victoriarum, aut ædibus. *Vet. Sch.*

14 *Lare*] Id est, in domo et familia Herculis.—*Si, &c.*] Majorum suo-

rum gloriam sibi usurpare non potest, qui est cupidus, avarus, vanus et mendax, qui denique maxime effeminatus, et magis mollis, quam ovis. *Lubin.*—*Natus, &c.*] Magna ara ad Herculem dicitur Romæ, juxta Circum Flaminium. Fabius ex genere Herculis. *Vet. Sch.*

15 *Eugeneæ*] Altina vel Patavina, vel, ut alii, Tarentina, et Veneta. His autem omnibus nihil erat mollius, et lætæ valde laudabantur. *Plinius* IV. 20.—*Et, &c.*] Tarentina, Calabra, aut Veneta. *Vet. Sch.*

16 *Si, &c.*] Id est, si Fabius ille Persicus libidinosus et pathicus, lumbos suos Catinensi pumice atterit, lævigat, politque in amatorum sanctorum gratiam, et hac infanda libidine avos suos, ob scelus nepotis sui merito lugentes et squalidos, traducit et dedecorat, et deridendos præbet.—*Tænerum*] Mollem et libidinosum lumbum attritum habens. *Lubin.* *Lumbum* posuit pro podice, quem ut teneri et veluti mulieres viderentur, depilem, glabrumque sibi reddebant. *Britannicus.*—*Catinensi*] Ætææ pumice, vel cavernoso lapide, qualem Ætna sæpe evomit. *Plinius* I. XXXVII. Hinc Catinenses dicti homines molles, qui se pumice læves et glabros reddebant, a Catina urbe Siciliæ. *Turneb.* VII. 20.—*Catinensi pumice*] Catina opidum Siciliæ, usque ad probra dissolutum notatur, ut et Bibaculus, 'Osce senex, Catinæque puer, Cumana meretrix.' *Vet. Sch.*

17 *Squalentes*] Pilis horridos. *μὴ δειπνᾶσι σφύτρους.* Vel statuas situ et fuligine sordidatas, et squalidas.—*Traducit*] Dedecorat, et irridendos præbet. *θεατρικῶν.* Polyb. *παρὰ θεῶν ἡρώων.* Metaph. a noxiis per forum traductis, appensis collo titulis et inscriptionibus criminum. *Farnab.*—*Emtorque, &c.*] Cum venena misceat, et alios interimat, et suam familiam et gentem, quam suo scelere miseram, et infamem reddidit, funestet. *Lubin.*

bin.—*Traducit avos*] Dedecorat parentes suos.—*Emtorque venens*] Ἀνὰ κορυφῆν. *Vet. Sch.*

18 *Frangenda, &c.*] Id est, qui ob beneficia dignus, cujus statua inter majorum statuas posita demolitur. Moris erat Romæ, ut si quis turpi et immuni crimine damnatus esset, dampnaretur, et frangeretur ejus etiam statua, nec in exequiis ferretur.—*Miserum, &c.*] Ob tantam maculam, et quod tam vitiosos pepererint nepotes.—*Funestat*] Inquinat, et contaminat. *Lubin.*

19 *Tota licet*] Id est, licet universa atria vel vestibula ædificiorum plena sint veterum et majorum imaginibus cereis, tamen illud nihil ad veram nobilitatem conducit, quæ est sola et unica virtus.—*Veteres cera*] Id est, imagines majorum, e cera expressæ, quæ in atriis disponebantur. Martialis. 'Atriisque immodicis artat imaginibus.' *Idem.*

21 *Paulus, &c.*] Quasi dicat: Non majorum tuorum statuas in atriis tuis, sed illorum mores honestos in tua vita ostende. Si vis nobilis esse, imitare vitam et mores Parentum tuorum, sis similis ipsis vita et moribus. Porro de Paulo Emilio dictum superius.—*Cosmus*] Vir optimus bellicosus, qui Volumnium regem Vejentum, manu sua occidit, et optima spolia in Capitolium reportavit. Vel, Cosmum intelligit, qui sub Augusto Getulos domuit, quia sequitur, *salve Getulice*. Farnab.—*Drusus*] Qui ab hostium dūce Druso interfecto, hoc nominis in familiam suam propagavit. Germanicus a Senatu nuncupatus, non per adulationem, sed ex merito. Cæsaris privignus.

22 *Hos, &c.*] Id est, hosce virorum optimorum mores præpone ante statuas majorum tuorum, ut illos mores citius vel potius intuearis, quam statuas. *Idem.* Ut sit sensus: Fac ut imagines tuorum majorum videant vitam bene compositam in te esse.—

*Hos, &c.*] Mores tuos antepone virtutibus eorum, et præcedant mores boni fasces. *Vet. Sch.*

23 *Præcedant*] Id est, cum tu consul es, tibi quæ a lictoribus fasces præferuntur, ante ipsos fasces debent præcedere honesti tui mores.—*Præcedant*] Ut ita illos semper habeas ob oculos, eosque tecum præferas. *Farnab.*

24 *Prima, &c.*] Exponit jam quæ requirantur in vere nobili: si vis ut te dicam nobilem, prius requiro a te animi bona, id est, virtutes, ut sunt prædantia, justitia, fortitudo, temperantia.—*Sanctus haberi*] Etenim si promeritus es dictis simul et factis viri sancti et justi nomen, tum te agnosco procerem, id est, nobilem Romanum. *Lubin.* Tò *Mereris* qui legunt cum interrogatione, asserente Grangæo, contra fidem omnium MSS. faciunt: dicit enim subintelligi particulam Si. ut in illo versu 'in cælum, jussis, ibit.'—*Factis dictisque*] 'Maximum enim est sapientiæ officium et indicium, ut verbis opera concordent, ne orationi vita dissentiat.' *Senec.*—*Prima, &c.*] Κατὰ κορυφῆν: debes animo bonus, et justus esse. *Vet. Sch.*

26 *Agnosco, &c.*] Nobilem, viram egregium et laudabilem. Id est, si hæc et consimilia veræ nobilitatis opera exhibueris, præ gaudio exclamabo, (ut Ægyptii in sacris quæsito et invento Api bove, vel Osiride,) me tandem invenisse, quem tanto tempore frustra quæsivi. *Proceres* proprie sunt capita trahum, quæ exstant et eminent extra parietem, quasi præcedes. *Grangæus* præeunte Isidoro. Sed putem ego, quod sint quasi progeres, a progero: quod primo sint lapides qui progeruntur. ideo πρόβαλοι Græcis dicuntur: deinde sunt primores civium, quia civitas quasi ædificium, in quo sunt proceres et angulares lapides. Nam olim C. erat pro G.—*Salve, &c.*] Id est, si talis es, tunc merito te appello et saluto nobilissimi.

**mum.** Vel, o Getulice vir nobilissime, tanquam qui Getalos viceris. Indicat hic virtute præditos non minus esse nobiles, quam illi sint, qui magnas gentes subegerint. *Lubin.*

**27 Silanus]** Hic teste Tacito, 'eximia nobilitate fuit.'—*Quocumque alio]* Sive quocumque alio sanguine natus, honori, et decori es tuæ patriæ, ob virtutem tuam ovanti et exultanti. *Idem.*

**28 Rarus citis]** Rari quippe boni. —*Contingit]* Datus es. —*Oranti]* De te præclaro et bene merito. *Idem.*

**29 Exclamare libet]** Id est, si te talem invenero, solenne illud exclamabo, quod populus Ægyptius exclamare solet in sacris Isidis et Osiridis, cum Apim bovem quæsitiv, qui Osiridem, id est, frumenti lationem representet, exclamantes: *εὐχόμενοι, οὐρηχόμενοι.* Quasi Poëta dicat, se optimum civem invenisse, et tandem incidisse in illum, quem diu quæserit. *Jac. Loënsis Epiph. vi. 10.—Populus, &c.]* Tibullus de Osiri dixit: 'Primus aratra manu solerti fecit Osiris, Et teneram ferro sollicitavit humum. Primus inexpertæ commisit semina terræ, Pomaque non notis legit ab arboribus.' Populus Ægypti invento Osiri dixit, *εὐχόμενοι, οὐρηχόμενοι.* *Vet. Sch.*

**30 Quis, &c.]** E contrario hoc ait, quod contra nemo generosus sit, qui indignus genere et nobilitate majorum suorum sit, nihilque nobilitatis habeat, præter nomen. Pulcherrime Fabius: 'Quis nobilissimus, nisi qui optimus?' *Lubin.—Insignis]* Subaudi est.

**32 Nanum, &c.]** Id est, si te hominem turpem, nobilem dicamus, idem facimus, quod cum nanum nobili cuidam in deliciis, vocamus Atlantem, Ironice ac Sceptice, et κατ' ἀντιπαρῶν. *Politianus Miscellan. c. 18.—Atlanta]* Atlas Promethei frater, rex Mauritanie, et Gigas fuit, in montem sui nominis conversus. *Lubin.—Nanum, &c.]* Ut cum indignus sit, majoris

alicujus eum nomine nuncupemus: ut si nanum gigantem vocemus κατ' ἀντιπαρῶν. *Vet. Sch.*

**33 Æthiopem, &c.]** Id est, hominem turpem, nigrum, eadem figura vocamus candidissimum. —*Præcæ]* Id est, puellam gibbosam, et extorta membra habentem, vocamus Europen, proceram et speciosissimam virginem, Agenoris filiam, quam Jupiter in taurum mutatus compressit. *Lubin.* Alii leg. parvam. —*Æthiopem, &c.]* Id est, nigrum hominem, Ægyptium, cyncum voces, ut candidum. *Vet. Sch.*

**34 Canibus pigris]** Id est, sic canes ignavos, et ad venationem inutiles, et qui in culinis ora et extremitates lucernarum lambunt, appellamus tigrides, pardos, leones, aut aliud quoddam animal ferocissimum. —*Scabie, &c.]* Id est, quibus ob vetustam scabiem pili exciderunt, qui ob id glabri et læves sunt. *Lubin.—Europen]* Ut formosam. *Vet. Sch.*

**35 Si quid, &c.]** Id est, si quid præterea adhuc in terra ferocius animal est, illius nomen pigro cani damus, hac dicta figura. *Lubin.—Violentius]* Quam pardus, tigris, leo.

**37 Ergo, &c.]** Lego hic *Ne sic tu*, perspicuo sensu. Id est, da operam et cave *ne tu sic*, vel eodem modo dicaris Creticus, vel Camerinus nobilissimus, quo modo canis degener dicitur Leo. I. e. Cave, ne nomen præclarum habeas, quemadmodum Creticus et Camerinus habuerunt, re autem vilis sis, ut illi, specie et nomine quidem nobilis, revera ignobilis et degener. De Cretico dictum Sat. II. 67. de Camerinis Sat. præcedenti vs. 90. —*Ne tu, &c.]* Hoc est, ne sis tantum nominibus nobilis, ac turpiter vivas. *Vet. Sch.*

**39 His ego]** Tecum jam mihi sermo est, o Rubelli, quem his verbis hactenus admonui. *Lubin.*

**40 Blander, &c.]** Lipsius ex Tacito I. XIII. Annal. legit *Plante*. Hic Rubellius Plantus per maternam origi-

nem pari ac Nero gradu ab Augusto erat. Et cui nobilitas per matrem ex Julia familia. Id quod et Poëta infra testatur, inquiens, 'Ut te conciperet, quæ sanguine fulget Iul.' Sit ergo ante oculos Nero, quem longa Cæsarium serie tumentem, &c. — *Tumes alto*] Superbus et inflatus es, quod e nobilissimo Drusorum sanguine natus sis. De Druso supra dictum. *Lubin.* — *Tanquam, &c.*] Id est, non aliter intumescis, ac si tua virtute nobilis sis. *Idem.* — *Blande*] Nam Blandus Rubellius dicebatur. *Vet. Sch.*

42 *Ut te, &c.*] Id est, quasi tuis egregiis factis promeritis sis, ut matrona aliqua nobilissima, a divo Augusto et Julio sanguine oriunda, te conciperet, ut sit tua mater non vilis aliqua mulier et plebeia. *Lubin.* — *Quæ, &c.*] Nobilis de genere Trojano. *Vet. Sch.*

43 *Non quæ*] Mulier paupercula, fortasse militis alicujus contubernalis, quæ in castris prætorianis, vento pervis, telam texebat. — *Sub aggere*] Tiberius Romæ castra constituit, quibus prætorianæ cohortes vagæ ante id tempus et per hospitia dispersæ continerentur; ea inter portas Viminalem et Tiburtinam sita, urbisque muris conjuncta, ostendit Panvinus, unde *agger* dicta sunt. *Ferrar.* — *Conciperet, &c.*] Plebeia mulier. pauper, in castris natus. *Vet. Sch.*

44 *Vos, &c.*] Supp. estis: Verba tumidi et fastuosi Rubellii Planti, aliis subsannantis, et generis obscuritatem objectantis. Id est, o vos Romani reliqui humili loco nati, quorum nemo scit, unde et a quibus parentibus originem duxerit. *Lubin.* — *Humilis*] Passim pro ignobili.

45 *Patriam, &c.*] Obscuri estis, et terræ filii. *Idem.* — *Quorum, &c.*] Plebei aut peregrini. *Vet. Sch.*

46 *As, &c.*] Ego sum nobilissimus a principe civitatis originem ducens, ut Athenienses nobiles a Cecrope antiquissimo, et primo suo rege. Unde

proverbium, *Cecrope generosior, de homine antiquissimæ nobilitatis.* — *Vitas*] Respondet Poëta Scoptice, et jactabundum illum Thrasonem festive ludificatur. Quasi dicat: Vivas felix, et ex hac origine tua diu multumque læteris. *Lubin.* Sic Pers. 'Dinomachos ego sum: suffla. Sum candidus: esto.' — *Cecropides, &c.*] Nobilis. Cecrops rex fuit Atheniensium. *Vet. Sch.*

47 *Tamen, &c.*] Jam serio Poëta respondet. Quasi dicat: Licet sis nobilissimus, non tamen propterea omnino omnes ex plebe despicias et contemnas. Nam etiam in infima plebe Quiritem vel civem Romanum facundissimum, et doctissimum invenies, cujus opera nobiles etiam velint nolint indigent, et uti coguntur. *Lubin.* Sic Plant. 'Summa sæpe ingenia in occulto latent.'

48 *Solet hic, &c.*] Id est, ignobilis e plebe sed doctissimus, et eloquentissimus, solet in foro causas viri nobilis, sed indocti et rudis, defendere. *Idem.* Ita multi nobiles (proh dolor!) nihil magis affectant, quam nescire literas: cum tamen patritio et nobili viro nihil magis turpe sit, quam jas ignorare. — *Pompon. l. ii. § 43. D. de Orig. jur.*

49 *Veniet, &c.*] E plebe clientum, et turba libertinorum, qui togam induti patronos suos salutant, veniet, qui legum interpretes sit doctissimas, qui *nodos* et intricatos sensus *juris*, et *legum enigmata*, et obscuras quæstiones soletolvere. *Idem.* — *De plebe togata*] Ubi plebs togata non est minuta et sordidior; sed quæ iudiciis, eloquentiæ et causis agendis operam dabat, et propterea in toga. *Ferrarius.* — *Togata*] E plebe tui clientes, patroni tui evadent, et suam operam dum tu litigas tibi locabant. *Lubin.* — *De, &c.*] Id est, senatoria. *Vet. Sch.*

50 *Legum, &c.*] Obscuras, velatas quæstiones. Ejusmodi a Græcis *Λογὰς* dicebantur, quasi solutores, qui in

jare tantos progressus fecerant, ut de eo respondere, et questionesolvere potuerint: illi erant qui responsis prudentum, et questionibus operam dabant. *Turneb.* VIII. 19. in fine.—*Legum, &c.*] Questiones obscuras. *Vet. Sch.*

51 *Hic petit, &c.*] Sensus est. In vulgo non solum doctissimi, sed etiam fortissimi et bellicosissimi sunt. Nam hic vel alius quisque e plebe juvenis, in bello armis strepens, cum exercitu ad Euphratem fluvium in Armeniam et alias regiones externas militatum proficiscitur.—*Euphratem*] I. e. Partes orientales: Hunc fluvium major fundit Armenia, qui magnis excursibus Babyloniam dividit, et tandem in sinum Persicum defertur.—*Domitique, &c.*] Id est, conjungit se exercitui et signis vel vexillis Romanis, quibus Batavi jam domiti custodiuntur, ne rebellent. Domuerat autem Domitianus Batavos pene adhuc puer. Fuit autem Bataviam illa regio Belgica, quæ jam ad Rheni ostium. Olim fuerant fortissimi, teste Tacito. *Lubin.*—*Euphratem*] Fluvius est in Oriente. id est, nomen militiæ dat, et curam cohortis sumit. Batavi, gens Galliarum. Lucanus, 'Batavique truces.' *Vet. Sch.*

52 *Aquilas*] Vexilla: nam Aquila Romanorum erat insigne. *Britannicus.* vel potius legiones.—*Custodes*] Ad limites, ne Populi domiti, aut aliquis extraneus hostis publicam quietem turbaret.—*At tu, &c.*] Id est, ille quidem ex plebe, animo nobilis est, et manu fortis. Tu vero nihil habes præter nudum illud nomen, quod scilicet Cecropides appellaris: hoc est, genere speciosus, Romulidam te jactans, uti se Cecropidas Athenienses. *Lubin. Farnab.*

53 *Trancoque, &c.*] Id est, Hermæ vel Hermetis seu Mercurii statum similis es, in qua caput solum eminebat, reliquum corpus erat rude et informe. Id est, tu non majoribus similibus es, sed illorum statuis, quæ

ipsis ob res præclare gestas donatæ, a quibus tu nihil differs, nisi quod tu vivas, illæ vita careant.—*Hermæ*] Græco vocabulo, ut solet, usus. *Ἑρμης* enim Mercurium significat, a verbo *ἑρμηνεύω* quod est interpretor. Nam ipse Deorum nuncius et interpres. *Lubin.* Hermæ erant lapidei vel lignei cippi in divinis trivis que, erecti ad viarum discrimina indicanda, Hermetis æmuli, iisque veretra longa ut Priapis, unde Poëta Cecropidem hunc taxans, simillimum Hermæ dicit, ut qui nihil præter caput et penem haberet.—*Nil, &c.*] Quasi Alcibiades, infamis et nobilis.—*Trancoque, &c.*] Hermæ effigies æneæ, aut marmoreæ, sine manibus. quales videmus in Circo. Hermas Athenienses ante januas pro religione positos habuere. In hoc igitur tantum distas ab Hermulis. *Vet. Sch.*

55 *Tu vivis*] Quamvis vita et mors ignavorum juxta æstimanda.

56 *Dic mihi, &c.*] Ulterius veram nobilitatem non in genere, sed propria cujusque virtute consistere probat: Simili quodam ab animalibus desumpto.—*Teucrorum proles*] Rubellium Plantum intelligit, qui materno genere ab Augusto, et Julio Cæsare oriundus fuit. Id est, dic mihi, o Rubelli, qui te a Julio ortum jactas, et a Teucris vel Trojanis.—*Animalia muta*] Nemo autem muta animalia, ut equos et canes, existimat fortia et generosa esse, quod ex fortibus animalibus nata sint, si ipsa sint ignava, et a parentum generositate aliena. *Lubin.*—*Muta*] Nam vox articulata a pecoribus homines sequestrat.—*Animalia, &c.*] Etiam in animalibus virtus quaeritur, non genus. *Vet. Sch.*

57 *Nempe, &c.*] Quasi dicat: Sic laudamus velocem et volucrem equum tanquam generosum: non quod natus sit ex equis generosis et velocibus, sed quod ipse velox. *Lubin.*

58 *Facili, &c.*] Id est, cui ad cursum, facili et agili cum fervore, acquiritur plurima ac frequens vic-



toria.

59 *Fervet*] Frequenter contingit, celebratur.—*Et, &c.*] Id est, cui victoria cum gaudio et exultatione a spectatore populo studiose acclamatur, in circo sedente, ob nimium clamorem rancio, vel sonoro. *Lubin.* Vel potius, quem plurima victoria ex veloci cursu effervescere et gaudere facit, sonore et ad ravum usque acclamante populo: nam 'qui in Circo ad currus juncti, non dubium intellectum adhortationis et gloriæ fatentur.' *Plin.* et 'Tantus amor laudum' equis acil. 'tantæ est victoria curæ.' *Virgil.*

60 *Nobilis hic*] Hic equos quiaquis ait, quia velocissimus est, nobilis esse existimatur a quoquo etiam gramine vel pascuo veniat, et e quibusque etiam equis natus sit. Ergo et homo, non quia a Cecrope, vel Romulo oriundus, sed quia virtute maxime excellit, nobilis esse censendus est. alii legunt *germinæ*: nec male. *Lubin.*—*Cujus, &c.*] Id est, qui perspicue et evidenter alios equos præcurrit. *Virg.* 'Celeremque fuga prævertitur Hebrum.'—*Fuga*] Pro cursu.

61 *Et primus*] Id est, qui omnium equorum primus pulverem movet in æquore, id est, circi cavea vel campo cæteros cursa prævertitur. *Æquor* enim non de mari solum dicitur, sed etiam de campi planitie. *Virg.* 'At prius ignotum ferro quam scindimus æquor.' *Lubin.*—*In, &c.*] Aut in Circo aut in Campo, quando bellum est, de quocumque venerit armento. *Vet. Sch.*

62 *Sed venale*] Quasi dicat: Ut equos celeres et fortes, e quocumque etiam germine vel gramine prodierint, laudamus, sic contra tardos ac degeneres equos, quamvis optimis equibus (qualis fuit *Corytha*) vel generosis caballis, (ut erat *Herpinus*) nati sint, non moramur, sed vendimus si degeneres sint, et raro certamine vincant.—*Venale*] Contemtim. Nam plerumque ob vitium aliquod equi venales exponuntur, raro vero optimi.

—*Corytha, &c.*] Natus ex laudatissima equa *Corytha*, et generoso equo vel caballo *Hirpino*. *Lubin.*—*Coryfe, &c.*] *Coryfeorum*, id est, equorum. in *Achaia* prima nobilitas fuit. *Vet. Sch.*

63 *Si, &c.*] Id est, si raram consecutus fuerit victoriam, dum jugum seu currum in curuli certamine trahit. *Drütem.* Vel si victor raro sedit in curru, quem ille iugo traxit. *Lubin.*—*Hirpini*] In vitio \* *Sabinis*. *Hirpinus* mons est, ubi optimi equi nascuntur. *Vet. Sch.*

64 *Nil, &c.*] Ejus majores, quamvis equi nobilissimi, non respiciuntur, sed equus vilis habetur et vili pretio venditur.—*Gratia, &c.*] Ridicule ait *umbrarum*. Quasi dicat: Nulla commendatio majorum et mortuorum equorum, a quibus, nobilissimis, licet ortus sit, ipse contemnitur. *Lubin.*—*Gratia, &c.*] Non attendit de quo armento venit, nihil præstant parentes, qui quasi umbram quandam videntur præbere. *Vet. Sch.*

65 *Dominos, &c.*] Constructio talis est. Equi segnipedes, et ignavi, digni qui *Nepotis* molam circumagant, exiguo et vili pretio venduntur, et dominos suos mutant, et trahunt *epirhedia* trito collo. *Lubin.*—*Dominos, &c.*] Distrahuntur. *Vet. Sch.*

66 *Tritoque, &c.*] Id est, trahunt vehicula, vel rhedas, collo assiduo iugo attrito. *Lubin.* Alii, *trito ducunt*.—*Epirhedia*] Ex duabus peregrinis composita vox, Græca et Gallica, qua et currum notat.—*Epirhedia*] Ornamenta rhedarum, aut planstra. *Vet. Sch.*

67 *Segnipedes*] Ad Græcum illud *ῥαδύπους* effectum, quod asini *Epi-theton*.—*Versare molam*] Nam *versatilis* mola asinorum et equorum erat, *trusatilis* hominum.—*Nepotis*] Nomen molitoris avari proprium, qui pistrinum habuit, in quo die et nocte equos vexabat.—*Molam, &c.*] Molere: in pistrino. *Vet. Sch.*

68 *Ergo, &c.*] Redit post collatio-

mem ad Rubellium. Id est, o Rubelli, ut teipsum miremur, non autem tua, id est, genus tuum et honores tuorum; in vita et factis tuis aliquod egregium facinus ostende, et demonstra, quod tuis titulis et statuis incidere possim, præter honores majorum tuorum, qui tui non sunt, sed sunt majorum tuorum, quibus tu debes omnia.—Te] Tuas virtutes et egregia facta.—Non tua] Id est, genus tuum, et majorum tuorum egregia facta: præclare enim Seneca: 'Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.' *Lubin.*

69 *Præter, &c.*] Id est, quod præterea titulis tuis addere possim, quod scilicet a te sit profectum, non a majoribus. *Idem.*

70 *Quos, &c.*] Quos referimus acceptos tuis majoribus, qui illos promeriti sunt; non tibi, cujus illi non sint.—*Quibus, &c.*] Ex quorum honoribus totus pendes. Per te enim nihil habes, nullam virtutem, nullam doctrinam, sed nudum tantum nomen nobilis, quod majorum est, non tuum. *Idem.*

71 *Hæc, &c.*] Absoluta, quam fecit, digressione ad Rubellium, redit ad Ponticum. Hæc dicta sufficiant ad Rubellium, quem fama est inflatum superbire, et intumescere, quod Neronem propinquum habeat. Quod illi pudori potius et dedecori esse deberet, propinquum habere crudelem tyrannum ob Neronem; ideo recte addit, ipsum communi sensu carere. *Idem.*

72 *Inflatum*] Ventus enim pro superbia.—*Plenum, &c.*] Id est, tumentem, turgidum fastu, et arrogantia plenum ob Neronem. *Idem.*—*Nerone, &c.*] De quo magis debuit erubescere. *Vet. Sch.*

73 *Rarus, &c.*] Est pulcherrima et verissima sententia, quod illi in amplissima illa fortuna et nobilitate constituti, plerumque sensu communi, id est, prudentia et ratione, destituantur. 'Stultitiam' enim 'patiuntur

opes.'—*Sensus communis*] Principes Criticorum nostri temporis Casaubonus per *sensum communem* intelligit civilitatem, quæ conveniens est civi, qua civis est, et quæ 'popularitas' Suetonio dicta in vita Galbæ, a Platone πολιταια, a Seneca 'juris civilis æqualitas.' *Græg.*—*In illa, &c.*] Superba nobilitate et divitiis. *Lubin.*

74 *Sed te, &c.*] Jam cum Pontico mitius agit, eumque hortatur, ut studeat, ne tam majorum suorum laude atque nobilitate censeatur nobilis, quam ipse aliquid agat vera nobilitate dignum. *Idem.*—*Censeri*] Æstimari.

75 *Futura, &c.*] Egregia facta, ob quæ futuro tempore post mortem, ut majores tui, laudari merearis. *Idem.*

76 *Miserum*] Nullam ex se famam et nobilitatem habere; sed parentum nobilitati incumbere et iniri. *Idem.*

77 *Ne collapsa, &c.*] Metaphorice, *Columnas* vocat laudes majorum. Id est, ne si laudes majorum subtrahantur, quibus sustentaris, et tu corruas, quam te propria virtute non falcias. Ergo *ne tecta*, id est, ne tu ipse pereas, et gloria tua, amotis laudibus majorum. *Britan.* Hinc proverbium 'columen familie.'

78 *Stratus, &c.*] Secunda allegoria, a vite, quæ sua natura caduca, nisi fulta sit ad terram fertur. Id est, ut palmes humi prostratus jaceas, erigi non potest et adsurgere, nisi ab ulmis, quibus fulcitur et nititur, sublevetur.—*Viduas, &c.*] Orbatas: Metaphora a matrimonio deducta. *Palmites* enim et ulmi, tanquam uxor et maritus conjunguntur, adeo ut si unum ab altero deseratur, viduum quasi sit. Inde dicimus *vites maritare*, id est, ulmos illis adjungere. *Lubin.*

79 *Esto, &c.*] Jam addit, quibus columnis nobilitatem suam alias collapsuram fulcire debeat.—*Bonus, &c.*] In bello fortem et magnanimum te præsta.—*Tutor, &c.*] Pupillis tunc a-

dei commissis, esto fidelis.—*Arbitr,* &c.] Id est, idem tu, si quæ res tuo arbitrio et iudicio permittitur, integer esto, minime corrumperis, et sincere secundum conscientiam tuam pronuncia. *Lubia.*

80 *Ambigua,* &c.] Id est, si per iustitiæ administratores voceris, ut rei dubiæ et ambiguae, cui interfuisti, fidem facias, prout gesta est enarra, a veritate et honesto ne latum quidem unguem dicedas, et nulla externa vel crudelissimorum tyrannorum gratia, et tyrannis eo te adigat, ut contra conscientiam tuam falsa dicas, et perurum evadas. *Idem.*

81 *Phalaris*] Agrigentinorum tyrannus fuit.

82 *Et admo*] Id est, licet ille æneum suum taurum in terrorem admoveat, et ante te adferri curet, minitans sese te in illum conjecturum, nisi falsum pro se testimonium vellis dicere, et perjurus fieri, tamen tu nihil perturbare. vide Pers. Sat. III. 39. *Idem.* Sic Horat. 'justum et tenacem propositi virum non civium ardor prava jubentium, non,' &c.—*Dictet*] Deceat, vel suadeat et autor tibi sit, ostendat quomodo tibi iurandum sit.

83 *Summum,* &c.] Id est, in consiliis periculis summum nefas esse existima, mortem timere, et animam vel vitam suam pudori et honestati præponere. Ubi satius nimirum est tauri tormenta subire, quam honestatem deserere. *Idem.*

84 *Et propter,* &c.] Id est, deserere vel amittere virtutem, constantiam, bonam conscientiam; hæ enim causas sunt vivendi, propter quas vita hominum a Deo instituta est. *Vivendi ergo causas* vocat virtutem, probitatem, integritatem, ad quam teste Cic. nati sumus. *Idem.* Alias vivendi causas sumuntur pro facultatibus, quibus vitam nostram sustentamus: ut advertit Turneb. Advers. XXII. cap. ult.—*Et,* &c.] Dum vis vivere,

ita agas ut vita non indignus videaris. *Vet. Sch.*

85 *Dignus,* &c.] Præclara et vere aurea sententia. Qui vitam acerbis et flagitiis inquinatam habet, vel virtute et vitæ integritate deserta non dignus est, qui vivat: ille perit, et pro mortuo tanquam qui perierit iudicandus est, quamvis ditissimas sit, et quotidie copiose et luxuriose in supinis deliciis vivat. Id est, ut vel maxime vivat, tamen perit. Et ratio est, quia nemo malus felix. Vis ergo nunquam tristis esse? recte vive.—*Cænet,* &c.] Id est, licet cœnando absumat singulis diebus centum ostrea Lucrina vel Bajana, ad Gaurum montem Campaniæ, prope mare situm, capta. *Lubia.*—*Dignus*] Sic habendus, qui morte dignus est, quasi jam perierit, licet quotidie copiose vivat. *Ibid.*—*Cænet,* &c.] Habeas licet tripodas æneos, ubi Heroës lavabantur, et ostrea a lacu Lacrino. Cosmus luxuriosus fuit, qui solium, in quod descendebat, multis diversarumque unguentorum odoribus miscebat. *Vet. Sch.*

86 *Et Cosm*] Licet pretiosissimis unguentis quotidie ungatur, ut luxuriosus ille Cosmus, qui in solidam ahenum, ex ære vas, multis ac diversis odoribus et unguentis pretiosissimis plenum descendebat, seque illis immergebat. *Lubia.*

87 *Expectata diu*] Cujus præfecturam tanto tempore expectasti, et omnibus votis expetivisti.—*Provinciis*] Regio a Romanis subacta, ut Africa, Sicilia, Gallia. *Idem.*

88 *Pone,* &c.] Tractum a tenacibus equis: Nullam crudelitatem exerce in miseros provinciales. Horat. 'Animum rege, qui nisi paret, Imperat; hunc frenis, hunc tu compece catena.' *Idem.*

89 *Pone,* &c.] Id est, ne compiles avaritia tua miseros provinciales; ut Verres Siculus fecit.—*Miserere,* &c.] Provincialis, qui jam in societatem

Romahorem recepti sunt.—*Inopum*] quia bello subacti omnia perdidērunt. Et, ut recte Ovidius ait, 'Regia, crede mihi, res est, succurrere lapsis.' *Labin.*—*Miserere, &c.*] Provincialium. *Vet. Sch.*

90 *Ossa, &c.*] Hoc est, ossa vacua exsuctis medullis. Dicuntur hæc in spoliatores provinciarum nobiles. Vides illos, qui olim reges et potentes fuerunt in provinciis, a provinciarum præfectis adeo usque exhaustos esse, et spoliatos, ut ossa appareant, in quibus ne medulla quidem amplius reliqua. Alii *exhausta leg. Labin.*—*Exsucta, &c.*] Exhausta, a rectoribus. *Vet. Sch.*

91 *Respice quid*] Ne fines æquitatis et justitiæ transgrediaria.—*Quid, &c.*] Senatus, qui Magistratibus in provincias euntibus mandat, ut fidem populo Romano servant, nec crudelitate et avaritia sua miseros provinciales ad rebellionem irritent. *Labin.* Ex Varrone enim duo Cariarum genera, Senatus et Sacrorum.

92 *Pœnia, &c.*] Id est, quæ pœnia bonos gubernatores, et quæ pœnia malos a Senatu maneat. De pœnia exemplum addit.—*Maneat*] I. e. Exspertent et parata sint.—*Quam, &c.*] Id est, quam gravi et justa pœnia e supremo honoris et dignitatis gradu tanquam fulmine deturbati sint, Capito et Numitor, illi Cilicum spoliatores, quos Senatus condemnavit. *Idem.*

93 *Capito*] Capito Cossutianus, a Cilicum legatis repetundarum accusatus est, quod Cilicum provinciam legatus spoliavit, teste Tacit. lib. iv. *Idem.*—*Numitor*] Sunt qui legant *Tutor*, prænominem Julius, qui etiam damnatus, quod eandem provinciam rapinis vexasset. *Farnab.*—*Et, &c.*] Spoliatores sociorum. Cilices nam piratæ sunt. Ergo principes piratarum, aut spoliatores latronum. Bene igitur Capitonem et Numitorem nescio quem, Poëta repetundarum damna-

tos a Senatu, dixit piratas Cilicum: sive propter deprædationem injustam, sive ut eos facinorosiores ostenderet, qui piratas olim Cilicas expoliaverunt. *Vet. Sch.*

94 *Pirata, &c.*] Quasi dicat: Piratæ piratarum, et prædones prædonum: nam ipsi Cilices olim mare infestabant navibus piraticis, quos Pompejus domuit.—*Sed, &c.*] Correctio est. Quid prodest provinciis, quosdam condemnari spoliatores, si veteribus novi pejores succedant et sufficiantur? Neque enim provincialibus illa pecunia restituebatur, licet spoliatores condemnarentur. Ut Sat. i. 47. conquestus est, 'at tu victrix provincia ploras.' *Farnab.*

95 *Cum, &c.*] Id est, cum posterior recens et novus præfectus spoliator auferat, quidquid Natta præfectus prior tibi reliquit: Unde satius fuerat priorem retinuisse. *Idem.*

96 *Præconem, &c.*] Id est, o provincialis Chærippe, noli accusare præfectum spoliatores tuum. Sed potius circumspice aliquem præconem, qui tuos pannos et vestes sub auctione vendat, ne et illas, novus præfectus tibi auferat. vel, pro tributis, solvendis, cum nihil unde solvas jam tibi superat. *Grang.*—*Jamque tace*] Noli accusare illum præfectum. Nam inaniam in illum judicia exercetur, ut Sat. i. dictum: 'at hic damnatus inani Judicio: quid enim salvus infamia numis?' *Idem.*—*Præconem, &c.*] Sensus hic est: Quid tibi prodest, Chærippe, si damnatur judex, quem tu damnandum accusasti, cum illius successor plura ablaturus sit tibi? Magis provide tibi præconem, et auctionem fac rerum tuarum, quæ superaverunt: ut in pecuniam totum conferas, ne et ipsos pannos tuos perdas, qui remanserunt. Nam nec accusatio tibi proderit, et insuper navium perdes. *Vet. Sch.*

97 *Furor est*] Furoris et insani est, cum multa damna a præfectis provin-

clarum perpressus sis, et ad extremas angustias redactus, insuper nautum, navigationis pretium, perdere, et navibus conductis Romam petere, et fures et spoliatores accusare. Poterat forte *nautum* etiam intelligi de tridente, Charonti post mortem persolvendo. *Idem*.

96 *Non, &c.*] Ostendit provinciis olim in bello, cum a Romanis subigerentur, longe tolerabiliorem conditionem fuisse, quam jam in pace.—*Gemitus*] Quia tum divites jure belli ab hostibus: nunc inopes contra jus et fas ab amicis spoliantur.—*Vultus par*] Non equalis læsio, cum damnum acciperent. *Lubin.*—*Non, &c.*] Olim non sic gemerunt provinciæ a Romanis afflictæ spoliataeque jure bellorum, quando sunt devictæ, quomodo nunc cum sunt a iudicibus deprædatæ. *Vet. Sch.*

99 *Sociis, &c.*] Cum florere adhuc divitiis, utpote qui modo vel paulo ante victi erant, et in societatem Imperii Romani accepti. *Lubin.*

100 *Plena, &c.*] Id est, divitiis, opibus, numis abunde pollebant. *Idem*.

101 *Spartana, &c.*] Laconica purpura, quæ pretiosum fuit militare indumentum. *Plin. ix. 36. Cassiodorus Epist. vi. 21.*—*Conchylia Coa*] Vestimenta purpurea, tincta conchylis, vel purpuris in Co insula inventis. 'Conchylia autem ceu purpure florem illam tingendis expetitum vestibus, in mediis habent faucibus. Liqueoris hic minimi est in candida vena,' &c. *Plin. Lubin.*—*Conchylia Coa*] Metaphora. purpura Græca, Coa. *Vet. Sch.*

102 *Et, &c.*] Id est, in illorum domibus inveniebantur magnorum artificum monumenta, ut pictoris Parrhasii tabulæ, vel picturæ, et signa marmorea et eburnea Myronis et Phidias eximiorum statuariorum. *Plin. xxxv. 9.*

103 *Phidiacum, &c.*] Id est, statum eburneæ sculptæ a Phidia. —*Visebat*]

Ad vivum sculptum erat, tanquam viveret.—*Nec non, &c.*] Id est, multiplicia et varia monumenta et opera Polycleti ingeniosissimi statuarii. *Lubin.*—*Phidiacum*] Pictorum, fictorum et sculptorum sunt nomina, qui olim magni artifices fuerunt. Phidias statuaris fuit.—*Vivebat, &c.*] Cum *de phidiosi* pronuntiandum. *Vet. Sch.*

104 *Rara, &c.*] Id est, vix ulla mensa in domibus provincialium inveniebatur, in qua pocula vel vascula non essent a Mentore facta. Fuit autem hic in vasis celandis mirus artifex.—*Rara, &c.*] Sine toreumate. *Vet. Sch.*

105 *Inde, &c.*] Primi illi præfecti provincialibus nuper victis, et societate Rom. donatis, integras et intactas relinquebant opes, tabulas, statuas, opera nobilium artificum. Quæ tamen omnia præfectorum secunda quasi progenies, Dolabella, Antonius, Verres, &c. evertabant. Tertia vero progenies et agros provincialibus eripiunt. *Farnab.*—*Inde Dolabella est, &c.*] Antonius \* trium *Ant.* Fortassis legend. hoc modo: Antonius trium Antoniorum *Coss. pater ille, qui oræ maritimæ, quæ Romanum esset imperium, præfuit, contrarius piratis Salustius.* Scio quidem C. Antonium Consulem non fuisse, sed tamen proconsulari dignitate Macedoniæ præfuit. Possis etiam hoc modo, Antonius Antoniorum *Triumv. et Coss. pater.* *Rutg.*—*Dolabella*] Qui Asiæ fuit proconsul, damnatusque est repetundarum, accusante M. Scauro. —*Antonius*] Cajus Antonius Senatu motus, quod Achaiam deprædatus esset. de quo Padianus. *Idem.*—*Inde, &c.*] Antonius \* trium Antoniorum corruptor ille Salustius, qui oræ maritimæ qua Romanum esset imperium, contrarius piratis. Hi omnes socios, et maxime Græcos, Asiaticos, ac Siculos, fortunis omnibus spoliaverunt. C. Antonius a Cæsare accusatus. *Vet. Sch.*

106 *Sacrilegus, &c.*] Siciliæ præfec-

tus, qui nec sacris parcebat: hunc Cicerō accusavit.—*Navibus, &c.*] *Occulta* dicit, quia clam et furtim, tanquam furto ablata illa Romam profundis et capacibus navibus advehabant. Ultima syllaba in *occulta* producit, ob mutam et liquidam sequentem. *Lubin.* Vel legatur *Occulta et Spolia.* More prædonum, qui rapinas suas Spoliorum nomine adornant. *Grang.*

107 *Et, &c.*] Elegantissimo, ut solet, antithetis utitur. Dolabella, &c. plura spolia, prædas et exuvias, tempore pacis, dum præfecti provinciarum erant, retulerunt; quam tempore belli, cum provincias in potestatem Romanorum redegerant. *Idem.*

108 *Nunc æstis*] Sequitur jam Apodosis collationis. Quasi dicat: Jam contra quæcunque provincialibus a tot spoliatoribus relicta sunt, quamvis perexigua, succedentes spoliatores in universam abripiant.—*Juga, &c.*] I. e. Bœum paria, supp. eripiuntur. Quæ forte adhuc reliqua ex immenso armento.—*Grex, &c.*] Nota quod gregis vocabulum etiam de equis usurpet. *Idem.*

109 *Et, &c.*] Emphatice dictum. Taurum vel equum admissarium intelligit: ita ut nulla spes restaurandi armenti relinquatur.—*Cæpto agello*] Una cum agro ipso eripitur. *Idem.* Vel postquam jam ager creptus est.—*Et, &c.*] Taurus, aut admissarius. *Vet. Sch.*

110 *Ipsi, &c.*] Paulatim ad graviora et majora scelera progreditur. Id est, postea Deos penates et domesticos auferunt. Valde bene ipsi, quasi qui minime violandi.—*Si quod*] Id est, si quod præterea simulacrum alicujus Dei pulchrum et conspicuum in illorum domibus vel etiam ædícula, vel templo invenitur. *Grang.*

111 *Hæc, &c.*] Id est, spolia hæc, quæ dixi, maxima de summa sunt, et maximos spoliatores decent.—*Hæc, &c.*] Ad deorum imagines referen-

dam. Quæ illis sunt relicta penca.—*Sunt pro summis*] Melius convenient summis viris Rom. Ironice. Vel, hæc jam utrumque temula pro summis habentur a pauperibus, quibus reliqua sunt hæc ut maxima. *Farnab.*

112 *Despicias*] Occurrit quasi objectioni. Poterat enim Verres et alius quæpiam dicere: Quid facient mihi imbelles et luxuriosi Rhodii vel Corinthii, qui cum in supiais deliciis vivant, merito spoliantur? Respondet Poëta per concessionem: Se hoc concedere de Rhodiis et Corinthiis. Verum eodem modo de Gallis, Hispanis, Illyricis non esse judicandum, qui fortissimi, si nimium irritentur, sunt rebellaturi. *Idem.*

113 *Imbelles*] Nam luxuriosi erant, ut dictum Sat. vi. 294.—*Unctamque, &c.*] Voluptatibus deditam, et unguentis perfusam et delibutam. Erat Corinthi templum Veneris locupletissimum, in quo Deæ Veneri supra 200 puellæ quotidie prostabant. *Idem.* Vel divitem: Hinc proverb. *Unctum caput*, pro divite. *Grang.*—*Fervitæ, &c.*] Ut ostenderet has civitates gymnasiis, hoc est, exercitationi palæstræ deditas, putes, inquit, has civitates \* fartus non esse accusaturas, quod de resina pilos sibi tollant, ut cinædi. Sic de canna occidere. *Marsell. Emp. Vet. Sch.*

114 *Despicias*] Respondet per concessionem, illos merito contemni posse: utpote qui sint ignavi, et voluptatibus diffinant.—*Quid, &c.*] Imbelles et Cinædi juvenes, qui resina pilos ex obscœnis locis in amatorum suorum gratiam avellunt, et crura vel membra et corpora totius populi lavia, glabra, mulierosa et ignava, nihil tibi faciunt. *Plin. xiii. 19.* Diversa lectio est: Raderus legit *nec resinata*: Baptista Pius, *quid enim resinata*: Melior nostra lectio, nam duæ primæ in resina sunt longæ.

116 *Horrida*] Dixit, quæ gentes contemni possint, jam e contrario ad-

dit, quænam timeri et vitari debeant. id est, gens contra Hispanorum, bello aspera, inculta, et in curanda cuncte minus occupata, tibi spoliatori vitanda est: nam irritata rebellabit. — *Gallicus axis*] Eo dicit, vel quod Galli curribus uterentur, vel quia Gallia, respectu Romæ, ad axem, vel ad Septentrionem jaceat. *Axis* ergo pro climate vel tractu. Porro hi sub Othone, Vitellio et Vespasiano sæpe rebellaverunt. *Lubin.* — *Horrida, &c.*] His parce gentibus, ne pro injuria rebellent, aut accusent repetundarum. *Vet. Sch.*

117 *Illyricumque latus*] Id est, Illyria, sita ad latus dextrum maris Adriatici: Sclavonia dicta. — *Parce, &c.*] Id est, parce etiam agricolis Africanis, qui nos ignavos et otiosos Romanos nutriunt. Nos, inquam, qui nihil agimus, sed tantum indulgemus ludis theatralibus et Circensibus. *Lubin.* — *Messoribus, &c.*] Afros significat. Et tenues, quod nuper eos Marius spoliaverat, de quo superius: 'Exul ab octava Marius bibit.' *Vet. Sch.*

118 *Qui saturant urbem, &c.*] Doreans legendum censet, *qui saturant urbem*, id est, pop. Romanum. Nam per *urbem*, cum plebe comprehendas etiam primores civitatis: at Juvenalis intelligit tantum de plebe, quæ circo et scenæ dedita nil aliud curat. — *Urbem, &c.*] Scoptice notat in transitu ignavos Romanos. Sic Sat. vi. dixit: 'duas tantum res anxius optat, Panem et Circenses.' *Lubin.*

119 *Quanta, &c.*] Quia de Afria dixit, eosque vitandos esse monuit; jam ulterius addit, illos usque exhaustos esse per provinciarum præfectos, ut nihil ulterius ab illis auferri possit. Id autem eo dicit; nam Marius illos paulo ante spoliavit. — *Quanta*] Id est, quam exigua et pene nulla. — *Direæ culpæ*] Scelerosæ et impie spoliationis. *Idem.*

120 *Cum, &c.*] Id est, cum Marius Priscus, paulo ante inopes et miseros Africanos ad cincturam usque spoliavit. Tractum ab iis, qui vestimenta alicui erepturi zonam dissolvant: *dissolvant* pro zonam abstulerint, i. e. pecuniam, quæ in zonis est, ut putat Grangæus. — *Marius*] De hoc dictum Sat. i. 43. 'Exul ab octava.' *Idem.*

121 *Curandum, &c.*] Id est, illud cum primis cavendum est, ne magna injuria inferatur a præfectis spoliatoribus illis, qui animo et corpore fortes sunt, et miseri ob ereptas opes et fortunas. *Idem.*

122 *Fortibus et miseris*] Fortibus liademque miseriis factis, qui injuriarum ultionem cogitabant. *Farnab.* — *Tollas, &c.*] Omnia potes illis auferre et spoliando recipere; arma vero, quibus olim se potuerint ulcisci, illis non eripies. *Idem.*

125 *Quod, &c.*] Digressus sum ab instituto veræ nobilitatis characterismo: quæ tamen leviter tetigi, non minus vera sunt, quam oracula, quæ foliis inscripsit Sibylla. *Farnab.* Vel illud, quod modo de rebellionem Afrorum dixi, non quidem est sententia et voluntas mea, quod cupiam ita fieri; sed vos tamen verum futurum credite, et me vobis aliquod Sibyllæ folium vel oraculum recitare. — *Nam, &c.*] Non sunt nuda verba. In sententia nam solet interdum aliquid esse falsi, sed est oraculum verum. *Vet. Sch.*

126 *Folium, &c.*] De re veritatis certissima Latini dicere solebant, *Folium Sibyllæ*. Sibylla autem Cumæa palmarum foliis oracula inscribebat. *Farn.*

127 *Sit tibi*] Reddit ad ostendendam veram nobilitatem, quæ sita est in ipsorum præfectorum, eorumque ministrorum vitæ sanctitate et innocentia. — *Tibi*] Nobilem provincie præfectum intelligit. — *Sancta, &c.*] Si nemo servorum et domesticorum tuorum malus et injustus est. — *Colori*]

**Sunt comites et socii negotiorum, qui a Rep. dabantur Magistratui.** *Grang.*—**Si nemo, &c.]** Si nullus puer pathicus, intonsos capillos habens, et tibi per scelus in deliciis habitus, tantum apud te auctoritate valet, ut tribunal vel iudicium tuum aliis litigantibus pro suo arbitrio possit vendere. Id est, ut tu cogaris in iudicio pronunciare, quidquid Cinesus tuus capillatus tibi imperaverit. *Farnab.* Bene autem *tribunal*, tanquam maioris iudicii. *Grang.*—**Si, &c.]** Si nemo servorum tuorum actus tuos vendit. Si Ephebus intonsus non est puer, pro quo sententia distrahatur, si uxor tua te administrante nihil rapit: denique si vir es bonus, patiar ut falso licet, tamen ex quovis genere nobili, tibiingas originem, vel a Pico, qui Fauni pater fuit. *Vet. Sch.*

**128 Vendit Acersecomes, &c.]** Græcæ vocabulo usus est: *ἀκερσεκόμης* et *ἀκερσεκόμος* intonsum significat, et de puero hic loquitur, qui in provincie præsidis cujuspiam comitatu, quam domini gratiam ætatis fosculo demeruit, venalem habebat. Idem Sat. XI. cenam amico apparans, istiusmodi puerorum delicias longe a se abesse ostendit. Ut autem *ἀκερσεκόμης*, sic *ἀκέρης* eadem significatione apud Græcos accipitur. Porro delicatuli isti, cum vel ætas amores ultra non permitteret, vel uxorem ducerent domini, quorum libidini servierant, solemnique quodam more tondebantur. Idque ut fieret ipsa præcipue sponsa allaborabat. Quinetiam si quis insigniter insaniret, cæsariem illam, deorum alicui, maxime Apollini, ideo credo, quod et ipse comatus nobis fingitur, consecrabant. Quanquam id etiam de ingenuorum coma fieri solere crediderim. *Torrent.*—**Si nulum, &c.]** Id est, si conjux tua integerrimæ vitæ non avara et rapax sit. *Idem.*

**129 Nec per, &c.]** Loca in quibus populi provincie a magistratibus ju-

*Delph. et Var. Clas.*

*Juv.*

ridicis, teque adeo prætoris, juris dicendi gratia congregantur. *Farnab.*—**Caryis sanguibus]** Alludit ad etymologiam Harpyiarum.

**130 Celæno]** Uxor tua tanquam Harpyia et Celæno. Erant autem Harpyiæ Zephyro vento natæ; Aëlo, Ocypete, Podarge, Celæno. *Æneid.* III. Rationes Severi Cecinnæ suadentis, ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, uxor comitaretur, vide apud Tacitum 3. *Annal. Lubin.*

**131 Tunc, &c.]** Id est, si tu cum tuis omnibus adeo sanctus et integer es, tum tibi licitum est, ut te nobilissimum esse existimes, et genus tuum vel a Pico Latinorum omnium primo rege deducas, vel derives, atque adeo vel ab ipso Japeto vel Titanibus. *Altaque, &c.]* Si delectaris altis, et alte ac longe a primis seculis repetitis nominibus, omnes Gigantes, qui in pugna Titanica fuerunt, et ipsum Promethea virum antiquissimum inter majores tuos numera. Ponitur autem *Titanida pugnam*, pro Titanum, vel Titanicam, patronymicum pro possessivo. *Lubin.*—*Alta]* Quæ Ovid. magna: Martial. et Stat. ingentia: Seneca clara: Albinovan. tanta.

**133 Promethea]** Fuit hic Japeti et Climenæ filius sapientissimus, quem ignem e cælo abstulisse, et in terram hominibus attulisse ferunt, etiam primum hominem e luto formasse. *Idem.*

**134 De quocunque]** Scriptore. Vel: De quacunque historia vel fabula originem familie tue desumas, nam revera nobilissimus ea. *Idem.*

**135 Quod si, &c.]** Jam e contrario ostendit, si ambitiosus, libidinosus, avarus, et crudelis sit, tunc nobilitatem ipsi dedecori potius esse, quam honori. *Præcipitem]* Id est, si ambitione et libidine præceps raperis. *Idem.*

**136 Si frangis, &c.]** Id est, si provincie præfectus adeo sævus et crudelis es, ut virgas vel flagella in dor-

3 S



sis provincialium frangas, et ad sanguinem usque flagelles. *Idem.*—*Si te, &c.*] Id est, si delectaris, quando secures, quibus sociorum provincialium cervices præscidisti, ex frequenti ictu hebetes et obtusæ factæ sunt; idque lictore vel carnifice tot hominum cæde defatigato. *Idem.* Primum enim virgis cædebantur damnati, tum deum securi feriebantur ante leges Porcias et Valerias.—*Hebetes, &c.*] Retusæ, feriendo capita damnatorum. Id est, si crudelis nimium sis. *Vet. Sch.*

138 *Incipit, &c.*] Id est, tum nobilitas tuorum parentum incipit tibi obesse, nocere, et stare contra te, teque eo magis vituperabilem reddere, quo majores tui nobiliores fuerunt. *Lubin.*

139 *Claramque, &c.*] Id est, nobilitas parentum tuorum pudendis et turpibus tuis factis facem præfert, ut turpitudine tua eo clarius pateat, et omnibus innotescat. Qui enim in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere, itaque in maxima fortuna, minima licentia est. *Salust.*—*Nobilitas, &c.*] Hoc quod et *Salustius* dixit, Majorum gloria posteris quasi lumen est. Neque bona, neque mala in occulto patitur. *Vet. Sch.*

140 *Omne, &c.*] Egregia et perspicua sententia. Id est, omne peccatum eo majus et enormius peccatum esse perhibetur, et eo magis notum et perspicuum omnibus evadit, quo ille major et nobilior est, qui peccatum in se admisit. *Isidorus* in eandem sententiam inquit: 'Quanto splendoris honore celso quisque est; tanto, si delinquit, peccato major est.' *Lubin.*—*Omne, &c.*] Pro persona crimen admissum culpatur. *Salustius:* 'Qui magno imperio præditi.' *Vet. Sch.*

142 *Quo mihi se?*] Non de Rubellio vel Pontico intellige, sed κατὰ κοινὸν de quocunque. Quorsum tu te mihi tanquam nobilem jactas: vel ad quid, vel qua fronte, te inquam, qui es vitio-

sisimus, et solitus more falsariorum falsas contractuum et testamentorum tabellas obsignare, et illud quidem in templis, quæ majores viri optimi, et vere nobiles fecerunt: vel ante triumphalem statuam, quam parens tuus virtute et præclaris in Remp. meritis, promernit. *Lubin.*—*Tabellas*] Pro testamenti tabellis, ἀπλᾶς. *Græg.*—*In templis*] In quibus testamenta asservari solita. *Idem.* Adde et scribi, et consignari.—*Quo, &c.*] Κατὰ κοινὸν. *Vet. Sch.*

144 *Quo, &c.*] Vel Quorsum tu jactas, &c. si nocturno tempore adulter larvatus discursas, et per plateas vagaris in ignobili habitu, ne cognoscaris. *Lubin.*

145 *Tempora Santonico velas adeperia cucullo*] Quia lacerna et birrus eadem res fuit, inde birrus pro pileo sive cucullo. Vel interpretres *Birrum Gallicum* explicat: nam apud *Santonas* Galliæ opidum conficiebatur. Certum ergo bardocucullum hic notari. *Ferrar.*—*Tempora, &c.*] Id est, birro Gallico. Nam apud *Santonas* oppidum Galliæ conficiuntur.—*Cucullo*] Galero fasco et horrido ardelianculo, quales sunt latrunculatorum: aut ex lucerna turpi intincto. *Vet. Sch.*

146 *Præter, &c.*] *Damasippum* vel *Lateranum* aliquem nobilissimum insectatur, quem turpe anrigandi studium et exercitium non puderet. Multi autem *Neronis* tempore anrigare didicerunt in Imperatoris *Neronis* gratiam, qui eodem studio tenebatur. Nobilissimus *Damasippus* delicis et flagitiis pinguis, cum equis et vehiculo velocissime juxta parentum suorum nobilissimorum sepulcra, in via Latina vel *Flaminea* vehitur. Vide *Sat. v. vs. 170. Ferrar.*

147 *Carpento*] Curru, vehiculo proprie matronarum. *Idem.*—*Lateranus*] Alii leg. *Damasippus*, quasi eorum domitor.—*Et ipse*] Consul. Indignationem ingeminat, ut turpitudinem magis ob oculos ponat. Id est, ipse consul sufflamine cohibet rotam, ne in

stantium descensu labi possit. quod *Herodes Atticus* *ῥεπορέων* appellavit. Nam rotam *sylvarum* stringere, est catenam rotæ injicere, ne currus a declivi monte descendens in princeps feratur. Erant autem Romæ multi declives colles.

148 *Stringis*] Arctat, cohibet, ne circumire possit. *Idem.*—*Ipsæ, &c.*] *Suffamen*, vinculum ferreum, quod inter radios mittitur, in *catabathmo*, *M. V. C.* dum clivum descendere coeperit rheda, ne celeres rotæ sequantur, et animalia vexent. *Vet. Sch.*

149 *Nocte, &c.*] Objectio. At illud facit nocte, nemine vidente.—*Sed Luna, &c.*] Respondet Poëta, Si nemo mortalium illam turpitudinem, certe et saltem sidera cælestia, et ipsi Dii vident, qui testantur se hanc levitatem nobilium vidiisse. *Lubin.*—*Intendunt, &c.*] Attente vident et considerant.

150 *Finitum, &c.*] At vero, ubi annus consulatus præterit, consulatu deposito, non erubescet diurno tempore aurigam agere, et flagellum sumere. *Idem.*

151 *Lateranus*] Alii *Damasippus.*—*Flagellum*] Quo jumenta et equos agitet. *Idem.*

152 *Et occursum*] Id est, non erubescet si senior aliquis et gravis senator ipsi obvius fiat. *Idem.*—*Et, &c.*] Non gravioris amici occursum timebit. *Vet. Sch.*

153 *Et virga, &c.*] Id est, tantum abest, ut honesti viri occursum trepidet, ut ei aurigans virga innuat, eumque salutet, ut ab amico videatur, quasi rem egregiam gerat. —*Atque, &c.*] Id est, postea equos pascet, eisque manipulos fœni solvet, et proponet: vel jugales. *Lubin.*—*Atque, &c.*] Mannas fœni vino nam solet fœsis animalibus infundi hordeum. *Vet. Sch.*

154 *Et infundet*] Id est, avenam et alia frumenta equis iassis infundet, et omne aurigæ officium palam exercabit. *Lubin.* Hordeum, non avena Italia equis pabulum. *Grang.*

155 *Interos, &c.*] Insectatur ulterius insanum aurigandi, et equos alieni studium eorum, qui, dum sacrificant, non per Jovem, vel Herculem jurant, sed tanquam muliones per Eponam Deam, præfectam aurigis et mulionibus. Hoc eo dicit, quia per ea numina quisque jurabat, quæ maximi favebat: sed turpe erat viro, per Janonem, vel aliquam aliam Deam jurare.—*Lanatas*] Oves quibus lana est, lanigeras.—*Torum*] Bovem cornu petentem. *Lubin.* Boves perpetuo epitheto *torvos* Poëtæ appellant, quod præcipua frontis asperitas in hoc peccare apparet: Unde *torvitas*, ut Pompejo placet, quasi taurorum acerbitas dicta. *Grang.*

156 *Mors, &c.*] Sceptice dixit. Quasi dicat, Cujus sapientissimi, et religiosissimi regis mores nobiles, nostri posterum tam probe imitantur.—*Jovis, &c.*] Sacrilegii et summæ quasi impietatis loco habet, ante aram Jovis per Eponam tarpem mulionum Deam jurare. *Lubin.*

157 *Solam Eponam*] Quidam hic *Hipponam*, vel *Hippo* legunt, sed male. *Turneb.* xxiv. 4.—*Solam Hipponam*] I. e. Hipponæ facies pictas, endiadias, inquit Grangeus, cum una res in duas dividitur.—*Et facies*] Per imagines illorum Deorum, quæ ad fœtida et male olentia præsepta equorum pictæ sunt, quæ illis præsent. *Lubin.*—*Solam, &c.*] Quia nullo est, qui consultat. Epona dea mulionum est. *Vet. Sch.*

158 *Sed, &c.*] Quando placet Damasippo, et animo ejus libitum est, aurigandi studium aliquandiu intermittere, et popinas, in quibus gula et luxuriæ operam det, rursus instaurare, et per totam noctem exercere: ibi tunc viri et mulieres unguenta vendentes ipsi præsto sunt. *Lubin.*—*Pervigiles*] Nocte dieque patentes, propter multitudinem confluentem. *Britannic.*—*Instaurare*] Solemniter repetere. Derelictas propter equorum studium et desiderium, denno invivere. *Grang.*—*Popinas*] Erant loca de

aldia et luxuria apparatus, ubiangebantur, et genio indulgebant. *Lubin.*

159 *Obvius assiduus*] Tunc ipsi Damasippo obvius currit unguentarius quispiam ex Syria et Phœnicia, qui udus et madidus est unguento ex amomo, quod assidue tractat.—*Syrophœnis*] Unguentarii nomen, qui popinam ingredientibus statim præstare erat, ex Syria et Phœnicia oriandus: inde enim unguenta mittebantur. Pius annotat. post cap. 93.—*Obvius assiduus, &c.*] Doriceans legendum censet, *Assyrio*.

160 *Idumææ*] Qui Judæam vel Hierosolymitanam portam inhabitat. Hæc porta ita dicta, quod eam ingressi sunt Vespasianus et Titus, de Judæis et vicinis Idumæis devictis triumphantes. Est autem Idumæa Syriæ pars, Judææ vicina. *Lubin.* Britannicus dicit, qui domi suæ incolit portas Syrias: sed insule hoc.—*Currit, &c.*] Idumæ civitas Orientis. inde occurrit Damasippo tabernarius, qui prope portam manet, tabernam volenti intrare. *Vet. Sch.*

161 *Hospitis, &c.*] Salutat eum dominum et regem blande et assentatorie; ut hospes advenientes solet salutare, a quibus lucrum sperat. *Lubin.*

162 *Et, &c.*] Id est, mulier Cyane tabernaria, et popa, succincta ut eo expeditius currere possit, lagenam optimi vini ipsi venalem exponit. *Idem.—Et, &c.*] Nomen tabernariæ, pro qualibet. Scortum. *Vet. Sch.*

163 *Defensor*] Occurrit objectioni. Poterat aliquis hanc culpam defendere, tanquam juvenum, qua ætate omnes dissolutiores vivant. *Lubin.—Defensor, &c.*] Qui contra hæc defendere voluerit. *Vet. Sch.*

164 *Esto*] Respondet Poëta per concessionem. Factum fateor. Juvenili ætate dissolutus vixisti, sed nimirum desiisti, nec ultra illam juvenilem ætatem hunc luxuriæ errorem fovisti. Sed Damasippus hæc maturiori ætate facit. *Lubin.*

165 *Breve sit*] Pulchra sententia.

Si vis veniam delictorum tuorum consequi, aliquando turpitudinem exornas, honestiorem vivendi rationem ingredi. Innuit ergo poëta, cujusvis hominis esse ut erret; sed nullius nisi insipientis in errore perseverare. *Britan.*

166 *Quædam, &c.*] Id est, necesse est, ut quædam pueritiæ et adolescentiæ vitia una cum prima barba deponas: quæ resecta ponebatur primum anno ætatis vicesimo. *Lubin. Farnab.*

167 *Indulge, &c.*] Id est, pueris talia condonari possunt, sed non Damasippo, qui puer non est, sed alia ætate turpitudinem hanc exercet, qua militiam exercere poterat. *Idem.—Lateanus, &c.*] Sive Damasippus.

168 *Thermarum*] Quibus in thermis bibunt. *Lubin.* Ut plurimum enim in thermis bibendi locus erat.—*Inscriptaque lintea*] De velo oppanso coparum institorio et orbiculos quosdam habente, ut adduci et reduci facilius posset, accipiendum. *Casembæus.* Alii picta thermarum sudaria intelligunt. Flavius, Conject. c. 47. scortum interpretatur: et ideo dici *inscripta*, quod titulum ostentant in fornice.—*Inscriptaque lintea*] Vela popinis et thermis, quæ promiscuæ cum lupanaribus confunduntur, oppansa; eaque ut plurimum lintea et acu picta; qualia visuntur in Italia et Hispania: nisi per *inscripta* melius intelligamus, inscriptionem rerum ibi venalium, ceu meretricum in cellis prostantium: ut *titulum mentita Lyciæ*. vide quæ adnotata ad vs. 124. Sat. vi. *Farnab.—Inscriptaque, &c.*] Hoc est, pictis velis popinæ succedit, aut linteis \* cabsariciis tergit. vel ubi esculenta publice venduntur. *Vet. Sch.*

169 *Maturus, &c.*] Id est, non puer amplius, sed vir et bello militiæque adhibendus. Grangæus sic legit et interpungit, *Maturus bello, Armenia, Syriæque tuendis Annibus, &c.*—*Syriæque tuendis*] Id est, qui possit tanquam miles tueri fluvios Syriæ, Euphratem, et Orontem, id est, ipsam Syriam

**Provinciam** ab incursione hostium defendere. *Lubin.*

170 *Rheno, &c.*] Qui poterat defendere provincias Romanorum, ad Rhenum et Danubium, a vicinis, Tentonibus, Batavis, &c. Vel ne deficiant Galli aut Germani, horum fluviorum accolæ.—*Præstare, &c.*] Id est, hac ætate Neronem potes defendere, pro illo militare, ipsumque ab hostibus securum reddere. Perlegit *Neronem*, quemvis imperatorem et Domitianum forte intelligit. *Lubin.*—*Annibus, &c.*] Armeniam Tigris proluit, Euphrates Parthos, Hister Sarmatas, et Ponto influit. Rhenus inter Allamanniam et Gallos Oceano influit. *Vet. Sch.*

171 *Mitte, &c.*] Mordet nobiles Romanos, qui non in castris, sed in popinis inter homines turpissimos inveniuntur. O Cæsar, desine et relinque ostia, vel noli quærere nobilem aliquem legatum ostiæ, ubi naves, quibus milites in alias regiones transvehuntur; sed in popina ipsum quære. Vel: An tibi opus est nobili viro, o Cæsar, quem mittas ad ostia Tyberis, ut ibi navim conscendat cum mandatis et legatione? quære illum in popina. *Lubin. Farnab.*

172 *Legatum*] Lateranum, Damasippum, vel alium quemvis nobilem, quem legatum eo mittas. *Lubin.*—*Legatum, &c.*] Παρά πρὸς τοὺς τοῦ καστῆρος, pro castris. *Vet. Sch.*

173 *Invenies aliquo*] Egregia nobilium descriptio. Id est, cum hominibus infamibus, gladiatoribus et latronibus facinorosis.—*Percussore*] Sicario. *Lubin.*—*Cum, &c.*] Sicario aut gladiatore. *Vet. Sch.*

174 *Fugitivis*] Servis, qui a dominis aufugerunt, vel qui pœnæ metu patriam deseruerunt. *Lubin.*

175 *Fabros, &c.*] Sandapila, feretrum populare vilissimorum et damnatorum hominum, quorum fabri abjectæ sortis homines erant viles, et pene infames. *Lubin.*—*Sandapilarum*] Emendo *Sardanapali*. Nimirum hoc dicit. In aliis, pro eo, quod hoc locus

*sandapilarum* legitur, *sandaliorum* legi. In aliis etiam *Sardanapali*, ac utramque lectionem explicat. *Rutgers.*—*Et, &c.*] Si sandaliorum sutores ac per hoc abjectæ sortis homines. Si \* Sandanafallo, infamis hominis nomen est. Si sandapilarum. lectorum in quibus gladiatores mortui, de amphitheatro ejiciuntur. *Vet. Sch.*

176 *Et resupinati*] Ignavi, vel ebrii. Id est, inter homines ebrios, molles et infames sacerdotes Dææ Cybeles, quorumque instrumenta pulsatilia cessant et otium agunt. *Lubin.* Tympanorum usus minime in bello Romanis, imo effeminatorum pulsare tympana. *Grang.*—*Et, &c.*] Ebrii, aut turpia patientis. *Vet. Sch.*

177 *Æqua, &c.*] Dicendi et faciendi omnia, sine ullo personarum respectu.—*Communia pocula*] Ubi lictores, carnifices, et fures unum commune poculum habent cum Damasippo nobili.—*Lectus, &c.*] Ubi non honoratior lectus discubitorius est nobilis, quam furis, aut lictoris. *Lubin.*—*Æqua, &c.*] Popinæ, ac per hoc communis est. *Vet. Sch.*

178 *Non alius*] Non diversus, non magis ornatus uni, quam alteri. Laudanda certe talis æqualitas, inter æquales.—*Nec, &c.*] Ubi confuse et gregatim sine ratione dignitatis aut discrimine personarum vivitur.—*Remotior*] Honoratiori loco posita, et tanquam diguior a vulgari mensa remota. *Lubin.* Vel contra, separatior in loco abstruso.

179 *Quid, &c.*] Id est, o Pontice, si servorum quempiam haberes, qui ita viveret, tam turpiter et flagitiose, ut Damasippus, et similes nobiles, age quid illi faceres, qua ratione illum punires? *Lubin.*

180 *Nempe, &c.*] Id est, in Hetruriam, ut ibi glebam inverteret; vel in ergastula Thuscica, ubi servi vincti fodiebant et opus faciebant. *Lubin.*

181 *At, &c.*] Vos nobilissimi Romani a Trojanis scilicet oriundi, vos nequam servos punitis, sed vobis ip-

ab veniam datis, licet sitis longe nequissimi.—Et, &c.] Quæ scelera villibus et ignobilibus hominibus turpitudinem, illa nobilibus honorem et decus adferunt. *Lubin.*

182 *Volcos*] Intelligit nobiles Romanos quoslibet. Alii *Volcos* leg. *Lubin.* Catull. *Volcos*: Volcani originem ex Sabinis ceperunt, temporibus Romuli in Urbem recepti.—*Turpis*, &c.] Græcè dixit turpem; vulgarem, lucri cupidum. Si pauper et popularis adulterium committat, crimen admisisse dicitur; si dives, jocosus appellatur. *Vet. Sch.*

183 *Quid*, &c.] Quasi dicat, nihil tam fœdum et pudendum de Romanis dici potest, quin adhuc fœdiora et magis pudenda dicenda supersint. *Lubin.*

184 *Ut non pejora*] Quasi hactenus dicta, levia adhuc et nullius momenti sint, prout histrionica et gladiatoria. *Idem.*

185 *Consumtis*] Duplex crimen Damasippo obijcit, et quod opes et bona paterna turpiter in popinis cum infamibus hominibus attriverit; tum quod his consumtis in aliam turpitudinem pejorem prolapsus sit, et histrioniam exercuerit.—*Vocem*, &c.] Id est, pro dato pretio vocem tuam accommodasti, quando præco fausti Mimicus. *Idem.* — *Vocem*, &c.] Id est, præce fausti in mimo. Siparium velum est, sub quo latent paradoxii cum in scenam prodeunt: aut hospitium mimi, aut quod appellatur comicum. *Vet. Sch.*

186 *Sipario*] Actori vel mimo. Vel ipse scenicis. Est enim Siparium aulaam seu velum sub quo latent mimi. *Farnab.* et ponitur hic pro arte scenica seu theatri.—*Chamœum*, &c.] Id est, cum ageres fabulam, *Phasma* inscriptam, cum multo clamore peragendam, mimographi illius Catulli.—*U*] Id est, cum, vel quando.—*Catulli*] Non nobilem illum Poëtam Catullum Veronensem intellige, sed alium quemvis mimographum. *Lubin.*

—*Sipario*, *chamœum ageres ut phasma*: *Catulli*, &c.] Sic distinguendum censet Petrus: nam neminem veterum esse dicit, qui Catullo *Phasma* adscribat, si hunc exceperis locum: at vero *Laureolum* minimum a Catullo fuisse compositum, nemo, puto, ambigit, et testis est locupletissimus Tertullianus lib. adversus Valentinianos cap. 14. Refert enim cum stomacho Poëta, patricios operam suam locasse scenæ, et nescio de quo, cui nomen facit *Damasippo*, memorat, eum ubi sua dilapidavit bona, addixisse suam operam ludicris his artibus et mimos egisse. Adeoque enim in agendis mimis profecisse, ait; ut non minus perite quam Lentulus, cujus nomen magnum in illaudatissima hac arte, egerit *Catulli* minimum, qui *Laureolus* dicebatur; quum tamen magna in eo agendo arte opus esset, cujus argumentum hoc est, ut e Josepho constat, *στραποδῆται ληψάμενοι ἄρπυγας, crucem autem supervolabat*, ut e Tertulliano dicimus, unde Juvenali *velox* dicitur egisse *Laureolum*. Cruciarum autem destituebantur in *tricha*, a qua voce tricharia formavit Juvenalis, quæ a populo spectari dixit: *Qui sedet et spectat tricharia patriciorum*. Quia spectabant cruciarum *Laureolum* in *tricha* destitutum. Ita ut pro *tricarria* legendum sit *tricharia*. Petrus.—*Catulli*, &c.] Nomen est mimographi: et *Fasma*, nomen fabulæ.—*Catulli*] Q. Latatium Catullum dicit, qui Veranam servum furacissimum habuisse fertur, de quo hic posterius sciam Catulli. De quo etiam illud traditur, cum deprehensus a nummulario esset, cujus de mensa nummos subtractos in calceos sibi inferciverat, quidam jocans in eum, Belle, inquit, si te nummularius in jus vocet, tu ei es ablatum ex calceo abjiceret. *Vet. Sch.*

187 *Laureolum*] Id est, alius Lentulus Velox nobilis, suscepit seri personam in agendo mimo *Laureo*, in quo crucifixus est tanquam servus

**in falso deprehensus.** Hanc fabulam scripsit Laberius.—*Vetox*] Cognomen **Lentuli.** Vide Martial. lib. Spect. **Epigr. 7. Lubin.** Vel forte epitheton ei conveniens propter agilitatem in agenda fabula, et mira strenuitate.—**Laureolum**] Hoc ideo, quia in ipso mimo Laureolo figitur crux. Unde vera cruce dignus Lentulus, qui tanto detestabilior est, quantum ille gestum imitatus est scenicum. Hic Lentulus mobilis fuit, et suscepit servi personam in agendo mimo, et deprehensus in falso crucifixus est. *Vet. Sch.*

188 *Judice me*] Ait eum Lentulum, vera, non ficta cruce dignum fuisse: qui nulla honestatis a nobilitatis, suorumque majorum habita ratione, scurriliter mimum egerit.—*Nec, &c.*] Id est, ita reprehendas nobiles, ne interea populo Romano ignoscas, qui hæc nobilium dedecora sustinet spectare, non sine applausu.

189 *Populi frons*] Quæ nullo pudore ædificatur, nec erubescit, ad turpia hæc spectacula. *Farnab. — Ignoscas, &c.*] Qui patitur nobiles agentes mimos spectare. *Vet. Sch.*

190 *Qui sedet*] Qui tam turpia videre sustinet, et hanc patritiorum scurrilitatem. *Lubin.* Qui sese potest continere, et præ indignatione non insultat, sed assidet quietus et attentus. Ait *Scaliger* in v. De emend. temp. Juvenalem *transcurria* vocare ludos, ad quos ex senatu transibant senatores: quando scilicet ex senatoribus fiebant scurræ, et sic transisse ad scurras, id est, orchestram. Sunt qui scribere malunt: 'Spectat triscuria pat.' Triscurium ingens cura, ut est reipub. quæ sane cura digna patritiis. *Lubin* dicit *triscurria* esse verbum antiquum fictum, grandem scurrilitatem designans. Nam particula *trls*, pro superlativo Græci et Latini utuntur. Sic dicimus *τρομεύστος*.—*Triscurria, &c.*] Jocos, tres scurras nobilium fabulas agentes: dictum, quia tres simul \* exeant, quamvis aliquid querentes. *Vet. Sch.*

191 *Planipedesque*] Qui in theatro audit nobilissimos Fabios planipedes, fabulas et mimos agentes. Qui, teste Diomede, planipedes dicuntur, quod actores Comici, planis, id est, meris vel nudis pedibus uterentur, et in proscenium introirent. *Lubin.* Cothurno tragici, socco Comædi pedes induebant; ipsi autem mimi nudis pedibus agebant. *Scalig. Poët. l. c. 10.*—*Planipedes, &c.*] Nobiles neamiscologos. *Vet. Sch.*

192 *Mamercorum alapas*] Nobilissimos Mamercos, colaphis percussos: nam in mimis prodibant scurræ et parasiti, qui alapas et verbera patiebantur ab iis, qui angustiores sustinebant personas. Scaurorum prænomen erat Mamercus et a Plinio xxxvi. 11. De Scauris arenariis nunc loquitur, longe digredientibus a Vetterum Scaurorum vita et moribus. *Dorleans.*—*Alapas*] Insuper contumeliis alaparum sic os objicit, quasi de præcepto domini ludat. Tertullian. de spectaculis: Ictibus infelix facies locatur, ut infelicior venter saginetur. *Cyprian. Farnabius.*—*Quanti, &c.*] Invectus superius in nobiles, qui histriioniam exercebant; jam damnat illos nobiles, qui munus gladiatorum tanquam vilissima mancipia obibant, idque sponte et ultro. —*Funera*] Id est, corpora de quibus funera futura erant. Nam cum vitæ periculo ibi pugnabatur. *Idem.* Et illi sui æris inopes, divites alieni, recum spe consumta, ad extremum deliberabant gladiatores fieri.—*Mamercorum, &c.*] Turpitudinis crimina. *Vet. Sch.*

193 *Quid, &c.*] Illud adhuc parum est, et facile excusari potest, collatione Histriionæ, quæ pejor, et viro nobili indignior. Nihil refert quanto pretio se exauctorent et sua funera vendant: sed hoc dolendum quod se ultro et nullo jubente vendant.—*Nullo, &c.*] Domitiano non cogente eos, ut fecit Nero, qui in ludis ad ferrum exhibuit 400 Senatores, 600

equitæ. *Dorleans.*—*Nullo, &c.*] I. e. sponte nulloque jubente scenæ operam dabant. *Ferr.*—*Nullo, &c.*] Tyranno scilloet. *Vet. Sch.*

194 *Nec, &c.*] Non erubescunt omni pudore spreto, etiam in ludis, quos prætor homo vilis et ad præturam evectus et sublimatus exhibet, funera et supplicia sua vendere. *Lubinus.* Vel *Celsus*, hic est sublimis et in curru sedens, quum ludis habitu triumphali præsit, ut Sat. x. vs. 360.—*Celsi, &c.*] Ignobilioris, quam ipsi sint. *Vet. Sch.*

195 *Finge, &c.*] Id est, esto quod Nero supplicio proposito cogat nobiles histrioniam agere, vel gladiaturam. Quid satius vel agendum magis? Nonne satius esset mori, quam mimum agere! *Jac. Loënsis* Epiph. ii. c. 11. Ergo pulpita pro loco in quo mimi et pantomimi ludos dabant. *Ferrar.*—*Inde*] Id est, ex altera parte gladiatorum munus vel mortem, hinc, ab hac parte, histrioniæ turpissimum munus. *Lubin.*

196 *Quid satius*] Utrum horum eligendum?—*Mortem, &c.*] Respondet auctor noster: Adeone quisquam mortem timuit, ut malit artibus scenicis contaminari? ut non mori malit gladiator, quam in histrionia Latinum mimum agere, qui zelotypia uxoris suæ mœchæ Thymeles laboret? et ut malit esse collega et socius alterius mimi Corinthi, stupidi et ignavi, ac stolidi? Sat. i. vs. 36. *Lubinus.*—*Quid, &c.*] Utique mori, quam mimum agere. nec debet quis mortem sic horrere, ut in arena se locet, sed ut mimum agat. *Vet. Sch.*

197 *Zelotypus*] Ut in mimo simulet se esse zelotypum Thymeles, more Latini mariti, et alterum alapis percutiat, quod supra innuit, cum dixit: *Mamercorum alapas.* *Lubinus.* Vel Thymeles mima personam sustinebat uxoris alicujus, quæ viro zelotypo verba daret, quem virum, quia nobilis aliquis locatus theatro, agebat, is a Juvoniale *Thymeles zelotypus* appellatur. *Politian.* l. vii. Epist. 83. *Stupidi.*

Corinthi. Mimi planipedarii.

198 *Res haud*] Non mirum est nobilem mimum esse, cum Imperator sit Citharædus. Porro Nero, ut refert Tranquillus, adeo Citharædis delectabatur, ut nomen suum inter illos adscribi jussisset. *Lubin.*—*Res, &c.*] Non est turpe, nobilem, mimum agere, cum ipse imperator citharædus sit, et in scena cantaverit. Non est mirum, si hæc mavult sequendo ludium principem, quam mori, quando ipsam imitatur Neronem. *Vet. Sch.*

199 *Hæc, &c.*] Quasi dicat, ulterius vel porro tota urbs Roma, erit ludus, histrionia, et gladiatoria.—*Et illud, &c.*] Reprehendit jam nobiles, et ex illis potissimum Gracchum quandam nobilissimum, qui, abjecta omni verecundia, in urbis et totius nobilitatis dedecus, in arenam more hominum infantrum sese demittebat.

200 *Dedecus, &c.*] Gracchum, nobilem: Appositio. *Lubin.*—*Nec, &c.*] Id est, more myrmillonum vel secutorum galea caput velat, nec clypeus pectus tegit. Id est, non vult esse myrmillo, qui vultum suum galea abscondit, sed retiarius, qui galerum vel pileum oblongiorem habet nudo vultu, eoque pacto ab omnibus cognoscebatur. Erat autem retiarius loco clypei rete, loco gladii fascina vel tridens. Vide Satyr. ii. vs. 143. *Idem.*—*Nec, &c.*] Myrmillo armaturæ Gallicæ nomen, expisce inditum, cujus imago in galea fingitur. *Vet. Sch.*

201 *Aut falce, &c.*] Indicat etiam illum non fuisse Thracem, cui erat parma vel scutum breve, falx vel sica, id est, gladius incurvus, quem hic *supinam fulcem* vocat. *Lubin.*—*Aut, &c.*] Thracum armatura intelligenda est quibus proprium telum, sica est. *Vet. Sch.*

202 *Dannat, &c.*] Id est, Satyrice. Ille Gracchus, Thracum arma et habitus, quibus teguntur, odit et averatur. *Lubin.*

203 *Nec galea*] Id est, solo galerum vel pileo contentus est; et Retiarium

**Esse vult** (qui solus ex gladiatoribus aperta facie pugnabat,) ut videatur et cognoscatur.—*Faciem*] Alii leg. *frontem*.—*Mocet, &c.*] Sinistra enim tridentem vel fuscina gerebat. *Idem*.—*Mocet, &c.*] Infamis est, sicut gladiator, aut indicatur, aut verba sunt Gracchi spernentis armaturam secutoris. *Vet. Sch.*

**204 Postquam**] Oculis quasi exponit solemne illud pugnae genus. Docti enim erant retiarii arte quadam collectum suspensumque dextra manu rete in adversarii caput projicere, et si errasset, effuse fugere, donec forte iterum rete recollectissent.—*Vibrata*] Alii, *librata*. Id est, exacte quasi perpensa. Solertia enim opus erat, ne nimium vires dexteræ, aut intenderentur, aut remitterentur inter proiciendum. *Lubin.*

**205 Nequicquam, &c.**] Frustra in myrmillonem, vel secutorem adversarium emisit, ut eum caperet.—*Nudam ad, &c.*] Nudam suam faciem ad spectatores erigit.—*Ad spectacula*] Id est, ad spectatores, forte orans, ne pollicem verterent, sed pro se intercederent. *Idem.*

**206 Tota, &c.**] Id est, in toto theatro fugit insequentem secutorem. *Idem*.—*Agnosceendus*] Vel palam omnibus inspectantibus, vel sic se suo indicio miser prodens.

**207 Credamus tunicæ, &c.**] Gracchus salius erat, et Martis sacerdos in Veneris castra transierat; hinc non erit difficile, quid aurea illa spira fuerit in tunicae saliaris faucibus, purpurea et auro distinctæ. igitur Gracchus in sola tunica quidem, (ut omnes tunc retiarii qui inde simpliciter tunicati dicti sunt) sed eadem saliarum in arenam descendit, ad cuius fauces, hoc est oram superiorem, segmenta, id est instituta aureæ, sive spira aurea, quæ etiam galero et quidem longo sacerdotali addita erat. *Ferrar.*—*Credamus, &c.*] Tunicam de faucibus quidam vocem gladiatorum dicant,

quam fibula mordet, a faucibus pugnaturi. Alii, qua Galli utuntur in sacris, in modum organi utrimque decrescentibus virgulis purpureis.\* nam fortuiti sunt veluti indicantibus partem corporis esse amputandam. hi dubii habebant qui munera edebant, ut extremas partes tunicae ad guttur ornarent, quo famam haberent. *Vet. Sch.*

**208 Jactetur**] Huc illuc ventiletur.—*Et, &c.*] Pileo, quem habent retiarii. Galerius est humero impositus gladiatoris hujusmodi aliquid, quo citius sparsum funem, vel jactatum retium colligat. *Vet. Sch.*

**209 Ergo, &c.**] Id est, secutor, cum a Nerone cum Graccho retiario pugnare jussus esset, victor explosus et irrisus est a spectatoribus, qui nobilem retiarium et imperitum per totam arenam sequeretur: majorem ignominiam hoc ipso pertulit, quam si occisus concidisset. *Lubin.*

**210 Jussus**] A prætore ludi præfecto, cui operam suam vendidit.—*Secutor*] Id est, myrmillo, qui retiarium, postquam ab eo captus non est, insequitur.

**211 Libera, &c.**] Id est, si libere et sine omni superioris potentia timore aut metu, populo Romano suffragia, vota, judicia ferre liceret; nemo adeo perditus, adeo deploratus, et sceleratus esset, qui virum optimum, Senecam, virulentissimo illi, et crudeli, omnibusque sceleribus contaminato tyranno, præferre dubitaret. *Lubin.* De Seneca tamen longe aliter sensit Dio in Nerone.—*Senecam, &c.*] Ignobilem, sed virum bonum. *Vet. Sch.*

**212 Cujus, &c.**] Nec enim unum commiserat parricidium. Solebant parricidæ, virgis primum cæsi, in culeo cum simia, gallo, serpente, et cane includi, et in flumen abjici, ut ita omnibus elementis privarentur. *Lubin.*—*Cujus, &c.*] Hoc ideo, quia parricidis in culeo clausis ad poenam simia et serpentes jungi solebant. *A*



Nerone autem mater occisa est, et amita, et uxor, et Antoni Claudii illa quæ illi pro harum morte nubere noluit. Sed apertius dixit, quia et matrem occideret et uxorem Octaviam, eandemque sororem adoptivam, et Britannicum fratrem adoptivum filium Claudii peremit. *Vet. Sch.*

214 *Una simia*] Nam non unum parricidium perpetrarat, qui præceptorum Senecam, matrem Agrippinam, amitam, uxorem Poppæam, &c. parricidio sustulerat.—*Calvus*] Quo insuebantur parricidæ, erat saccus ex corio. *Labin.*

215 *Par, &c.*] Idem scelus commisit etiam Orestes, Agamemnonis filius, qui matrem Clytæmnestram interfecit; sed non ob eandem causam. *Labin.* legebatur enim passim tempore Neronis: Νέραν, 'Ορέστης, 'Αλκυονίδας μητροκτόνοι.

216 *Dissimilem, &c.*] Orestes justissimam, Nero improbam et nefariam causam sui sceleris habuit.—*Quippe ille*] Rationem addit: Orestes, Deo jubente, matrem suam cum adultero Ægistho interemit, ut patrem Agamemnonem ulcisceretur, quem illi inter media pocula incautum interemerant. Deinde enim maternæ necis reus, in Areopago, æquatis Deorum sententiis, intervenitu Minervæ absolutus est, ut videre est initio *Odyssæ*. *Hom. Idem.*—*Quippe, &c.*] Orestes, qui et matrem occidit, sed ut patrem ulcisceretur et defenderet. *Vet. Sch.*

217 *Patris*] Agamemnonis.—*Media, &c.*] Cum convivio susceptus fuisset: ut alii, in balneo dum vestem indueret sine capite. *Labin.*—*Sed nec, &c.*] Id est, sororem suam non interemit Orestes, ut Nero Britannicum fratrem.

218 *Electræ jugulo se polluit*] De Octaviæ morte cape hunc versum. Nam Octaviam poëta comparat Electræ, quæ soror Orestis, ut Octavia soror Neronis. Sed Nero jugulavit Octaviam: Orestes non jugulavit

Electram. Orestes insanus erat; ad Nero sanæ mentia, si nequam ille aliquid sapiebat, sororis et conjugis parricidium patravit. Nero ergo pejor Oreste et improbius. *Dorileus.*—*Jugulo, &c.*] Dum ferro jugulam petiit, et ita nece sororis suæ scæc polluit.—*Aut Spartani, &c.*] Id est, Orestes Hermionem uxorem suam, Menelai Spartæ regis filiam, non occidit; ut Nero Octaviam, Antoniam, et Poppæam ictu calcis, gravidam, conjuges suas interfecit. *Labin.*—*Aut, &c.*] Helene, vel Hermione. *Vet. Sch.*

219 *Conjugi*] Pro conjugis.—*Nelis, &c.*] Ut Nero Britannicum fratrem suum adoptivum, et Domitiam amitam, Locustæ veneficio interemit, et Pyrrhum præfectum, remedium ad fauces pollicitus, toxico occidit. *Labin.*

220 *In scena, &c.*] Ut Nero, qui, teste Suetonio, nihil æque doluit, quam quod tanquam malus Citharedus increpitus esset: et Tragedias in scena cantavit: Orestem matricidam, Herculem insanum, &c. *Idem.*

221 *Troica, &c.*] Hoc eo dicit, quia Nero Troados libros scripsit: Et ut Ilium conflagrare spectaret, magnam urbis partem incendit, quod incenditum ipse in turri Mæcenatiana prospectans, lætabatur flammæ, ut aiebat, pulchritudine.—*Quid enim, &c.*] Nihil fuit quod Virginii Rufus cum Sergio, Galba, et Vindice Junio, magis ulcisci et punire deberet, quam hoc pessimum flagitium, in hac immani bellua, et terrifico terrarum orbis monstro. Hi tres, in Galliis et Hispania a Nerone desciverunt, et Neronem ex Imperio ejicere a Senatu jussi sunt. *Idem.*—*Troica, &c.*] Hoc ideo, quia Nero Troados libros scripsit. Unde et maxime insanivit, quia Poëta fuit. Virginius autem, unus de conjuratis, qui Neronem occiderunt. *Vet. Sch.*

223 *Quid, &c.*] Id est, quidnam fecit Nero toto tempore tam sævæ

et crudelis tyrannidis, nimirum saltatorem et citharædum.—*Crudaque*] Crudeli, immani, et inhumana. *Lubin.*—*Quid Nero, &c.*] Quidam maxime sunt inonestum et indignum, quod in omni sua tyrannide admisit Nero? certe prostituisse se in nostris Græcisque scenis, citharædum, histriorem, saltatorem, &c. *Farnab.*

224 *Hæc, &c.*] Est amara Ironica responsio ad quæstionem, nimirum hæc opera et hæc artes, quæ dictæ sunt.—*Hæc opera*] Troica.—*Artes*] Citharistica, et Histrionia. *Idem.*

225 *Gaudentis*] Hæc de Nerone cantante, cum in Græcia pulpitem citharædus descendit. *Ferræ.*

226 *Prostitui*] Metaph. a meretrice.—*Graiaque, &c.*] Coronam hanc tuam ex apio. *Plinius* XIX. 8. *Julius* Animadv. v. 21. *Alexander ab Alex.* v. 8. Proverbium: 'Apio egere.'—*Graiaque apium*] Quia apud Isthmicos Agones, victores apio coronantur. Nero autem Isthmiaco certamine inter citharædos certans, apio, uti mos erat, coronatus est. *Vet. Sch.*

227 *Majorum, &c.*] Irrisorie et Ironice ledit Neronem. Id est, cum alii insignia rerum egregie gestarum et triumphorum statuis majorum suorum adfigant: tu Nero quoque coronam ex apio, tanquam vocis, cantus, et saltationis insigne et præmium, quam victor voce et saltu consecutus es, ad majorum tuorum imagines appendere potes. *Lubin.*—*Habeant, &c.*] Vocis missaria \* hoc est, ἄλλα, missa. *Vet. Sch.*

228 *Ante, &c.*] Id est, o Nero ante pedes statuæ atavi, vel patris tui Domitii, pone longum *syrra*, vel vestem Tragicam, in Tragedia acta de Thyestæ: unde te Tragediarum actorem vel mimum possis ostendere.—*Thyestæ*] Tragediam de Atreo intellige, qui Thyestæ fratri proprium filium Plysthenem occisum et eorum epulandum apposuit. Hanc

Tragediam egit Nero. Vide *Hyginum* Fab. XXXIV. et CCLVIII. *Lubin.*—*Ante, &c.*] Alii Domitium Senatorem volunt, qui a Nerone coactus est mimum agere. *Vet. Sch.*

229 *Syrra*] Sunt qui *Syrra* signantius et *ἐμπαυκότερος* tribui volunt *Thyestæ* et *Antigone*; personis scilicet regii spiritus et elati animi. *Farnab.*—*Antigones*] Notat Tragediam Antigone Cædipi filia, quæ cæci patris dux fuit. *Hygin.* Fab. 67. 72. *Jac. Loënsis* Epiph. II. 10.—*Personam*] Larvam faciei, qua in agendis Tragediis Nero usus; vel qua persona usus est in fabula Menalippes: vel quia sub ejus persona Euripides Anaxagoræ præceptoris sui sedatum animum et philosophicam exprimit sententiam. Vide Dionysii Halicarnass. comment. περὶ τοῦ ἐσχηματισµοῦ. *Farnab.* *Hyginus* Fab. 186.—*Menalippes*] Quæ a Neptuno adamata et gravida facta, in vincula a patre conjuncta, filium Bæothum peperit in stabulo, sætu a bubus pene obtrito. Unde et Bæothus dictus. *Lubin.*—*Syrra*] Vestis tragica est. Has autem personas Nero saltavit. Menalippus est, qui Tydeum occidit. *Vet. Sch.*

230 *Et, &c.*] Respexit ad illa, quæ de Nerone Suetonius scribit, quod citharam ab iudicibus ad se delatam adoravit, ferrique ad Augusti statuum jussu. Id est, ad marmoream Augusti statuam, de qua majores tui arma et spolia hostium pendebant, tu citharam depende, nam in hac triumphasti. Vel forte adludit ad colossus Neronis miræ magnitudinis, quem per Zenodotum Gallia accitum, ædificavit. *Plin.* XXXIV. 7. *Lubin.*—*Et, &c.*] Colossus, statuam ultra mensuram, suspende statuæ citharam, non trophæum: ut Nero scilicet. *Vet. Sch.*

231 *Quid, &c.*] Ostendit ulterius nobilitatem in virtute animi, non in sanguine consistere; nec esse nobiles

qui ex generosis orti pessime agant, quod Catilinæ et Cethegi exemplo demonstrat.—*Catilina*] Fuit enim is nobilissimus, sed patriæ perditor et proditor: ut Cicero contra ignobilis, sed patriæ pater.—*Tuis, &c.*] Tuo genere, familia et nobilitate. De Catilina, vide Sallust.—*Cethegi*] Hic cum Catilina, Lentulo, Statilio, contra Remp. conjurarunt, omnes nobilissimi. *Lubin.*

232 *Quisquam*] Alii legunt, *quicquam*. — *Sublimius*] Nobilior: nam nobiles alti et sublimes dicuntur. Sensus est, nihil genere tuo Catilina nihil Cethegi familia fuit nobilior, tamen, &c.—*Arma, &c.*] Licet nobilissimi, sceleratissimi fuistis, et vestræ patriæ domibus, templis et focis atque aris, noctis tempore bella et incendia admoliti estis. *Idem.*

234 *Ut, &c.*] Ut quondam Galli Narbonenses ex braccata Gallia oriundi; vel filii Senonum, ex Lugdunensi orti; olim sub Brenno, totam urbem Romam incendio abolere conati sunt. Simile facinus vos moliti estis. Vide Florum. *Lubin.*—*Ut, &c.*] Gallos significat, et deest *teneant*. Allobrogæ Galli sunt. Ideo autem dicti Allobrogæ, quoniam *brogæ* Galli agrum dicunt; *Alla* autem, aliud. Dicti igitur, quia ex alio loco fuerant translati. *Vet. Sch.*

235 *Ausi, &c.*] Id est, illud ausi estis, propter quod digni eratis, qui veste et tunica ex charta, cannabe, stappa, bitumine, pice, cera illita induti, noctis tempore pro lucerna accendamihi. Quod supplicii genus in illos qui incendia moliti erant constitutum erat; et quo usus fuit crudelis ille Nero in Christianos, quos incendii insinulavit, cujus ipse auctor fuerat. Vel Herculem (Etum repræsentantes Sat. i. vs. 155. Hanc vestem tunicam molestam vocant, de qua Sat. i. 'Tæda lucebis in illa,' &c. Vide *Bredæum* Miscell. ii. 9. et 10.—*Tunica, &c.*] Vestis ex

charta facta, pice inlita, in qua ignibus pœnæ addicti ardere solent. Aut, si estis id conati, quod hoc pacto debent puniri. *Vet. Sch.*

236 *Sed, &c.*] Id est, M. T. Cicero vigilando, vestra nocturna facinora et incendia prohibuit. — *Vexillique vestra*] Id est, vestras turmas, Centurias et furores vestros, et conatus, frenat et reprimit. *Lubin.*

237 *Hic, &c.*] Id est, vestra nobilium pessima facinora æterna, nominis fama et laude repressit. Cicero ignobilis; ex Arpinate Volscorum opido natus. Romani *novos* nominant qui ex sese clarescunt. — *Ignobilis*] Variant de genere Ciceronis: Sed ipse a regibus se ortum dicit Tuscul. i.—*Et modo*] Id est, modo nuperime, in equestrem ordinem adscitus, qui ex municipio Arpinate oriendus esset.

238 *Municipalis*] Pro obscuro positus. *Turneb.* iii. 9.—*Galeatum*] Id est, civibus Romanis de re nova attonitis, et stupefactis, armatum præsidium, et custodiam armatorum ubique ponit, contra machinas conjuratorum. *Lubin.*

239 *In, &c.*] Pro omni gente Romana, pro summis et infimis, vel fatigatur in universo populo, dum omnes et singulos ad Reip. salutem exhortatur. Alii habent *Monte*, et intelligunt vii. colles Rom. *Idem.* Interpretantur de equestri, senatorio et plebejo ordine: Ergo in omni gente, non tantum Romæ, sed etiam in municipiis. *Græg.—Et, &c.*] Quia in montibus condita est Roma. Legitur et pontibus, propter Molvium, ubi Catilinæ conjurati, et Allobroges deprehensi sunt. *Vet. Sch.*

240 *Tantum, &c.*] Id est, Cicero ignobilis consul, tantum nominis, honoris, et tituli consecutus est Romæ intra muros, tempore pacis et togæ, sua sapientia, sine bello, cæde, et sanguine.—*Tantum, &c.*] Pater enim patriæ dictus est. *Lubin.*

241 *Quantum, &c.*] *Quantum* nominis et honoris Augustus non reportavit ex victoria sanguinolenta, quam sub *Leucade* Epiri promontorio obtinuit, cum Antonium et Cleopatram vicit, navali scilicet prælio. *Lubin.*—*Non Leucade*] Propter Antonium et Cleopatram, quia bello navali sub *Leucade* promontorio Epiri devicti sunt ab Augusto. *Vet. Sch.*

242 *Thessalia, &c.*] Apud Philippos Macedoniz urbem, in *Thessalia* contra Cassium et Brutum, quos cum Antonio vicit. *Flor. iv. 6.*—*Abstulit*] Reportavit, adeptus est.—*Udo gladio*] Ex assidua cæde, semper sanguine madente. *Lubin.*—*Thessalia campis*] Ibi nam ab Augusto victi sunt Brutus et Cassius, et Pompejus a Cæsare. *Vet. Sch.*

244 *Patrem, &c.*] Hoc nomine ipsam primus omnium appellavit M. Cato. —*Libera*] Liberata ex ancipiti illo periculo. *Lubin.*—*Roma, &c.*] Non per adulationem, ut Augustum. Hoc nam differt ab Augusto Cicero, quia alia armatus, alia pacatus defenderit libertatem et civitatem: ut Lucanus, 'Romani maximus auctor Tullius eloquii, cujus sub jure togato,' &c. *Vet. Sch.*

245 *Arpinas*] Subjungit jam alia duo exempla, Marii nimirum et Deciorum, qui et ipsi ignobiles, optimi et vere generosi fuerunt.—*Arpinas alius*] Alius ex Arpino Volscorum opido ortus, qui teste Plutarcho obscuro prorsus genere parentes habuit pauperes. Is postea septies consul fuit, et Cimbro in Gallia, Teutonas in Italia, et Jugurtham in Africa superavit. *Val. Maxim. xi. 1.* Arpinum patria fuit communis Marii et Ciceronis.

246 *Pocere, &c.*] Id est, cum juvenis esset, conductus et mercenarius, solebat aliorum agros arare.—*Alieno*] Paupertas notatur, cum ne ipse quidem agrum habuerit. *Lubin.*

247 *Nodocum, &c.*] Id est, postea inter milites faber erat, et castra muniebat, et si aliquando tardus et ignava opera castra muniret et laboraret, sudes et palos necesarios ad munienda castra præpararet, a centurione vite verberabatur, et vapulando in tergo, et capite vitem frangebatur. *Sat. xiv. vs. 193.* Vitem hanc centuriones pro insigni gestabant. Persius: 'aut vitem posce libello.' Est autem *dolabra* illud instrumentum, quo lignum dolatur, complanatur, et lævigatur. *Idem.* Sed non tam de *dolabra* fabrilis, quam de cætero opere militum intelligendum: Hinc dictum Domitii Corbulonis, 'dolabra vincendum hostem,' i. e. operibus. *Grang.*—*Nodocum, &c.*] A centurione vapulando suo vertice frangi patiebatur Marius vitem, cum militat. *Vet. Sch.*

249 *Hic, &c.*] Id est, licet ignobilis, et qui crevit tam a parvis initiis, sua tamen virtute summus belli imperator evasit, et Cimbro ac Teutonas (qui ex Dacia et Germania maximo cum exercitu Romam contententes, magnum terrorem Italiz incusserant) excepit suo exercitu, et funditus delevit. *Florus iii. 3.*—*Cimbros*] Illi magno corpore, horrendisque oculis erant, et apud Germanos prædones appellabantur. Jam Holsti Chersonesum Cimbricam inhabitant. *Lubin.*—*Et solus*] Ob insigne meritum, quasi sine Collega Catulo res peracta sit.

251 *Atque ideo*] Postquam ergo Cimbro et Teutonas ingenti strage delevit, et corvi, ad ingentia Cimbrorum cadavera, volabant.—*Stragemque*] Interfectorum Cimbrorum. Nam traduntur cæsa ibi a Mario, centum et quadraginta quinque millia, et sexaginta millia capta.—*Atque ideo*] Mario, inquit, debellante Cimbro, corvis avibus fuit miraculum ire ad majorum cadaverum prædam, quia

grandi statura sunt Galli. Virgilius: 'Scutis protecti corpora longis.' *Vet. Sch.*

252 *Majora, &c.*] Nam vasta et magna Cimbrorum corpora. *Lubin.*

253 *Nobilis, &c.*] Quintus Luctatius Catulus, qui cum ipso Cimbro fudit, genere nobilis et facto: de quo in Sat. II. Errat Lubinus et plures qui aliter explicant, faciendo *nobilis* genitivi casus.—*Lauro secunda*] Nobilis collega Q. Catulus Luctatius secundo loco triumphavit, cum uni Mario homini novo victoriæ honores tribueretur, licet utriusque Coss. auspiciis res gesta sit. *Farnab.* At ignobilis Arpinas, Marius, primo loco: nam honor ei totius belli attributus.—*Lauro, &c.*] Secundo, per Marium familia nova. Nam primo per Ciceronem nobilitati, hoc est, ut triumpharet. Vel, secunda lauro dixit, quia secundo loco triumphavit post collegam suam. *Vet. Sch.*

254 *Plebeia*] Quartum Deciorum patris et filii exemplum, qui et ipsi non ex nobili, sed plebeia familia oriundi, et uterque tamen animi nobilissimi pro salute Reipub. se devoverunt. *Val. Maxim.* v. 6.—*Plebeia, &c.*] Decii pater et filius, somnio moniti, pro incolumitate Populi Romani se devoverunt, alter bello Latino, alter Gallico. Nam pater cum esset collega L. Manlii Torquati, essentque somnio admoniti, eam partem victricem fore, cujus dux in prælio ceciderit, Decius calcariibus equo incitato, in medios hostes inruit, ibique pugnant interfectus est. Cujus cum corpus milites liberare contenderent, cum plena sunt reversi victoria. Hoc exemplo patris pro bello Samnitico et Tusco, bello Gallico ab hostibus est filius interemptus. de quibus et Virg. 'Quin Decios Brutosque.' *Vet. Sch.*

255 *Atque omni pube*] Alii, *plebe.*—*Latina*] I. e. Romana. Bene autem

distinguit pubem Latinam ab auxiliis: nam auxilia in bello sunt socii exterarum nationum.

257 *Sufficient*] Sufficere dicimus ei, cujus desiderium implemus. *Britannic.*—*Diis, &c.*] Quia illi se solennibus ritibus et verbis devovebant Diis Manibus, Terræque matri, et omnia pop. Romani pericula in sua capita derivabant. *Lubin.* Certe Decii, Pater, Filius, Nepos, bello Latino, Hetrusco, Tarentino, pro patria sua obtulerunt capita.—*Terræque parenti*] Cui se devoverunt, et in cujus visceribus ipsi dicuntur esse inferi.

258 *Pharis, &c.*] Decii quamvis ignobiles, sanctiores et Diis acceptiores fuerunt, quam pop. Romanus universus, quia ipsi propter Decios pepercerunt. *Lubin.*

259 *Ancilla, &c.*] Ultimum argumentum de Servio Tullio, quem ait Valerius ex ancilla vernam esse natum, et cujus mater Ocriculana dicta, captiva fuit; qui sua tamen virtute promeruit trabeam et fasces, id est, imperium et regnum.—*Trabeam*] Vestem regiam, purpuream et albam: vel, trabibus pannorum albis et purpureis intertextam. Vel, ut Livio placet, togam circum distinctam purpura, subtegmine puniceo. Alex. ab Alexandro v. 18.—*Diadema*] Id est, coronam Romuli primi regis. *Lubin.*—*Ancilla natus*] Ocriculana (an Corniculana) captiva, Servius Tullius. *Vet. Sch.*

260 *Fasces*] Virgarum cum securibus, qui a 12. lictoribus præferebantur.—*Ultimus, &c.*] Nam sextus erat. Post eum autem septimus et ultimus Tarquinius Superbus pessimus erat. *Lubin.*—*Regum, &c.*] Nam fuerant reges postea superbi. sextus a Romulo: nam, septimus Tarquinius fuit Superbus. *Vet. Sch.*

261 *Proditæ, &c.*] Laudavit ignobiles multos ut optimos, qui consilio, fortitudine, vita et sanguine Reip.

prosecrunt: reprehendit jam nobilissimos, adeoque ipsius Junii Bruti consulis filios qui patriam prodere, et tyrannis ac regibus, a patre exactis, portas voluerunt aperire, ac proinde a patre securi percussi sunt. —*Proditæ, &c.*] Id est, portas aperiebant proditores patriæ. —*Laxabant*] Aperiebant, reserabant. *Lubin.* i. e. Laxare volebant, conspirabant. —*Tyrannis exsulibus*] Tarquinis exactis et in exilium pulsis, quos reducere et restituere volebant.

262 *Juvenes*] Titus et Tiberius, Junii Bruti ipsius primi omnium consulis filii. *Florus* i. 9. —*Et quos*] Id est, et qui exemplo optimi patris consulis, magnum aliquod et egregium factum, licet cum vitæ periculo conjunctum, pro patriæ libertate subire debebant. —*Pro dubis*] Id est, periclitante. Hanc enim eripere rursus volebat Tarquinius. *Lubin.* —*Juvenes, &c.*] Ipsius Bruti filii, qui a patre securi percussi sunt, portas aperiebant, ut Tarquinius Superbus intraret. *Vet. Sch.*

264 *Quod miraretur*] Quod beneficium et quam rem præclaram cum stupore admiraretur Horatius Cocles, Mutius Scaevola, virgo Clælia. —*Coclitæ*] Horatius ille Cocles. *Florus* i. 10. —*Mutius*] Scaevola, qui in necem Porsennæ urbem Romam obsidentis, cum conjurasset, et cum errans in persona, scribam pro rege obtruncasset, ad focum igne ardentem propere accessit, et dexteram, quod aberrasset, spectante rege, combussit. *Livius* i. 11. —*Et quæ, &c.*] Illo enim tempore Thوسي campos et agros omnes ad flumen Tibrim possidebant, qui Romani imperii finis erat, quod tum temporis angustis terminis erat circumscriptum. —*Cum, &c.*] Horatius Cocles cum fessos milites suos ab Etruscis videret, pontem Sublicium subduci jussit, ne protinus hostes ad urbem irent, et ipse solus interim exercitum Porsennæ sustinuit, dehinc

armatus Tiberim transnavavit ad suos. *Vet. Sch.*

265 *Virgo*] Clælia. —*Virgo, &c.*] Clælia virgo inter obsides data Porsennæ a Romanis, simulans ritu patrio velle se in ripa Tiberis cum cæteris virginibus sacra facere, adlegatis custodibus transnavavit, et per legatos a Porsenna recepta, in tanto honore habita est, ut cum cæteris obsidibus in patriam remitteretur. Hujus rei causa et statum equestrum meruit insuratam. *Vet. Sch.*

266 *Occulta, &c.*] Vindicius servus occulta et clandestina scelera filiorum Bruti dominorum suorum, patribus indicavit. Cui ob indicium hæc, pecunia ex merario, libertas et civitas data est. Ab hoc Vindicio, Vindicta nomen habet, per quam servi in libertatem adserbantur. *Lubin.* —*Produxit*] Patefecit.

267 *Matronis, &c.*] Orbis filiis. Ob servi enim indicium, matres orbæ factæ sunt propter supplicium filiorum. Vel cujus servi mors lugenda esset matronis, quas Tyrannorum impudicorum vi, indicio suo liberasset: quæ sententia præstat: nam Vindicius illum mortuum tanquam nobilem, per totum annum matronæ lugerent. —*At illæ, &c.*] Id est, illos consulis filios patriæ proditores, dum virgis cæduntur, verbera justis pœnis adficiunt, et securis, qua per lictores percussi sunt. *Lubin.* —*Matronis, &c.*] Propter Lucretiam scilicet vindictam, vel quia Superbo sub tyranno vim patiebatur castitas matronarum. Vindicius, servus qui indicavit filios Bruti, Tarquinio velle portas reserare, quos pater securi ferit: servum autem ut conservatorem patriæ non manumisit, sed ut delatorem dominorum, cruci adfixit: quod factum matronæ planxerunt. *Vet. Sch.*

268 *Et legum*] Virgis cæsos, consulatus ille primus imperium liberum primum securi percussit. *Farnab.* —

*Legum, &c.*] Id est, primum supplicium post exactos reges, in filios Bruti statutum. Vel eo dicit, quod ante leges conditas, reges Romani fasces et secures usurparunt. *Lubin.*—*Prima, &c.*] Quia primus Consul Brutus secures accepit. *Vet. Sch.*

269 *Male, &c.*] Conclusio nobilissimæ Satyræ. Id est, satius est te vilissimis, obscuris, turpibus, ignavis majoribus ortum filium, vita integrum, factis strenuum esse, quam ex nobilissimis et optimis natum filium, esse degenerem et ignavum.—*Thersites*] Monstrum hominis, admodum turpis et deformis. De illo vide Homerum lib. II. *Iliad. Lubin.*

270 *Æacida, &c.*] Achilli, qui ab avo Æaco nomen habet.—*Vulcanique, &c.*] Id est, qualia Achilles gestavit, per matrem Thetin a Vulcano Deorum fabro consecutus. Vide Ovidium *Metam. XIII. Idem.*

271 *Quam te, &c.*] Id quod sæpe fit. Nam plerumque quod dicitur *ἵππον γερνῆματα πῆματα.*—*Producas*] I. e. generet.

272 *Et tamen, &c.*] Concludit responsione ad concessionem quandam. Age concedam te a primis urbis incunabulis nomen, familiam, et genus tuum posse repetere et revolvere. Verum quinam illi primi tui parentes

sub initium conditæ urbis fuerunt? *Idem.*

273 *Nomen*] Id est, genus et familiam tuam.—*Infami, &c.*] Nam Romulus Asylum constituit, quo sicarii, fures, facinorosi, et raptores confinebant, ex qua confuge, hi adeo generosi et nobiles erant oriundi. *Florus* 1. 1. Servius Asyli originem ad nepotes Herculis refert.—*Asylum*] Templum quod violari non debet, ab a privativo, et *οὐλᾶς*, rapio. *Idem.*—*Nomen, &c.*] Romulus ut angeret populum Romanum, secutus Atheniensium morem, asylum in luco constituit. *Vet. Sch.*

275 *Pastor*] Quemadmodum et ipse Romulus.—*Quod, &c.*] Propter turpitudinem; a quo si te oriundum consideres, erubescas justius, quam ut generosam turpitudinem magnopere ostentes. Ut servus, fur, latro, sicarius, sacrilegus, parricida, vel spuris et lupæ filius. *Lubin.* Reticentia est, qua tamen non inconcinne Romulum notat, ut latronum ducem, deinde etiam parricidam, Amulio avo et Remo fratre trucidatis.—*Ant, &c.*] Quos collegit Romulus.—*Quid, &c.*] Servus aut infamis, vel latro. Nam latronum, aut perditorum collegit populum. *Vet. Sch.*

## SATIRA IX.

1 *Scire, &c.*] Tota hæc Satyra Dialogismo inter Nævolum et Juvenalem absolvitur. Alloquitur autem initio, et acerrime vexat Nævo um hominem turpissimum et Draucum, quem solito tristiores videns, causas mœstitiæ interrogat. Quæ verba

Poëtæ se ad 27. versum extendunt, ubi ille respondens, de avaritia civium Romanorum Pathicorum conqueritur, a quibus conductus fuerat, quibusque summo labore toties operam dederit, illorumque uxores gravidas reddiderit, et nihil pene mercedis

sero receperit. Unam autem lectores volo admonitos, ne quod Poëta ob-scœnus est, nobis imputetur; neque hinc aliena vitia discant, sed sua emendent: utque magis bonam Auctoris mentem, quam aperta ejus verba advertant et considerent.—*Nævole*] Nomen impurissimi Drauci, qui Virronis domini et patroni sui infanda libidine insanientis (utpote qui Nævole Drauco pro se et uxore sua uteretur) spurca flagitiâ postea depromit. *Lubin*. Eundem hunc esse, de quo Martialis sæpe, ex fortuna et moribus facile dignoscitur.

2 *Fronte*, &c.] Quasi nube, id est, fronte non exporrecta, sed caperata, in rugas contracta, quod signum est mœroris.—*Cœu*, &c.] Respicit ad notam fabulam de Marsya Phryge, qui cum Apolline cantu certavit, et ab eodem victus, tristissimus fuit; nam postea excoriabatur. Ovid Met. vi. *Lubin*.—*Marsya victus*] Aut proprie ab eo quem Apollo vicit, aut advocatus temporis illius. *Vet. Sch*.

3 *Quid*, &c.] Id est, quid sibi vult talis vultus, cur geris tristem et perturbatum vultum, qualem habebat Ravola ille fellator, dum Rhodopœ turpissimo scorto operam dans in fœdissimo illo opere, aliorum inventu deprehensus expalluit. *Lubin*. Vel, *quid tu cum vultu*.

4 *Rhodopœ*] Pro meretrice qualibet posnit, ob famosas Rhodopem, genere Thraciam, ancillam Iadmonis Samii, conservam Æsopi fabularum scriptoris. *Græg*.—*Teris*] Atterit, lambit.—*Inguina*] Muliebre membrum intelligit. *Lubin*.—*Ravola*, &c.] Fecisti vultum tristem, qualem Ravola fecit, cum deprehenderetur lambens.—*Rhodopœ*] Turpia. Rabula, a facto etymologiam nominis sumsit Poëta. *Vet. Sch*.

5 *Nos*, &c.] Nos servo crustula lambenti, colaphum incutimus, quanto magis hujusmodi cunnilingus cœdendus erat. Nisi forte jocose et

*Delph. et Var. Clas.*

scoptice hæc ait. Quasi dicat: Non immerito Ravola metu expalluit: nam nos cum deprehendimus servum dulciaria lambere, illum solemus colaphis percutere. Ob id merito etiam Ravola sibi timuit, dum deprehenditur. *Incute colaphum* ea ratione, qua Terent. *Impingere*, dicit.—*Rabula autem cum lambat*, &c.] Legend. *Ravola*: is enim est quem Poëta exagitat. *Rutgers*.—*Crustula*] Erat dulcarii genus quod pueris dabatur. Horatius: 'Ut pueris olim dant crustula.' *Lubin*.—*Nos*, &c.] Sensus talis est: Servus colapho percutitur a nobis, si placentam linguat: Rabula autem cum lambat inguina fœminarum, impunitus incedit. *Crustula*, species operis pistorii. \* Lucullus. 'Gustavi crustula solna, placentâ.' *Vet. Sch*.

6 *Nos*, &c.] Hac tua facie, o Nævole, nihilo miserabilior vel tristior erat Pollio ille Crepereius; qui consumtis opibus pecuniam in fœnas quærebat, pollicitus se triplicem usuram daturum. *Rutgers*.

7 *Triplicem usuram*] Ter amplius, quam quod legibus permissum et usu receptum.—*Præstare*] Solvere, redde. *Idem*.

8 *Circuit*] Forum, ubi fœneratores, et quærit ubique qui sibi fœnerent, et pecuniam in usuram credant.—*Fatuos*] Quasi dicat: Tam perditus et deploratus erat Pollio, ut quisquis pecuniam dedisset, cum non sit solvendo, merito fatuus esset judicatus.—*Unde repente*] Tibi natæ; unde tanta tristitia, quæ per rugas ostenditur?—*Et fatuos*, &c.] Qui ei scilicet pecunias credant, non soluturo. *Vet. Sch*.

9 *Certe modico*] Antea modicum quidem possidens, jucundissime vivebas. *Rutgers*.

10 *Vernam*] Id est, inter vernas et viles servos antea non minori hilaritate vivebas, quam si eques Romanus fuisses. Unde ergo hæc subita mutatio? Vel verna cum esses, equitis

3 T



animum et opes æquabas animo, cultu, nitore. Facete eum indigitat equitem, et quidem vernam equitem, cum verum non possit. *Græg.*—*Agabus*] Referebas, representabas.—*Convicia joco*] Sc. Erasque conviva, &c. Id est, jucundus antea, et hilaris eras in Symposiis et elegans conviva, dicaci sermone ad risum omnes provocans. *Lubin.*

11 *Salibus*, &c.] Facetis sermonibus, copiosis, quibus omnes in conviviis solebas fatigare.—*Intra*, &c.] Non rusticis et inter haras natis jociis, sed urbanis, et elegantibus intra muros civitatis natis. Sunt autem *pomeria* loca, quæ intra muros sunt: id est, pone vel post moenia, quæ nec habitari nec arari fas erat. *Idem.*—*Et*, &c.] Id est, facetiis urbicis abundas, id est, es urbanus, id est, qui solebas in conviviis jociis omnes fatigare.—*Pomeria*] Loca appellantur, quæ intra muros sunt, hoc est, pone muros. *Vet. Sch.*

12 *Omnia*, &c.] Sc. sunt tibi. Quasi dicat: Talis antea eras, omnia sese jam contra in te habent. Nam hilaritas frontis tunc in mœrorem versa, ex jucundo et polito, tristis et horridus factus es. *Lubin.*

13 *Silva*] Metaphora. Cujus neglecti crines instar arborum sese erexerunt.—*Siccæ*] Comæ. Non unetæ, aut aromate pretioso delibutæ.—*Nudus tota*] Id est, decorem et ornatum corporis tui prorsus neglexisti. *Idem.*—*Qualem*, &c.] Qualem cutis nitorem antea tibi medicamentis solebas provocare. Intelligit autem Psilotrum, unde fiebat viscus cum resina et cera tenacissimas, quibus pilos evehebant, et cutem levigabant. Viscus, pro psilotro positum. *Junius de Coma.*

14 *Bruttia præstabat*] Perperam hodie *Brucia* legitur et *Brustia*, et *Bruccida*, *Bruccia*. *Bruttia* pix nota est, cujus mentio sæpe occurrit apud Medicos etiam Græcos, qui *Psoriar* eam nominant: ea utebantur tanquam

optima, cum ad alias res, tum ad tollendos pilos. Ut et Ustriculæ *καταρπλαι* dictæ, quod pice calida uterentur ad evellendos et urendos pilos: *calidum viscum* vocat Juvenalis. *Salm.* Alii consent hunc versum ita legendum esse: 'Præstabat calidi circumlita fascia visci.' Sic *Grægus*, et sic *Farnab.*—*Fascia rici*] Psilotrum significat, dropacem quo solebat se accurare. *Vet. Sch.*

15 *Sed*, &c.] Id est, fruticis instar subnascente, et crescente. Studebant enim turpissimi illi, esse mollissimi. Inde non solum in barba, sed etiam aliis locis non nominandis, et toto adeo corpore pilos evelebant. Id est, crura tibi non lævia et depilata, sed inculta, et horrida propter pilos, qui in fruticum modum dense ibi proveniunt. Tales pilos viscus antea tollebat. *Lubin.*

16 *Quid macies*, &c.] Supp. sibi vult. Quasi dicat: Tam macilentus et decolor es, ut videaris vetus aliquis ægrotus, valetudinarius, qui longo tempore quartana febris laboravit.—*Tempore longo*] Nam quartana febris tarde admodum finitur, præcipue autumnalis. *Idem.*—*Quid macies*, &c.] Ita macer et decolor, tanquam quartanarius. *Vet. Sch.*

17 *Torret*] Exsiccatur, et quasi consumit, more æstus febrilis. *Had. Junius Animadv.* III. capite 1.—*Quarta dies*] Quartanam febrim notat.—*Olimque*, &c.] Jam pridem familiaris, et consueta. *Lubin.*—*Domestica febris*] Consueta, familiaris. *Vet. Sch.*

18 *Dependas*, &c.] Secunda persona pro tertia: unusquisque facile possit deprehendere, colligere et cognoscere, omnes animi adfectus, voluptatem, dolorem, iram, gaudia, metum ex facie et vultu ejusque habitu et colore. Quasi dicat: Hoc conjicio ex tua facie. *Lubin.*—*Deprehendas*] Id est, omne vitium corporis, sive ægritudo, ex faciei colore deprehenditur. *Vet. Sch.*

19 *Utrumque*] Habitum scilicet gaudii et mœroris, inde, ab animo sumit facies. Nam facies plerumque animi index et character est. *Lubin.*—*Sumit, &c.*] Id est, et lætitiæ et ærumnarum. *Vet. Sch.*

20 *Igitur, &c.*] Concludit ex facie ipsam a proposito et vita sua jucunda atque hilari diflexisse, et vitæ genus et propositum suum mutasse. *Lubin.*

21 *Propositum*] Sc. iter vitæ tunc. —*Et, &c.*] Ut cum vita prior læta fuerit, hæc tristis sit, et injucunda. *Lubin.*

22 *Nuper, &c.*] Ordo sensusque hic est. Nam (ut memoria mecum repeto) nuper tu, o Nævole, tanquam mœchus et adulter, ipso Ausidio mœcho nobilissimo notior et famosior, solebas celebrare templum Isidis, et omnia denique loca in quibus conveniunt libidinosæ mulieres, ibique non solum mulieribus, verum etiam viris tuis operam solebas præstare. —*Fanum*] De hoc fano Isidos, dictum est Sat. vi. ad illum versum 488. 'Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ.'

—*Ganymedem pacis*] Id est, solebas frequentare statuam Ganymedis in templo pacis, a Vespasiano factam. Et hoc loco turpes et lascivi viri et fœminæ ad sui libidinem et corruptionem abutebantur. *Flavius Conject. c. 74.* legit *Ganymedes*; et regi vult a præced. *fanum.* —*Ganymedem*] Qui legunt *Ganymedem pacis*, et intelligunt statuum Ganymedis in templo pacis, (quod probant ex versu corruptissimo Martialis, quique nihil ad rem) certe niminim quantum errant: imo et illi qui legunt *Ganymedes* vel *Ganymedis*, et subintelligunt fanum: nam nullibi Ganymedis fuit templum. Per Ganymedem ergo intellige effigiem Ganymedis ante pedes Jovis atque in ejus templo: sicque interpunge *Ganymedem, Pacis, &c.* —*Fanum, &c.*] Statuæ, ad quas conveniebant cinædi. *Vet. Sch.*

23 *Pacis*] Cujus templum in quarta

Urbis regione fuit. —*Et, &c.*] Id est, solebas sacra Cybeles Deæ Phrygiæ ex Pergamo advectæ frequenter celebrare; Matris Denm mysteria, cujus templum erat in Palatio. De hujus infamibus sacerdotibus dictum Sat. ii. *Lubin.* —*Palatia*] Templum in Palatino monte. —*Secreta*] In quo sacra arcana, quæ vulgare nefas.

24 *Et Cerecem*] Cereris autem templum solum castæ et pudicæ esse solebant. Sat. vi. 'Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ.' Postea etiam meretrices et adulteræ ad ejus sacra et templa penetrabant. Unde ait: *Nam quæ, &c.* —*Nam, &c.*] Cum summa indignatione ostendit, pudicitiam non modo in locis profanis, sed ne sacris quidem esse tutam. *Britann.* —*Et, &c.*] Matris Denm mysteria, cujus templum in palatio est. *Vet. Sch.*

25 *Notior, &c.*] Chio, qui adulteriis nobilis, quem in transitu notat. —*Celebrare*] Quidam leg. *Imo scelerare.* *Lubin.*

26 *Quod taceo atque ipso*] Sic quidam legunt. *Παράληψις.* Dicit enim se illud tacere, Nævolum scilicet Draucum infamem agere, et viros ad stuprum etiam inclinare, quod tamen vel maxime dicit. —*Inclinare*] Habitum detestabilis illius libidinis exprimit. *Idem.* —*Quodque, &c.*] Solebas scilicet, quod non confiteris. Hoc autem velut ex persona Poëta eorum refert, qui divites \* inclinant viros, et tam modica consequuntur. *Vet. Sch.*

27 *Utile*] Huc usque Juvenalis. Respondet jam Nævolor, et prolixè mœroris ac tristitiæ suæ causas exponit. Quod ergo dicis, o Juvenalis, viros inclinare et Draucum agere; illud officium et vivendi genus adeo absurdum non est. Nam multis fuit fructuosum et utile. —*At mihi, &c.*] Id est, ego vero nullam inde utilitatem percepi, nisi quod interdum vilem aliquam vestem, aut exigui va-

loris numum inde consequor. *Lubin.* —*Utile, &c.*] Nævulus hoc refert. *Vet. Sch.*

28 *Pingues, &c.*] Id est, interdum hinc, mercedis loco, accipio ab avaro meo Pathico, lacernas seu penulas ex pingui et crassa lana confectas. Παχὺ λινόν, hibernum, στεπεδν, crassioris e Gallia lane et filii: unde addit, *percutus textoris pectine Galli.* De lacernis vide, quæ ad vers. 62. Sat. 1. *Farnab.* Vel quod illæ jam antea ab avaro attritæ sint et immundo usu pingues redditæ. *Lubin.* —*Pingues, &c.*] In alio pingues, ut ostendat grossas, ac per hoc pluviales quæ muniunt a pluvia, non quæ ornent. *Vet. Sch.*

29 *Munimenta*] Id est, quibus togam tegam, id est, quæ togam a pluvia muniant, non quæ ornent. —*Duri*] Viles, et rustici coloris. *Lubin.*

30 *Et male, &c.*] Eo dicit, quia Galli villiores et crassiores vestes texebant. —*Et, &c.*] Bene percussæ vestes, *concutis* et *concutia* dicebantur, et *cutia*, quas, Græci κρουτήρ καὶ σκαθῆρς vocant et κρουτήριον, pavidenus scilicet et bene condensatus: nam concutere est κρούειν, vel σκαθῆν, unde *concutis concutis* radius erat vel pecten, quo vestes percutiebantur. Sic a decutio *decutes togæ seu detritæ*. Salmas. in Trebell. Poll. —*Pectine*] Instrumento textorum pensili, quo subtegmen stamini inseritur et appellitur. —*Et, &c.*] Male textas. —*Textoris, &c.*] Veneti, ut albidum cadurcum cucullo: ut alibi, 'Atqui ibi contentus Veneto, duroque cucullo.' 'Niveique cadurci,' alibi. *Vet. Sch.*

31 *Tenuc, &c.*] Non crassum argentum non magni ponderis, sed levissimum; nec purum et mundum argentum, sed secundæ venæ. *Lubin.* —*Venæque secundæ*] Non argenti puri: non etiam ejus quod intermixtum dicitur, sed adhuc villioris, quod jam non amplius argentum, sed ex Gallico

*billon* vocamus. *Grang.* —*Tenuc, &c.*] Modicum aut leve, ærosum. *Vet. Sch.*

32 *Fata, &c.*] Si quæris cur ego miser sim, et alii mei similes Dracni felices ac dices, scias fatum vel voluntatem divinam, me miserum esse, constituisse atque velle. Sive cujus numine, quamvis vel maxime vocationis tuæ officia diligentissime obeas, nihil profeceris. Etiam σκαθῆν Cinædus iste scarabæus.

33 *Quas, &c.*] Intelligit virile membrum, quod licet maximum longumque sit, nihil tamen acquirere potest sine voluntate Dei. —*Sinus*] Proprie præcinctorium vel illa vestis, quæ tegit virilia. —*Nam, &c.*] Si te non adjuvat fatum, nil prodest mensura penis non visa vel incognita. *Lubin.* Sic Petron. 'O Enothea hunc adolescentem, quem vides, malo astro natus est: neque puero neque puellæ bona sua vendere potest.' —*Quas, &c.*] Penem dicit. —*Nam, &c.*] Si te non adjuvat fatum. *Vet. Sch.*

34 *Mensura incognita*] Ante non visa, quæ excedat opinionem hominum. *Vet. Sch.*

35 *Quamvis, &c.*] Id est, licet vel maxime Pathicus ille tuus Virro summo tui desiderio teneatur, ut qui te immenso membro præditum in balneo viderit, (hic enim Pathici dracos suos eligebant,) teque adiduis et crebro missis literis ut ad se venias, sollicitet, atque te ad sui consuetudinem invitet: parum tamen ab illo consequeris, quia fato infelix es. —*Spumanti*] Præ libidinis nimirum furore, et desiderio concubitus saliva fluente. *Lubin.* —*Spumanti, &c.*] Quia salivosus fuit. Virro nomen divitis. Quamvis, inquit, ille dives Cinædus penem tuum conspexerit, et cupiditate blandis te epistolis et *diptychis* sollicitet, nihil tamen accipies, nisi stellas bene positas in genasi habueris, quæ tibi hoc præstent. *Vet. Sch.*

36 *Tabellæ*] Non mensas et convivia, ut quidam inepte, sed literas in-

collige, quibus Virro Nævolum blande ad sui concubitum multis pollicitationibus invitabat. *Lubin.*

37 ἩΘΥΣΤΑ ΠΑΡ ΓΑΤΕΚΝΑ, &c.] Supp. *ἡθυστα, expedit.* Si ita legendum, respicit ad blandas tabellas de quibus dixit: tanquam ajat: Hominem enim Cinædum et Pathicum moris blandi atque dulcis esse convenit. Melius alia exemplaria habent: αὐτὸς γὰρ ἐφάκεται ἑδρα κίχιδος. Ipse enim Cinædus tanquam mulier virum appetit et ad se trahit. Ut intelligamus molles illos viros et effœminatos, parcos et illiberales esse in suos subactores. *Turneb. xiv. 28.* Sciendum autem τὸ αἰδρα, amplum illud peculium significare, quod Cinædus labris vidit apumantibus: sic Latinis Vir est illa pars, qua viri sumus. *Grang.—ATTOΣ ΠΑΡ*] Ipse ad se trahit. *Vet. Sch.*

38 Quod, &c.] Ultra quod aliud dari non potest pejus et deterius. —*Monstrum*] Monstri et ostenti profecto loco est, hominem libidinosum et avarum esse. *Lubin.—Quod, &c.]* Id est, dives avarus, infamis. Virgilius: 'Tristius haud illo monstrum, nec sævior ulla Pestis.' *Vet. Sch.*

39 Hæc tribui] Verba Virronis Pathici, quæ Nævolum illi attribuit, et recitative profert, quibus beneficia ipsi Nævolo collata exprobrat. *Lubin.—Hæc tribui]* In alio tulisti: verba divitis. *Vet. Sch.*

40 Computat] Sunt autem verba Nævoli, quibus turpis avaritia Virronis notatur. Id est, computat quæ mihi Nævolo mercedis loco dederit, et iterum ad libidinis intemperantiam continuo devolvitur, inter computandum libidine frangitur. Cinædus meus Virro adeo avarus est, ut etiam dum in obscæno opere occupatus est, non desinat rationem et calculum mecum subducere. Alii legunt *cavet*, scilicet, ne in computatione decipiatur. —*Ponatur*] Id est, fiat per calculos computatio tui laboris et acceptæ mercedis. *Lubin.* Subducatur ratio

accepti et expensi. —*Addunt, &c.]* Computatoria scilicet, in qua rationes subducemus. —*Computat, &c.]* Fiat computatio. *Cevet, crisat. Vet. Sch.*

41 Numerat, &c.] Si omnes res quas tibi contuli æstimas, invenies illas quinque sestertia constituere tantum; sed numerentur labores mei, hos invenies longe majores, quam munera tua.

42 Labores] Quibus mihi operam dedisti. *Lubin.*

43 An, &c.] Merito hic exclamarim: 'Averte hinc oculos, pudor. Este procul casti, procul o procul este pudici.' Versus autem hi duo extremæ impuritatis, sunt verba Nævoli, quibus immensos suos labores commendat, si-bique satisfactum esse negat, et quibusdam videtur, illos non esse Juvenalis, sed ab alio quodam impuro nebulae insertos. Et hic locus ex eorum numero est, propter quorum insolentiam toto Juvenalis opus abstinere, bonum virum jubet *Jal. C. Scalig. Poët. iii. 9. Lubin.—An, &c.]* An putas quod et in corrumpe labor non est? *Vet. Sch.*

44 Legitimum] Justæ mensuræ et magnitudinis, utpote Drauci. —*Illic*] Intra viscera. —*Hæsterna carne*] Comestione prioris diei excrementis. Reprehendendus profecto Juvenalis, quod enormia tam aperte exprimat. Verum quisquis animo castus, illi obscæna talia non offercerit. *Lubin.*

45 Servus eris] Ille servus meliorem conditionem habebit, et minus miser erit, qui agrum coluerit et araverit, quam qui ipsum dominum colat, aret, et fodiat. *Idem.*

46 Sed, &c.] Acris Ironia et Sarcasmus in hæc verbis Nævoli ad Virrouem. Quasi dicat: Sed nimirum tu putabas me tua pulchritudine et formositate inductum, gratis operam tibi daturum: tanquam tener, mollis et formosus eses, ut Ganymedes aliquis, qui Jovi est a cyathis, et per aquilam in cælum raptus. —*Tenerum*] Cum minime tener sis, sed hispidus, hirsutus, et turpis. Alii *tener.—Et,*

4c.] Hoc est, Ganymedi te comparas. *Vet. Sch.*

48 *Vos, &c.*] Verba Nævoli. Quasi dicat: Quid possunt clientes, qui vos patronos colunt, a vobis divitiis Cinædis adeo avaris boni exspectare, cum nihil, ne in ipso quidem libidinis morbo, aliquid in nos velitis conferre? Quidam legunt, *asseclæ. Lubin.* Vocat pravum et diabolicum illum habitum Venereum, morbum, ut Sat. II. 'et morbo pallet utroque.'—*Cultori*] Id est, tenui clienti, quemadmodum tu donabis, qui libidini tuæ conferre dubitas? *Vet. Sch.*

50 *En, &c.*] Ironia, qua Nævulus per irrisionem Virronem pathicum exagitat. Quasi dicat: En tibi formosulum illum passionem Virronem, cui tanquam amicæ mittas munera, cui viridem umbellam vel velum ad faciendam umbram, et pocula e succino mittas die natali, vel festis matronalibus. Solebant autem diebus natalibus et festis matronalibus amicis et conjugibus munera mittere.—*Viridem, &c.*] Umbella, Martialis est umbraculum, capitis operculum, ad defendendum solem et imbrem comparatum, Græcis *σκιῶδιον*. Dicitur autem ab umbra facienda, nec aliud tegmen fuit, quam quo hodie in Italia et in Indiis, sub sole fervente, passim supra caput suspensum utuntur per viam et in æstu, ipsis *Capelletto* dicta, illis *coveresol*. *Hisp. Quite Sol.*—*Succina*] Pocula e succino intelligit, tum temporis in delitiis vel armillis e succino. *Lubin.*—*Succina, &c.*] Gemmata dextrocheria. *Vet. Sch.*

51 *Natalis*] Ipsius Cinædi Virronis. —*Aut, &c.*] Hoc dicit, nam tempore veris, quod plerumque madidum, Calendæ Martiæ sunt, quibus dona mulieribus dabantur. Quare initium veris pro ipsis Calendis posuit. Et hæc festa dicebantur matronalia, ubi natalis Veneris. Vide, quæ Martial. epigr. v. 88. *Lubin.*—*Aut, &c.*] Matronalibus scilicet, quæ sunt Kalendis

Aprilibus, quibus est natalis Veneris. *Vet. Sch.*

52 *Incipit*] Nam principium veris incipiebat Calendis Martiis.—*Et, &c.*] Tapetibus scilicet ornata. Solebant mulieres Calendis Martiis domum ornare, et sedes vel cathedras tapetibus sternere, cum illis eo die mariti vel amatores dona mitterent, eas adirent, iisque operam darent, quod hic Nævulus Virroni suo tanquam amicæ etiam præstitisse non sine indignatione refert. *Lubin.*—*Et, &c.*] Cervicalibus stratum scamnum dicit. *Vet. Sch.*

53 *Femineis, &c.*] *Femineis* Emphatice, cum Virro vir fuerit.—*Secreta*] Secreto tibi missa, nam palam se Cinædum gerere, non erat tutum. *Lubin.* Et non audebat ea palam proferre, quod ei tanquam fœminæ a Drauco mitterentur, ob conscientiam malefacti. Pro *tractas* Grangæus legit *tractat*.—*Munera, &c.*] Kalendis Martiis, quibus Junonis sacra celebrantur a Romanis: quia et tunc Ilia compressa est a Marte. Tunc nam Matronalia sunt. *Vet. Sch.*

54 *Dic, &c.*] Jam aperte in Virronem debacchatur, et ex ipso quaerit, in cujus gratiam tam avarus sit, et tot divitias reservet.—*Passer*] Mollis, lascivus, salax ut passer: cui salacitas terminum vitæ quinquennio longius negat.—*Montes*] Immensos agros in montibus.—*Prædia Apula*] In Apulia, agros et prædia. *Lubin. Farnab.*

55 *Tot milcos*] Immensa pascua, quibus pervolandis etiam milvi defatigari queant. *Milcos* pro agris. *Farnab.*—*Tot milcos*] Vult ostendere magnitudinem possessionum Poëta, quam latæ sint agris, ut nec milvi transvolare eas possint: *lassos* igitur, id est, volantes in agris tuis. *Vet. Sch.*

56 *Te, &c.*] Erat hic ager in Campania, optima vina producens. Ita dictus, quod vina ferret trifoliana, hoc est, quæ tertio foliorum exortu, nempe tertio anno ad bibendum tempestiva forent. *Plin. xiv. 6.*—*Implet*] Vel cellam et dolia tna vino, vel te

locupletem reddit. *Lubin.*

57 *Suspectumque*] Id est, jugum illud Miseni promontorii Cumis proximum, et imminens, et quod Cumanis suspectum est, ne aliquando præceps se obruat. Hic optima nascebantur vina.—*Et, &c.*] Campaniæ mons optimarum vitium ubertate nobilis, non procul a Bajis. Plin. xiv. 9.—*Inanis*] Id est, concavus et cavernosus. *Idem.* Grangæus explicat, Tibi non sufficiens, quique tibi tam inutilis, ac si nihil haberes.—*Suspectumque jugum*] Quod immineat Cumis, valde altum.—*Et Gaurus*] Gaurus mons Campaniæ. Inanis autem, superexhaustus; ut transacto vindemiarum tempore: aut quia vaporiferos specus habet: aut melius est sic intelligere, quia omni arbore expoliatus est, et solis vinetia vacat. *Vet. Sch.*

58 *Nam, &c.*] Quis civium Romanorum te est ditior, qui plura vini dolia luto vel pice obturet, in quibus mustum vel vinum diu duraturum?—*Linat*] Pice vel resina obturat, et recondit. Inde linum deradere, pro doliis reserare.—*Victuro*] Multum duraturo: atque diu vigorem et animam servaturo. *Lubin.*—*Victuro, &c.*] Multum duraturo. *Vet. Sch.*

59 *Quantum erat, &c.*] Vera sententia hæc est: conqueritur Draucus de avaritia heri, digito caput uno scalpentis, atque non grande damnum futurum fuisse, si in præmium obsceni laboris se paucis agri iugeribus donasset; esse enim iniquum, ut puer rusticus melius et majus legatum capiat a viro cymbala pulsante, id est, Pathico, quam Draucus ipse qui opus mariti fungeretur. Nam cymbala fuisse effeminatorum notum est, et ideo Gallorum Cybeles sacerdotum gestamina, qui in feminam fracti erant. Hinc factum ut Interpretes de Gallis, Matris Deum hoc acceperint, et Vetus Interp. *Archigallum* explicaverit. *Ferrar.*—*Lumbos, &c.*] Magis debes illi donare pos-

sessionem pauperi clienti tuo, qui libidini tuæ satisfacit, quam puero, qui in agro tuo natus est. *Vet. Sch.*

60 *Melius ne*] Id est, lautius legatum accipit villicus filius, quam qui non agrum colit sed dominum. Illud autem cum *casulis*, fortasse melius, cum *caculis*, quæ vox apud Plautum pro servo militari, hic pro servo rustico, sive vernula. Sed si *casulis* retineatur, de mapalibus, et attegiis erit intelligendum. Si cui tamen prior interpretatio magis arrideat, tum hic erit sensus: quod cum ipsis prædiis coloni atque operarii, agro illi addicti, et obnoxii legabantur, cum matre, pueris, et servis, aut casis: ita impudicus ex morum, et patientiæ similitudine, illi potius qui turpia patitur, quam qui faciat; nempe obscænus, obscæno. Ut cymbala pulsans, non sit Gallus, sed quilibet ei similis. Magis tamen placet, ut de testatore intelligatur, quam de legatario, ut ille, non hic sit, cymbala pulsans, et sexum fugitans. *Ferrar.*—*Meliusne*] Estne melius, æquius et justius, ut bona tua, agri, rustici pueri cum cane et matre, amico cymbala pulsanti Gallo et impuro donentur, et ex testamento legentur potius, quam mihi, qui toties tibi operam dedi? Vel, meliusne legabitur Gallo sacerdoti, quam mihi prædiolum cum puero, matre sua et catello collusore? *Farnab. Lubin.* Grangæus hæc verba sic explicat: Certe melioris conditionis est comes, idemque Draucus Galli cymbala pulsantis, quem per provincias errans stipem mendicandi gratia ducit una cum matre et reliquis fratribus, ipsoque catello, quam ego, qui tecum soleo.

61 *Casulis*] Domunculis vilibus rusticis in prædio. Facete *casulas* vocat canistra, seu mavis scirpeas asino impositas, quibus per viam mendicantes illi, tanquam in domo, sive casula, omnia sua frivola recondunt.

Alii legunt *caculis*. *Grang.*—*Confusor*] Intelligit rusticum catellum, quicum infans puer lusitet. *Lubin.*

62 *Cymbala*, &c.] Gallum intelligit mulierosum Cinædum, et ob id Virroni carum. Hi solebant pulsare tympana. *Idem.*—*Cymbala*, &c.] Archigalli cymbala percutientis: ac per hoc Gailo \* inquit, dixit. Legetur, id est, legatario donabitur. *Vet. Sch.*

63 *Improbis es*] Sunt verba Virronis, quæ recitative Nævulus profert. *Improbis*] Petulans, importunus, in-uriosus, cum tantum a me poscis.—*Sed*, &c.] Respondet Nævulus Virroni, et suam importunitatem excusat, tanquam dicat: fateor me esse importuniorum; sed *pensio*, quam de domo et agello meo persolvere debeo, illa me cogit, et ad me quotidie clamat: tempus solvendæ pensionis me monet, *Posce*, et solve. *Lubin.*—*Sed pensio*] Tributum, aut quod in conducto maneat. *Vet. Sch.*

64 *Sed*, &c.] Servus qui mihi unus est, nec unus servire potest, ille me cogit, ut alium emam. Vel, ne hoc deficiente, ego prorsus destituar, tanquam Polyphemus, &c. *Farnab.* Forte legi potest *appellit*, id est, cogit, et me adigit huc.—*Ut*, &c.] Unicum servum habeo; ut Polyphemus unicum oculum habuit, quem vafer ille Ulysses cum excæcasset, incolumis evasit. Quasi dicat: Si Polyphemus duos oculos habuisset, non fuisset excæcatus; ita neque ego multis molestiis premerer, si duos haberem servos. *Hygin. Fab. 125.*—*Ut*, &c.] Unicus oculus Cyclopi, quem Ulysses excæcavit. *Vet. Sch.*

65 *Lata acies*] Erat enim, teste Virgilio, *Æn. III.* ‘Argolici clypei, et Phœbeæ lampadis instar.’ Id est, unicus ingens Cyclopi Polyphemi oculus. Notandum vero in hac Satyra auctorem nostrum Nævolo, ut stolido nebuloni, ineptissimum inter-dum sermonem attribnere. Quid enim ineptius quam oculum Polyphemi

cum servo comparare? Verum auctor noster de industria hoc facit, ut stoliditatem ac stuporem, cum insigni turpitudine conjunctam, in hoc nebulone exprimeret.—*Solers*] Prudens, astutus, *ωλάρπρος*. *Lubin.*

66 *Alter*, &c.] Unus adhuc servus.—*Ambo*, &c.] Et hic quem habeo, et ille alter, qui emendus. Id est, ideo peto, quia me duos pueros pascere et vestire oportet. *Lubin.*—*Ambo*, &c.] Id est, ideo peto, quia pueros pascio, et vestio. *Vet. Sch.*

67 *Quid*, &c.] Id est, quomodo illos sustentabo hiberno tempore brumali vento?—*Quid, oro*] Oro te, quid tunc faciam? quid dicam membris et scapulis servorum meorum, in eorum solamen, cum hiemis tempore non satis vestiti sunt? Anne tunc illis dicam: Tolerate hoc frigus usque ad tempus æstivum, quo cicadæ canant, tunc aër est calidior? *Lubin.*—*Bruma*, &c.] Hiemis tempore, cum petunt calcearium, quid dicam? *Vet. Sch.*

68 *Scapulis puerorum*] Alii legunt, *Scapulis servorum mensæ Decembri.* i. e. ipsis servis vel pueris nudas scapulas habentibus, male vestitis.—*Aquilone Decembri*] i. e. Hyberno: nam Aquilo æstivus dicitur *Etesias*.

69 *Et*, &c.] Cum calceos non habent.—*Durate*] Nunquid illis dicam, ‘Expectate æstatis tempus, quo non friget, et vestibus opas non habetis?’ Interea illi hyeme, frigore perirent. *Lubin.*—*Expectate*, &c.] Æstivum tempus. *Vet. Sch.*

70 *Verum*, &c.] Hic Nævulus alia beneficia ipsi Virroni Cinædo exprobrat, eique objicit, quod magno ipsum beneficio adfecerit, cum ab eo rogatus uxorem suam gravidam factam imprægnarit, quæ alias virgo mansisset. Et ita auctor noster hæc Satyra salsissime et virulentissime exagitat molles illos Romanos et effæminatos.—*Mittas*, &c.] Quando tibi scilicet operam dedi in te ipso corrumpendo. *Lubin.*—*Quanto*, &c.]

Quanta mercede dignum putas officia mea in te?—*Metiris*] *Æstimas*.—*Vetrum, &c.*] Negligas, dimittas. *Vet. Sch.*

71 *Ni, &c.*] Absque me, mea opera, virtute et auxilio, uxor tua a te imprægnari non potuisset. *Lubin.*—*Quod, &c.*] Id est, nisi tibi omni animo devotus fuisset, uxorem tuam non devirginassem. *Vet. Sch.*

72 *Devotusque*] Omnino addictus, et tibi semper paratus cliens. *Lubin.*—*Virgo maneret*] Intacta, integra, non imminuta, et a te non imprægnata.

73 *Scis certe*] Non te potest fugere, quam sæpiissime istud petieris, ut tuo loco cum uxore tua concumberem, et prolem sub tuo nomine tibi generarem. Scis etiam quæ munera mihi pollicitus sis pro hoc meo labore. *Lubin.*

74 *Fugientem, &c.*] Id est, uxorem tuam, quæ e domo tua aufugere voluit, ob tuam impotentiam, ego amplexu meo e fuga retractam, tibi reconciliavi. *Idem.*—*Fugientem, &c.*] Volentem recedere de domo tua. *Vet. Sch.*

75 *Tabulas, &c.*] Tuas nuptiales: Hoc est, jam tecum divortium volebat facere. Alteras, quas cum alio viro contrahebat, et alteri nubere, suæque bona legare, obsignare parata erat. Hanc ego virtute mea revocavi, et tibi reconciliavi. — *Tabulas*] Moris erat ut illis dotalibus et matrimonialibus tabulis ruptis, matrimonia solverent: in quibus verba solennia fuerunt: 'Liberorum procreandorum gratia uxorem duci.' *Brisson.* de form. 6. *Lubin.*—*Tabulas, &c.*] Dotalis tabulas frangentem, et repudium volentem tibi dare, et signantem tabulas, sive alii ut nubat, sive ut alium faceret heredem, sæpius revocavi, dormiens cum ea, satis faciens. *Vet. Sch.*

76 *Tota, &c.*] Totius noctis labore, ego hujusmodi vestra dissidia vix

composui. *Lubin.*

77 *Te, &c.*] Id est, cum tu, meta infamie et repudii, ante januam cubiculi extra plorares.—*Testis mihi*] In quo cum uxore tua dormivi. *Idem.*

78 *Lecti æonus*] Qui foris spondus crepitum, et virilem meam fortitudinem antribus percepisti.—*Domineas*] Audivisti etiam foris uxorem tuam in complexu meo, libidinis impatientia gannientem. *Lubin.*—*Ad, &c.*] *In coitu non tacentis*, quod virgo erat; ut sit mariti major infamia: aut, cum virginem imitatur. *Vet. Sch.*

79 *Instabile*] Quasi dicat: Adulterorum beneficio, uxores viris ignavis adhærent, a quibus alias facerent divortium.—*Dirimi, &c.*] Ob impotentiam virorum Patriciorum, qui ipsi mulierosi, mulieribus a se ductis, non possunt satisfacere. *Lubin.*—*Instabile*] Exclamatio est. *Vet. Sch.*

80 *Adulter, &c.*] Qui vices impotentis mariti suppleat. *Lubin.*

81 *Quo, &c.*] Id est, o Virro ingrattissime, quocunque etiam te veritas, subterfugia quærens, ut te a meis objectionibus liberet, velis nolis, multa te mihi debere, et accepta referre oportet, cum præsertim meo beneficio pater et hæres factus sis.—*Prima, &c.*] In excusationem tuam, et ut mea beneficia extenuet. *Lubin.* Sic Dido, 'quæ quibus anteferam?' *Æn.* iv.—*Quo, &c.*] Quo te veritas ad hæc quæ dicturus est? *Vet. Sch.*

82 *Nullum ergo*] Verba indignationis plena. *Lubin.* Et occurrit tacitæ objectioni: Posset enim dicere avarus, merita ejus nulla esse.

83 *Filia, &c.*] Ingens profecto beneficium. *Idem.*

84 *Tollis enim*] Id est, illos qui ex me nati sunt tollis, nutris, et pro tuis educas. Ex ritu antiquo, quum humi positos infantes tollebant.—*Et, &c.*] Gaudes te inscribi in libros, in quibus publica negotia actorum in judicio, et susceptorum liberorum argumenta; vel in probationem quod



vir sis. Ita dicit, quia apud ærarium, patres filiorum natorum deferrebantur, notato die et Consule. Brisson. antiq. 1. 5. Origo hujus instituti a Servio Tullio. *Lipsius* in Tac. Id est, gaudes tuos filios quasi ex te nati sint, in acta publica referre, ut annotentur.—*Libris actorum*] Aliter *titulis actorum*. De his diximus Sat. 11. ad illa verba, 'Cupient et in acta referri.'—*Spargere*] Immiscere libris actorum, et cum aliis conjungere, quasi tu genueris. *Labin.*—*Tollis enim et libris actorum spargere gaudes, &c.* *Legatum omne capis, nec non et dulce caducum*] Dicit, Filium ex uxore sublatum, tuum fecisti, cujus uxoris beneficio civis Romani frueris privilegiis, ut etiam ad caducarum hæreditatum admittaris successione. Gloss. Isidori: 'Bona caduca, quibus nemo succedat hæres.' *Dempster.*—*Tollis*] Nutris: et libris actorum propter professionem scilicet,\* quia apud ærarium patres nomina deferrebant natorum filiorum. Vel nominum notitiam devulgare contestatione publica. *Vet. Sch.*

85 *Argumenta viri*] Liberos, qui arguunt aliquem esse virum: et maximum viri argumentum generatio est. —*Foribus*] In valvis domus suspende coronas, in signum puerperii recentis. *Dempster.* Nam nato puero frondibus postes ornabantur in signum lætitiæ.

86 *Quod famæ*] Impotentia et mollietate infamiae. Quia eras infamis, tanquam Pathicus et Cinædus esses, jam quia credunt te liberos generasse, censent te esse virum, et falsum esse, quod de te locuti sint alii. *Idem.* Hoc illis jam oggerere potes detrectatoribus.—*Quod, &c.*] Ne dicaris cinædus. *Vet. Sch.*

87 *Jura, &c.*] Per me et meo beneficio non pateris pœnas orbitatis. Cæterum parentum jura apud Jureconsultos vide. Qui enim patres erant, præferbantur aliis in peti-

tione magistratus, et sorte provinciarum, præcedebant collegas, &c. *Farnab. Jac. Loënsis* Epiph. ix. cap. 9.—*Scriberis, &c.*] Ab uxore vel quocunque, eo quod pater es, quod alias non poteras. Nam cœlibes lege Julia et Papia, ex testamentis nihil capiebant, nisi e proxime junctorum; orbi, non nisi dimidium. *Farnab. Labin.* Et nisi intra centesimum diem matrimonium contraherent.—*Jura, &c.*] Hæc omnia ad jus civile Poëta retulit. Id est, meo labore habes filios, et scriberis heres, et non pateris pœnas orbitatis. *Vet. Sch.*

88 *Legatum, &c.*] Quidquid in testamento a testatore tibi legatum est, id capis, quod sine sobole non faceres. Legata sæpe concipiebantur his verbis, 'quandoque liberos habuerit.' Et lex Papia ab Augusto lata continebat, ut si vir vel uxor liberos non haberet, quod alter alteri reliquisset, decima pars fisco adjudicaretur. *Dulce* appellat quia ex insperato contingit.—*Dulce, &c.*] *Caducum* est legatum relictum sub conditione, qua deficiente vel vivo, vel mortuo, id cadat et perveniat, vel ad testatorem vivum, vel ad substitutum eo mortuo. Vel quod ab uno cadit in alterum per hæreditatem. Vide in cod. leg. *de tollend. caducis. Labin.*

89 *Commoda*] His caducis, quæ revera sine mea opera caduca fuissent, multa adhuc commoda, privilegia, et immunitates tibi accedent per me, si numerum trium liberorum implevero, tum enim jus trium liberorum habebis. Inter alia a tutelæ laboribus et molestiis liberi excusabant: in fascibus sumendis priores erant: Tesseram etiam frumenti triplicem accipiebant, &c. Qui in Urbe tres filios, quinque in Italia, septem in provinciis habebat, immunitatibus illis donabatur.

90 *Justa, &c.*] Respondet Poëta et simulat, se illi condolere. O Nevole, tuam vicem doleo, quod post tot labores exantlatis, post tot colla-

ta beneficia, parum pretii consequeris. Sed quid ille contra offert Virro, quomodo sese excusat? *Lubin.*—[Si, &c.] Si tres filios fecero. Nam a tutela excusant liberi, et in fascibus sumendis prior est, qui præstat numero filiorum. *Vet. Sch.*

92 *Negligit*] Respondet Draucus Nævulus, non curat; et alium Draucum et simplicem bene caudatum sibi querit, qui illum itidem nullo dato pretio corrumpat. *Lubin.*—[*Negligit*, &c.] Non curat, sed alium querit, qui eum corrumpat. *Vet. Sch.*

93 *Hæc soli*] Monet jam Nævulus Juvenalem, caveat ne secreta hæc de Virronis turpitudine, soli sibi commissa et concredita divulget. Cui postea respondet auctor noster, nullum turpe facinus diu occultari posse. *Lubin.*—[*Hæc soli*, &c.] Nævulus amico dicit, tibi soli hæc secreta credidi. *Vet. Sch.*

94 *Et*, &c.] Quæ querelæ fixæ in animo tuo maneant, neque unquam inde ad alios eliminentur. *Lubin.*

95 *Inimicus*] Cinædus iratus. *Idem.*—[*Lævis pumice*] Mollis et effæminatus, qui pumice vel dropace, cutem sibi polit. *Britannic.*—[*Nam*, &c.] Periculosus est Cinædus iratus, aut offensus. *Vet. Sch.*

96 *Qui modo*] Id est, qui conscium me fecit secretæ suæ turpitudinis, et scelera sua mihi concrediderat; quæ si divulgem, ex amico omnium maximas inimicus ei evado. *Lubin.*—[*Ardet*] Irascitur, ira accenditur.

97 *Sumere*, &c.] Me occidere non dubitabit. *Idem.*—[*Ferram*] Gladium, ensen, ad occidendum. *Sumere*, &c.] Occidere, aut incendere domum. *Vet. Sch.*

98 *Fuste*] Baculo capiti meo vulnus infligere. et illud comminuere. *Candelam*, &c.] Id est, domum incendere facibus adhibitis tentabit. *Sat.* XIII. 146. *Lubin.*

99 *Nec*, &c.] Quod dico: quod Cinædus sit mollis et mulierosus; quod

si viribus nihil valeat, veneno rem gerit.—[*Nec*] Divitis Cinædi iram ne contemseris, quamquam alia sordidi et avari. *Idem.*—[*Nec*, &c.] Ne tibi despectæ sint, quas habet Cinædus iras. Venena dat quancumque distrahantur. *Vet. Sch.*

100 *Hic*, &c.] Hujusmodi opes habentibus, nulla veneni annona cara est. *Annona*, proventus. *Lubin.*

101 *Ut*, &c.] Areopagum, qui Athenis fuit, intelligit, ubi teste Macrobi. Areopagitæ, vel severissimi illi et justissimi iudices tacentes judicabant et sententiam et vota sua characteribus et literis significabant. Hinc Persius 4. 'nigrum scis ponere Theta.' Dicitur Areopagus, ab Ἀρης, Mars, et ἄργος, saxum, collis: hic enim a Neptuno Mars homicidii accusatus, coram duodecim diis, sex sententiis absolutus est. *Farnab. Lubin.* Fac, inquit, non minore silentio hæc tegas, quam consilla sua tegit senatus Atticus. *Britannic. Beroald.* Annotat. cap. 35.—[*Ut*, &c.] Quia in Areopago primus accusatus est Mars a Neptuno, eo quod filium ejus Palinrothion peremisset: vel, in Areopago Athenis, ubi sententiæ feruntur graviores. *Vet. Sch.*

102 *O Corydon*] Verba Poëtæ, quibus respondet et irridet Nævolum; o stulte Nævole, existimasne tu divitum secreta cæleri posse? quod impossibile esse ait.—[*Corydon*] Simplex, rustice et stolidæ. Hemistichium Virgil. 'O Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?' *Lubin.*—[*O Corydon*] O stulte. *Vet. Sch.*

103 *Servi ut taceant*] Quamvis taceant servi.—[*Jumenta*, &c.] Bruta et res inanimatæ scelera patefacient.

104 *Marmora*] Columnæ, vel muri ex marmore.

105 *Junge ostia*] Conduplicentur ostia, vel januam claudet. *Lubin.*

106 *Taceant omnes*] Alii, *Clament omnes tollite lumen e medio.*—[*Prope nemo*, &c.] i. e. Licet sis solus, absque

arbitris.

107 *Quod, &c.*] Ordo: Quod tamen ille dives facit, ad cantum secundum galli, sub mediam scilicet noctem, vel antelucano tempore, proximus caupo sciet ante diem. *Lubin.* Hy-pallage est.

108 *Audiet, &c.*] Vicinus tamen caupo omnia resciscet mature, et maleficus ille cinædus audiet famosa carmina, quæ librarius, Archimagiri, carptores, inimici et hostes Pathici illius Virronis, in infamis pathici et Cinædi Virronis flagitia, quæ præterita nocte perpetravit, confecerint.

109 *Librarius*] Bibliopola, ut Sosii Romæ. Vel qui libros exscribit: vel qui pensa librat. *Idem.*—*Archimagiri*] Magistri et principes coquorum.—*Archimagiri, &c.*] *Infertores*, qui inlata carpunt. *Vet. Sch.*

110 *Carptores*] Antiquis illi, qui cibum scindentes carpentesque præministrabant: vel etiam carminatores, id est, carptores lanarum. Vide Sat. v. 119. et Sat. xi. 136.—*Quod*] Alii *quid.* i. e. non dubitant, sed audent. Vel omnia crimina comminisci student. Vel non est mirum, si dominos suos accusant, quum velint ulcisci verbera.

111 *Rumoribus*] Defamationibus et infamia, quam de dominis suis passim spargunt, ulciscuntur baltea, flagella, lora, quibus a dominis cæsi sunt. Sunt autem *baltea* hoc loco, balteorum verbera et lora, quibus olim cæsi sunt. *Lubin.* *Balteum* cingulum e corio bullatum.

112 *Nec, &c.*] Quin invenietur etiam familiaris aliquis polypragmon, qui te vel in compitis vel in quadriuiis quærat, ut secreta domini flagitia et crimina tibi revelet.—*Compita*] Loca ubi plures concurrunt viæ, ubi solebant rustici compitalia celebrare et compotare. *Lubin.*—*Baltea*] Lora, quibus cæsi sunt.—*Per, &c.*] Quadriuvia. *Vet. Sch.*

113 *Nolentem*] Tamen illa audire,

vel invitus, cogeris.—*Miserum*] Miserimum enim et molestissimum est, cum quis garrulum, nolens, audire cogitur. *Lubin.*—*Vinosus*] Id est, qui obrius et vinosus, 'ebrietas' enim 'operta recludit,' secretis sui domini factis revelandis tuas aures imbeat et impleat. Galli dicunt, *il m'cuivre de son caquet.*—*Inebrietas*] Secretis domini sui repleat, fatiget, enecet. Inebriari tribuitur auribus, ut et bibere. Sic Ovid. 'Ore meo lacrymas, auribus illa bibi.'—*Vinosus, &c.*] Impleat te ebrius secretis dominorum. *Vet. Sch.*

114 *Illos ergo*] Illos servos qui tacere nequeunt, roga ut taceant quod a me antea petisti: supra enim dixerat, 'Et tacitus nostras iutra te fuge querelas.'—*Petebas*] Dixerat enim: 'Hæc soli commissa tibi celare memento.' *Lubin.*

115 *Taceant*] Qui tacere non possunt, ob id addit et subjungit.—*Prodere, &c.*] Notat garrulorum mores, qui nihil libentius faciunt, quam ut secreta suæ fidei commissa divulgent. *Idem.*

116 *Subrepti, &c.*] Furtivi, atque hinc dulcissimi. Ordo est: Sed servi illi malunt arcanum domini sui prodere, quam potare tantum Falerni subrepti, quantum Sanfeia pro salute pop. Romani, sacra Bonæ Deæ faciens et sacrificans, bibeat. Cæterum in sacris Bonæ Deæ (ut Sat. vi. 313. ostensum) mulieres ad extremam usque ebrietatem sese invitabant. *Lubin.*

117 *Pro, &c.*] Bonæ Deæ enim sacra scilicet populo fiebant. Sic l. ii. de legib. 'Nocturna mulierum sacrificia ne suntu, præter olla, quæ pro populo rite fiunt.'—*Faciens*] Sacrificans, et rem divinam peragens. Virg. 'Cum faciam vitulum.' *Lubin.*—*Sanfeia*] Alii, *Laufella*; Mulier vinolenta.—*Pro populo, &c.*] Sacrificans virgo Vestæ. Virgilius: 'Cum faciam vitulum pro frugibus, ipse venito.' *Vet. Sch.*

118 *Vitandum*] Pulchra sententia; qua laudat vitæ innocentiam, et integritatem, ob eam potissimum cansam, ne quis servos garrulos timere cogatur. Et vir bonus non solum a crimine, sed etiam a criminis suspitione studet esse alienus. *Lubin.* Tamen testimonia servorum non valebant jure civili.

119 *Linguas, &c.*] Miserum profecto, cum nihil mali commiseris, male audire. *Idem.*

120 *Lingua malij*] Quasi dicat: Cum universus servus malus sit, lingua tamen servi, pars in illo est longe omnino pessima. *Idem.*

121 *Deterior, &c.*] Sensus hic: Quamvis servi sunt pessimi, tamen dominus hic adhuc est deterior, qui servos suos semper ob maleficia sua, quorum conscii sunt, timere cogitur, suorumque servorum servus est, et nunquam liber erit, ab his suis servis quos ipse nutrit. Et longe pejor est hic dominus illis servis suis, quorum vitam suo pane et ære sustentat. *Lubin.*

122 *Animas*] Id est, vitas. *Fæpe*, id est, pane. *Magius* Miscellan. i. 12.

123 *Idcirco, &c.*] Verba respondentis Nævoli; id est, dedisti mihi utile consilium, ut recte vivam, ut sic linguas malorum servorum non cogar extimescere. Sed id consilium nimis commune est, et spectat ad omnes. *Idem.*

124 *Modo*] Id est, paulo ante.—*Commune*] Quia omnium interest, ut honeste vivant. *Idem.*

125 *Post, &c.*] Qui in hoc meo officio majorem vitæ partem transegi: et spes de vitæ meæ instituto me fefellit. *Idem.*—*Spes, &c.*] Speravi enim me hoc vitæ genere opes et res inventurum, vel meorum tantorum laborum aliquid emolumenti a Virrone et fructus, sed frustra.

126 *Festinat enim*] Juvenilis ætatis flocculus, qui velociter decurrit, festinat, properat, et ad senium vergit.

Virgilius: 'Breve et irreparabile tempus Omnibus est vitæ.' *Lubin.*—*Festinat, &c.*] Id est, juvenus decurrere, et senectus properare. Virgilius: 'Breve et irreparabile tempus Omnibus est vitæ.' *Vet. Sch.*

127 *Velox, &c.*] Juventutem intelligit, qua nihil formosius, sed et nihil velocius. Ait autem *brevissima*. Nam quæ jucunda brevia, quæ ingrata et injuncta, longissima apparent.—*Angusta*] Quæ angustis brevissimisque terminis circumscripta a brevitate vitæ captabant ansam genio indulgendi.—*Miseræque*] Hoc quotquot vivimus nemo nostrum non experitur. *Lubin.*

128 *Dum, &c.*] Id est, interea dum in deliciis vivimus, et vel maxime oblectamur, senectus occupat nos, non animadversa neque intellecta.—*Serta, unguenta*] Coronis ornabantur, et unguentis inungebantur inter bibendum.—*Puellas*] Amicas, meretrices ad concubitum.—*Dum, &c.*] Coronas et aromata. *Vet. Sch.*

129 *Obrepi*] Significantissima voce rem expressit, more insidiantis clam venit. *Lubin.*

130 *Ne, &c.*] Ridicula et Ironica Poëtæ consolatio, hortans Nævolum ut in proposito perseveret. Mi Nævole, cave animum dejicias, dum Roma incolumis stabit et durabit, tu et tui similes semper quod agant habebunt. *Lubin.*—*Pathicus, &c.*] Corrumpi volens, aut corruptus. *Vet. Sch.*

131 *His colibus*] Roma stante adhuc et florente.—*Ad, &c.*] Colles scilicet vel Romam: omnes ex aliis regionibus qui corrumpi cupiunt, veniunt terrestri itinere, carpentis; et mari, navibus. *Lubin.*—*His, &c.*] Id est, septem montibus, supra quos posita Roma est, Palatino, Tarpeio, Viminali, Aventino, Esquilino, Cælio, Vaticano. *Vet. Sch.*

132 *Carpentis, &c.*] Ad corruptores et itinere venient, et mari. *Vet. Sch.*

133 *Qui, &c.*] Id est, cinnædi et mol-

les, qui muliebri more caput componunt, ne ornatum capitis ambitionem perturbent. Respicit Poëta ad Calvi Poëtæ versiculum, qui Pomprjum taxavit: 'digito caput uno Scalpit; quid credas hunc sibi velle? virum.' *Politian.* Miscell. c. 7.—*Altera, &c.*] Id est, futuri temporis spes longe major et melior, quam præteriti tibi superest. *Lubin.*—*Altera, &c.*] Multos imberbes habes tibi crescentes.—*Qui, &c.*] Cinedi cum muliebri more componunt caput. *Vet. Sch.*

134 *Tu, &c.*] Tu tantum para te, ut sis fortis: tu herbam illam salacem, quæ Venerem excitat, et ad libidinem exstimulat, comede; teque ad futurum prælium exstimula, et præpara. *Plinius* x. 43. *Martial.* Epig. III. 74. Per erucam omne Veneris excitamentum intelligit. — *Tu, &c.*] Dicitur hæc herba ad coitum inflammare, et vires dare. *Vet. Sch.*

135 *Hæc exempla*] Respondet Nævulus. Fer, inquit, hæc exempla et præcepta excitandæ libidinis felicibus. Quasi diceret, se in tali re minime esse fortunatum. *Britannicus.*—*At mea, &c.*] Fatum, vel Parca mea contentum me esse jubet, si tennem meo opere victum mihi comparem, nedum multam rem faciam. Alii per *Clotho* et *Lachesis*, vitam intelligunt. —*Hæc, &c.*] Respondet Nævulus. *Vet. Sch.*

136 *Su, &c.*] Usque adeo infelix sum, ut vix indutria inguinis ad victum sufficiat. *Vet. Sch.*

137 *O parvi, &c.*] Sequitur jam ridiculum et stultum Nævoli votum, quo omnia, ut putabat, maxima, a Diis Laribus sibi optat, cum minimo contentus vivere nequeat: quod tamen stultus, ut ipse superius fassus est, fato facere cogitur.—*Parvi*] Nam stultis sua omnia parva videntur esse. Vel ex affectu eos sic vocat.—*Nostrique Lares*] *Nostr*i Dii familiares, ergo non sine Emphasi ait: ut omnia quæ nostra sunt parva, exilia,

et minuta sunt.—*Thure, &c.*] Talia enim Diis domesticis offerebantur: minuto autem ait ob inopiam. *Lubin.*—*Thure, &c.*] Thus minutum mamma vocant: et in invidiam Deorum Penatium, minuto dicit. *Vet. Sch.*

138 *Farre*] *Plin.* II. 2. 'Numa instituit Deos fruge colere, et mela salsa supplicare, et far torrere.'—*Et, &c.*] Sertis enim illis solebant coronare. Ut sæpius inculcatum, ex pervium legentibus.—*Exornare*] Alii legunt *exornare*, id est, coronatus floribus, precari soleo. *Lubin.*—*Exornare, &c.*] Id est, coronatus floribus, precari. *Vet. Sch.*

139 *Quando ego figam aliquid, quæ sit, &c.*] Veteres ubi Vota concepissent, concepta Tabellis inscribebant: ita scripta signabant; obsignata affigebant Deorum statuis, seu genibus; ea enim misericordiæ sedes consecrata est. Affigebant autem cera: atque *Sat.* x. 'Propter quæ fas est genna incerare Deorum.' *Rutgers.*—*Figam, &c.*] Constitnam, componam. Id est, fixum aliquid, vel certas divitias vobis adjutoribus acquiram, ne res meæ in senectute ad baculum et mendicitatem redigantur. *Lubin.*—*Quando, &c.*] Constitutum, componam, habeam: aut certe quia in ceris vota figuntur apud templa: aut habeam, ubi maneam, aut supra quod incumbam senex. *Vet. Sch.*

140 *A tegete*] A casa mendici, et paupertate, id est, a mendicando. Sic *Sat.* v. 8. 'Et tegetis pars Dimidia brevior.'—*Viginti, &c.*] Id est, ut sic mihi fœnus viginti millia sesteriorum, quæ fœnus sint ex capitali summa in fœnus data, et quæ alias mihi pecunias pariant. *Lubin.*—*A tegete*] Casa mendici, a mendicitate.—*Viginti, &c.*] Deest, ut sint. *Vet. Sch.*

141 *Vascula*] Quando mihi figam scilicet, ut mihi sit supellex ex optimo argento. *Lubin.*—*Argenti puri*] Non cælati. *Grang.*

142 *Sed quæ*] Quæ censuræ notam

mereantur. Agellius l. iv. scribit, Cajum Fabricium et Q. Æmilium Papam Censores Publ. Cornelium Ruffinum, qui bis consul et senator fuerat, senatu movisse, causamque ipsi notæ subscripsisse, quod comperissent cœnæ gratia, decem pondo argenti habere: quod sc. sibi argentea vasa comparasset. Id est, habeam puri argenti vascula, quæ pondere suo decem libras superant. Val. Max. 24. quæ invidiosa etiam sint, ut mereantur a Fabricio notari.—*Et, &c.*] Supp. sint. Duos ex Mæsia servos lecticarios mihi comparem, qui me humeris suis in lectica portent ad ludos Circenses spectandos. *Lubin.*—*Sed, &c.*] Plus sibi decem libris argenti petit. Fabricius Censor collegam suum notavit in Senatu, quia supra decem libras argenti, unam sialam invenit. Antea enim non licebat Senatorem plus habere.—*Et, &c.*] Llecticarios, ait, quorum laturus locem, et securus Circenses spectem; id est, quos locem ut me ferant. *Vet. Sch.*

143 *De, &c.*] Id est, servorum ex Mæsia, unde lecticarii eligebantur, ut qui erant robustissimi.—*Locata*] Id est, sub me locata. *Lubin.* Supposita, ut illi me in circo suceollantes ferrent.

144 *Clamoro, &c.*] Ob ludos et plausus.—*Securum*] De nulla re sollicitum, ut qui jam opes habeat. *Lubin.* Vel potius, cui nullum periculum sit a premente populo.

145 *Curvus, &c.*] Præterea sint mihi servi argentarii. *Curvus*, cum enim laborat, se incurvat, vel *curvus* qui assiduus in opere sit; ridiculum votum, quo notat stoliditatem Nævoli.—*Calator*] Qui pocula curiare et sculperé novit. *Lubin.*—*Et, &c.*] Ut sunt plastæ, vel pictores qui velocissime aliquid pingunt. *Idem.* Quidam legunt, *Qui maltha, &c.* Quid maltha ad picturam facit? Alii, *Qui multas facies pingat cito.* Legendum esse eo

loco constat: 'Qui multas facies fingit cito.' Plastas intelligit, et recte ita interpretatus est vetus Scholiastes, quorum propria est cito plures facies fingere, quas uno modulo ac typo exprimunt. *Salmas. Plin.*—*Curvus, &c.*] Id est, opifices, servi argentarii, laboriosi, anaglypharii. *Vet. Sch.*

146 *Sufficiunt hæc*] Quoniam paupertas mihi a fato est. Voluit plura exoptare, sed reprehendit se iniquiens, Quando ad paupertatem reductus ero, hæc quæ petii sufficient, quibus paupertatem meam solari possim. *Lubin.*—*Sufficiunt hæc*] Plastæ, archetypus. *Vet. Sch.*

147 *Votum, &c.*] Hoc meum est scilicet. Id est, preces hæc meæ adeo miserabiles sunt, ut ne sperare quidem possim, me voti compotem futurum, aut hæc consecuturum. *Lubin.* Estque veluti acclamatio, quasi qui errorem suum jam cognoscat.—*Quando, &c.*] Non dico dives; at pauper, inquit, quando ero? Nam modo nec pauper sum: ut Terentius, 'Nam mihi nihil esse, religio est dicere.' *Vet. Sch.*

148 *Nam, &c.*] Rationem subjungit, cur sperare nequeat se voti compotem fore: eo quod fortuna ad preces suas aures obturet, illa cera, qua Ulyssis socii remiges, aures suas obturantes surdi fuerunt, et non audientes Sirenum cantus, incolomes et salvi evaserunt. *Hygin. fab. 125. Lubin.*

149 *Affigit, &c.*] Fortunam obturare aures eleganter dixit, et ritu antiquo: nam virgines aures de more obcerabant, et obscœni occludebant aditum et auditum. *Grang.*—*Cerus*] Ulysses enim a Circe admonitus, ne pateretur se allici Sirenam juxta Siciliam habitantium cantu, sociis cera aures obturavit, et se ad malum navis alligari jussit, atque ita prætervectus est. *Farnab.*—*Illa de nave*] Sc. Ulyssis.—*Affigit, &c.*] Ad aurículas,

id est, surda est.—*Ilia, &c.*] Ulyxis, ut Sirenarum periculum posset evadere. *Vet. Sch.*

150 *Sicules, &c.*] Sirenum, juxta Si-

ciliam habitantium.—*Remige, &c.*] Socii remigantibus propter ceram auribus adfixam, nihil audientibus, et ad tempus surdis. *Lubin.*

## SATIRA X.

1 *Omnibus, &c.*] Juvenalis accusat hac Satyra, ignorantiam hominum, qui a Diis per summam imprudentiam ea optant quæ perniciose sunt, et docet quid homines a Diis impetrare debeant. Est autem hic initio sensus: Tanta est humanæ mentis cæcitas, tanta bonorum et malorum ignorantia, ut ab ortu Solis usque ad occasum, paucissimi inveniantur, qui vere bona a malis, et contra possint discernere. Cicero etiam l. i. de finibus ait: 'Ignorantia rerum bonarum et malarum, maxime hominum vitam vexari.'—*A Gadibus*] Id est, ab extremo occidente, ad orientem extremum. Insula est sita ultra fretum Herculeum, quod ab ea Gaditani Latini dixerunt: Græci vero Herculeum, ex Poëtarum figmentis, qui duas columnas ibi statuisset Herculeum volunt. Mauri Hud fretum vocaverunt, Gibraltar. Extremum occidentem credebant antiqui: unde elogium Herculis columnis inscriptum, NE PLUS ULTRA, quod ipsum, nomen *Gades* designat. *Gadir* enim Punica vox est, quæ septem significat, seu terminum et finem; hodie ab Hispanis *Calis malis* dicitur. *Grang.* Illustrat hanc Satyram Stephanus iii. c. 2.—*Omnibus in, &c.*] *Τόπος σωκεῖται*: a parte totum. Nam cum Oc-

cidentem et Orientem significare vellet, locum posuit, Gades scilicet et Gangem, breviter complexus orbem. Nam Gades sunt in Atlantico mari, Hispaniæ proximæ, ubi se angustissimo divortio inter columnas Herculis in Mediterraneos sinus Oceanus infundit. *Vet. Sch.*

2 *Aurorum*] Ad extremum orientem, ubi Sol oritur.—*Gangem*] Nobilissimum Indiæ Orientalis fluvium.—*Pauci, &c.*] 'Vitia' enim 'nobis sub virtutum nomine obrepunt.' *Seneca.*

3 *Vera, &c.*] Quæ animi tantum sunt, virtus, justitia, et vitæ integritas: quæ fracta nave cum possessore enatare possunt. Nam recte Seneca: 'Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.'—*Ilia, &c.*] Id est, mala; quæ bono contraria, et sæpe tamen bona apparent. *Grang.*—*Remota, &c.*] Id est, ignorantie velo ablato, cum ex errore opinantur bona esse, quæ mala sunt. Hinc Proverbium: 'Nubem submovere.'

4 *Quid, &c.*] Quæcunque timeamus, et petimus, quæ fugimus, et optamus: facimus, non ratione, nec bona aut mala in se ipsis, sed extrinsecus tantum consideramus, et metimur. *Lubin.*

5 *Quid tam, &c.*] Alii *concupis*. Sed prior vox prævalet, quia votis est conveniens. Id est, quid tam dex-

tero aut prospero conatu aut auspicio a Diis petis, concupis et precaris, ut non olim tuæ petitionis et voti te pœniteat? *Dextra* cum erant numina favere credebantur, *lava* contra. *Turæbus* XXIX. 35.

6 *Conatus*] Contentionis, appetitus, desiderii.—*Pœniteat*, &c.] Ut te postmodum non pœniteat desiderium et votum tuum a Diis completum et peractum esse. *Lubin*.

7 *Exertere*] Dii promti nimis et faciles ad largiendum et obsequendum votis hominum, dum dant, quidquid homines petunt mala et noxia, totas domos et familias perdidērunt. *Idem*.—*Evert. domos totas optantibus*, &c.] Ritterhusii v. c. *operantibus*, id est, sacrificantibus. Vide Brisson. de formul. *Schlopp*.—*Optantibus ipsis*] Dominis: ut Neptunus exauditis Thesei votis de Hippolyto. *Farnab*.

8 *Nocitura*, &c.] *Toga*, et *militia*, in auferendi casu, id est, pace et bello petimus, quæ nobis noceant. *Idem*.—*Di*, &c.] *Satyrice*, ad mala peragenda faciles: vel ideo faciles, quia preces stultas audiunt.—*Nocitura*, &c.] *Optantibus* dignitates, nocituras in pace, et in bello. *Vet. Sch*.

9 *Torrentis*] Multis eloquentia abundans, et torrentis instar fluens, mortifera et exitialis est, et sua facundia multis exitium attulit.—*Multis*] Ut Ciceroni, Demostheni, et aliis, ut infra 114. *Farnab*.—*Torrentis*, &c.] Abundans eloquentia, aut fluens. *Vet. Sch*.

10 *Viribus*, &c.] Intelligit Milonem Crotoniatem, qui insertis manibus quercui fissæ, eam divellere conatus, excussis cuneis, et in suam naturam querens revocata, has compressit, eumque feris lacerandum præbuit. *Plinius* VII. 20. *Valer. Maximus* Exempl. IX. 12. *Gellius* XIV. 16.—*Viribus*, &c.] Ut Milo Crotoniates, qui cum arborem manibus scinderet, brachia ejus occupata sunt, et a lupis consumtus est. *Vet. Sch*.

*Delph. et Var. Clus.*

12 *Nimis*, &c.] Non sine vitæ periculo saepe. *Lubin*.

13 *Strangulat*] Opprimit, suffocat. Seu potius strangulari et opprimi facit, non enim ipsa nocet pecunia, sed propter eam nobis nocetur.—*Et cuncta*] Dum omni ratione laborant, ut suus census tanto excedat aliorum census, quanto balæna Britannica exsuperat Delphinus mole. *Farnab*. Qui sit valde extra communem divitiarum mensuram.—*Strangulat*] Apoplexin passi moriuntur. *Vet. Sch*.

14 *Delphinis*] Dicimus Delphin, et Delphinus.—*Balæna*, &c.] Quod in Britannia majores, imo maximæ, spectantur. *Lubin*.—*Balæna*, &c.] Metaphora in Tiberium, et divites. *Vet. Sch*.

15 *Temporibus diris*] Quibus Nero imperator undique occasione quæsita, insidiabatur divitum opibus. *Farnabius*. Exemplis jam demonstrat divitias multis obfuisse. Ordo est: tota militum cohors, clausit diris illis et tyrannicis temporibus, Nerone imperante et jubente, Longinum, et Senecæ divitis hortos: et obsidet ædes Lateranorum divitum: rarus autem miles in pauperum casulas, et cœnacula venit. *Lubin*.—*Temporibus*, &c.] Tyrannicis scilicet: cum jussisset Nero omnes prædari, ad domos divitum milites cucurrerunt, pauci ad domos pauperum. *Vet. Sch*.

16 *Longinum*] Cajum Cassium Longinum Jureconsultum intelligit, quam interfici jussit Nero, non alio injecto crimine, quam quod Cassii natus e Cæsaris percussoribus statuum retinisset, cum revera opibus illius inhiaret Imperator: et per Longinum, intelligit Longini domum.—*Magnos*, &c.] Quos Nero ipsi dedit, et Seneca præceptore occiso, postea rursus abstulit. *Farnab*.—*Senecæ*] De hujus optimi et sanctissimi viri divitiis, vita, et morte superius aliquoties dictum. Vide Tacitum l. XIV. et Xiphilin. Nerone.

*Juv.*

3 U



17 *Lateranorum*] Nam et Plantium Lateranum consulem designatum, Nero adeo præpropere interfici iussit, ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret: manu autem Turii tribuni trucidatus est. Tacit. 15. *Britannic.*—*Obsides*] Ut Lateranus comprehenderetur, et ne qua aufugiat. *Lubin.*

18 *Tota, &c.*] Militiam Neronianorum ab Imperatore missorum ad interficiendum Lateranum. Tacit. 15. *Annal.*—*Rarus, &c.*] Scilicet ad pauperes et inquilinos, jussu Neronis occidendos.—*Cornacula*] Ad quæ scalis ascenditur; illa autem superiora domus tabulata, tectis proxima, pauperibus et inquilinis locabantur, utpote divitibus incommoda. De his dictum Sat. III. vs. 199. *Turneb.* VIII. 11.

19 *Paucas, &c.*] Probat jam, divitias, quantumcumque etiam sint, curas et metum possidenti creare; præsertim noctis tempore, insidias et pericula metues.—*Puri argenti*] Ad extenuationem dicit, non enim illud tanti, quanti celatum Emblematis. *Turneb.* XXIX. 1.—*Paucas, &c.*] Licet modica tibi sit res familiaris, metuis tamén impetum militis a Tiberio missi ad proscriptionem tuam. *Vet. Sch.*

20 *Gladium*] Latronis.—*Contumque*] Conti, hastæ longiores et robustæ. *Lubin.*

21 *Et mota ad Lunam, &c.*] Sic Virgilius: 'simul ipsa silentia torrent.'—*Ad lunam*] I. e. ad lumen lunæ.—*Umbram, &c.*] *Ἦν αὐτοῦ οὐδὲ φοβεῖσθαι.* *Idem.*—*Et, &c.*] Ut Virgilius, 'Simul ipsa silentia torrent.' *Vet. Sch.*

22 *Cantabit*] Securo animo erit, quia, cui nihil est, nihil auferri potest. Illis autem maxime timendum, quibus maximæ divitiæ. *Lubin.* Senec. ad Lucil. 'Nudum latro transmittit, etiam in obsessa via pauperi pax est.'

23 *Prima, &c.*] Subaudi *sunt.* Damnat jam hominum dementiam, qui impemis a Diis maximas divitias pete-

rent, olim sibi perniciosas et frastu futuras. Quam dementiam non immerito Democritum risisse, et Heraclitum deflesse innuit.—*Cunctis, &c.*] Ut quæ in omnibus templis ad Deos concipiuntur, qualia erant, quæ ob turpitudinem cum murmure et susurro ad Deos concipiebantur. *Lubin.*

24 *Ut maxima, &c.*] Ne quis civium Romanorum nobis sit ditior. Ea dixit, nam in foro Trajano Senatores et ditiores arcas habebant, in quibus argentum et pecuniam deponebant, ut ab incendio tuta esset. Vide Sat. XIV. vs. 260. majorem pecuniæ summam in fœnore habeamus: fœneratores enim in foro. *Grang.*—*Ut, &c.*] Usque ad Cerealem præfectum, in foro Trajani arcas habuerunt Senatores, in quibus argentum, aut pecunias tutius deponebant. Propterea et locus ipse in quo erant arcæ positæ, Opes dictæ sunt. *Vet. Sch.*

25 *Sed nulla, &c.*] Id est, in Samiæ et fictilibus vasibus venena non propinantur, sed aureis; et ratio est, quia pauper pauperi nihil invidet.—*Aconita, &c.*] Id est, pauperes venena non timent. Et bene Poëta, ut ostenderet paupertatem innocuam a crimine, et divitias malis oppressas, vasa potiora ad demonstrandam diversitatem posuit. *Vet. Sch.*

26 *Fictilibus*] Bene Poëta; ut ostenderet paupertatis securitatem et innocentiam, et divitiarum sollicitudinem. *Grang.*—*Pocula, &c.*] Id est, gemmis ornata. De vino Setino dictum Sat. V. vs. 48.

27 *Ardebit*] Eo dixit, nam in auratis poculis, liquor quasi ardentem lucidam flammam imitatur. Vel ardebit veneno. *Grang.*—*In lato auro*] In capaci et amplo poculo aureo.—*Et, &c.*] Vinum a Setio. Inaurata, inquit, fiala cum vinum coloratum acceperis, time venena. Et ardebit, quia vinum splendet in auro. *Vet. Sch.*

28 *Janne, &c.*] Probat illa homi-

num vata stulta esse, auctoritate eximiorum duorum Philosophorum, Democriti et Heracliti: quorum hic illam dementiam semper desolevit, ille semper risit.—*De, &c.*] Democritum Abderitam intellige. Vide de illo mira apud Suidam. *Græg.* Democritus enim et Heraclitus vocati sapientes.

29 *Quoties*] Quoties vel extra datum prodierat, et vel semel hominem jactatus esset. *Græg.*

30 *Flebat, &c.*] Heraclitus Ephesius notatur, qui semper hominum dementiam desolebat. *Lat.* Pro auctor, alii habent, alter.

31 *Sed, &c.*] Jam hosce duos contrarios adfectus inter sese comparat, demonstrans promptius ac facilius esse ridere, quam flere.—*Rigidi*] Effusi, et petulantis.—*Censura cachinni*] Id est, de re inepta ac ridicula judicium. *Lat.* Vel potius taxatio et censura, quæ fit per cachinnum et ridendo.

32 *Mirandum est*] Unde nimirum Heraclitus, semper materiam fletus, vel potius lacrymas ad flandum habere potuerit. *Idem.*

33 *Perpetuus*] Id est, Democritus suo tempore semper ridebat, quo homines tamen longe melius vivebant. Quanto magis risisset nostro tempore.—*Pulmonem, &c.*] Quia ex splene risum dicunt gigni. *Idem.*—*Pulmonem, &c.*] Quia ex splene risum dicunt gigni. *Vet. Sch.*

34 *Urbibus illis*] Ut Abderæ, patriæ Democriti, et reliquis Græciæ, vel Thraciæ urbibus non erant tales ineptiæ. *Lat.*

35 *Prætexta*] Vestis, qua pueri utebantur usque ad tirocinii diem, id est, usque ad annum decimum septimum. Erat ergo talis toga, cujus ora et circumfusa purpura prætexta erant. Erat etiam nobiliorum.—*Trabea*] Regum vestes purpureæ, albæ.—*Fasces*] Virgarum, quos lictores Dictatoribus, Consulibus, et Prætoribus, præferre-

bant.—*Lectica*] Quæ ditiores portabantur.—*Tribuna*] Unde Prætor judicat, et sententiam dicit. De his omnibus vide Sat. viii. vs. 259. *Idem.*—*Prætexta*] Quarum Tarquinius Priscus usum invenit, et Romæ intulit, palmatam dicit. *Vet. Sch.*

36 *Quid, &c.*] Id est, quid acturum fuisse putas Democritum, quantos cachinnos editurum, si vidisset prætorem illum ignobilem et superbum in sublimi curru vectum, et extantem, habituque triumphali ludos Circenses agentem et spectantem et disponentem. Vide Sat. viii. 194. *Lat.*

37 *Medio, &c.*] Al. medii. In media hominum corona in circo spectantium. *Idem.*

38 *In, &c.*] In palmata trabea; id est, in picta et triumphali toga, quam ex templo Jovis sanctam induebant, ut indicat *Livius* l. x.—*Sarrana, &c.*] Id est, purpurea, Tyria. *Tyrus* enim Sarra olim dicta a pisce, cujus succo purpura tingebatur; maximus usque ibi horum piscatus. *Aulæa* dicit Satyrice, quod tam amplæ et sinuosæ essent, ut *aulæa*, id est, vela regia videri merito possent, quibus parietes teguntur. *Lat.*—*In, &c.*] Mappam mittentem in Circo Consulem describit poeta. Nam tunicam Jovis, togam palmatam dixit, Tyria purpura confectam, hoc est Sarrana: pro infectam, ut Virgil. 'Ut gemma bibat, et Sarrano dormiat ostro.' *Vet. Sch.*

39 *Ex humeris*] Sc. dependentia.—*Togæ, &c.*] Acu Phrygionum arte, quæ pendeat ex humeris prætoris.—*Magnaque, &c.*] Ordo est: Si Democritus vidisset Præterem ferentem tantum orbem magnæ coronæ. Notat hoc loco coronam triumphalem tanti ponderis et magnitudinis, ut triumphantis una cervix ipsi portandæ non satis esset. *Lat.*—*Ex, &c.*] Eleganter aulæa quasi latis velis. Cicero: 'velis amictos non togis.' *Vet. Sch.*

40 *Non sufficit*] Supple, *Ferendo.*—

*Tantum, &c.*] Tantam multitudinem. *Vet. Sch.*

41 *Publicus*] Servus scilicet. Teste *Pediano*, *Consul* olim *Prætor* dicebatur, et veteres etiam omnem magistratum, cui pareret exercitus, *Prætorum* dicebant.—*Et sibi consul*] *Præfici*ne ad exorandam *Nemesin*, comitem assiduam rerum lætarum et *triumphantibus* a tergo in eodem curru adstabat servus publicus, qui coronam illam auream immensi ponderis et amplitudinis sustinebat, et simul attendere triumphantem jubebat ad ultimi supplicii instrumenta curru appensa, tintinnabulum scilicet et flagellum; atque subinde interclamabat: 'Respice post te: Hominem te ease memento.' *Lubinus, Farnabius.*

43 *Da, &c.*] Persequitur ulterius triumphalia ornamenta, quæ *Democritus* risisset. Id est, adde his sceptrum eburneum, quod triumphans in manibus tenet, in cuius summitate aquila sculpta est. *Idem.—Da, &c.*] Virga, quam consules portant, quia super ea aquilas faciunt. *Vet. Sch.*

44 *Illinc, &c.*] Ab una parte. Hi cornicines præcedebant coronati triumphantis currum, militibus permixti.

45 *Agminis, &c.*] Id est, longissimi ordines clientum et servorum, qui officii gratia comitantur triumphantem, ex altero latere præcedentes.—*Niveos, &c.*] Circum equos et currum triumphantis, in candidis togis officium facientes cives et clientes. *Manut. III. Quæst. 1. Turneb. XXI. 3.—Et niveos, &c.*] In candidis togis officium facientes. *Vet. Sch.*

46 *Defossa, &c.*] Sceptice hoc dicitur. Innuit autem cives Romanos utilitate omnia metiri; qui patronos suos non ob virtutem, sed utilitatem et sportulam ament. *Turneb.—Defossa, &c.*] Velut in terra, quasi nunquam inde egressura sit: facete et satyrica in avaros. *Grang.—Quos, &c.*] Non amor verus, sed sportula. *Vet. Sch.*

47 *Tunc, &c.*] *Emphatice dictum*, cum scilicet homines longe prudentiores et longe rectius viverent. Sæpe nempe tempore inculto et agresti.—*Ad, &c.*] Quoties exivit, et quoties homo illi occurreret. Quanto magis nostro tempore hominum vanitates rideret. *Grang.—Tunc, &c.*] Tunc quoque invenit *Democritus* materiam risus, cum hæc quæ in urbe fiunt, secundum essent reperta; id est, major severitas, et minor vanitas esset. *Vet. Sch.*

48 *Cujus, &c.*] Digreditur in laudes *Democriti*. *Democritus* ex *Abdera* *Thraciæ* obscura urbe oriundus, ostendit viros inclytos ubique posse nasci, juxta *Seneca* illud; 'Potest etiam ex angulo vir magnus prodire.' *Grang.*

49 *Magna, &c.*] *Virtutis, Prudentiæ, Fortitudinis. Idem.*

50 *Vervecum, &c.*] Apud *Megarim* aut *Abderim* *Democriti* patriam: in *Thracia* sc. ubi barbari sunt et rudes instar vervecum. *Stupidorum* autem ac *stolidorum* convicium est, *vervex*. 'Ain' vero vervecum caput.' *Plant. Vervecum*, positum hic pro homine simplici ac rudi.—*Crassoque, &c.*] Quælis erat in *Bœotia*: Quæ etiam male audiebatur ob id inter *paræmiographos*: 'Bœotum in crasso jurares aëre natum.' *Horat.* Porro ex cæli vitio etiam ingenia solent æstimari. *Idem.* *Crassus* aër pingues et hebetes reddit, ut contra tenuis ingeniosos.—*Vervecum, &c.*] Apud *Abderim*, aut *Megarim*, quæ fuit patria *Democriti*: nam ex cæli vitio regiones solent æstimari: Nam fuit *Democritus*, ubi stulti solent nasci; id est, *Achivus*. Vult igitur *Democritum* inter stultos prædentissimum natum. *Vet. Sch.*

51 *Ridebat, &c.*] Omnes hominum actiones, curas, gaudia, dolores, et omnia fortuita deridebat, cum ipse nulla fortuna, sed ipse fortunæ dominaretur. *Lubin.*

52 *Cum, &c.*] Nam cum fortuna ip-

si minitaretur mali aliquid, ille ipsam fortunam contemnens, ipsi laqueum, quo ipsa se suspenderet, transmittabat, et infami digito cum contumelia et contemtu turpiter ipsi insultabat. *Idem.*—*Cum, &c.*] Cum fortunam contemneret, nihil dicens habere quod ab ea exspectaret; quinimo infami digito ei turpiter insultaret. *Vet. Sch.*

53 *Mandaret, &c.*] Infamis digiti objectu, qui medius est, ipsum in quem obicitur infamem notari dixerunt. Fuit enim prisci moris, ut si quos floccipenderent, aut insigni contumelia, vel deformi convicio afficerent, id objectu medii digiti protenti, non autem compressi, denotarent: quod est a Græcia usurpatum, ut contractis reliquis digitis, medium ignominiae causam protenderent, quod *σκαλισσαι* dixeret: *σκαλισσαι* enim, prætentare est digito an gallinae ova conceperint: sicut *ἀδελφαι*, ubi quempiam flocci facere ostendunt. Quare ab Atheniensibus medius catapygos, quasi cinædus et scortum adnominatur, quod infamiam incurreret et convicium faceret. *Alexand. ab Alex. Martial. l. II. Epig. 28. Pers. II. 33.*

54 *Erga, &c.*] Concludit disputationem de opibus, quas homines optant, demonstrans illas aut esse supervacuas, ut sine quibus homines beate possint vivere; aut perniciosas. *Lubin.*

55 *Genua, &c.*] Hoc est, cereas tabellas literis signatas, quæ vota explicabant, Deorum imaginibus affigere. Nam vota insculpebantur aut inscribebantur in cera in genibus statuarum. Incrabant autem Deorum genua, qui votum susceptum signabant, seque voti reos constituiebant. Quidam arbitrantur ex veterum consuetudine hæc dici, qui vota in charta concepta et obsignata Deorum genibus adfixerunt. In genibus autem misericordiam situm putabant; unde dicimus, 'ad genua alicui supplex accidere.' Vel, est tot ac toties pre-

hendere Deorum genua, qui habitus est misericordiam implorantium; ut sudore incrassarentur, et videretur illis quasi cera superposita. *Turneb. I. 17. et xxx. 19.*—*Genua, &c.*] In signis insignare, vota facere. *Vet. Sch.*

56 *Quosdam, &c.*] Transit jam ad honores, quos et ipsos, æque ut divitiarum, pluribus exitio fuisse ostendit exemplo Sejani.—*Subjecta, &c.*] Verissime dictum. *Lubin.*

57 *Mergit*] Obruit, pessumdat, perdit.—*Longa, &c.*] Forte intelligit stemmata, proavorum honores, generis rationem, et res gestas continentia. *Idem.*—*Honorum, &c.*] Ænea pagina, quæ ante imaginem eorum stans, omnes eorum gradus honorum inscriptos continet: quam nunc dicunt, tabulam patronatus. *Vet. Sch.*

58 *Descendant*] Deiciuntur, reste in terram trabuntur, proculcantur. Moris autem erat, ut Sat. VIII. dictum, damnatorum status deicere; et divulsas in Gemonias trahere, teste Tac. I. III. *Annalium.*—*Restemque, &c.*] Nam laqueos altioribus statuibus solebant injicere; atque ita detrahere. *Lubin.*—*Restemque, &c.*] Trahuntur, ducuntur. *Vet. Sch.*

59 *Ipsas, &c.*] Id est, triumphales equestres statuas deiciuntur, et rotæ currum, securibus franguntur et caduntur.—*Impacta*] Percussa, immissa, vel impulsæ in statuas. *Lubin.*—*Impacta, &c.*] Si intacta: nova: si impacta, percussa, ab eo quod est impingo. *Vet. Sch.*

60 *Et, &c.*] Ridicule et Satyricè dixit: quasi ænei illi equi immerito poenam et scelera Sejani domini sui luant. Dicuntur autem hæc de Ælio Sejano, qui præfectus Prætorii erat, et apud Tiberium tanta auctoritate valebat, ut ejus imagines aureas passim colerentur, ejusque natalis dies publice celebraretur. *Lubin.*—*Inmeritis*] Innocentibus.—*Et immeritis, &c.*] Quibus vecti sunt honorati. Nam Poëta equestres statuas et con-

sulares dicit immerito penam sustinere, aut recte trahi, quod ait sequi, aut certe conflari, qui inimicorum fuerunt. Cum illi quorum fuerint \* propriis moribus dignam sustinuerint sententiam; ex quo ostendit per hoc vitam nobilissimam. *Vet. Sch.*

61 *Jam, &c.*] Quibus status lique-scunt. Alii strident. *Lubin.*—*Jam, &c.*] Conflatur status, ut pecunia inde fiat. *Vet. Sch.*

62 *Ardet, &c.*] Liqueascit, quod ante in tanto honore habitum.—*Crepit, &c.*] Magna statua, magni, imo ingentis illius Sejani, in fornace cum crepitu resolvitur et liquecit. *Lubin.*

63 *Sejanus*] Statua Sejani.—*Ex, &c.*] Ex capite statuæ Sejani.—*Toto, &c.*] Tiberius enim totius orbis Imperium obtinebat, a quo Sejanus perpetuus collega Imperatoris in consulatu, ob summam potentiam a principe sibi traditam, secundus erat. Vide Tacit. Annal. iv. *Lubin.* 'Faciebant enim sacra statuæ ejus, non aliter quam statuæ Tiberii: Et per fortunam ejus jurabant, eumque Tiberii collegam appellabant, non in consulatu, sed in orbis terræ imperio.' *Xiphilina.*—*Sejanus*] Sejanus fuit Tiberio usque adeo carus amicus, ut nihil esset quod ei a Tiberio petenti negaretur: usque adeo etiam de eo cogitaverit necem, ut dispositis conjuratione sociis occiso Tiberio ipse regnaret. Cum hoc cognovisset Tiberius, super ejus nomine Epistolam ad Senatum misit, et sic per Consules damnatus est, cum omni progenie sua: usque adeo ut fillem ejus virginem juberet Senatus a carnifice stuprari, et sic occidi, ut jure videretur falsæ occisa.—*Orbe, &c.*] Quia Præfectus urbi fuit, venerabilis, secundus a Cæsare Tiberio. *Vet. Sch.*

64 *Fium, &c.*] Postquam ab artificibus est liquefactum.—*Urcos, &c.*] Vasa diversa. *Xiphilina.*

65 *Pone, &c.*] Ironice Poëta hæc de Sejano. Vel sunt verba populi, quem introducit Tiberio gæulantem, quod

hostem Sejanum oppresserat, et occiso insultantem. *Lubin.* Quod fieri solitum in lætitia publica, in qua frondibus domus ornabatur. *Græg.* Parnabius explicat, Coronatus Jovi sacrificia.—*Duc, &c.*] Id est, candidum bovem, quem Jovi Capitolino ex triumphantium more immoles in gratiarum actionem. *Lubin.*—*Pone, &c.*] Hoc quasi populus loquitur. *Vet. Sch.*

66 *Cretatum*] Id est, album, Jovi gratum: quod vestes addito cretæ genere fiant candidiores, ut docet Isidorus. Superis enim victimas candidas immolabant; inferis nigras. Hinc apud Persium, 'ambitio cretata,' quod qui magistratus ambirent, candidioribus solito togis uterentur, a quibus candidati dicti. *Britannicus.*—*Ducitur*] Trahitur: *judicis.*—*Unco*] Sontium enim gatturi infigebantur unci a carnifice, ut traherentur ad scalas Gemonias, vel in Tiberim.—*Cretatumque, &c.*] Candidum. Quid tibi, inquit, prosiat Dii, cum Sejano nihil profuerint, ut Lucretius: 'Cretatumque bovem duci ad Capitolia magna.' *Vet. Sch.*

67 *Spectandus*] Qui paulo ante alios in triumphum ducebat, jam ipse ducitur, aliis spectaculum exhibiturus.—*Gaudet, &c.*] Ejus interitum, ne quis illi amicus videretur.—*Quæ, &c.*] Ita ait populus a spectaculo tam tristi reversus, occiso Sejano insultans, omnes in horas mobilis. Quisnam illi occiso vultus?

68 *Nunquam, &c.*] Est occupatio; quasi dicat aliquis: Ego quidem illum nunquam amavi. Sed tamen libenter scirem sub quo crimine ceciderit, et occisus sit. *Lubin.*

69 *Cecidit, &c.*] Quid sceleris commissæ dicitur, ob quod occisus cecidit.—*Quisnam, &c.*] Qui ipsum detulerit, tanquam res novas molitum. *Idem.*

70 *Indictis*] Alii legunt *indictibus*, qui illi sunt, qui concilii sceleris alios accusant.—*Quæ tunc, &c.*] Imperator,

Sejanum sibi insidiatum esse. *Idem.*

71 *Nū, &c.*] Respondet alter e populo, qui introducitur. Quasi dicat: Princeps non longo processu utitur. Sed tantum scripsit ad Senatum, ut Sejanum e medio tollerent, cum tota familia.—*Nū horum*] Quæ, scil. in judicio capitali fieri debent.—*Verbosa*] Quia Tiberius multa superflua ad senes scripserat. *Idem.* Tiberii epistola ad Senatum scripta, et Nævio Sertorio Macroni data. Quare Sueton. in Tiberio, non epistolam sed orationem vocat.—*Verbosa, &c.*] Multa nam superflua ad populum principes solent scribere. *Vet. Sch.*

72 *A Capreis*] In hanc Campaniæ insulam Tiberius secesserat. Alii insulam in mari Tyrrheno dicunt. Unde et Senatui scripsit.—*Bene, &c.*] Respondet jam prior ille, se jam omnem rem tenere. Sic Græci καλῶς ἔχει. *Lubin.*—*Nū plus, &c.*] Jam acquiesco, et nihil est quod magis rogem.—*Sed, &c.*] Quid interea agit populus Remi, id est, Romanus populus, qui antea tanto opere colebat Sejanum. *Ramus* plerumque pro Romulo. Non placet vulgata lectio: *Turba tremens*, vel *fremens*.—*Tremens*] Amicorum Sejani. *Fremens*, quasi in gratiam imperatoris, ne Sejanus favisse videretur.—*A Capreis*] Insula in Campania. Virgilius: 'Teleboum Capreis cum regna teneret.' Ibi nam Nero habitabat. *Vet. Sch.*

73 *Sequitur, &c.*] Innuit quam fluxa pariter et perniciose res sit potentia. 'Feliciū enim multi cognati;' ut dicit vetus verbum.—*Ut semper*] Sc. fecit in aliis.—*Odū, &c.*] Exempla habes in Pompejo, Mario, et mille aliis: nam quo fortuna, eodem et favor hominum inclināt. *Lubin.*

74 *Idem, &c.*] Explicat quod dixit: *Sequitur fortunam*] Id est, idem populus si Sejanus superior, Tiberium oppressisset: Sejanum in Tiberii locum assumisset, eumque salutasset Augustum.—*Nartia*] Natus erat Æ-

lius Sejanus Volsinis, in Tuscia, quod hodie dicitur *Bolsena*. Peculiaris autem Volsiniensium Dea Northia, vel ut libri meliores, Nurscia. *Lubin.* Quia ergo Sejanus Volsiniensis, ideo acute et non sine morâ hoc dictum. *Lipsius.*—*Si, &c.*] Fortunam vult intelligi Poëta, quæ apud Nyrtiam collitur, unde fuit Sejanus. *Vet. Sch.*

75 *Si, &c.*] Id est, si Sejanus, principem Tiberium, senectutem in insula Capreensî placide et secure agentem, oppressisset. Miram populi levitatem arguit. *Lubin.*

76 *Hac ipsa hora*] Qua oppressus foret princeps Tiberius.—*Diceret Augustum*] Imperatorem proclamaret.—*Hac, &c.*] Qua illi detrahit potestatem imperii secuta. *Vet. Sch.*

77 *Ex quo*] Inde a tempore Monarchiæ Julii Cæsaris.—*Suffragia, &c.*] Ostendit, in creandis magistratibus, quos ad arbitrium suum populus per suffragia creare solebat, nunc nullam ei esse creandorum potestatem, sed omnia tantum Imperatoris nutu geri. *Britannicus.*—*Ex quo, &c.*] Id est, ex quo non est imperium populi, quod per suffragia diversis vendat. Hoc post Augusti monarchiam, ex quo imperatores esse cœperunt. *Vet. Sch.*

78 *Vendimus, &c.*] Consueverant enim competitores magistratuum in comitiis tribuum suffragia sibi cœmere muneribus et largitionibus. *Britan.*—*Effudit curas*] Eligendi magistratum curam reliquit, et deseruit, et quem magistratum sors offert, illum ambabus manibus amplectitur. Ostendit populum nihil audere Imperatoris timore. Alii: *Effugit curas*. Electionis et comitiorum, quæ permittit Imperatoribus. Creandorum quippe Consulū comitia ad se transtulere Imperatores, exemplo Julii Cæsaris, comitia cum populo partiti; et alterum Consulem creantis. *Farnab.*—*Nam qui*] Populus scilicet, qui eligebat olim consulem. *Lubin.*

79 *Imperium*] Dictaturam, consulum, præturam.—*Legiones*] Exercitus, belli præfecturam. *Lubin.*

80 *Contentus*] Otium agit, securus est. Contentus est, dummodo habeat unde vivat, et ludos Circenses spectare possit. *Idem.*

81 *Panem, &c.*] Panem ad victum, et voluptatem e ludis Circensibus. Alii legunt *Pana*. *Alciatus* parerg. VIII. c. 5. Alii *pannam*. *Panem* sc. quem distribuere jubebant imperatores singulis diebus: nam ut popellus operas et impensas pistorias lucrificeret, non semper distributum frumentum, sed etiam panis; qui quod certis gradibus per regiones urbis distribui soleret, idcirco *gradilis* dictus. Qui *Panos* scribunt, intelligunt Imperiales ludos in honorem Panos.—*Perituros, &c.*] Rursus autem populus pavens introducit, cum Sejanus unco traheretur: et plures innuit perituros. *Lubin.*—*Perituros, &c.*] Iterum sibi loquitur populus, pavens cum Sejanus tractus est. *Vet. Sch.*

82 *Nil, &c.*] Ita alter e populo, qui introducit, respondet, innuens etiam multos esse perituros.—*Fornacula*] In qua ardet Sejani statua, et quæ multos alios continere potest. Dicunt interpretes *fornacem* pro ira æstuante poni. Non desunt, qui intelligant *fornacem* ad noxios exurendos a Cæsare constitutam.—*Pallidulus mi*] Id est, ille amicus meus præ timore pallidus est, metuens ne forte et ipse Imperatori tanquam amicus Sejani suspectus sit. *Lubin.* *Mi* pro mihi.—*Magna, &c.*] Multos habet fornax quos exurat. *Vet. Sch.*

83 *Ad Martis fuit obvius aram*] Legerem libenter: *fugit oculus aram*. Quasi in ara Martis presidium inventurus. Et vocat suum *Brutidium*, aut quod sanguine aut amicitia ei junctus foret: vel, quod illum habuerit in declamando magistrum et authorem; vel, quod ejus libros assidue legeret. *Dorleaus.*—*Ad Martis*

Utoris scilicet.

84 *Quam, &c.*] *Brutidius Rhetor*, qui cum cæteris Sejani familiaribus accusatus quam esset, causam ipsemet peroravit suam, et victus fuit a delatore, non secus quam Ajax ab Ulyssæ: uterque etiam sibi violentas manus intulerunt.—*Exigat, &c.*] Tiberius Nero, quasi insanus, si inferior fuerit in bello, aut si scierit se a nobis fuisse contemptum. *Vet. Sch.*

85 *Curramus præcipientes*] Verba populi fortunam sequentis et damnatorum osoris.—*Ut male, &c.*] Timeo ne eum Tiberius occidat, cum se dicat a Senatu male defensum, et parum aliquid in Sejanum factum. *Vet. Sch.*

86 *Dum jacet*] Sejanus.—*In ripa*] Sub scalis Gemonis insepultus. *καὶ αὐτὸν ὁ ἕμιλος τριῶν ἡμέρας ἀνέμνητο, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὴν ποταμὸν ἐπέβαλε.* Dio lib. LVIII.—*Calceus Cæsaris hostem*] Pedibus, inquit, proteramus Sejanum.

87 *Sed, &c.*] Id est, servi nostri etiam atque etiam videant, nos Sejani cadaver, ut hostem, pedibus concalcasse. Dederat autem servis potestatem, ut dominos liceret accusare. *Lubin.*—*Ne quis neget*] Cæsaris hostem nos calcasse, ipsiusque fautores fuisse accuset.—*Sed, &c.*] Proprii cujusque servi ne dicant dominos suos ad trahendum non convenisse ne calumnientur. Quoniam dederat servis potestatem, ut liceret dominos accusare quibuscumque criminibus: ne ergo indicium de dominis facerent, si minus Cæsarem vindicarent in corpore Sejani. *Vet. Sch.*

88 *Obstricta*] Alii *adstricta*. Oborto collo.—*Hi sermones*] Quos recitavi illo tempore. Hucusque ergo populus. Sequuntur jam verba Poëta. *Lubin.*

89 *Secreta, &c.*] Hujusmodi tacite, et secreta populus inter se murmurabat. *Lubin.*

90 *Viens, &c.*] Postquam docuit quæ acciderunt Sejano potenti, nunc

interrogat Poëta lectorem suum, num velit eadem pati, quæ Sejanus passus. Hæc enim ita connexa sunt, ut fere nunquam separentur. *Grang.*—*Tantundem, &c.*] Sc. divitiarum possidere.—*Visme, &c.*] Hoc quasi ex persona Poëtæ inseritur. *Vet. Sch.*

91 *Atque, &c.*] Tantæ esse potentis, ut hunc magistratum vel consulem, illum exercitus ducem, vel magistrum militum efficias. Sellæ curules Magistratum ac triumphantium erant. Alii legunt *illis sellas donare.*—*Summas, &c.*] Consules facere. *Vet. Sch.*

92 *Tutor, &c.*] Vicarius Imperatoris esse, ejusque munera obire, dum Capreis in secessu otium agit cum Mathematicis, quibus maxime addictus est. *Lubin.*—*Ilum, &c.*] Magistrum militum facere.—*Tutor, &c.*] Patricius fieri. *Vet. Sch.*

93 *Augusta Caprearum in rupe*] Quid si legatur *angusta rupe*, per injuriam? quod stricta et angusta esset et indigna principe. *Dorleans.*—*Augusta*] Quasi dicat, transferentis sedem Imperii a Roma ad insulas Capreas. Heraldus vero vult *sedentis* intelligi de *sellaria*, quam excogitavit Tiberius arcanæ libidinis sellam. Sueton. Tib. cap. 24. Vide Torrentium ad locum prædictum. *Farnab.*—*Caprearum*] Erant autem *Caprea*, parva insula ultra Surrentum Campaniæ urbem. *Idem.*—*Augusta, &c.*] Tiberius Nero secessum eum elegerat: de qua insula Augustus ἀπαύτολιον dixit, quod ibi esset otii locus, ut ait Suetonius. Sedentis, significat \* et diu turpiter vixisse Capreis, insula in Campania, Tiberium, qui Sejanum velut tutorem habuisset. *Vet. Sch.*

94 *Cum, &c.*] Thrasyllum intellige Mathematicum Chaldeum, cujus monitis imprimis, teste Suetonio, obtemperabat. vide Sat. vi. vs. 575. *Lubin.*—*Vis, &c.*] Et scio te velle imperia militaria, et præesse cohortibus Prætorianis, quibus Sejanus præfuit. Cohors est pars decima legionis. *Briten.*

—*Vis certe pila, cohortes, &c.*] Reprehendo fugitivam syllabam, et lego: *vis ducere pila, cohortes. Schioppius.*—*Pila*] Tela sunt Romanorum. Dixit autem *pila*, pro peditibus, pils munitis. *Lubin.*—*Cum, &c.*] Cum magis, aut mathematicis. *Vet. Sch.*

95 *Castra, &c.*] Sunt ipsi equites, qui ad Imperatoris custodiam excubabant, Prætoriani dicti. *Grang.*—*Castra domestica*] Prætoriana (tanquam Imperator) quæ primus ad muros urbis, non procul a porta Viminali posuit Sejanus. *Farnab.*—*Et castra, &c.*] Juxta aggerem primus castra posuit Sejanus, id est super Diocletianas: quæ dicta sunt castra Prætoria. *Vet. Sch.*

96 *Hæc cupias*] Non est, inquit, mirum, si tales honores cupias; nam et qui nolunt occidere quenquam, velint tamen posse occidere, ac proinde esse potentes et principes. *Britann.*

97 *Sed, &c.*] Hæc omnia, quæ prædixi, prospera et præclara, læta et laeta tanti constant, ut quantum commodi et lætitiæ, tantum etiam damni et mali inde consequaris. Nil enim adeo prosperum, quin plus infelicitatis secum trahat. *Lubin.*—*Sed quæ, &c.*] Quid juvat tanti estimare bona, si cum his et mala perveniant? *Vet. Sch.*

99 *Hujus, &c.*] Id est, nonne præoptas in oppido aliquo prætor esse vel Edilis, quam imperatoria illa Sejani ornamenta consequi? Vel cum securitate ac tuto in minori dignitate vivere, quam cum malo et periculo in summa?—*Qui, &c.*] Sejanus; qui 'ducitur unco.'—*Prætextam*] Vestem purpuream et consularem, qua in senatum ibant. *Lubin.* Hoc loco, dignitates, honores, magistratus.—*Prætextam, &c.*] Id est, præfectus et Consul esse, cum periculo, an securus minorem dignitatem administrare, ut si ædilis, aut curator cujuscumque parvæ civitatis, ut juberes tabernarius? *Vet. Sch.*



100 *Quam; &c.*] Id est, Fidenis et Ubbis, in villis extra Romam municipiis, mediocres honores consequi et ædilis esse, et tuto ac secure, licet in obscuro loco, vivere.—*Potestas*] Magistratus. *Lubin.*

101 *De, &c.*] Ædilis esse. Porro ædiliū erat de ponderibus et mensuris cavere, qui minimi erant magistratum: easque frangere, si iniquas essent: Pers. Sat. i. 131.—*Vasa, &c.*] Iniquas mensuras. *Idem.*

102 *Pannosus*] Vestibus crassioribus.—*Ubbis, &c.*] Oppidum est Latii seu Volscorum desertum, unde ait, *vacuis*, id est, parum habitatis. *Britann.*—*Vacuis, &c.*] Desertum Italiae oppidum, aut juxta Romam. *Vet. Sch.*

103 *Ergo, &c.*] Repetit propositionem et concludit ipsum Sejanum vera bona ignorasse. Quasi dicat: Constat ergo Sejanum dum honores appetiit, nihil boni petiisse, sed in altum et ad summa honorum cacumina adscendisse, ut altius et profundius rueret. *Lubin.*

105 *Numerosa, &c.*] Sibi ipsi numerosas et multiplices contignationes et tabulata in excelso honorum fastigio exedificabat; unde graviori casu decideret.

107 *Impulso, &c.*] Unde violenta ruina postea deturbatus, per ingens atque immane præcipitum altius ruerat. Nam *præceps immane*, pro præcipitio sublimi. *Grang.*

108 *Quid, &c.*] Hucusque de Sejanō. Jam idem probat exemplo Crassorum, Pompeiorum, Julii Cæsaris. Quærit autem Poëta, quidnam illos passum dederit? videlicet, petulantia.—*Crassus*] M. Crassum, patrem, ejusque filios a Parthis et Cæsarianis trucidatos.—*Pompeius*] Pompeium Magnum intelligit, cum duobus filiis.—*Et illum*] Julium Cæsarem perpetuum dictatorem intellige, in Senatu a Bruto, Cassio, et reliquis 23. vulneribus confossum. Possunt etiam Sylla vel Cinna intelligi: vel, etiam Augustus, cui ex Somnio Ciceronis Jupiter fla-

gellum tradidit. Vide Sueton. August. c. 94. *Lubin.*—*Et illum; &c.*] Syllam, Cinnam, sive Cæsarem. *Vet. Sch.*

109 *Ad; &c.*] Qui populum Romanum ad sua flagra impulit, quibus, quos volebat, e civibus cædebat. *Lubin.* Vel, per *flagra*, intelligit imperium, dictaturam perpetuam, imminutam libertatem, imo amissam. Flagrum enim Symbolum dominationis. Namque libera manente civitate, civem Romanum virgis cædi nefas, nedum flagellis. *Farnab.*—*Domitos, &c.*] Romanos cives in servitutem redactos. *Lubin.*

110 *Summus, &c.*] Respondet jam Poëta ambitionem, et nimiorum honorum studium exitio illis fuisse, et numina vel Deos malignos et malevolentes, qui nimium indulgentes, promitti, et faciles illorum vota exaudierint.—*Nulla non arte petitus*] Omnibus modis et rationibus, omni astu, studio, et labore quesitus. Nam, ut ille ait: 'Si jus violandum, regnandi gratia violandum est, cæteris rebus pietatem colas.' quod Julium Cæsarem, ex Euripide, semper in ore habuisse testatur Cicero.—*Summus, &c.*] Honorum culmen, regnandi cupiditas. *Vet. Sch.*

111 *Magna, &c.*] De rebus magnis et totius orbis imperio.—*Dia, &c.*] Id est, quæ vota Dii, irati, malitiosi et maligni exaudiverunt, et dederunt petentibus noxia et adversa. *Lubin.*—*Magnaque, &c.*] Dii nam irati exaudiunt, et præstant contraria futura petentibus. *Vet. Sch.*

112 *Ad generum, &c.*] Id est, pauci tyranni et imperatores, qui per fraudem, cædem, et sanguinem ad imperium pervenerunt, moriuntur incruenta, naturali, et sua morte. Nimirum, qui plerumque interfecti et trucidati ad generum Cereris, Plutonem, (qui Proserpinam, Cereris filiam, rapuit) et ad inferos descendunt. *Idem.*

113 *Sicca morte*] I. e. Sine sanguine.—*Et, &c.*] Incruenta, ac per hoc naturali morte sua. *Vet. Sch.*

114 *Eloquium, &c.*] Huc usque de-

monstravit divitias et honores multis exitio fuisse. Jam idem probat de eloquentia, exemplo Ciceronis et Demosthenis. Hicque innuit syllabarios pueros, festis quinquatribus Minervæ sacris, ipsam Deam jam postulare eloquentiam Ciceronis aut Demosthenis: ut liquet ex seqq. Est ergo hic ordo: Quisquis colit Minervam partam uno asse, incipit optare, et porro potat totis quinquatribus, eloquentia et fama Demostheni et Ciceroni esse par.

115 *Totis, &c.*] Id est, integris quinque diebus, quibus celebrantur Quinquatria, festa in Minervæ, ingeniorum præsidis, honorem instituta a Domitiano in Albano. Putabant enim se his diebus magis exaudiri. *Farr.*—*Et totis, &c.*] Diebus festis, quibus Minerva colitur: aut, quod intra quinquatria sit. atria abundat\* nam dies quinque in uno festi. *Vet. Sch.*

116 *Colit Minervam*] In his studiis et primis rudimentis adhuc versatur et illis inhæret.—*Uno asse*] Scoptice et invidiose in Romanos dictum. Id est, exiguo admodum pretio jam comparari potest eloquentia, quam vili pretio magistelli docebant: ideo addidit, *uno asse partam*, id est, exigua mercede. Vide Politian. Miscell. c. 21.—*Uno, &c.*] Villoris pretii fictilis Minervæ signum. aut certe eum nunc ostendit puerum, qui adhuc discit, et arcula sequitur eum: aut qui tenet adhuc eloquium habet. *Vet. Sch.*

117 *Ruem, &c.*] Id est, quem parvus servulus in ludum sequitur, ducit et reducit, qui parvulam capsam custodit, in qua libri continentur ipsius pueri. Ulpian. in L. si collectaneus 13. de manumissis vindicta, ait, vel caparius, id est, qui portat libros. *Farrab.—Capsæ.*] In qua signum, aut codices reponit. *Vet. Sch.*

118 *Eloquio, &c.*] Probat eloquentiam absolute bonum non esse, utpote in qua vitæ periculum est, et qua abusi perierant.—*Perit*] Ultima syllaba longa, quia contracta ex *perit*.

Lubin.—*Uterque*] Cicero et Demosthenes.—*Eloquio, &c.*] Demosthenes, et Cicero. Nullus enim tanti fuit ingenii. Ergo ambos affluens ingenium et eloquentia morti subiecit. Ille nam a Philippo, hic ab Antonio occisus est. *Vet. Sch.*

119 *Largus, &c.*] Utrumque oratorem, superabundans ingenii et eloquii fons morti dedit. Vide de utroque Plutarchum. *Lubin.*

120 *Ingenio, &c.*] Probat quod dixit ex historia utriusque oratoris. Ob eloquium et ingenium, Ciceroni caput et manus, Antonii jussu, a Popilio Lenate et Herennio abscissa, et pro rostris adfixa sunt, pro quibus Cicero in Antonium dixerat. Alter periit veneno, quod sibi ipse præparavit. Innuit ergo Poëta hoc factum non fuisse, si Cicero exigua rabula et vilis causidicus fuisset, et tantum eloquentia non valuisset.—*Nec unquam*] Quippe; 'Minus in parvos fortuna farit, Modicisque rebus longius ævum est.' *Lubin.*

121 *Rostra*] Templum ante curiam Hostiliam, in quo erat pulpitem exornatum antea rostris navium Antiatium, unde et nomen sortitum, ex quo loco concionari solebant. *Lubin.*—*Pusilli*] Mediocrius.

122 *O fortunatam*] Supple, dixit Cicero: ob Catillæ conjurationem feliciter oppressam et extinctam. Sic sibi applaudens. In quo versu, quia *natum, natam* inepte iteratum videbatur, propter cacophoniam Cicero irrisus est. Vide Turnebum VII. 19. Advers. et Quintil. IX. 4. *Lubin.*—*O fortunatam*] Hic versus male compositus est Ciceronis. Et est cacemphaton: dicit ergo, si Cicero nihil peritius scripsisset, non interficeretur, pro non interfectus fuisset. *Vet. Sch.*

123 *Si sic, &c.*] Tam inepto versu. Vult noster auctor, Ciceronem tutum futurum fuisse ab Antonii gladiis, si tam malus orator, quam Poëta fuisset *Lubin.*

124 *Ridenda*, &c.] Id est : o Cicero, si ab omni periculo securus esse vis, malo te inepta et ridicula carmina conscribere, quæ invidi rideant, quam egregiam illam orationem secundam Philippicam, in qua omnes ingenii tui et eloquentiæ nervos expendisti, et Antonium tibi reddidisti infensissimum. *Idem*.

125 *Conspicua*, &c.] Nunquam morituræ. *Lubin.*—*Philippica*] Orationes suas in Antonium Philippicas inscripsit, quod libertate dicendi et eloquentia, Demosthenem maxime sit imitatus, qui in Philippum multas scribens actiones, eas Philippicas appellavit. *Britannicus*.

126 *Volveris*, &c.] Id est, secunda : quæ inter alias Antonium acrius læsit. Ordo est : *Malo ridenda poemata, quam te o Philippica divina conspicua fama, quæ proxima volveris a prima.*—*Savus*, &c.] Hactenus de Cicerone, digreditur jam ad Demosthenem. Hic ob eloquentiam Athenis miraculo. *Lubin.*—*Et illum*] Demosthenem, qui accepto nuntio de Antipatri et Crateri adventu, ex Athenis in Calabriam Thraciæ profugit ad templum Neptuni, a cuius ara cum Archias satelles eum abstrahere conaretur, Demosthenes veneno, quod in calamo habuit, hausto interiit. *Farnab.*

128 *Torrentem*] Eloquentiam in Demosthene, in modum torrentis fluentem, qua eloquentia ille regebat et gubernabat totum theatrum et auditorium plenum civibus Atheniensibus. —*Theatri*] In theatro orationes etiam recitari solitas, vel ex actis Apostolorum liquet, ad quæ in Reip. periculis populus confuebat. *Idem.*—*Frena*, &c.] *Μεταποπικῆς*, cohibentem vulgi tumultum. *Vet. Sch.*

129 *Diis*, &c.] His verbis indicat auctor, Demosthenem Diis exornum fuisse, qui ad tantos honores et ad tantam eloquentiam tam crudeli exitu erectus sit, et tantis agitatns est adversitatibus. —*Diis*, &c.] Philippus rex Macedonum cum vicisset Atheni-

enses, et parceret civitati, Demosthenem sibi dari ad supplicium petivit. Verum cum hoc ageretur, sumto veneno se interemit. Filius autem fabri ferrarii fuit Demosthenes. *Vd. Sch.*

130 *Pater*, &c.] Faber ferrarius, cui oculi, fumo et fuligine ignitæ massæ ferreæ, continuo finebant. Pater enim Demosthenis officinam gladiatorum Athenis egregiam, et multis artificibus servis insignem habuit, ob id *μαχαροποιος* dictus, ipse tamen non fabricabat. A patre Demosthenes 7. annorum relictus amplo patrimonio, ad eloquentiam animum adpulit. Preceptorem habuit Isæum oratorum facundissimum. *Farnab.*—*Lippus*, &c.] Qui enim ferrariam exercent sunt lippis et rorentibus oculis.

131 *A carbone*] Relictis instrumentis fabrilibus, ad eloquentiam descendam misit, qui si faber mansisset, tutius vixisset. *Lubin.*

132 *Incude*] Super qua gladios fabricantur fabri.—*Luteo*] Non de luteo colore vel ruffo intellige: sic enim prima syllaba produceretur. Sed *luteo*, id est, lutoso, deformi, obscuro, nigro. Fabri etiam ipsi plerumque vultu fuligine ac fumo nigro et deformes sunt. *Lubin.*—*Ad rhetoricam*] Scholam rhetoris, Isæi.

133 *Bellorum*] Transit jam ab eloquentia, ad gloriam, laudes ac victorias bellicas, quas et ipsas multis exitio fuisse, demonstrat exemplis Alexandri Magni, Annibalis, Xerxis, &c.—*Bellorum*, &c.] Sensus est: Gloria ex victoria in bellis, a plerisque reputatur esse prorsus summum bonum, et quæ tantopere a plerisque appetitur, quasi bonum prorsus divinum esset. —*Exuviae*] Triumphi, tropæa, et spolia de hostibus, quæ victis in bellis exuuntur. —*Truncis*, &c.] Solebant victores tropæum in victoriæ signum, in tumulo aliquo vel colle ex detruncatis arboribus constituere, et arma hostibus victis erepta, et alias exuvias ad tropæum adfixas suspendere. *Tr-*

peritum dicitur a convertendo, quod ibi a persequendis victis hostibus fuerint reversi : ἀνὰ τῆς τῶν ἐχθρῶν τροπῆς. *Lubin.*

134 *Loricæ*] Olim ex loris fiebat : jam ex hamis sive annulis.—*Et fracta, &c.*] Tegmen ferreum buccæ, per quod spiritus ducitur cassidi fractæ adhærens. Est autem hoc loco *buccula*, buccarum tegmen : nam in galea, seu casside, erant duæ bucculæ, quæ malas utrasque tegebant. Porro omnia fracta et trunca tropæis solebant adfigi. *Idem.*—*Lorica, &c.*] Spolia, quæ tropæis solent adfigi bello erepta. *Vet. Sch.*

135 *Curtum, &c.*] Jugum aliquod currus, cui temo deest, n̄p̄te in bello fractus. Nam solebant veteres curribus configere.—*Temone*] Ligno, quod ad jugum inter equos excurrit.—*Victæque, &c.*] Victoria navalis. Id est, puppis, ornamentum, alicujus navis tribus ordinibus remorum utens, victæ et superatæ. Sunt enim *aplustria*, teste Festo, ornamenta navium supervacua. *de Vlagge. Lubin.* Miscet terrestre et navale prælium.

136 *Et, &c.*] In arcu scil. triumphali alte exstructo ex lateritiis primis, mox lapide quadrato, et tum demum marmoreis, ut in pontibus.—*Tristi captivus*] In superiori enim illa parte arcus erant spatia quædam, in quibus cum victoribus currus erant effigati : sub quorum pedibus captivi habitu tristi, quod hostibus suis spectaculum quasi præberent. Hæc omnia, inquit, creduntur summa bona esse, et majora quam omnia humana. *Idem.*—*Aplustre, &c.*] Id est, in arcu triumphali, quæ solent imponi. Aplustra, tabulatum ad decorandum superficiem navis adpositum, alii dicunt rostra, navis ornamentum puppis, *ἡπλοστρα. Vet. Sch.*

137 *Ad, &c.*] Id est, ad hæc tropæa, omnes imperatores in terra, sive sint

Latini, sive Græci, sive Barbari sese erigunt, hæc et consimilia totis viribus adfectant. *Lubin.*—*Ad, &c.*] Id est, non propter virtutem posse volunt, sed propter famam et gloriam : cujus causa etiam imperium adsumtum est. *Vet. Sch.*

138 *Romanus*] Ut Sulla, Pompejus, Julius Cæsar.—*Grævus*] Alexander Magnus.—*Barbarus*] Xerxes, Darius, Annibal. *Lubin.*

140 *Inde, &c.*] Ex ambitione scilicet et laudis ac victoriæ cupidine, hi tot discrimina, pericula, ærumnas et labores in se susceperunt.—*Tanto major*] Nam omnes, virtute relicta, famam et gloriam bellicam quæsiiverunt. *Idem.*—*Sitius*] Desiderium, cupido.—*Fame, &c.*] Corruptæ gloriæ cupiditas et desiderium. *Vet. Sch.*

141 *Quis, &c.*] Id est, si honorem, famam et gloriam, quæ virtutis præmia plerique respiciunt, tollas, nemo virtutem curabit. *Lubin.*

142 *Patriam, &c.*] Sic patriam calamitate oppresserat ambitio Sullæ, Marii, Cinnæ, Pompeji, Cæsaris, Octavii, &c.—*Olim*] Præteritis seculis. Sic Annibal gloriosus, patriæ suæ ruinæ fuit. *Idem.*

143 *Et, &c.*] Desiderium gloriæ inscriptionis, et eximii tituli, qui insculpendus et inhæsurus est saxeis sepulcris et monumentis, in quibus urnæ et cineres mortuorum condabantur et custodiebantur : ob id dicit, *custodibus.* *Idem.*—*Gloria, &c.*] Id est, Cæsaris et Pompeji, et aliorum. *Vet. Sch.*

144 *Hæsurî*] Inscribendi.—*Ad, &c.*] Notat optice stultitiam hominum, qui propter eximiam sepulcrorum inscriptionem, tanta pericula et tantos labores subirent, cum illa sepulcra a caprificis dirumpi et frangi possint. Hæc enim natura illius arboris caprifici. *Lubin.*—*Hæsurî, &c.*] Id est, inscribendi sepulcris. *Vet. Sch.*

145 *Mala, &c.*] Sunt enim steriles

scus, et nulla in re proquant. Sciunt autem validissimos muros et saxa in quibus nascuntur. Martial. Epig. x. 2. *Lubin.*—[*Discutienda*] Dirumpenda, in quibus saxis caprificus nascitur. *Vet. Sch.*

146 *Quandoquidem, &c.*] Nam ipsa etiam sepulcris, sepulcrum vel mors data est, cum ipsa etiam validissima monumenta frangantur et rumpantur. *Lubin.*

147 *Expende, &c.*] Ponderando vel librando explores cineres Annibalis, maximi illius ducis: quot librarum illos esse censes? Vix unius aut duarum. Opponuntur autem inter se paucae libræ et summus dux. *Idem.*—[*Expende, &c.*] Examina, pensa. *Vet. Sch.*

148 *Hic est*] Annibal ille in cujus mortui cineribus vix unam et alteram libram invenias, ille fuit, quem vivum tota Africa non cepit, quæ a Septentrione alluitur mari Atlantico, juxta quod Mauri habitant ab ortu Nili. Qui tamen hoc tanto imperio non contentus, Romanum adjungere volebat. —[*Africa*] Quarta orbis pars: tunc tertia. —[*Mæure*] Mari Æthiopico et Atlantico. *Lubin.*—[*Africa, &c.*] Quantum ab Oriente distendit Oceanus: pro distat. *Vet. Sch.*

149 *Percussas*] Alii, *perforas*. i. e. quam alluit Oceanus. —[*Nilo, &c.*] Ægypti fluv. Ut qui majori sui parte solem ad verticem habet. Unde ohi loci et regionis calorem *tepens* dicitur. *Lubin.* Quia tepentem Ægyptum irrigat, et per ardentia decurrit.

150 *Rurus, &c.*] Notatur incredibilis regnandi aviditas in Annibale, qui Hispaniæ quoque imperium, populis Lybiæ et Æthiopum, quibus imperabat, adjungebat. —[*Æthiopum, &c.*] Duplex enia Æthiopia. Intelligit autem illos qui erant in Lybia. —[*Alios*] Hoc est, oppositos. Nam et Asia et Africa producit elephantos. Videtur Mauritaniam vel Lybiam in-

telligere, ubi etiam elephanti, qui et in India. Alii legunt, *alios*. *Lubin.*—[*Rurus, &c.*] \*Dux sunt Orientis et Occidentis in occasum Garamantiæ degeneres, in ortum Macrabii præstant eos qui junguntur Mauritanie, æquitata, ætate, virtute. *Vet. Sch.*

151 *Hispania*] Quam Amilcar et Asdrubal primus infestavit, et Annibal demum obtinuit. —[*Pyrenæum*] Montem, Gallias ab Hispania dividentem. Nam per Gallias in Italiam penetravit. —[*Transiit*] Ut celeritatem transeuntis Annibalis patefaceret. *Lubin.* Tum etiam quia dicitur Pyrenæus saltus. —[*Additur, &c.*] Hannibalis, quia et eam obtinuit. *Vet. Sch.*

152 *Opposuit, &c.*] Altissimos illos montes nivibus conspersos opposuit, ne inde Italiam penetrare posset. Illos tamen superavit. —[*Alpem*] Naturæ Alpes Italiæ pro muro dedit, adversum impetum barbararum. Dividunt autem Alpes Galliam et Germaniam ab Italia. *Lubin.*

153 *Diducit, &c.*] Alii, *Diduxit*. Distraxit, divisit, viam per illos aperuit. —[*Et, &c.*] Adhibito incendio et infuso aceto, scopulos fregit, ut Livius scribit. Quod tamen Polybius, et fabulosum, omittit. —[*Diducit, &c.*] Nam dicitur primus Hannibal per Alpem viam fecisse, dum saxa montium ingentia igni primum exureret, deinde acetum acre suprafundebat, et sic cecidit, et viam fecit, qui et in Alpibus a frigore oculum perdidit. *Vet. Sch.*

154 *Jam tenet, &c.*] Utpote quam quatuor præliis miserrime addixit, et Capuam sine prælio ingressus est. —[*Tamen ultra*] Non satis esse putat Italiam tenere, nisi etiam Romanum teneat. —[*Pergere*] Alii Codices habent *perdere*. *Lubin.*

155 *Actum, &c.*] Verba Annibalis, quibus mira regnandi libido in Ann-

*Urbis expulsi.*—*Partus*] Urbis Romanæ: et recte, hæc enim Italiam caput. *Idem.*

160 *Et media*] Id est, nisi in signum Imperii et victoriae, in nobilissimo illo urbis Romæ vico vexillum pono. *Suburbis* nobilissimus erat vicus, ita dictus, quod esset sub antiqua urbe. *Idem.*

167 *O qualis, &c.*] Irridet Poëta vanitatem et deformitatem Annibalis, qui tamen tot et tanta animo agitabat. —*Quali, &c.*] Nam deformes sæpe in derisum a pictoribus in tabellis pinguntur. *Britannicus.*

168 *Cum, &c.*] Cum Elephas e Gætulia, ducem luscum portaret. Posuit luscum pro unoculo. Perdidit autem unum oculum in transitu Alpium Apennini: vel alii volent, yigiliis, et palustri cælo dum in Etruriam descenderet. *Lubin.*—*Cum, &c.*] Constat nam Hannibalem, a fulmine ictum, oculum perdidisse, Camelo solitum yehi vel Elephantop. *Vet. Sch.*

169 *Exitus, &c.*] Quis eventus fuit hujus talis ac tanti Imperatoris?—*O gloria*] Quæ scilicet tantorum majorum et calamitatum causa es. Vel etiam Scoptice hæc in Annibalem dicta. —*Vincitur*] A Scipione. Dum scilicet victoriam ad Cannas non persequitur, dum Italiam postea relinquit, et Scipio in Africam cum Romano exercitu penetrat. Nam, quam primam pedem extra Italiam ponere cepit, inclinare ejus etiam fortuna incepit, ut ipse apud *Justinum* conqueritur. *Lubin.*

160 *Et in, &c.*] Cum scilicet a Scipione victus esset, exilio multatus, ad Antiochum Syriæ regem profugit, quem sibi suspectum postea deseruit, et ad Prusiam Bithyniæ regem pervenit, pro quo adversus Eumenem victor bellum gerit. —*Atque, &c.*] Scoptice et Satyrice suo more quasi contraria conjungit: *Magnus, admirandus, et cliens.* Mirandus revers,

qui quidem ante summus dux fuerit, jam cliens, et o triumphatore fugitivus. *Idem.*

161 *Ad prætoriam*] Ad sedem quasi judicalem regis Prusiæ. *Idem.*—*Sedet*] Expectat ad prætoriam Antiochi regis Syriæ, donec libeat transire et mereri sub Prusia rege Bithyniæ: vel Prusiæ ipsius, donec evigilare regi libeat. *Farnab.*

162 *Libeat, &c.*] Tam diu sedet ad prætoriam regis, tanquam cliens mane regem expectans, ut illum salutaret, donec illi non amplius dormire, sed vigilare et surgere libeat. Alii legunt, *jugulare.* *Lubin.*—*Donec, &c.*] Prusia in Vitinia civitas. Per annos sedecim Hannibal Italia pulsus, et in Africa victus ab Scipione, et postea pulsus a civibus, fugit ad Antiochum Syriæ regem, quem male impulsus ad bellum Romanis inferendum, victus cum regia classe deseruit; inde descendit ad Prusiam Bithyniæ regem. Quo cognito Romani legati mittunt ad Prusiam, Quintum Flaminium, ut sibi daretur perducendus ad urbem Romam. Quod ne fieret, prævenit Hannibal hausto veneno, quod sub annuli gemma omni tempore habuerat. *Vet. Sch.*

163 *Finem, &c.*] Qui omnia humana inexplabili gloriæ et potentie desiderio, cæde, sanguineque subvertebat, quis illi mortem inferet? non gladius, non saxa, non tela, sed exigua admodum veneni portio, quam sub palea annuli gestabat in illum usum. —*Quæ*] Sc. anima, pro vita. —*Miscuit*] Confudit, perturbavit.

164 *Sed ipse, &c.*] Indicat quam levissima re etiam robustissimi herodes domari possint. *Lubin.*

165 *Cannarum, &c.*] Respicit haud dubie ad famosam illam Romanorum cladem ad Cannas, ubi tot nobiles Romani perierunt, ut etiam aliquot mensuras annulorum, a nobilibus occisorum digitis detractorum, Carthaginem miserit. Dicit ergo tam insign-

nis Romanorum cladis ad Cannas, annulum Annibalis, sub quo venenum occultabat, ultorem fuisse. *Lubin.*—*Cannarum, &c.*] Quia populus apud Cannas vicum Apulie ab Hannibale occisus est. *Vet. Sch.*

166 *Annulus*] In cuius palea venenum in hunc usum habuit.—*I demens*] Insultat jam Annibali, qui jam mortuus ex tot laboribus, tot tumultibus, bellis, cladibus, nihil reliqui habeat, quam ut scholasticis pueris in Scholis materiam declamandi præbeat, ut *Sat. vii. 161.*—*Sævas, &c.*] Horrendas, nivasas, asperas, in quibus transcendis plurimum pertulit. *Lubin.*—*Ut, &c.*] Ut de te pueri studentes dicant. In scholis deliberativa, Hannibal utrum de Alpibus recederet. *Vet. Sch.*

168 *Unus, &c.*] Probat idem Alexandri Magni, et Xerxis exemplo, quorum ille vivus uno mundo non contentus vivebat, et mortuus sarcophago contentus esse cogebatur. Hic Græciam immensis classibus navium devorare cupiens et obruere, victus una nave cum ingenti clade et majori dedecore redire coactus est.—*Unus*] Scribit enim Plutarchus Alexandrum, cum Anaxarchum de infinitis mundis disserentem audivisset, flevisse; et amicis fletus causam interrogantibus respondisse: Annon hoc fletu dignum, si, cum infiniti mundi sint, nos tot ærumnis ac laboribus vix unius domini facti sumus?—*Pellæo, &c.*] Alexandro. Pella enim est Macedoniæ civitas, ubi natus Alexander, et a qua Philippus etiam Pellæus dicitur. *Lubin.*—*Unus, &c.*] Alexandro magno. Hic nam in Pella natus est Macedoniæ civitate. *Vet. Sch.*

169 *Æstuat*] Quasi in angusto conclavi clausus, in quo vix spiritum possit ducere.—*Infelix*] Sceptice et Ironice, qui mundi tam angustis limitibus inclusus vivere cogatur. *Lubin.*

170 *Ut Gyara*] Non secus ac si in angusto exilio tanquam carcere inclu-

sus esset, et qui mundum hunc putat esse alteram Gyaram vel Seriphum. Cæterum de Gyara, quæ erat una Sporadum, Seripho, quæ una Cycladum, ad quas facinorosi in exilium mittebantur; dictum est *Sat. prima, vs. 78. et vi. 564.* ‘Aude aliquid Gyaris brevibus,’ &c.—*Parva Seripho*] Erat enim angusta admodum insula. *Idem.*—*Ut Gyara, &c.*] Insulæ angustæ, exilibus aptæ. *Vet. Sch.*

171 *Cum, &c.*] Id est, Cum tamen magnus ille vir Babyloniam intrabit, quam Semiramis, cocto a filiis latere, muris cinxit et circumdedit. Hic Babylone a Cassandro veneno sublatu est: quem locum Pythagoras Magnus, fœrelem ipsi prædixerat. Vide Justinum lib. xii. *Lubin.*—*Munitam intraverit urbem*] Doriæans legit, intraverit urnam, id est, sepulcrum.—*Cum, &c.*] Babylonem significat Persarum civitatem: quam condidit urbem Semiramis Nini uxor, et coctili latere munivit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. In hac igitur urbe Alexander devictis Persis ingressus veneno periit. Hæc urbs sexaginta millium in circuitu patet, ex latere cocto circumdata muris; quorum latitudo dacentos pedes detinet, altitudo quinquaginta. *Vet. Sch.*

172 *Sarcophago*] Sepulcro, urna vel capulo: ita dicitur, quod carnem et cadavera suo ambitu quasi devoret et includat. *Πόλεον* intelligit: nam Græci qui corpora defunctorum non cremabant, condere ea soliti erant *πώλεον*, ex lapide ut plurimum factis, cui natura est corpora cito absorbere. Talis Assius fuit lapis, quem et *σαρκόφαγον* propterea Græci nuncuparunt. *Salmas. Plin. Exerc. Scallig. Exerc. 291. sect. 2.*—*Mors, &c.*] Egregia sententia, qua Satyrice indicat solam mortem arguere, quantum sint nostra corpora, quam exiguo illa loco includi et contineri possint. Quasi dicat: Cum moriuntur homines, tum demum apparet, qui et

quales fuerint. *Lubin.*—*Sarcophago, &c.*] Quem vivum mundus non ceperat, mortuus exiguo loco contentus est. *Locus, pro loco. Vet. Sch.*

173 *Creditur, &c.*] Transit ad Xerxem Persarum regem, qui et ipse immenso suo imperio non contentus, etiam Græciam bello petiit. Describit autem immensum ejus exercitum, quo Athonem Macedoniæ montem perforavit, et continenti abscidit, illumque navium velis circumdedit. *Lubin.*

174 *Velificatus*] Velis tectus et navigatus.—*Et quidquid, &c.*] Notat obiter vanitatem Græciæ, quæ in suis laudibus admodum verbosa, ut gloriam suam magis amplificaret, incredibilia de immenso Xerxis exercitu scripsit, veris historiis fabulas admiscens. *Lubin.*—*Græcia mendax audet*] Hinc Aurel. Victor in Calig. 'Græcorum dicto, queis augendi omnia studium est.'—*Velificatus, &c.*] Xerxem dicit Persarum regem, qui Athonem montem in Achaia dicitur perforasse, et immisisse terris novum mare: pontum contabulasse navibus, atque ita exercitum in Achajam transulisse. *Vet. Sch.*

175 *Constratum, &c.*] Iisdem classibus quibus Athos velificatus erat, creditur et scribitur mare constratum et coopertum. Justinus lib. II.

176 *Suppositumque, &c.*] Nam, ut Justinus ait, quædam maria pontibus sternebat, et Abydum cum Sesto junxit. Rotas ergo curraum intelligit, quæ per pontem transibant.—*Solidum*] Ipsum, vastum mare.—*Credimus, &c.*] Profundos fluvios evacuos fuisse; cum exercitus Xerxis biberet. Herod. I, II.

177 *Medo, &c.*] Exercitu Xerxis ex Medis et Persis. *Lubin.*

178 *Et madidis*] Credamus illa, quamvis fabulosa, et reliqua quæ Poëta Sostratus de expeditione Persarum in Græciam scripsit: qui potus et ebrius furore Poëtico, tanquam de-

clamator prodigiosa argumenta tractavit, et nimis alte volans, pleraque mentitur. *Idem.* Sic ergo Lubinus, Grangæus et reliqui ad ebrietatem ex furore Poëtico referunt, quod *Vet. Schol.* ad sudorem recitantium, qui primum sub alis, seu axillis incipit.—*Et madidis, &c.*] Sostratus Poëta fuit. Hic Xerxis regis facta descripsit. Madidis autem ideo, quia omnes qui cum solitudine recitant, necesse est ut alæ eis sudent. Sic Horatius, 'Sudor ad imos Manabat talos.' *Vet. Sch.*

179 *Ille, &c.*] Age, licet illa vera esse ponamus; verum qui cum tanto exercitu advenerat, qualis ille ad angustias Salaminii freti a Themistocle victus in patriam rediit?—*Salamine*] Ubi cum paucis Abydon ad pontem contendit, quem cum hybernis tempestatibus fractum videret, piscatoria scapha trepidus turpius trajecit. Est autem *Salamin* insula e regione Atticæ, juxta Æginetam, ubi cladem accepit, et navali prælio a Themistocle superatus est. *Lubin.*—*Salamine, &c.*] Cum victus a Græcis fugit. *Vet. Sch.*

180 *In Corum*] Scoptice. Qui ante mari et ventis imperare solebat, et in Corum atque Eurum ventos flagris suis sævire, quod pontem ejus disjecerant. Herod. VII. *Lubin.*—*In Corum, &c.*] Solebat verberare flatus. Sic nam fingunt Græci Poëtæ. *Vet. Sch.*

181 *Barbarus*] Iguominiose illum sic appellat, idque ex historia; nam Græci volentes Xerxem significare Barbarum dicunt, quasi vesanum hominem.—*Æolio, &c.*] Scoptice. Quasi dicas: Tu ventos, o rex, tam inhumaniter tractasti, ut ipse ventorum Deus Æolus in suo carcere et antro miseros ventos nunquam tam inhumaniter et crudeliter tractarit. Respicit ad Virg. Æneid. I. 'Lactantes ventos vinclis et carcere frenat.' *Lubin.*



182 *Ipsam, &c.*] Neptunum compedibus vincit; ab *Arcto*, concutio, sive ab *Arctis concussio*, et *γαια*, terra. *Idem.*—*Ipsam, &c.*] Dicebat nam Xerxes usque adeo vicisse se procelas Hellesponti, ut ventos flagris compesceret, et ipsum Neptunum compedibus vinciret. *Vet. Sch.*

183 *Mitius, &c.*] Amara ac salsa Ironia. Mitius et clementius egit Xerxes cum Neptuno, quod illi stigma non inusserit, neque violentius aliquid in Neptunum statuerit. *Lubin.*—*Mitius, &c.*] Ironia: quia non cecidit, ne maculam inferret notæ secundum jus.—*Stigmatē*] Quia non hoc inscribi jussit. *Vet. Sch.*

184 *Huic, &c.*] Poëtæ verba. Huic tam temerario et stulto regi, aliquis inservire vellet Deorum? *Lubin.*—*Huic, &c.*] Quia pontem mari superposuit, fixerunt illi servisse Neptunum: quemadmodum Laomedonti regi Phrygiæ. Vel propter Apollinem, quia servivit Admeto. *Vet. Sch.*

185 *Sed, &c.*] Obiter irrisit Xerxem. Jam ad priora redit. Redit autem Salamine in patriam turpissima fuga elapsus.—*Nempe, &c.*] Piscatoria scapha, qua trepidus aufugit.—*Cruentis, &c.*] Tot militum suorum cæde, quos Themistocles occidit. *Lubin.* Non tam hæc intelligenda de strage exercitus, quam de iis, quæ fugienti Xerxi accidere, autumat Grangæus.—*Sed, &c.*] Interrogative pronunciandum. *Vet. Sch.*

186 *Tarda*] Cum mare cadaveribus plenum esset, quæ navim quasi impediebant. *Lubin.*

187 *Hæc, &c.*] Conclusio hujus membri de gloria bellica. Hæc et consimilia mala atque pericula pœnæ loco exigit gloria ab Annibale, Alexandro, Xerxe, et aliis, gloria inquam quam ipsi toties exoptaverant. *Lubin.*

188 *Da, &c.*] Pergit jam ad votum longæ vitæ et senectutis, cujus miseriam multis verbis fustus et prolixius describit Seneca: 'Quam bene vivas

refert, non quam diu.' *Idem.*—*Da, &c.*] Prolixum tempus vitæ. *Vet. Sch.*

189 *Hoc*] Id est, hanc senectutem exoptas; omni vitæ tempore, tristis et lætus, sanus et ægrotus.—*Ractō vultu*] Non demisso vultu aut arcans ore, ut cætera optat. *Farnab.* Alii de sanitate intelligunt: sed videtur velle loqui cum Persio Sat. 11. 8.—*Pallidus*] Vel ex metu, vel ex morbo, cum mortem potius optare deberet. *Lubin.*—*Hoc, &c.*] Lætus, et tristis vitam longam optas. *Vet. Sch.*

190 *Sed, &c.*] Recitat jam infinita senectutis incommoda. Nimirum, inquam, tanquam in mare, omnia vitæ adversa et incommoda fluunt. *Lubin.*

191 *Deformem, &c.*] Tu quicumque es, qui senium tibi exoptas, aspice quæso: Primum incommodam est deformitas. *Idem.*

192 *Dissimilemque sui*] Nam senes, illorumque vultus, non videntur iidem esse, qui ante fuerunt.—*Sui*] Olim juvenis.—*Deformem, &c.*] Ut pellis deformis et rugosa. *Lubin.* Sic pellem a cute distinguunt, ut cutis hæreat vivis, pellis mortuis, quamvis sæpissime confundantur. *Grang.*

193 *Et, &c.*] Ordo est: Tales in senibus rugas aspice, quales simia jam mater scalpit in vetula bucca, in illa regione, ubi Tabraca pandit saltus umbriferos. *Lubin.*

194 *Umbriferos, &c.*] Ingentes et opacas ac densas silvas.—*Tabraca*] Regio Libyæ similis plena. Beroald. in Plin. 1. v.—*Quales, &c.*] Opacas silvas esse in Africa Poëta dicit, in regione Tabracena, in quibus simiæ nascuntur. *Vet. Sch.*

195 *Jam, &c.*] Annosa simia, et ob id deformior. *Lubin.*—*Bucca*] I. e. facie.

196 *Plurima sunt*] Amplificat deformitatem senectutis, dissimilis a juventute, quod juvenes inter se valde dissimiles sint. In senibus vero nulla sit dissimilitudo: utpote in quibus

omnibus eadem deformitas et imbecillitas. Ob id ait: 'Una senum facies.' *Lubin.*—*Plurima, &c.*] Qui discerni possint inter se. *Vet. Sch.*

198 *Cum, &c.*] Vox et membra, præ senio æque omnibus trepidant. *Lubin.*—*Una, &c.*] Id est, dissimiles et multæ figuræ sunt juvenum, et est unicuique sua gratissima: quoad quidam pulcher est, alter fortis, alter eloquens: in senibus enim una esse videtur forma. *Vet. Sch.*

199 *Et, &c.*] Calvum et depilatum, capillo ob humorem radicalem deperditum jam defluente. — *Madidique, &c.*] Vel quod nonnulli ad infantiam redeant; vel quod senibus humor de naribus dependeat, ut infantibus. *Lubin.*—*Madidique, &c.*] Ita nam senibus humor de naso, ut infantibus pendet. *Vet. Sch.*

200 *Frangendus, &c.*] Aliud incommodum quod misero et edentulo seni, panis gingiva frangendus et contruncandus sit cum dentes non habeat. *Gingiva* dicitur, quod dentes inde gignantur. Male ibi vetus Scholiastes, Gingivam masculini vult esse generis. *Sabnas.*—*Frangendus, &c.*] Notandum masculino genere dixisse, ut *hic gingiva*: quia dentes ruerunt, *gingiva* panis frangendus est. *Vet. Sch.*

201 *Usque, &c.*] Adeo deformis, gravis, ac molestus est, ut non solum uxori et liberis suis, et sibi ipsi molestus evadat; verum etiam, quod mireris, Cossu hæredipetæ. Scopitice notat Cossu, qui licet omnia tolerare possit in senibus orbis, interdum tamen illam deformitatem senum cum tædio fastidiat. *Lubin.*—*Cosso, &c.*] Heredipetæ. *Vet. Sch.*

203 *Non, &c.*] Aliud incommodum, quod nullam amplius ex cibo et potu voluptatem capiant, cum palatum vel gustandi vis illis torpeat, stnpeat, et obtundatur senio. *Lubin.*—*Non, &c.*] Nullus illi sapor est. *Vet. Sch.*

204 *Nam, &c.*] Quasi dicat: Multo minus ex rebus Veneris voluptatem

capiant: utpote quorum jam dudum obliiti. *Lubin.*—*Vel, &c.*] Res scilicet Veneræ repetere frustra laboras. Nam exiguus nervus vel penis in, vel eam testibus jacet. Est autem *remex* proprie genus morbi et tumor scroti, idem quod hernia. Sat. vi. vs. 326. *Lubin.*—*Nam, &c.*] Ut Virgilius: 'Frigidus, in Venerem senior.' *Vet. Sch.*

205 *Jacet exiguus, &c.*] Penis, ut Virg. 'Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.' Ramicem, dicit intestinum. *Vet. Sch.*

206 *Et quamvis*] Nullis quippe blanditiis irritari et incendi potest. *Lubin.*—*Et quamvis, &c.*] Fricetur, præputiatur, vel propudietur. *Vet. Sch.*

207 *Anne, &c.*] Quasi dicat: Minime. Utpote cum inguen ob senectutem sit canum et imbecillum. Porro in hisce locis canities, ob defectum humoris radicalis, omnium novissime provenit. *Lubin.*

208 *Quid, &c.*] Quid, inquit, dices, quod ii qui in coitu operam præstare non possunt, suspecti sunt, ne sint fellatores, ita enim facilius arrigunt: unde Martialis: 'Summa petas,' (i. e. os) 'istic mentula vivit anus.' *Britannicus.* Vide quæ Sueton. cap. 44. de Tiberio scribat. Priorior erat (inquit) ad id genus libidinis et natura et ætate. et Martial. lib. iv. ep. 50.—*Suspecta, &c.*] Ut infames dicantur, qui sine ullo calore coitum desiderant. *Vet. Sch.*

209 *Affectat*] Cupit, appetit.—*Adspice, &c.*] Subjungit jam alia senectutis incommoda, quod nimirum ob surditatem, vel præstantissimis Musicis canentibus, nullam voluptatem inde percipiant. *Lubin.*

210 *Partis alterius*] Aurium, sive auditus.—*Nam, &c.*] Id est, citharædo etiam eximio cantante, nihil audiunt, nullam voluptatem capiunt. *Lubin.* Ordo est, quæ voluptas cantante citharædo sive Seleuco, sit licet eximius?

211 *Citharædo*] Alii legunt, *Citharædus? sive Seleucus.* Etiam eximius

tibicen, qualis fuit Seleucus. *Fernabius*.—*Sive, &c.*] Hic optimus tibicen fuit ætate illa. *Idem*.

212 *Et, &c.*] Id est, optimi et præstantissimi tibicines; illi enim variata veste induti, et gemmis anroque ornati, per theatrum cantando solebant pervagari. Horat. in arte: 'Traxitque vagus per pulpita vestem Tibicen.' *Idem*.—*Et quibus aurata mos est fulgere lacerna*] Lacerna aurata citharædorum peculiaris fuit, quorum habitus cultusque notabilis. Auctor librorum ad Herennium, dat iisdem pallam auratam et chlamydem purpuream: 'Uti Citharædus cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta, cum corona aurea, magnis fulgentibus gemmis illuminata.' *Ferrarius*.

213 *Quid, &c.*] Ait frustra senes in theatro sedere, cum vix cornicines et tibicines, qui in theatris adhibentur, audire possint. *Idem*.

215 *Clamore, &c.*] Si amicus aliquis adveniat, ipsumque salutet: ut hoc audiat et intelligat, multo clamore opus est. *Idem*.

216 *Quot, &c.*] Quotam diei horam. Non enim scit amplius diei tempus et horas. *Idem*. Diis in templis horas nunciatas docet Lips. et pueri nuntiabant horas dominis. — *Quem, &c.*] Quia per ætatem nec videt, et nisi puer admoneat, nihil sponte sentit. *Vet. Sch.*

217 *Præterea, &c.*] Aliud incommodum, quod omni fere calore naturali destituantur, sint exsuccu et exsangues.—*Gelido, &c.*] Calor enim paulatim absuitur. *Ferrar.*—*Præterea, &c.*] Ut Virgilius: 'Gelidus tardante senecta, Sanguis hebet.' *Vet. Sch.*

218 *Febre, &c.*] Satyrice. Non nisi in morbo vel febre calent, quod quidem est miserrimum.—*Circumsilii*] Aliud incommodum, quod omnes morbi senectutem confluant, in senes agminatim incurrant. Terentius: 'Se-

nectus ipsa est morbus.' *Ferrar.* Hinc Senec. in epist. notat Virgilium non perquisisse morbos et senectutem 'Subeunt morbi tristisque senectus.' 'Senectus insanabilis morbus,' ipse Seneca.—*Agminis facto*] Non unus morbus, sed multi simul, catervatim. Virgilianum est, quo et usus ipse Sat. III.

219 *Quorum, &c.*] Hemistichium Ovidianum est. De variis autem morborum generibus inter alios Pineda in Job.—*Morborum, &c.*] Id est, omne genus ægritudinis: ut Terentius: 'Rogas? Senectus ipsa morbus est.' *Vet. Sch.*

220 *Promptus, &c.*] Locus vere Satyricus, in quo quasi aliud agens obiter multos acerrime flagellat, quod primaria Satyricorum virtus est. Quasi dicat: Citius tibi enarrem infinitas Hippie adulteros, quam senectutis morbos, qui prorsus sunt innumerabiles.—*Hippia*] Uxor Senatoria, quæ cum Sergio gladiatore in Ægyptum profugit, ut Sat. VI. vs. 82. dictum est. Alii legunt *Oppia*. *Ferrar.*

221 *Quot, &c.*] Nobilissimus Archiater ejus temporis, quem obiter vexat, quasi ille innumerabiles ægrotos uno autumno curando occiderit. Porro autumno morbi et mortes sunt frequentissimæ. *Lubin.*—*Quot, &c.*] Advocatus illo tempore prævaricator.—*Quot, &c.*] Tutor. *Vet. Sch.*

222 *Quot Basilus socios*] Dorleans hunc fuisse advocatum vult; et ait, socios, quod non modo prævaricatione Basilus extraneos proderet, sed et sibi conjunctissimos. *Socios* vocat clientes, quod eum comitarentur.—*Quot, &c.*] Quot præfectus ille et spoliator Provinciæ Basilus, Provinciales in societatem Romanorum receptos, spoliaverit. Pro *Hirrus* alii *Irus*.—*Circumscriptio*, &c.] Id est, quot pupillos suæ tutelæ commissos, infidelis ille et fraudulentus tutor Hirrus deceperit, et defraudavit. Hæc omnia tanquam impossi-

bita profert, quæ tamen possibiliora sint enumeratu, quam seuectutis morbi. *Lubin.*

223 *Quot, &c.*] Quot viros una die, formosa illa et procera meretrix Maurra, Venere et concubitu exhauriat, et evacuet. De qua Sat. vi. vs. 307. *Idem.* Errat hoc loco Vet. Schol. qui ad oris impuritatem hæc refert. Sed *exsorbere* etiam alii parti convenit. Eodem sensu dicitur *vorare* et *peragere*.—*Quot, &c.*] Hanc ostendit ore fuisse impuram. *Vet. Sch.*

224 *Quot, &c.*] Ille infamis magister, *Pædico pullipremo*: ut cum Ansonio loquar in Eunum magistrum ita scribentem, quot discipulos ille ad stuprum inclinavit et incurvarit ad libidinem per portentosam illam *Epœra nûp̄r*. Magius II. cap. 3. Sat. ix. vs. 26.—*Quot, &c.*] Magister infantum corruptor. *Vet. Sch.*

225 *Percurram, &c.*] *Supra, promittis expediam.* De hoc dictum est Sat. i. vs. 25. ubi alii Licinium ex tonsore senatorem factum intelligunt; alii *Cinnamum*. Id est, citius dicam quot villas ille nunc habeat, et quam dives ille malis artibus factus sit, qui me puero vilis erat tonsor. *Lubin.*

226 *Quo, &c.*] Licinius ex tonsore Senator factus. *Vet. Sch.*

227 *Ille, &c.*] Postquam multos obiter ex obliquo lancinavit, redit jam ad senum incommoda, morbosque recensendos. *Lubin.*—*Ille, &c.*] Redit ad senes. *Vet. Sch.*

228 *Et, &c.*] Id est, omnino cæcus est; et illis, qui unicum adhuc oculum habent, tanquam felicibus invidet. Apposite dixit, *Invidet*. Invidere enim senum proprium est. *Lubin.*

229 *Pallida*] *Exsanguia*.—*Digitis, &c.*] Chiragra fractus, manum ori admove, et suis manibus cibum capere non potest, ob id ab aliis cibatur, tanquam puer. *Idem.*—*Digitis, &c.*] Chiragra debilis, qui ab alio cibatur. *Vet. Sch.*

230 *Ipsæ, &c.*] Alius senex os tan-

tum potest aperire, ut pulli hirundinis, qui mira aviditate cibum captant. Conspecto cibo, rictum oris diducit, et ampliter aperit. *Lubin.*—*Diducere, &c.*] Os applicare, ut pulli hirundinis, quæ pleno ore volat, dum incibat filios suos. *Vet. Sch.*

231 *Hiat tantum*] Jam ob rigorem nervorum in senecta vix os aperit, et labia aliquatenus deducit.—*Ad, &c.*] Exprimit egregie adfectum maternum, quæ ipsa jejuniens cibatur suos pullos. *Lubin.*

232 *Sed, &c.*] Subjungit jam plurima alia senectutis incommoda, et primo quidem quod plerique *dis videntes ol yéporres*, *Bis pueri senes sunt*. Ordo est: Dementia, omni membrorum damno (quod senes cæci, surdi, vel claudi evadunt) major est. Miserri- mum profecto, cum organa mentis aut cerebrum senes destituunt, ut ratio titubet, memoria flaccescat. *Idem.*

233 *Major*] Quo scilicet animus præstat corpore. *Idem.*—*Major, &c.*] Ad postremum quod desipies efficiuntur. *Vet. Sch.*

234 *Nec nomina, &c.*] Multis enim ratio et memoria omnino perit. *Lubin.*

235 *Nec, &c.*] Proprios filios non amplius novit. Notat enim obiter malitiam quorundam senum, qui demeritati a fellatricibus suis, mulieribus alienis bona sua legabant, et suos liberos exheredabant. *Idem.*—*Quos eduxit*] I. e. educavit.

236 *Nam, &c.*] Sævis, iniquis, et injustis testamenti tabulis, suos liberos vetant suam hereditatem adire, illecti a fellatricibus bestiis.

238 *Ad, &c.*] Meretricem fellatricem suam, quam ex asse heredem constituit, quæ seni libidinoso et irrumatori fellandi obsequio serviebat, ejusque animum sibi devinciebat. *Idem.*—*Tantum, &c.*] Tantum impuro suo ore præstitit, dum fœdissimam et abominabilem operam seni locat.—*Halitus*] Tractus oris cum halitu.

*Idem.*—*Oris artificis*] I. e. artificiosi: quod tum fellatione, tum blandiloquio hæreditatem senis captaverat. *Grang.*—*Ad, &c.*] Impuram hanc fuisse demonstrat Poëta, interea et artificem ad inquietandum senis inguinem. *Vet. Sch.*

239 *Quod, &c.*] Per os intelligit Phialam meretricem, quam ostendit multis annis in lupanari tanquam in obacuro angulo et lastro tanquam carcere prostitisse. *Labia.*—*Quod, &c.*] Ex eo quam diu prostituerit. *Vet. Sch.*

240 *Ut, &c.*] Alia incommoda subtexit, et occurrit tacitæ objectioni tali: Tamen multi etiam in extrema senecta corpore et animo vigent. Respondet Poëta: Quamvis maxime vigeant, tamen in longa illa vita multa quæ nolint, vident, omni morte graviora. Ut mortem filiorum, conjugis, fratris, sororum, et alios luctus, mœrores, ærumnas innumeras.—*Ducenda, &c.*] Ad sepulturam. *Labia.*—*Ut, &c.*] Pone ut non sit demens, qui diu vixerit, tamen omnes effert ipse filios suos. *Vet. Sch.*

241 *Rogus*] Lignorum strues, quæ cadavera concremabantur. *Labia.*

242 *Plenaque, &c.*] Id est, vasa in quibus mortuorum sororum cineres et ossa componuntur. *Idem.*—*Plenaque, &c.*] Urnæ, vasa in quibus mortuorum ossa componebantur, postquam corpus arsisset. *Vet. Sch.*

243 *Hæc, &c.*] Unde sapiens dixit: 'Hoc mihi longa vitæ attulit, ut multa quotidie quæ nolim, videam.' *Labia.* Et Seneca, 'Rarum est felix idemque senex.'

244 *Nigra, &c.*] Pulla et lugubri: propter perpetua funera.—*Domus senecæ*] I. e. Incolæ domum.

246 *Rex, &c.*] Jam exemplo Nestoris et aliorum demonstrat illos, qui diu vivunt multa adversa experiri.—*Pylus*] Nestor cujus pater Neleus Neptuni filius. Quem senem Pylum vocat Ovid. Patria illi Pylus in La-

conico mari incumbens.—*Et, &c.*] Cujus verba de Nestore Odys. 7. Τῆς γὰρ δὴ μὴ φασὶν ἀνδρῶνδαι γένη' ἀνδρῶν. *Labia.*—*Rex, &c.*] Nestorem dicit, qui dicitur tertiam usque ætatem vixisse, id est ccc. annos, ut dicit Homerus. *Vet. Sch.*

247 *Exemplum vitæ*] Id est, trecentos annos vixit, et proxime ad cornicis ætatem accessit, quæ vivere dicitur ix. secula vel ætates. *Plin. vii. 48.*—*Secunda*] Cujus vita non tam longæva quam cornicis, nec illi par, sed secunda ab ea, et post eam maxime longæva.

248 *Nimirum, &c.*] Vel serio loquitur ex vulgi judicio; vel Ironice ex sua sententia. Immo vero infelix, quod probare vult.—*Tot*] Tria sc.—*Mortem, &c.*] Et ita diutissime mortuus est. *Labia.*

249 *Atque suos*] Hoc vult innuere: 'Nestorem jam implevisse 300. annos.' *Labia.* Antiqui enim per digitos numerare soliti: Numerus qui infra centum, digitis sinistræ manus numerabatur: Centenarius vero numerus et major illo, digitis manus dextræ. *Tertull. Grangæus.*—*Dextra computat*] Videtur poëta innuere, Nestorem 300. annos vixisse, cum alii 80. annis ætatem terminantes, 90. eum vixisse dicant. *Ἀνακρέων* &c. Lycophron. de qua ratione vide Cæli Rhodigini. xxi. 12. et Lillii Gyraldi dialog. 2. et Epigr. Græc. ii. 9. de auu, præ qua Nestor non erat senex, ἡ χερὶ λαυρὶ Δῆρος ἀριθμεῖσθαι δεξιτερὸν ἀρεταίων. *Farnab.* Qui legunt *dextera*, in nominativo ponunt.

250 *Quique, &c.*] Qui tot autumnos vixit, quibus novum mustum solet esse in deliciis.—*Oro, &c.*] Alii leg. *Ors.* Recenset jam ærumnas, quas Nestor longa sua vita expertus est, et de quibus ipse conqueritur, vitam nimirum sibi contingere nimis longam. *Labia.*—*Quique, &c.*] Qui multos autumnos vidit. *Vet. Sch.*

251 *De, &c.*] Vel nimis longis, vel

iniquis, quæ se tanto tempore in miseris vitam transigere permittant. *Lubin.*

252 *Fatorum*] Cui Parca nimium parcant.—*Nimio, &c.*] Quod nimis prulixum sit, et quod stamen Parca vel Atropos non citius abruperit. Respicit enim ad Parcas, quæ unicuique stamen vitæ longum vel breve distribuere a Poëtis finguntur.—*Cum, &c.*] Cum deflet filium suum, cum ejus cadaver combureretur. Hic enim Antilochus cum patri opem ferre vellet, a Memnone fuit occisus.—*Acris*] Fortis, bellicosi. *Lubinus.*

253 *Barbam*] Cum videt fortem filium suum, jam grandem et barbata Antilochum occisum, et rogo ardentem. *Farnab.*—*Nam querit, &c.*] Al. *Cum querit.* Interrogat omnes familiares, cur non mortuus sit, antequam hasce calamitates experiretur. *Lubin.*—*Antilochi, &c.*] Filium suum ploravit Antilochum, quem Memnon auxilium patri ferentem occidit in Troja. *Vet. Sch.*

254 *Cur, &c.*] Quidnam deliquerit, quamobrem filii natu grandioris mortem spectare coactus sit. *Lubin.*

255 *Quod, &c.*] Ut puniatur tam diuturna vita, quæ nihil est aliud, quam prorogatio longi mœroris. *Idem.*

256 *Hæc, &c.*] Sc. Conqueritur hactenus de Nestore. Sequitur secundum exemplum de Peleo Æaci filio, cujus filius Achilles, quem ex Thetide susceperat, ab Paride et Deiphobo in templo Apollinis Thymbraei, sagittis confossus est, cum Polyxenæ nuptias speraret, et quem pater senex adhuc superstes deflevit. *Lubin.*—*Raptum*] Immaturo morte.

257 *Atque alius*] Tertium exemplum Laërtæ, qui admodum senex, Ulyssem filium luxit.—*Cui fas*] Quem decet, et cui par est et convenit.—*Alius*] Non frustra nomen patris obicit, utpote incertum. Nam constans fama erat Anticleam Ulyssis

matrem dum Laërtem petit, a Sisyphe compressam, et inde Ulyssem natum; quod et Ajax l. xiii. Metam. Ulyssi objectat.—*Ithacum*] Ulyssem filium suum Ithacæ ducem.—*Natastem*] Decem annorum errore per mare jactatum. Vel simpliciter naufragio enatantem ad Calypsus insulam. *Odyss. II. Farnab. Lubin.*—*Atque, &c.*] Laërtes, propter Ulyxem naufragum. *Vet. Sch.*

258 *Incolumi Troja*] Quartum jam Priami exemplum subjungit. Id est, felix etiam fuisset Priamus, si Troja adhuc incolumi, et florente regno, vel ante excidium, et incendium Trojæ mortuus fuisset. Tunc enim magnis solennitatibus a quinquaginta filiis funus ejus deductum fuisset. Et tot mala, regnique sui interitum non fuisset expertus.—*Umbras, &c.*] Ad sepulcra majorum: Reliquiis avi sui fratris fuisset adjunctus, magna universæ urbis Trojanæ solennitate. *Lubin.*

259 *Assaraci*] Tros genuit Assaracum et Ilionem, Ilion Laomedontem, Priami patrem. *Britan.*—*Hectore, &c.*] Ex veterum consuetudine hoc dicit. Nam filii olim funus patris portabant. *Plin. l. vii. de Q. Metullo.* Inter felicitatis humanæ exempla numeratur. *Lubin.*—*Funus*] Corpus Priami patris.—*Assaraci, &c.*] Id est, felix etiam fuisset Priamus, si ante incendium Trojæ fuisset mortuus, cujus funus omnes filii sui deduxissent. *Vet. Sch.*

260 *Reliquia, &c.*] Humeris enim portabantur funera. Teste Homero, quinquaginta illi filii erant, et duodecim filiæ. *Idem.*—*Portante*] Quæ solent a filiis in funere patris fieri. *Vet. Sch.*

261 *Inter, &c.*] Describit solennitates funebres. Flevisent autem mortuum suum regem et patrem Iliaes et Trojanæ mulieres.—*Et, &c.*] Cassandra enim quia vates erat, futuram patriam mortem præcivisset, et ob id prima omnium, et prius quam

reliquæ sorores flevisset, tanquam præfica. Præficæ enim modum plan-  
gendi cæteris dabant. *Grægens.*

263 *Scissaque palla*] Lacera oblonga muliebri veste, ob luctum patris mortui.—*Polyxena*] Virgo pulcherrima et fortissima, cujus nuptias Achilles appetebat, qui ab Alexandro Paride, ut supra dictum, occisus est. Ob id hæc, eversa Troja, ad Achillis tumulum in Sigæo interfecta fuit a Pyrrho Neoptolemo Achillis filio. *Lubin.*

263 *Si, &c.*] Si mortuus fuisset priusquam filius Alexander naves illas ædificabat, quibus Helenam Menelai conjugem abducebat. Quæ rapina causa fuit excidii urbis Trojanæ. *Idem.*—*Diverso tempore*] Prius quam.

264 *Audaces*] Recte; quippe illis alienam conjugem abducturus erat. Vel ille audax. *Lubin.*—*Audaces, &c.*] Bene, audaces: quia Helenam alienam uxorem ablaturæ erant. *Vet. Sch.*

265 *Longa, &c.*] Nimirum hoc ipsi contulit, ut multas extremas calamitates, morte atrociores experiretur. *Dies* hic pro tempore.—*Quid contulit*] Nihil profuit.—*Omnia, &c.*] Id est, Iliada malorum et calamitatum, longa vita expertus est, ruinam Asiæ Imperii sui. *Lubin.*—*Omnia, &c.*] Ut Virgilius: 'Urbis ubi captæ casum, collapsaque vidit,' &c. Ergo hoc illi prolixa vita præstitit. *Vet. Sch.*

266 *Asiam*] Asiæ partem magnam.

267 *Tunc, &c.*] Priamus, deposito pileo vel tiara, qua pacis tempore utebatur, senex, et annis tremulus arma induit, et gestavit. Respicit ad illud Virgillii II. *Æneid.* 'Arma diu senior desueta trementibus ævo Circumdat nequidquam humeris, et inutile ferrum cingitur.' Vide et *Brissonium* II. de regno Pers. *Lubin.*

268 *Ante, &c.*] Aram Jovis Hercæi, ubi a Pyrrho filium suum insequente trucidatur, cum filium Politem vellet defendere.—*Ruit*] Cadit

occisus.—*Vetus bos*] Jam ætate senilis ac inutilis. *Lubin.*—*Et ruit, &c.*] Ut Virgil. 'Sanguine fœdantem quos ipse sacraverat ignea.' *Vet. Sch.*

269 *Qui, &c.*] Qui bos, ob senectutem aratro jam inutilis, mactatur ab ingrato agricola, et illius cultris cædendum offert collum senectute tenue et miserandum.

270 *Ingrato*] Ab ipso agricola ingrato, id est, quem jam agricola ingratus fastidivit. *Britan.*—*Fastiditus*] Contemptus ab aratro, cui jam inutilis est. *Lubin.*—*Ab, &c.*] Contemptus ab aratro senex, qui non potest laborare, id est, arare. *Vet. Sch.*

271 *Exitus*] Fatum et mora.—*Hominis*] Dicit Poëta: casum Priami utcumque ferendum esse, qui quidem homo sit mortuus. Cum uxor Hecuba in canem mutata, canis sit mortua. Cujus calamitas longe atrocior. *Lubin.* Vid. Ovid. XIII. metamor. Hygin. fab. 111. et 243.—*Sed, &c.*] Hecubam dicit, quæ excæcato Polymestore, cum saxis impelleretur a populo Thracum, versa in canem fertur. An quia Græcis convicia congerebat, canem nominaverunt? *Vet. Sch.*

272 *Latravi*] Ita fictum; nam Græcis convicia torva ac truculenta fronte ingerebat, ob id canis dicta.—*Rictu*] Os enim in rictum distrahunt latrantes canes. *Lubin.*

273 *Festino, &c.*] Missis jam Græcis et externis exemplis, pergo ad nostra Romanorum exempla.—*Regem, &c.*] Mithridatem intelligit, qui vixit annos 69. et cum Romanis per 40. annos varia bella gessit, et 57. annis regnavit, ter a Sulla, Lucullo, et Pompejo victus: quique 40. annorum belli tædia, veneno, cum non posset gladio, finivit. Vide Flor. III. 5.—*Et Regem, &c.*] Mithridates cum per quadraginta annos adversus Romanos dimicasset, cum Pharnacem filium suum apud cæteros ejus fratres voluisset occidere, ab omni relictus exercitu est: et exhausto veneno periit. *Accepto*

Frequenter antidoto, ut perire non posset. Postea vero Pharnaces successit ejus imperio. *Vet. Sch.*

274 *Et Cræsum*] De hoc vide Herodotum l. i.—*Et, &c.*] Cum interrogatus fuisset Solon a Cræso, si aliquem vidisset tam gloriose regnantem; ille dixit, debere vitæ ultimæ eventum expectare. Quem cum Cyrus captum victor vivum jussisset in rogo poni, clamare cœpit, Solonem non sibi esse mentitum: atque ita a Cyro est liberatus, timente ne aliquid sibi faceret in extremo vitæ spatio perdurante. *Vet. Sch.*

275 *Respiciere, &c.*] Quam sententiam egregie expressit Ovid. 'Sed scilicet ultima semper Expectanda dies homini, dicique beatus Ante obitum nemo, supremæque funera, debet.' *Lubin.*

276 *Exilium, &c.*] Pergit jam ad Romanos. Et primum exemplum proponit Marium Arpinatem, qui septies consul fuit. De quo Florus iii. 21.—*Exilium*] In Africam refugium, et tam latibula, quam carcer quæ Minturnis Marius invenit. Tangit Historiam notam de Mario.—*Carcer*] Nam Minturnenses cives eum captum in carcerem conjecerunt.—*Minturnarum*] Strabo l. v. ait Minturnas opidum Latii prope mare, inter Firmos et Suessam sitas, quos dividit Liris amnis. *Lubin.*—*Exilium, &c.*] Cum Sylla cum Jugurtha in Africa pugnaret, Marius supra ipsum abiit, et missus est, illo remoto, vicit. Posthæc cum denuo ad Mithridatem Sylla mitteretur, et profectus esset in Campania, iterum cœpit ambire supra eum, et inde discordia inter eos nata est. Verum cum Sylla reverteretur ob hanc causam, Marius fugit, et latuit in Galliis in Minturnarum paludibus. Qui cum fuisset ibidem agnitus, in carcerem missus est, et cum carnifex ad occidendum eum missus esset, visa circa eum tanta majestate, vel quid futurus es-

set, relicto gladio pavens fugit, ac retulit cognita his a quibus missus fuerat. Illi eum dimitti jusserunt. Qui cum fuisset dimissus, in Africam abiit, id est, Carthaginem. Ibidem solutis ergastulis Romam venit, et omnes Syllanos occidit, et receptus a Cinna tunc Consule, tenuit urbem. Postea Consul vii. fuit. Sylla posito in bello qui ante adventum\* Syllæ fato suo mortuus est. *Vet. Sch.*

277 *Victa, &c.*] In ruderibus Carthaginis. *Lubin.* i. e. Carthagine jam devicta.

278 *Hinc, &c.*] Ex longa vita. Nam si citius illis honoribus ac triumphis defunctus mortuus esset, in tantas calamitates non incidisset.—*Quid, &c.*] Nemo in toto terrarum orbe, nemo in Urbe, fuisset beator C. Mario, si mortuus fuisset junior, et illo tempore cum de Teutonibus triumpharet. *Lubin.*—*Tulisset*] Procreasset.

280 *Circumducto*] Triumphum indicat, in quo captivi circumducebantur. *Idem.*—*Captorum*] Cimbrorum et Teutonum.

281 *Animam, &c.*] Florentem, felicem, lætam et triumphantem. Allusio est ad spolia opima, quæ dux duci detraheret. *Britannic.*

282 *Teutonico vellet, &c.*] Quo de Teutonibus triumphans vehebatur. *Lubin.*

283 *Provida, &c.*] Hic locus desumptus ex Cicer. Tuscul. i. Id est exemplum Pompeji, qui ante bellum civile, magnis rebus gestis Capuæ (ut alii, Neapoli; nam Neapolis etiam est civitas Campaniæ) febri correptus est. Qua si mortuus esset, felix fuisset, et in miserum illud civile bellum non servatus. Vide *Vellejum Paterculum* l. xi.—*Provida*] Favens et benevola, quæ eum voluit Cæsaris manibus eripere, ejusque gloriæ consulere. Quam ipsum futuris calamitatibus præruptum voluit. *Lubin.*—*Febres, &c.*] Optandum certe ipsi fuisset febre mori, ne cum ignominia victus moreretur.



—*Provide, &c.*] Nam dicitur Pompejus mox quam suscepit bellum civile contra Cæsarem, in Capua vehementer ægrotasse: et quia non potuit febre emori, servatus est, ut a Cæsare occideretur. *Vet. Sch.*

284 *Publica, &c.*] Quæ in multis urbibus pro salute Pompeji concipiebantur, illum morti eripuerunt, ut postea miserius moreretur ab Achilla et Photino occisus. *Lubin.*

285 *Igitur, &c.*] Adversa fortuna Pompeji et urbis Romæ. *Florus* iv. 9.

286 *Servatum*] Ad hanc ignominiam. Per preces, et publica vota.—*Victe*] Pompejo, a Cæsare.—*Hoc, &c.*] Capitis scilicet amputatione. Scopitice exaggerat ærumnas Pompeji ob longam vitam, quas graviores esse dicit quam Lentuli, Cethegi, Catilinæ, &c. *Lubin.*

287 *Hoc parva*] Ut non capite mutilati, sed integri occiderint.—*Lentulus*] Sura, Senatorii ordinis. Vide Sallustium.—*Lentulus*] Qui proditor fuit, et Cethegus conjuratus Catilinæ, laqueo, quasi conjurati, non gladio perierant. *Vet. Sch.*

288 *Catilina*] Qui cum hostibus acriter pugnans confossus est, et longe a suis inter hostium cadavera repertus, ut scribit Sallustius.

289 *Formam*] Dixit de divitiis, honoribus, gloria, potentia, et eloquentia, et de senectutis voto. Transit jam ad votum pulchritudinis, quam et ipsam multis exitiosam et pestiferam fuisse demonstrat.—*Optat*] Ordo et sententia est: Mater anxia, et de filiorum ac filiarum salute admodum sollicita, pueris et filiis suis venustatem corporis paucis verbis et modico murmure optat, sed filiabus pluribus verbis, et majore murmure, idque facit in templo Veneris. *Lubin.*

290 *Veneris, &c.*] Illa enim venustatis Dea, quæ vel Paride judice Dearam pulcherrima. *Idem.*—Cum *Veneris, &c.*] Id est, cum ad templum

Veneris vadit. *Vet. Sch.*

291 *Uaque, &c.*] Mater enim et delicias votis concipit: suis formam orat, quæ ad votorum delicias tantum spectat.—*Anxia*] Sollicita de liberia.

—*Uaque ad*] i. e. Uaque ad delicata nimis vota. Sic fere omnes: sed ego conjungo videt uaque, ut sit visitat sæpe, vel semper ad delicias votorum, ut pro ipsis vota deliciarum plena concipiat.—*Cur, &c.*] Cur tu nos talem pulchritudinem liberis nostris potentes corripis et reprehendis? Tamen facimus illud Deæ Latonæ exemplo, quæ suo filio Apolline formosa, et Diana filia pulchra gaudet. *Lubin.*

—*Uaque, &c.*] Id est, usque ad hoc deliciae hominum veniunt, ut pulchritudinem optent filiis suis. *Vet. Sch.*

292 *Pulchra, &c.*] A majore ad minus. *Vet. Sch.*

293 *Sed, &c.*] Respondet Poëta ad objectionem: Ut maxime Latona hoc faciat, tamen Lucretia, quæ propter formam per vim corrupta a Tarquinio Sexto, formam exoptare vetat, cum sibi probro et exitio fuerit. *Valer. Maxim.* vi. 1.—*Sed, &c.*] Lucretia uxor Tarquinii Collatini, quam Tarquinius, amorem ejus non sustinens, invitam dicitur corrupisse: propter quod illa mortem sibi adiciisse dicitur. *Vet. Sch.*

294 *Cuperet, &c.*] Virginia, quam Pater Virginii Appio Claudio appetitam et illius stupro destinatam occidit, vellet potius gibbosa et deformis fuisse. Vid. *Flor.* ii. 15.—*Rutila*] Lura Rutila, ut *Plin.* l. vii. scribit, nonaginta septem annos excessit, gibbosa et deformis.—*Cuperet, &c.*] Virginiam Appius Decemvir adamatam, clienti, quem ob hoc subornaverat, in servitutem addixerat. Propter quod eam pater Virginii interemit; Decemviris imperium abrogatum. Appius in carcere necatus est. *Vet. Sch.*

295 *Suum*] Hoc quod suum erat, suam formam. Ergo et sunt qui legant suam.—*Filius, &c.*] Pulchritudinem

ubique periculum est. *Lubin.*

296 *Trepides, &c.*] Timeant ne ad stuprum rapiantur, ne a matronis adamentur, et propterea in vitam discrimina incidunt. *Idem.*

297 *Rara, &c.*] Egregia sententia. Plerumque enim formosi solent esse impudici. *Idem.*

298 *Sanctos, &c.*] His verbis indicat, quam difficile sit ipsis pulchris Romæ pudicitiam tutari ac defendere. Est autem hic sensus versusum aliquot sequentium: Licet simplex et inculca domus a lascivia et libidine aliena, alicui attribuat mores sanctissimos, et quæ domus veteres Sabinas mulieres castissimas imitetur et representet; licet etiam ipsa natura præterea, quæ potior est omni magistro et disciplina, aliquem a natura castum, et a libidine alienum efformaverit: tamen Romæ viri manere, et casti pudoris decus tutari atque custodire, ipsis non licet.—*Horrida, &c.*] In exigua ac panpercula casula sine cultu et deliciis, in quibus plerumque pudicitia et sanctitas inveniuntur solummodo.—*Sanctos mores*] Nulla libidine aut turpitudine inquinatos. *Lubin.*

299 *Sabinas, &c.*] Quæ sine cultu et ornata castæ et pudicæ. De castitate Sabinarum lege Ald. Manut. l. iiii. per Epist. quæsit. Alii *Sabinas.*

300 *Præterea, &c.*] Coniunxit duo, quæ plurimum faciunt ad honestos mores, pudicitiam et castitatem, educationem et naturam. Vult ergo innuere, etiamsi quis a natura consequatur animum castum, modestum et verecundum; tamen Romæ corrumpetur. Ut pote ubi tanta pædiconum, et nebulonum sit multitudo, qui auro omnia expugnent. *Lubin.*

301 *Sanguine, &c.*] Pudoris gratia, rubore sparsum, vel cito erubescens optimi animi documento. Virtutis enim tinctura dicitur. *Idem.*—*Sanguine, &c.*] Cito erubescens. *Vet. Sch.*

302 *Quid, &c.*] Quid alicui pnero ipsa natura plus ad pudicitiam tutandam tribuere potest, quam naturalem inclinationem ad castitatem et modestiam?—*Plus, &c.*] Cauta institutione.

303 *Natura, &c.*] Egregie dictum. Naturæ enim vis omnem institutionem et custodiam superat.—*Cura, &c.*] Institutione, adusuefactione, doctrina, exercitatione. Quæ et ipsa tamen multum valent, sed plus natura. *Lubin.*

304 *Non, &c.*] Tamen inquit difficillimum est, ut viri illi permaneant; et cum pulchri sint, ut non corrumpantur. Nam, ut sequitur, quia pulchri sunt, aut castrantur aut corrumpuntur; hoc est, aut spadones fiunt, vel Cinædi et Pathici. Porro qui castrantur pene abeunt in fœminam, quod et vox illorum indicat. Porro Cinædi muliebria patiebantur, ut merito dictum sit: 'Non licet esse viros.'—*Nam, &c.*] Improbæ corruptoris munerum prodigalitas, ipsos parentes sollicitare non erubescit, ut sumtis muneribus patiantur filios suos corrumpi.—*Non, &c.*] Ut omnia interim ad custodiendum fiant, inter viros permanere formosus non potest. *Vet. Sch.*

306 *Tanta, &c.*] Id est, usque adeo confidunt muneribus suis, quibus omnia expugnantur: 'Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque.'—*Nullus, &c.*] Aliud periculum indicat formosis imminere. Castrabantur enim pueri ante 14. annum, quibus postea per extremum scelus ad libidinem abutebantur, ut Sat. vi. vs. 370. dictum. Eligebantur autem a mulieribus bene armati a natura, ut Sat. vi. etiam notatum. Nero autem in arce Tarpeja vel Capitolio etiam ephebos castrare solebat, sed formosos. Imo Spurium suum vel Sporum, genitalibus exsectis, plane in mulierem efformare voluit. Suet. Nerone, c. 28. *Lubin.*

307 *Sæva*] Nam ibi spoliabantur illis partibus, a quibus viri nominamur. *Idem*.

308 *Nec, &c.*] Probat tyrannicis Neronis temporibus periculum tantum fuisse formosis, non autem deformibus. — *Prætextatum*] Nobilem puerum ad stuprum rapuit. — *Loripedem*] Claudum, contortum, oblique incedentem, et cui in lori modum oborta sunt crura. *Idem*.

309 *Strumosum*] Strumæ sunt, quæ barbaris vocantur Scrophulæ, Gallis *Bœcruelles*; hinc strumosus, qui illo morbo laborat. *Grang.* — *Gibbo, &c.*] Qui gibbosus pariter et ventrosus fuerit. *Lubin*.

310 *I nunc, &c.*] Ridet stultos parentes et matrem pulchritudine filiorum suorum gaudentem, ob quam etiam in majora discrimina sint precipitandi, quam illa de quibus paulo ante de Nerone dixit. *Idem*. — *Juvenis*] Filii tui. — *Specie*] Forma.

311 *Discrimina*] Pericula, damna. — *Fiet, &c.*] Ab omnibus matronis propter formam sollicitatus.

312 *Et, &c.*] Omnes illas pœnas adulterii metuere cogetur, quas debent adulteri iratis maritis, quorum uxoribus in adulterio abusi sunt, si ab ipsis deprehendantur: de quibus mox. *Canterus* Nov. lect. 3. c. 6. *Lips.* Epistolar. quæstion. iv. Epistola 24. — *Maritis, &c.*] Al. legunt, *Maritus Exigit iratus*. Al. *Mariti Irati debent.* — *Et pœnas, &c.*] Id est, Tyrannus nullum ephebum in arce sua tentum in adulterium sædum castravit, nisi formosum. Id est, eum adulterat. *Vet. Sch.*

313 *Nec, &c.*] Argumentum ab imparibus majoribus, quod ne ipsi quidem Marti impune fuerit adulterum esse, nedum sibi: id est, in vincula ineidet, ut Mars cum Venere in adulterio a Vulcano deprehensus, catenis vinctus est. Vide Ovid. Metam. iv. *Hyginus* Fab. 148. — *Astro Martis*] Alludit ad malignitatem astri Martis,

et pro ipso Marte ponit. — *Nec, &c.*] Qui cum Venere deprehensus est in adulterio. *Vet. Sch.*

314 *Exigit, &c.*] I. e. poscit. Exaggerat jam illas pœnas. *Lubin*.

315 *Ille, &c.*] Quem maritus patitur, dum adulterum deprehendit. — *Plus, &c.*] Multi enim impatientia doloris illius, crudelissime et atrocissime sæviunt in adulteros. De legibus diversarum gentium, quibus puniuntur adulteria, Lipsius 4. Comment. ad Annal. Tacit.

316 *Necat, &c.*] Adulterum deprehensum. — *Secat ille*] Ad mortem usque flagellis cædit et lancinat. *Lubin*.

317 *Quosdam, &c.*] Alludit ad supplicium, quo olim Athenienses pauperes afficiebant, in adulterio deprehensos: eis enim depilabant nates cinere calido, deinde raphanos et mugiles in podicem immittebant. *Grangæus*. Est autem hic mugil incredibilis voracitatis piscis, vetus mæchorum supplicium. *Lubin.* — *Et mugilis, &c.*] Piscis grandis capitis, postremis exilis, qui in podicem mæchorum deprehensorum solebat immitti. *Vet. Sch.*

318 *Sed, &c.*] Ironia. Compellat autem matrem formosi juvenis. Sed pulchellus ille tuus, et venustulus Endymion solas formosas et dilectas amabit scilicet. Imo vero ille omnium adulter erit, et illius etiam, quam non amat, modo pecuniam illa dederit. — *Endymion*] Formosulus filius, ut Endymion a Luna amatus. *Hygin.* Fab. 275. — *Sed tuus, &c.*] Pulcher tuus Endymion, pastor, quem Luna adamavit. *Vet. Sch.*

319 *Mox cum, &c.*] Id est, turpis et deformis Servilia Bruti mater, ipsum numis eo adiget, ut se amare, quam tamen ob deformitatem non amat, cogatur. *Lubin.* — *Servilia*] Nomen cujusdam mulieris turpissimæ. *Vet. Sch.*

320 *Exuet, &c.*] Id est, Servilia illa nihil filio tuo denegabit; omnia

dabit, etiam corporis omnia ornamenta, ut libidini suæ satisfaciatur.

*Lubin.*—*Exuet, &c.*] Pro libidine usque et sua ornamenta, inquit, donat mulier, ut tantum ad libidinem suam possit inducere filium tuum. *Vet. Sch.*

321 *Quid, &c.*] Mulier quæcunque etiam si mæcha sit, nihil negat suis adulteris, modo libidinem expleat. Per *uda inguina*, membrum muliebre intelligit. *Lubin.*

322 *Sive est, &c.*] Id est, sive alias sit prodiga et nobilis, ut Hippia; sive avara, ut Catulla, in adulterum satis liberalis erit. *Idem.* Alii legunt, *Oppia.*—*Sive, &c.*] Quælibet nobilis matrona nihil aliud præter libidinem spectat. *Vet. Sch.*

323 *Deterior, &c.*] Fœmina, quæ aliis in rebus deterior et avara est, illic in erogando aliquid in adulterum habet totos mores, optime morata et liberalis est. Vel omnes mores habet, liberalitatem, beneficentiam, humanitatem. *Lubin.*—*Totos habet, &c.*] Totam industriam, omnes corporis et animi nervos.—*Illic*] In corrupendis formosis pretio et precibus.

324 *Sed, &c.*] Objectio est. Quod si quispiam castus sit, illi nulla forma vel pulchritudo fraudi esse possit.—*Casto*] Qui natura talis est.—*Quid, &c.*] Alii legunt, *quid profuit ergo*: alii, *olim*. Jam occurrit objectioni, et demonstrat falsam esse exemplis Hippolyti, et Bellerophontia. Id est, Hippolyto tamen grave illud et severum propositum caste vivendi nihil profuit. Illo enim vitæ periculum sibi accersivit. *Hygin.* Fabul. 47. 49.—*Sed casto*] Quasi objectio. Quid enim, si castus fuerit, pulchritudo nocet? *Vet. Sch.*

325 *Bellerophonti*] Vide *Hygin.* Fab. 57.

326 *Erubuit, &c.*] Ordo est: Hæc Sthenobæa ceu fastidita et repulsam passa erubuit, nec minus eadem Sthenobæa excanduit vel irata fuit, quam Phædra illa Circensis, de qua prius.

*Lubin.* Alii, *Repulsa.*—*Erubuit*] Rubet enim qui in turpi facinore, vel ab aliis vel a seipso, deprehenditur.—*Nempe, &c.*] Phædra Minois filia, uxor Thesei, neverca Hippolyti. *Vet. Sch.*

327 *Cressa*] Phædra, Minoidis Cretensium regis filia, et Pasiphaës, quam Theseus e Creta a Minotauri cæde rediens, in Græciam rapuit. *Lubin.*—*Nec, &c.*] Præti uxor, quæ amavit Bellerophontem. *Vet. Sch.*

328 *Concussere*] Ad ultionem sese excitarunt, more Athletarum et vehementer iratorum, in pectus vel latus ad iram excitandam solent concutere.—*Mulier, &c.*] Dum contemta erubescit et ex pudore iram et furem concipit, vel dum furor fit ex læso et repudiato amore. *Lubin.*

329 *Cum stimulos, &c.*] Cum incitat. —*Elige, &c.*] Subjungit jam aliud, adeoque ultimum exemplum de Cajo Silio, quo probat formam et corporis pulchritudinem obesse. C. Silius ergo formosissimus, et cum in eum exarsisset Messalina Claudii uxor, coactus est, demissa uxore sua, Claudio Hostiam profecto, palam Messalinam ducere, unde mox, re cognita, Silius interfectus est. Vide Tacit. l. 11. et Sueton.—*Quidnam*] Ducas Messalinam nec ne? utrinque enim mors. Quasi dicat, nihil illi suadere, nullum illi consilium dare potes, quo mortem effugias. *Idem.*—*Cum, &c.*] Dum læsa aut contemta erubescit: dum læsus amor irascitur: ut Virgilius: 'Duri magno sed amore dolores Polluto, notumque furens quid fœmina possit.' *Vet. Sch.*

330 *Cui, &c.*] Hæc Messalina probris libidinis fuit portentum et monstrum. *Lubin.* Vide sup. Sat. vi. vs. 127. &c.—*Cui, &c.*] Uxor Claudii Messalina: quæ Gaio Silio palam nupsit, inducto etiam Claudio, ut tabulas dotales obsignaret: quod quasi de industria simularetur, ad averendum periculum quod immineret ipsi,

\* per quem dnm portenta ostenderentur Hostilium transeuntem per forum rapuit Claudius, et necavit. *Vet. Sch.*

331 *Optimus hic*] C. Silius, quin etiam consul designatus. *Lubin.*—*Idem gentis, &c.*] Ille ipse etiam nobilis.

333 *Messalinæ, &c.*] Vel propter oculos Messalinæ quibus placuit: vel Amore, qui ex oculis; vel, ut Probus ait, quod postea vidente Messalina in conspectu ejus, cruci adfixus sit. —*Dudum, &c.*] Eo dicit, nam nupturæ flammeo velabantur. Innuit autem ipsam Messalinam conjugii illius cupidissimam, et paratam fuisse, et omnia ad nuptias necessaria jam esse parata. Vide Sat. II. vs. 125. *Lubin.*—*Messalinæ, &c.*] Vidente ipsa, id est, ante oculos amatus crucifigitur. *Vet. Sch.*

334 *Tyriusque, &c.*] Id est, purpureus genialis vel conjugalis aut nuptialis lectus, palam sternebatur in hortis Lucullianis. Dicebatur *lectus genialis*, vel quia genio aut Junoni sacer erat, vel quia liberis gignendis destinaretur, ita vocabatur ominis causa. Vide Pers. Sat. II. vs. 3.—*Palam*] Ut in licitis nuptiis. Exprimatur incredibilis mulieris audacia. *Lubin.*—*Hortis*] Lucullianis.—*Flamenco*] Quo nova nupta operitur.—*Genialis*] Lectus ubi concumbunt. *Vet. Sch.*

335 *Et, &c.*] Sestertia, scilicet, ingens dos, de qua dictum fuit Sat. VI. Erat autem hic numerus in dote laetiorum legitimus et solemnus. Subintelligebantur autem *centena millia*. Ita ut decies centena, infinitam pecuniam significarent. *Turnebus* VI. 30.—*Ritu, &c.*] Dos enim marito dari instituta fuerat, propter matrimonii onera. *Lubin.*—*Centena, &c.*] Dos scilicet secundum morem. *Vet. Sch.*

336 *Cum, &c.*] Qui obsignabant tabulas et instrumenta matrimonialis contractus, id est, cum notariis.

‘Audiverat et auspicum verba, sacrificavit, discubuit inter convivas.’ Sic Tacit. Annal. XI. ‘Consulem designatum, cum uxore Principis, prædicta die, adhibitis, qui obsignarent velut auspicandorum liberorum causa, convenisse; atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse,’ &c.—*Ausper*] Nullæ nuptiæ, præsertim legitime, fiebant sine auspicio. *Lubin.*—*Ausper*] Auspices ut solebant nuptiis interesse. *Vet. Sch.*

337 *Hæc, &c.*] Verba Poëtæ in felicem Gajum Silium, qui hocce concubitus furtivos et clam fore existimavit.—*Paucis commissa*] Quod pauci scirent, inter vos nuptias contrahendas. *Lubin.*—*Et, &c.*] Clanculo celebrari. *Vet. Sch.*

338 *Non, &c.*] Exprimatur hoc loco cæca libido in Messalina, quæ imperatore marito vivo et superstiti, jamque Hostiam tantum profecto, sacrificii causa; tamen legitime et palam alteri vellet nubere.—*Quid, &c.*] Ad Silium hæc dicantur non sine morse. Elige ergo, o Sili, quomodo mori velis, a Messalina occidi, an a Claudio. Si nolis Messalinam ducere, ab illa statim occideris hodie. Si ipsi obsequaris, paulo post ab ipso Claudio occidendus es. Hoc autem malum tæ formæ debes. *Lubin.*—*Non, &c.*] Adultera. *Vet. Sch.*

339 *Ante, &c.*] Te Messalina curabit occidi, antequam nox adveniat. *Lubin.*

340 *Si, &c.*] Id est, si contra Messalinæ morem gesseris, parvulam vitam moram consequeris, donec vestra huius nuptiæ, quæ toti urbi et omni populo innotuerunt, etiam ad principis Claudii aures perveniant.—*Mors, &c.*] Ubi aut alterius diei.—*Dum res*] Vestra scelera et nuptiæ tragice. *Idem.*

341 *Principis*] Imperatoris Claudii, Hostiam, tertio lapida a Roma urbe, commorantis. *Idem.*

342 *Dodecus, &c.*] Id est, omnium ultimo loco et tempore resciet hoc

**probrum, dedecus et infame adelterium** suæ familie. Hinc Xiphil. in Claudio: 'Quæ cum viderentur et audirentur ab omnibus, ea solus Claudius ignorabat.'—*Ille*] Claudius.—*Interca* tu] Sceptice illum jam quasi hortatur ad obsequium Messalinæ, parvulam illam vitæ moram æqui et boni consulendam. *Lubin.*—*Interca, &c.*] Interea dum ad illum pervenit crimen admissum, tu illi vel tibi fœe satis: nam sive indulseris, sive negaveris, tantundem erit. *Vet. Sch.*

**343 Obsequere, &c.]** Messalinæ quam ducas. Si nimirum paucorum dierum vita tanti tibi est, ut adhuc per unum atque alterum diem potius vivere velis, quam statim mori, si recuses. *Lubin.*

**344 Quicquid melius, &c.]** Utcunque feceris, moriendum tibi tamen est ob formam.

**345 Præbenda, &c.]** Pulchra hoc loco *cervix* Emphatice dicitur. Nam pulchritudo ipsi exitialis fuerat. *Lubin.* Hoc formosum et candidum collem a carnifice amputandum erit, et sic tu capite multaberis.

**346 Nil, &c.]** Hactenus dixit et exposuit quid non sit optandum, nimirum non opes, non potentia, &c. cum illa omnia plerisque exitio fuerint. Respondet ergo objectioni, qua quis diceret: Si horum nihil orandum est, sequitur homines nihil prorsus a Diis debere petere. Illi respondet, Orandos quidem esse Deos: cæterum quæ optima sint, Deorum arbitratui esse permittendum. *Lubin.*—*Si consilium ris*] Verba Juvenalis bonum et salutare subministrantis consilium.—*Nil, &c.]* Objectio cum interrogatione. *Vet. Sch.*

**347 Permites ipsis]** Pia et Christiana sententia. Quasi dicat: Tu tantum ora; quicquid autem tibi utile sit, illud Deus novit, et tibi dabit. Quæ Dei voluntas, cum mala velle non possit, haud dubie optima dabit, et cum sapientissima sit, optima po-

test eligere.—*Expendere*] Considerare. Vide Socratis dictum in Val. Maxim. VII. 2. et ejusdem Socrat. apud Xenophont. Ἀπορή. α. Εἵχετο πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπὶ λῶς τ' ἀγαθὰ διδόναι: ὅς τοις θεοῖς πάλαιστα εἰδὼτας, ὅποια ἀγαθὰ ἴσκι, &c. *Lubin.*—*Permites*] Pones in voluntate Deorum. *Vet. Sch.*

**349 Nam, &c.]** Pro illis, quæ nobis inconsulto et inconsiderato appetita jucundissima videntur, Deus nobis dabit aptissima, utilissima, et salutaria quæque.—*Aptissima, &c.]* Optima nobis, et convenientia. Valerius VII. 2. de sapienter dictis, hanc rem latissime tractat. *Lubin.*

**350 Carior, &c.]** Quasi dicat: Nos multa perniciose a Diis petimus, quasi nobis ipsis infesti, et inimici simus: illi vero non mala, sed bona nobis dant, tanquam nobis amici.—*Nos, &c.]* Affectuum impulsu, non rationis. *Lubin.*—*Carior, &c.]* Ipsi non petita bona præstabunt. Plus enim nos ipsis cariores sumus quam nobis. *Vet. Sch.*

**351 Cæca, &c.]** Inconsiderata, stulta, immensa, inexplebili. *Lubin.*—*Cæca, &c.]* Cæco sive vano desiderio. *Vet. Sch.*

**352 Conjugium, &c.]** Forte nobis pestiferum et exitiale si daretur.—*Partum, &c.]* Respicit ad 2. Alcibiadem Platonis, ubi dicitur, Invenias præterea eodem pacto nonnullos homines, qui filios votis exoptant. At cum filios adepti sunt, in calamitates doloresque maximos incidunt.—*Illis, &c.]* Qui sciunt futura, quæ nos ignoramus. *Lubin.*

**353 Qui pueri]** I. e. quales. Qui forte γεννηματα πνηματα forent.—*Qualis, &c.]* Xantippe vel Andromacha quædam. *Idem.*—*Notum, &c.]* Sciunt futura. *Vet. Sch.*

**354 Ut tamen]** Jam demum subjungit, quæ homo orare debeat, animi nimirum bona, et valetudinem corporis.—*Voces, &c.]* Ut votum facias, ut

in templo alicujus sacrificii te reum facias.—*Voveasque, &c.*] Votum facias in templis. *Vet. Sch.*

355 *Extā*] Intestina delicata. *Lubin.*—*Extā*] Quod ea diis prosequantur, quæ maxime exstant eminentque (inquit Festus) at rectius quia exsecta. *Farnab.*—*Tomacula*] Farcimina pingua e porcinis carnibus, jecore, et aliis involutis. *Tomacula*, quasi incisio vel sectio, a *τόμος*, vel *τόμη*, id est, incisam et dissectam pinguem carnem.—*Candiduli*] In nuptiis et re uxoria porcus candidus solebat sacrificari, teste Varrone.—*Divina*] Quod rebus divinis et sacrificiis adhiberentur. *Idem.*—*Tomacula, &c.*] Pingua quædam viscera. *Vet. Sch.*

356 *Orandum*] Egrege monet ante omnia, vera veri hominis bona esse petenda, id est, animi bona.—*Mens, &c.*] Nam quæ potest homini major esse pœna furoris et dementia? Ora ergo Prudentiam. Roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis, &c. Senec. epist. 10. *Farnab.*

357 *Fortem, &c.*] Fortitudinem, et alias virtutes.—*Mortis, &c.*] Qui fortis mortem contemnat. *Lubin.*—*Et mortis, &c.*] Qui mortem contemnat. *Vet. Sch.*

358 *Qui spatium, &c.*] Qui sciat mortem munus aliquod naturæ esse, quod munus omnibus obeundum, nemini defugiendum. Est autem Sapientis et fortis libenter subire, quod vitare aliquis nequeat. Hoc ait, quasi mors naturalis sit, et ponenda inter naturæ munera. Hinc dicimus: 'Naturæ cessit,' id est, mortuus est. *Lubin.*—*Inter munera*] Inter dona et benignitates.

359 *Qui ferre, &c.*] Dolores. Versatur enim Virtus inter voluptates et dolores. *Lubin.*—*Naturæ, &c.*] Quicquid imperat natura. *Vet. Sch.*

360 *Nesciat, &c.*] Ita enim et cupido, alique adfectus a norma Justitiæ hominem solent transversum a-

gere. Sic ergo nobis depingit propriis suis coloribus Stoicum sapientem; quem volunt imperturbabilem esse, præcipue nusquam irasci.—*Cupiat, &c.*] Cupiditas enim hominem maucipat, et servum vilissimum reddit.—*Et potiores*] Qui in vita sua potius Herculis labores et virtutes imitetur, quam voluptates et Venere Sardanapali. *Lubin.*—*Herculis, &c.*] Id est, laborum gloriam ferat, et præferat labores deliciis. *Vet. Sch.*

362 *Et Venere*] Id est, quam sunt deliciæ et voluptates, quales secutus est Sardanapalus. Vide Justinum, Diodorum, &c. *Britan.*—*Et, &c.*] Sardanapalus rex Assyriorum luxuriosus: de quo Tullius in tertio de Republica sic ait, 'Sardanapalus ille, vitiis multo quam nomine ipso deformior.' *Vet. Sch.*

363 *Monstro, &c.*] Ego te doceo. Ut ex te et tua virtute omnia bona et felicitatem petere possis. Ne aliorum implores auxilia, bonum animum tibi ipsi dare potes. Ethnice dixit, quasi hæc omnia suo Marte quispiam sibi comparare possit. Censebant enim illi quemque suæ virtutis auctorem, et quemque etiam suæ fortunæ esse fabrum.—*Semita, &c.*] Id est, unica via ad tranquillam et beatam vitam tendit per virtutem; neque potest jucunde vivi, nisi cum virtute vivatur. Egrege dixit Isidorus: 'Vis nunquam tristis esse, recte vive.' *Britan.*

365 *Nullum, &c.*] Id est, si tu prudentem vitam tuam et cum ratione instituas, non erit quod Deos timeas, nullus fortunæ locus erit, et omnes Dii sapienti favebunt, et opem ferent. Dicit autem hoc Poëta ob Fortunam, quæ non solum nullum nomen est, sed nusquam et nihil est: perinde ac si diceret, nostra temeritate et inconstantia fieri, ut Fortuna, quæ per se nihil est, etiam in deorum numero collocetur. Et recte divinus Seneca: 'Fortuna, fatum, natura,

omnia ejusdem Dei nomina, varie sua potestate utentis.' *Lubin.* Alii legunt *abest* pro *habes*.—*Nullum, &c.*] Ne quid Deos, qui sapiat, timebit. *Vet. Sch.*

366 *Nos, &c.*] Nos homines, qui virtutem negligimus, nec ratione utimur, sed nostra avaritia et cupiditate habendi, vel nostra imprudentia temere ferimur ignavi et stolidi, omnia

fortuito eventu metimur; nihil ratione, proposito, aut consilio agimus; sed nos et nostra Fortune, tanquam Deo, committimus. Unde si bene cesserit nobis, acceptum referimus, quasi nostra prudentia et consilio evenerit. Sin male cesserit, fortunam accusamus. *Lubin.*—*Nos te, &c.*] Dum petimus aut speramus aliquid. *Vet. Sch.*

## SATIRA XI.

1 *Atticus, &c.*] Scripsit hanc Satiram ad Persicum quendam, quem ad convivium invitat, et cui frugalem coenam, et tranquilli otii mensam pollicetur. In qua Satyra et veterum frugalitatem commendat, et sui temporis luxuriam et prodigalitatem condemnat. Principio autem reprehendit pauperes luxuriosos.—*Atticus, &c.*] Id est, si dives quisquam summo apparatu convivii instituat, liberalia, lautus et munificus habetur. Si pauper, contra: Nam *Duo si faciant idem, non est idem.*—*Atticus*] Nomen nobilis et divitis, qui ex nepotibus Titi Pomponii, cognomine Attici, quod Attice optime loqueretur.—*Erime*] Libis eximiis et e pluribus electis. *Grang.*—*Lautus*] Magnificus in epulis. *Idem.* Vel laudatur.—*Atticus*] Poëta nomina duo posuit, cum de generalitate loquatur. Per Atticum vero, divitem vult intelligi quemlibet: per Rutilum autem, pauperem: quem dementem ideo dixit, quia in divitibus, quæ humanitas dicitur, hæc in paupertate dementia habetur. *Vet. Sch.*

2 *Rutilus*] Ex Rutilorum familia, qui omnia sua bona paterna, gula attriverat. Qui cum jam tenuem rem familiarem haberet, lautissimas ta-

men parabat mensas. Unde non immerito dementiæ arguebatur.—*Quid enim*] Rationem reddit cur demens dicatur. Eo quod nihil magis sit ridiculum, quam cum pauper quisquam, sumtuosus et gulosus, qualis Apicius fuit, esse velit.—*Majore, &c.*] Solutione et effusione risu. *Lubin.*

3 *Pauper, &c.*] Redactus ad pauperiem ex laxa, ut Apicius, de quo Sat. ix. 23. vel, pauper qui luxuriosus. *Farnab.* Prorsus proverbii speciem habet in illam, qui gulosus et inops est. *Lubin.*—*Omnis, &c.*] Omnes irrident Rutilum, qui ob gulam pauper factus, nec tamen gulam contrahit.—*Omnis, &c.*] Deest, loquuntur omnes. *Vet. Sch.*

4 *Convictus*] Convivia.—*Therma*] Homines plurimi in thermis sedentes et lavantes. Lips. asserit se vidiase MS. in quo *Convectus, turma.*—*Stationes*] Homines in quodam loco similes, interque sese colloquentes. Doctissimus Turnebus i. 21. ait, in foro Romano fuisse Municipiorum stationes. Vel loca sunt, ubi frequentes conveniunt, contabulandi, vel animi recreandi gratia: in aliis Senatores, in aliis juvenes, &c. *Sword.* circuli. Turnebus i. 17.—*De*



*Rutilo*]. Paupere et prodigo fabulatur et rident.

5 *Nam, &c.*] *Rutilus*, qui gula bona sua attrivit, quia adhuc corpore juvenis, robustus, et armis portandis validus est, ad gladiatoriam se applicat, ipsi lanistæ operam dabit et leges magistrorum gladiatorum scribet. Vel etiam ipse lanista erit, et discipulis suis imperiose leges præscribet. Utrumque enim intelligi potest. *Rutgera. Var. lect. II. 17. Lubin.*

6 *Sufficiunt, &c.*] Videtur ipsum Scoptice laudare, tanquam qui prudenter faciat, qui dum adhuc per corporis vires potest, alio se conferat: Galeæ portandæ, et ferendis armis. Indicat ipsum admodum adhuc juvenem bona sua consumsiase.—*Ardens, &c.*] Dum adhuc habet calidum sanguinem, qui roboris, et agilitatis causa est. Alii legunt *ardent*.—*Fertur, &c.*] Impellitur ad magistri gladiatorum, vel lanistæ artem discendam. Id est, vult gladiator fieri, et leges gladiatorum, quas ipsi magister imperat, scribit, dicit, et meditatatur. *Lubin.*

7 *Non, &c.*] His verbis *Rutilum* tamat, qui sua sponte hoc faciat, non coactus a Nerone quopiam, ut *Sat. VIII.* dicit: 'Vendunt nullo cogente Nerone.'—*Nec, &c.*] Qui illud dedecus urbis, latis legibus non prohibeant. *Idem*.—*Sed, &c.*] Qui custodes erant libertatis. *Vet. Sch.*

8 *Scripturus*] Exscribit præcepta de ictibus, declinationibus et tractandorum armorum ratione a lanista dictata et imperata, quæ meditetur et exercent. Vide *Sueton. Jul. Cæs. 26. Valer. Maximi II. 3. de P. Rutilio. Farnab.—Leges, &c.*] Armorum præcepta.—*Regia, &c.*] Imperativa, ut sunt, atollé, declina, percate, cæde, urge. *Lips. Elect. I. 15.—Lanista*] Magistri gladiatorum, qui præcepta dabat.—*Et, &c.*] Superba dictata: id est, se auctoritatus: aut hæc scripturus, quæ juris et consuetudinis

erant ab eisdem scribi, qui accepto pretio se in ludo distrahebant. *Vet. Sch.*

9 *Multos, &c.*] Redit ad luxuriam Romanorum, et potissimum pauperum debitorum, qui nullo in loco frequentius et citius inveniebantur, quam in macello, ubi delicata fercula emebant.—*Multos*] Et illos quidem oberatos, qui pene animam debent.—*Elius, &c.*] Deceptus, qui debituus convenire non potuit, qui cum debitum se exsoluturus jurarint, semper tamen tergiversentur. *Farnab.—Multos, &c.*] Eos vult intelligi, qui ex pecunia sibi credita luxurianter.—*Quæ, &c.*] Id est, frequenter delusi ex pollicitatione redhibitionis, ibi eos expectant, ubi res aptæ luxuriæ distrahantur. *Vet. Sch.*

10 *Intestum, &c.*] Ubi illos præstolatur ad macellum, properantes ad emenda delicatissima fercula, cum tamen prorsus oberati sint. Nimirum qui ex pecunia sibi credita luxuriabantur. *Lubin.*

11 *Et quibus, &c.*] Tres sequentes versus conjungendi hoc sensu: Id est, inter illos, qui tantum propter gulam et luxuriam volunt vivere, quorum ventris modulus culina, venter Deus est: inter illos, inquam, quo quis est miserior et pauperior, hoc egrogius et lautius vivit.—*Vicendi, &c.*] Prorsus ut in brutis. *Idem*.—*Et, &c.*] Qui tantum propter gulam volunt vivere. *Vet. Sch.*

12 *Egregius*] Adverbium comparativum est, a Grammaticorum regullis alienum, quo et *Lucretius* usus est: 'Nam nihil egregius, quam res seceretere,' &c. *Priscianus III.*

13 *Et cito, &c.*] Ad extremam pauperiem redigendus: valet autem hoc loco *causus*, idem quod defecturus. Qui enim vergit in paupertatem, cadere dicitur.—*Jam, &c.*] Metaphora, a rimoso mare et pellucido, qui facile ruat, id est, egestate jam apparente. *Lubin.*

14 *Interes, &c.*] Interim licet obtruncati, et ruinæ proximi sint, tamen per omnia elementa querant gustus, id est, Cibus et potus, in terra nobiles feras, in mari nobiles pisces, in aëre nobiles volucres.—*Gustus*] Quæ scilicet gustant, et quæ illis sapiant. *Idem.*—*Interes, &c.*] Hos gustus, masculinum. *Vet. Sch.*

15 *Nunquam, &c.*] Id est, nullum magnum pretium illorum appetitui et desiderio obstat. Etiam pretiosissima emunt, dammodo gulæ et ingluviæ satisfaciunt.—*Interius, &c.*] Si penitus, aliquanto interius illorum animos inspicias, quo ferula cariora, eo magis sapiant. *Lubin.*—*Nunquam, &c.*] Intentione, emunt, quæ carius distrahantur. Hæc enim eos plus delectant. *Vet. Sch.*

17 *Ergo, &c.*] Reddit jam rationem, quæ plerique ad tantam inopiam redigantur, nimirum per immensam gulam.—*Haud, &c.*] Cum omnia carissima emere studeant, facile possunt magnam pecuniæ summam, pro pignore in focum assumere, mox perituram.—*Periturum, &c.*] Quam a creditoribus lancibus argenteis, loco pignoris repositis, acceperunt. Vel: Facile est ita viventibus pecuniam a creditoribus mox perituram acquirere et contrahere, quam mox aliquis perdat. Dum nimirum adhuc habent quod oppignorare possint. *Lubin.* Nam *opponere* est oppignerare. Alii legunt *appositis*.—*Periturum, &c.*] Non dubitant mutuo accipere, quæ perdant magis, quam erogent. *Vet. Sch.*

18 *Lancibus, &c.*] Emphatice. Præsertim si quis adhuc lanceas et alia utensilia habeat, quæ pignoris loco possit opponere.—*Matris imaginis, &c.*] Notat forte ex historia sui temporis, quendam hominem extreme gulosum, qui statuam matris fractam vendiderit, sibi quæ delicatos cibos emerit.—*Imaginis, &c.*] Ex auro et argento fusa, a filio vendita.—*Fracta*] Ne cognoscatur, quod filio et familiæ

fuisset dedecori. *Lubin.*—*Lancibus, &c.*] Id est, argentum vendet, aut matris eæ imaginem, si in auro picta est, aut in argento. *Vet. Sch.*

19 *Et quadringentis, &c.*] Gulosum, patulum, et capax aliquod fictile vas, ferulis, quadringentis numis constantibus vel omtia, implere.—*Gulosum*] Vel, per Hypallagen, quod gulosi comparatur: Vel, vas capax.—*Condire*] Id est, Cibus in fictili vase condire, delicatissimeque preparare. *Lubin.*—*Condire, &c.*] Hypallage: nam gulosum, pro eo quod gulosi paratur. Fictile autem patinam accipiens ut cacabum, gulosi cibis compositum. *Vet. Sch.*

20 *Sic veniant*] Censeo Poëtam velle, quod luxuriosi dum ita vivunt, cogantur denique ob inopiam gladiatores et ludii fieri, et a delicatissimis ferulis sese conferre ad cibum gladiatorum, mixtam ex quam pluribus. *Miscellanea* enim cibi sunt gladiatorum, ita dicti, quod omnia apposta eis misceant. *Miscellanea*, ultimam eorum recte interpretatur *Vet. Scholiast.* quam *supremam cenam* vocat Tertullianus. *Ludi*, pro ludii, sunt gladiatores. *Optimæ Glossæ*: *Lanista*, *λουντορπός*, *μνομαχορπός*. *Salmasius* in Trebell. Pollion. Vel, absumentis opibus cogantur fieri ludii et histriones: quales solent convenire in Miscellis ludis. Sic etiam Britannicus interpretatur *miscellanea* ludos et ludicras artes, eademque esse dicit cum *miscellis ludis*.—*Sic, &c.*] Id est, cum non habeant unde manducant, distrahant se ad ludum, genus miserabile feroculi. *Miscellanea*, cibis gladiatorum, id est, *ultima cena*. Ideo *miscellanea*, quia omnia quæ apponuntur eis miscent, et sic manducant. *Vet. Sch.*

21 *Refert, &c.*] Est egregia sententia. Id est, multum refert, differt, et interest, dives aliquis an pauper sumtus faciat, et opipare vivat. Nam quamvis eadem et unus sumtus fer-

cula sint, tamen non lidem sunt, qui illa parant: in divite enim laudantur, in paupere vituperantur.—*Quis*] Divites scilicet an pauper.—*Peret*] Sibi in cenam comparet.—*In Rutilo*] Divite et nobili quondam, jam inope ex luxu. *Lubin.*

22 *Lucuria, &c.*] Ut qui ultra vires suas, cum pauper sit, luxurietur.—*Ventidii*] Divite et pollente. Persius Sat. iv. 24.—*Laudabile nomen sumit*] Non censetur luxuria sed honestius accipit nomen, quasi qui nihil superfluum faciat.—*Laudabile, &c.*] Bonum nomen, vel famam accipit. *Vet. Sch.*

23 *A census, &c.*] Si census magnus, liberalitatis; si exiguus, luxuriam famam obtinet.—*Ilum, &c.*] Stultus est, qui novit Atlantem montem sublimiorem esse reliquis, et ignorat ditissimos cives Romanos, qui ferratas arcas in foro habent numis plenas, majores sumtus sustinere posse, quam tu, qui tantum habeas sacculum. *Lubin.*

24 *Despiciam*] Tanquam stolidum et ignavum. Seipsum, suas substantias et divitias, quousque se extendant ignoret, et sumtus suis facultatibus majores et ditioribus æquales faciat.—*Quanto, &c.*] Notatur *πολυπραγμοσύνη*, et sui ignorantia: qui extra se et foris sapit; intus et domi suæ hospes.—*Atlas*] Mons Mauritanie miræ altitudinis. Sat. xiii. 48. *Idem.*—*Qui, &c.*] Id est, pauper, qui novit quantum distat a divite, et tamen non se agnoscit, et quasi dives luxuriatur.—*Atlas*] Metaphora a montibus. *Vet. Sch.*

25 *Hic tamen*] Id est, qui pauper ignorat, &c. *Lubin.*

26 *Quantum, &c.*] Erant arcæ ferro undique munitæ; nam in his opes et thesauros suos habebant repositos in foro, ut a furibus et incendio tutæ essent. Vide Sat. x. 25. *Idem.*—*Quantum, &c.*] Id est, a majore patrimonio paupertas, aut mediocris res familiaris. *Vet. Sch.*

27 *Sacculus*] Crumena.—*E cælo, &c.*] Chilonis et Socratis præceptum tanquam Oraculum e cælo delapsam, præ foribus templi Delphici anreis litteris scriptum fuit. *Lubin.*—*Ἐκ τοῦ σοφιστοῦ*] Socratis Philosophi dictum: id est, agnosce te qui sis, et secundum possibilitatem tuam age. *Vet. Sch.*

28 *Figendum, &c.*] Adeo fixe, ut nunquam inde evellatur.—*Memori, &c.*] Ut nunquam obliviscamur, qui et quales simus. *Lubin.*—*Sive, &c.*] In omnibus vitæ partibus hanc sententiam tanquam oraculum consule. Quæ sententia in contrahendo cum aliquo matrimonio, illud tibi insinaret, *τὴν κατὰ σοῦτον ἴλε*, Tibi parem ducito.—*Conjugium*] Conjugem.—*Sive, &c.*] Sive locum aliquem ambias in magistratu, aut senatu. Sane qui se vere norunt, et vere etiam honoribus digni sunt, semper sibi diffidunt, et ad honores non facile aspirant, sed vires suas prius ponderant, sicut oneribus illis ferendis pares. *Lubin.*

29 *Nec enim, &c.*] Probat, quod dicit, exemplo, desumpto ab armis Achillis. Ut enim illa sibi non expe-tebat, villissimus ille Græcorum Ther-sites; sed Ulysses, qui se tamen an-cipitem et dubium traducebat, ecquid etiam illa jure petere posset, et ecquid etiam iisdem esset dignus. Flavius Conject. cap. 31.—*Loricam*] Arma, quæ fabricaverat Vulcanus. Vide Ovid. Met. xiii. *Lubin.*

31 *Thersites*] De quo Sat. viii. 269.—*Traducebat, &c.*] Versabat sese dubium, an illa etiam petere deberet, vel an illis etiam esset par. Com-mendatur prudentia et modestia U-lyssis. Alii *Traducebat* exponunt, se risui exponebat, nec enim arma A-chillis Ulysses decebat. Turneb. xvi. 5.—*In, &c.*] Idoneum existima-bat, transferrebat. *Vet. Sch.*

32 *Seu, &c.*] Id est, si etiam causidicus vel advocatus sis, et magnam causam in maximo periculo consti-

tutam debeas defendere, tuas vires explora, et perpende quid valeant, quid ferre recusent.—*Causum*, &c.] Magni discriminis et periculi, ut cum de periculo famæ, capitis, et vitæ agitur. *Lubin*.

33 *Te*, &c.] Tui ingenii vires prius perpende, ne quid in te suscipias cui ferendo impar sis. Vide proverb. *In se descendere*.—*Dic*, &c.] Egregia sententia, et omnium animis inscribenda; qua monemur, ut, velut Persius ait, *nobiscum habitemus*. *Idem*.

34 *Orator*, &c.] Ut Cato, M. Cicerone.—*Curtius*] Montanus, qui iactabundus et inflatus erat.—*Matho*] Hic villis rabula fuisse videtur, cujus meminit Sat. I. 32. et Sat. VII. 'Sic Pede conturbat, Matho deficit.'—*Buccæ*] Hic de parasitis et scurris non loquitur poeta; sed oratori acri et vehementi opponit cauidicos viles, plebejos et rabulas, qualis Curtius Montanus et Matho. *Ferrar*.—*An*, &c.] Jactanticuli, qui tantum buccas inflant, et nihil dicunt. *Vet. Sch*.

35 *Mensura*, &c.] Commendatur etiam mensura, et modus omnium rerum. *Lubin*.—*Noxenda*, &c.] Id est, considerata in omnibus rebus est mensura uniuscujusque: et si ad hanc sufficit, sic eam debes adsumere. *Vet. Sch*.

36 *Etiā*, &c.] Id est, etiam in rebus vilissimis. Ergo nihil debes insumere ultra vires facultatum tuarum. *Lubin*. Videtur respexisse Poëta ad mullum quem Octavius emit quinque millibus HS. Unde Cato Censorius publice questus, non posse salvam esse urbem, in qua piscis pluris quam bos veniret. *Grang*.—*Etiā*] Etiam in rebus levissimis. *Vet. Sch*.

37 *Nec*, &c.] Vel *ne*. Id est, Noli desiderare pretiosum piscem mullum, cum tantum numorum solummodo habeas in loculis, quibus gobionem emas, piscem exiguum. *Lubin*.—*Ne*, &c.] Pretiosum piscem non debes

emere, cum sis pauper. *Vet. Sch*.

38 *Quis enim*] Malus profecto exitus talem manet. Quæ enim gula absumserunt, furto, rapina, latrocinio, aliisque malis artibus student recuperare. *Lubin*.

39 *Ere*, &c.] Omni patrimonio gula atque ventre absumto. Qui venter, tanquam inexplebilis vorago, fœnus, argentum, agros absumit, et decoquit. *Idem*.

40 *Rebus mersis*] Hinc homines profundæ gulæ dioti gargites. *Grang*.—*Ac*, &c.] Id est, patrimonio. *Vet. Sch*.

41 *Argenti*, &c.] Id est, non cælati, in quo nihil præter pondus æstimandum: quod a nostro alibi *purum* dictum. *Grang*.—*Capacem*] Ventrem vere Eresichthonium. Sceptice, et ridicule. Qui venter omnia potest capere et concoquere, pretiis scilicet in obsonia commutatis. *Lubin*.

42 *Talibus*, &c.] Gulosia, luxuriosis, bona sua paterna decoquentibus.—*Dominis*] Ironicos.—*Exit Annulus*] Alienatur; per gulam transit; et postea cum nihil reliqui habent, denique mendicare coguntur. *Idem*.

43 *Annulus*] Insigne equestris dignitatis, qui solus supererat, et quem nemo gestare poterat, nisi qui quadringenta Sestertium possideret, quæ faciunt 10000 coronatos Gallicos.—*Pollio*] Decoctor. Notat nobilissimum quendam. *Idem*.—*Digito nudo*] Cui annulus jam detractus est.

44 *Non*, &c.] Demonstrat tales luxuriosos consumitis opibus denique in senectute esse miserrimos. Nulla res luxuriosis magis formidanda est, quam senectus. Utpote quibus in senectute de nullo præsidio sit prospectum.—*Præmatur*] Non mors præmatura illis est, quam per ingluviem sibi accelerant, sed senectus morbis et inopia oppressa luxuriosis est misera et timenda. *Farnab*. Imo felices tales sunt, si cito absumtis opibus moriantur.—*Fumus*, &c.] Mortis genus

crudele et dolendum. *Idem.*—*Non, &c.*] Id est, non magis metnenda mors in juvenia luxuriantibus, quam senectus. *Vet. Sch.*

45 *Luxuria*] *Luxuriosis. Farnab.*

46 *Hi, &c.*] Recitat jam auctor nos- ter tres gradus quibus tales nepotes ad extremam paupertatem et ad fidei violationem ac defectum perveniant. —*Gradus*] Perditæ gulæ in pauper- tatem se precipitantis. —*Conducta, &c.*] Gradus 1. est, Pecunia in fœnus mutuo assumpta. *Farnab.*—*Hi, &c.*] Distinguo sic: *exilium sibi indicunt.* Et vs. 53. *Carnisse anno Circensibus* uno: annum abesse patriæ suæ. *Rutgers.*—*Hi, &c.*] Frequenter his rebus ad summam egestatem pervenitur: et cum mutuo acceptam a creditoribus pecuniam devoraverint, in exilium sponte eunt, id est, ad Bajas, ubi major est luxuria, ubi et reliquam, si est, pecuniam devorent: tunc nam cum non superest aliquid, ne sit facultas repetendi pecuniam suam, exilium sibi indicunt \* annum abesse patriæ suæ. Vertere solum, est exilium pati. *Vet. Sch.*

47 *Et, &c.*] 2. Gradus; id est, illa pecunia in fœnus sumpta ipsis credi- toribus pecuniæ videntibus consumitur.—*Inde, &c.*] 3. Gradus: Cum ex illa pecunia a creditoribus assumpta, paululum et nescio quid, ferme nihil reliqui est, &c.

48 *Pallet*] Metuit fœnerator ne mutuum perdat, cum omnia a debi- tore dilapidentur. *Rutgers.*—*Pallet, &c.*] Creditor consumpta pecunia. *Vet. Sch.*

49 *Qui, &c.*] Prodigii lurcones qui sedem et locum mutarunt, propter alienam pecuniam consumptam, confugiunt Bajas ad locum Campaniæ amenissimum.—*Ostia*] Ubi portus Tiberis, tribus miliaribus Roma dis- tans; quo confugiunt, ut si urgeant, navi possint aufugere. Sunt qui legant *ostrea.* Lubin.

50 *Cedere, &c.*] Invehitur in Roma-

norum luxuriam et impudentiam, quæ si ob res alienum et debita cogere- tur foro cedere et Romam relinque- re, illud turpins non existimabant, quam a Subura frequentissima et me- dia urbis regione migrare in montem Esquilinum. Turneb. *Advers.* xvi. 5. Foro autem cedere nil aliud vide- tur, quam æris alieni caussa in forum non ventitare et creditoribus non sol- vere. *Grang.*—*Tibi*] Quisquis verem- ram facis. Vel lege *ibi*, id est, Ro- mæ. Lubin.—*Cedere, &c.*] Id est, tan- tum illis est deserere patriam suam, vel forum, quantum est a Subura fre- quentissima regione, ad Diocletianas migrare, ubi solitudo est. *Vet. Sch.*

51 *Esquilias*] Regionem Esquili- nam. Quæ dicuntur a monte editio- re et frigidiore.—*Ferventi*] Aestuante propter hominum multitudinem, et abundantiam. Vide Sat. iii. 5. Lubin. —*Esquilias*] Sic dictæ, quod in eo colle Tullus Hostilius excubias po- suerit: vel, quod eum prius neglec- tum excoluerit. *Farnab.*

52 *Ille, &c.*] Id est, qui patriam fu- giunt, illi hoc solum et unum dolent quod ludos Circenses cogantur refra- quere. Sic dixit supra Sat. præce- denti, vs. 18. ‘duas tantum res anxius optat, Panem, et Circenses.’ *Idem.*—*Ille, &c.*] Hoc tantum dolent. *Vet. Sch.*

53 *Sanguinis, &c.*] Civibus Roma- nis ne minima quidem pars pudoris et sanguinis in fronte reliqua est; quos quidem tantæ turpitudinis non pudeat. Ponitur *sanguis* pro pudore. —*Morantur*] Romæ pauci retinent pudorem fugientem ex urbe. *Farnab.* —*Morantur, &c.*] Vix reperias, qui pudorem, cuius jam plerosque pudet, et qui ex urbe fugit, ut Justitia quodam et Verecundia ex orbe, retinere curet. *Farnab.*

55 *Ridiculum*] Quos enim pudet, vel quibus pudor reliquus est, illi ri- dentur. —*Fugientem, &c.*] Imo ex orbe, ut Sat. vi. in principio dixit,

inducitiam et justitiam simul fugisse. Vult dicere Romanos prorsus nihil curare, si quis ob infamiam in exilium abeat, vel ob res alienum. *Ferreb.*

56 *Experiare, &c.*] Hoc usque in perditam Romanorum gulam invecutus est, laudavit illud *Noce te ipsum*. Jam ad Persicum, ad quem hanc Satyram scripsit, se convertit; eamque compellat et hortatur, ut sibi in convivio praeesto sit, et periculum faciat, ecquid merito Romanorum luxum reprehenderit, an vero et ipse inluxoriosus sit, et in illorum numero, qui sua vitia in aliis reprehendunt.—*Pulcherrima dictu*] De Parsimonia, et de illo, *Noce te ipsum, &c.* Idem.—*Experiare hodie, &c.*] *Lege: cenna dum ego parsimoniam laudo. Ideo siliquam apponit luxuria rictui.* Hoc vult: Fortasse dices, hæc a me quidem pulchre dici, sed te ipse non praeitari. Verum cum hodie mihi conviva futurus sis, videbis ipse non minus frugales esse cenas meas, quam præcepta. Hoc enim est quod dicit vs. 56. *Rustica*.—*Experiare, &c.*] Intelliges, inquit, Persico, utrum præceptis meis vita conveniat, \*sed nedom ego patrimonium laudo: ideo siliquas ponam luxuriae rictu. *Vet. Sch.*

57 *Vita*] Ecquid alium et alienum a vita mea sermonem geram. *Lubin.*—*Vel morib.*] Alii nec morib.

58 *Sed, &c.*] Id est, qui palam verbis frugalem vitam commendem, clam vero popinas tanquam ganeo consecrer.—*Siliquas*] Græcia reparia, Belg. *S. Johans bread.* Intelligit antiquorum victum et cibum ex siliquis, et vili legumine. Siliquas ergo pro leguminibus, vel pro involacro seminis et framenti.—*Occultus*] Qui gulæ suæ luxum dissimulem.—*Ganeo*] Larco, vorax, ganeorum sectator, popino, qui cupedias sectetur, et cui vitæ modulus est culina.—*Pultes, &c.*] Viles, faciles et parabiles cibos coram aliis, ut frugi videar, mihi parari

jubeam per puerum; sed clam ipse in aurem insurrem, ut delicatissimas placentas mihi paret.—*Pultas*] Ex farina, quali cibo olim ante panis usum Latini victitabant. *Lubin.*

59 *Dictem*] Mandem, præcipiam.—*Placentas*] Melle illitas, quas Cato luxuriosæ gulæ esse dicit, et veteres in deliciis habuere. *Idem.*—*Corum, &c.*] Id est, ante alios, ut frugi videaris, pultes aut legumina jubes parentur tibi, in aurem autem puero alia dicis tibi parari. Siliquas, id est, parvitatem. Nam proprie siliqua est quæ legumina continentur. *Vet. Sch.*

60 *Nam, &c.*] Innotuit illud Virgilii *Æneid.* octavo, ubi recitatur, quod Evander prius Herculem Hispania redeuntem, deinde Æneam convivio exceperit. Id est, cum te mihi hodie convivam venturum receperis, et promiseris, ego te, qui vir magnus es, excipiam ut Evander Herculem et Æneam, hospitio frugali atque tenui, pro tua conditione.—*Habebis Evandrum*] Experieris me frugalem hospitium, qualis fuit Evander. *Lubin.*—*Nam, &c.*] Qui te mihi convivam futurum promisiisti. Nunc Poëta vult hoc intelligi: Cum, inquit, sis vir magnus, excipieris tamen a me hospitio paupere, ut scilicet Hercules ab Evandro, aut Æneas: 'hæc, inquit, limina victor Alcides.' *Vet. Sch.*

61 *Tyrnthius*] Hercules, a Tyrnthe oppido Argivo, Herculis patria.—*Minor illo*] Hercule; Æneas scilicet, qui ætate, magnitudine famæ et nominis, minor fuit ipso Hercule. *Lubin.*

62 *Et, &c.*] Qui licet minor, et ipse tamen a Diis originem duxit, utpote Veneris filius, quæ Jovis filia. *Idem.*

63 *Alter, &c.*] Æneas scilicet, qui in Numicium fontem lapsus interiit, inque eo submersus creditur; qui fons Deo consecratus.—*Alter, &c.*] Hercules in Cæta monte.—*Ad sidera missus*] In cælum translatus, mortuus.—*Alter, &c.*] Æneas qui in Numicium fontem

lapsus, creditur consecratus: ideo ait, aquis: flammis vero Hercules, qui in Ceta monte se incendit, non tolerans ardorem vestis, quam in sanguine Nessi Centauri tinctam, uxor sua causa pellicis Deianeiræ vestiedam porrexit. *Vet. Sch.*

64 *Fercula*, &c.] Recenset jam Persico, ad quod frugale convivium, et ad quæ fercula ipsum invitavit.—*Nulla*, &c.] Non condita, non constructa libis venalibus, aut obsoniis delicatis in macello emtis: ut Virg. *Ge. iv.* ‘Dapibus mensas onerabat inemtis.’ *Lubin.*

65 *Tiburtino*] Ex agro prope opidum Tibur. *Idem.*

66 *Hadulus*] Parvus hœdus, pullos capræ.—*Toto*, &c.] Omnium tenerimus in universo caprarum grege.—*Inocius*, &c.] Lactans adhuc, qui herbam non attingit. Tales enim in deliciis habebantur. *Idem.*—*Inocius*, &c.] Lactans, quia adhuc herbam non contigit: ut Virgilius, ‘Una die siccant ovis ubera.’ *Vet. Sch.*

67 *Nec*, &c.] Qui ob teneram ætatem nondum conæruit salices, in imo et humili humidoque nascentes admordere.—*Salicti*] Est locus salicibus consitus, quibus inprimis capri infestis esse solent. *Lubin.*

68 *Qui*, &c.] Propter lac matris, quo hactenus nutritus.—*Et*, &c.] Sic dicti, quod in locis asperis nascantur: solent autem condimenti loco cibus addi. Hos aliqui *Corrudas*, aliqui *Libyco*s appellant. Dicit autem *montani*, ad differentiam asparagorum altitilium, qui sapidiore sunt, et ideo lautæ gulæ. *Britann.*—*Et*, &c.] Quia sunt et in hortis. *Vet. Sch.*

69 *Quos*, &c.] Rustica, quæ habitat in villa et in agro meo illos asparagos collegit.—*Posito fuso*] Quæ colum cum fuso tam diu deposuit. *Lubin.*

70 *Grandia*, &c.] Recenset alia condimenta, ova nimirum gallinarum adhuc recentia: id est, quæ ova paulo ante ex nido e torto fœno vel strami-

ne facto exempta sunt, et quasi paulo ante exclusa, adhuc calida. *Idem.*—*Tortoque*, &c.] Recentia ova, cum ipsis gallinis. *Vet. Sch.*

71 *Ipsis*, &c.] Cum gallinis, quæ matres pullorum sunt, quæ ex ovis, et etiam ipsorum ovorum.—*Et*, &c.] Id est, nobis etiam uvæ adsunt succulentæ, quales in ipsis vitibus fuerunt. *Lubin.*

72 *Parte anni*] Quæ uvæ per anni partem aliquam suspensæ et servatæ sunt, succulentæ adhuc et recentes. Invitavit enim ipsam, ut ex sequentibus liquet, in hieme vel etiam post, sub initium veris. *Idem.*—*Quales*, &c.] Uvas, quas suspensas servavimus. *Vet. Sch.*

73 *Signinum*, &c.] A Signia Latii opido. Laudabantur in Italia pyra Signina, et Tarentina a patria et locis, in quibus optima nascebantur: Gallis, *Poire de chat*.—*Syrium*] E Syria allata, ac eadem sunt cum Faleriis, vulgo *Bargamote*. Grægorum.—*De*, &c.] Id est, canistris, quibus allata sunt. *Lubin.*

74 *Æmula*, &c.] Id est sua formositate et suavitate cum Picens pomis certantia, quæ quidem optima, et mala adhuc valde bene olentia. Horatius *Sat. ii. 4. 70.* ‘Picens pomis cedunt Tiburtia succo.’ *Idem.*—*Æmula*, &c.] Tanquam Picens. *Vet. Sch.*

75 *Nec*, &c.] Commendat hæc poma, quod non sint amplius cruda et aspera. Ut quæ superfluos humores autumnii, quo maturuerunt, frigiditate hiemis exsiccarunt, vel ætate excoxerint. *Lubin.*—*Siccatum*, &c.] Hieme: nam sicca poma non incitant morbum, humore nocivo consumpto, sive digesto succo malo. *Vet. Sch.*

76 *Autumnalem*.—*Pericula*] Periculosos et noxios humores, qui morborum pericula possint generare. *Lubin.*

77 *Hæc*, &c.] Commendat jam collatione dissimilium, veterum fragilitatem et parsimoniam; contra mi

seculi luxuriam condemnans.—*Hæc olim nostri*] Id est, hæc tenuis et frugalis mea cœna olim nostris majoribus, etiam senatoribus, luxuriosa videbatur. *Lubin.*—*Hæc, &c.*] Veteres licet adhuc parce biberent, tamen jam egrediebantur antiquam parsimoniam. *Vet. Sch.*

78 *Curius parvo*] Probat hæc luxuriosa esse, si referantur ad frugalem victum M. Curii Dentati optimi Dictatoris, qui oluscula, quæ in parvo suo horto ipse collegerat, ponebat, et coquebat in exiguis suis focis.—*Parvo*] Laudat continentiam eorum, qui parvis optime et beatissime vixerint. *Lubin.*—*Curius*] De hoc Cicero in Catone majore: Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum obtulissent, repudiati sunt. Non aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed qui haberent aurum, imperare. *Vet. Sch.*

79 *Ipsæ*] Emphatice. Summus Imperator et Dictator ipse hoc faciebat.—*Quæ nunc*] Quales viles cibos cum fastu aspernarentur etiam fossores, immandi ex opere, longis catenis et compedibus vincti, in agris opus facientes. Vide Sat. VIII. 183. et Pers. VI. 40. *Lubin.*

81 *Qui, &c.*] Notat suo tempore etiam villissimos fossores Romæ lautius vivere, quam olim maximi Consules et Dictatores. Id est, qui fossor hinc luxuriosis temporibus est expertus, qualem saporem habeat porcina valva in popina calida cocta.—*Calida, &c.*] In loco ubi carnes delicate assantur et præparantur. *Lub.*—*Valvæ*] Posterior porcæ pars, et crassæ atque pingues pulpæ in posteriori parte apud seculum priscum in summis deliciis sunt habitæ. Alii intelligunt utrum suis ejectionum delicate præparatum in popina. Martial. 'Me materna gravi de sue valva capit.' Vide Plin. XI. 37. et VIII. 51. 'Ejectionis autem valva est, quæ extrahitur utero suis prægnantia, porcaria postquam peperit.'

82 *Sicci, &c.*] Notat jam delicias priscorum, quibus diebus festis usi fuerunt, quæ respectu sui temporis tantum fuissent meræ frugalitates, imo paupertas. Id est, Lardum porcinum siccum et fumo induratum, in crate lignea, in qua raræ trabes, ut fumum et ventum capere possit, dependens; illud tanquam delicatius in dies festos tantum servabatur. *Lubin.*—*Sicci, &c.*] In crate pendens lardum. *Vet. Sch.*

84 *Et, &c.*] Lardum in die festo, aut natali, quo delicatius vivebant, moris erat cognatis et amicis invitatis apponere. *Lubin.* Omnium fere gentium mos, natalitia celebrare convivii, soli Thraces natalem lacrymis prosequiebantur. *Grung.*—*Et natalitium cognatis ponere lardum*] Sed quidnam esse causæ dicemus, cur suilla et lardum potissimum natalitiis apposita? An quia dapsilis admodum caro ac tenera? vel quia ad pastum natum animal, cui, ut Chrysippus dicebat, 'anima pro sale est ne putrescat.' auctor Cicer. 2. de natura Deorum. *Schottius.*

85 *Accedente nova*] I. e. ad hoc lardum accedebat vel addebatur nova et recens caro, si quæ forte ex victima, die natali oblata, remanserat.—*Hostia*] Die natali, genio oblata. *Lubin.*—*Accedente, &c.*] Id est, recenti, ut, 'Duo lacte novo.' *Vet. Sch.*

86 *Cognatorum, &c.*] Ulterius priscorum parsimoniam commendat. Id est, aliquis ex cognatis illius, qui diem natalem celebrabat (qui ter consulatum et Dictaturam gesserat) ad hoc lardum et recentem carnem et ad hanc tractionem die natali festinabat, tanquam ad insolitas lautitias.—*Titule*] Id est, qui jam ter consul fuit. *Lubin.*

87 *Castrosum, &c.*] Qui dux et imperator exercitus fuit. Summi consules et imperatores tales cibos olim habebant in deliciis.—*Castrosum, &c.*] Dux, magister exercitus. *Vet. Sch.*

88 *Solito, &c.*] Ante horam novam.



Vel quod ad insolitas illas delicias et lautiora convivia festinarint. *Labii*.—*Solito*, &c.] Citius solito, ante horam nonam. *Vet. Sch.*

89 *Erectum*, &c.] Id est, in scapulis gestans aliquem ligonem in sublimē erectum, cum quo fodit et opus rusticum exercuit in monte aliquo vel agro. Quod olim habitum fuit honestissimum. Propriis enim manibus terram subagitarunt ipsi Imperatores Romani.—*Domito*, &c.] Culto, fosso, subacto. *Labii*.—*Erectum*, &c.] Sola dignitate clari: nam nec superbi nec divites: et domito, id est, fosso et subacto monte. *Vet. Sch.*

90 *Cum*, &c.] Illo tempore. Ulterioris commendat majores, a simplicitate supellectilis, et contra carpit luxum sui temporis.—*Tremere*] Romani formidarent.—*Fabius*] Patrem Q. Fabium Maximum cunctatorem, cum filio: qui erant temperantissimi.—*Catonem*, &c.] Censorium, de cujus vita lege egregia apud Plutarchum. Qui luxui imprimis infestus erat. Erant autem Censores, ad cujus census et arbitrium populus censebatur. Hos ergo cives Romani olim maxime metuebant. *Labii*.

91 *Et*, &c.] Marcum Æmiliū Scanrum, cum reliquis. De quibus dictum Sat. II.—*Fabricius*] Intelligit Cens. Fabricium, qui in censura nomen Maximi invenit. De hoc dictum Sat. IX. 'Sed quæ Fabricius censor notet.' Hic minitabatur se collegam Decium magistratu remoturum, nisi in emendationem morum Romanorum consentiret. De hoc enim sequens versus intelligendus. Valerius II. 4. Pro *postremo*, alii leg. *rigidique*.—*Fabricius*, &c.] A collega Pub. Decio, &c. Hoc falsum est. Neque enim ullus Fabriciorum fuit, qui aut cum Decio Censor fuerit, aut cui Maximi cognomen obtigit. Sed scribend. *Fabium*, et notitia repemenda est ad versum præcedentem, scilic. *Cum tremere autem Fabius*. Fuit autem Fabius Maximus Censor A. U. C.

CCCECLIX. cum P. Decio Mure, et XVIII. lustrum condidit. *Rudgers*.—*Et*, &c.] Fabricium Censorem dicit, cui in Censura Maximi nomen obvenit, qui luxuriam Reipublicæ damnans, a collega Publio Decio postulavit, ut aut ipse quemadmodum ei videretur, mores hominum emendaret, priorum Censorum negligentia perditos, aut pateretur se revocare pristinum civitatis statum: quorum si neutrum faceret, minitatus abdicaturum se eum magistratu. Decius ergo exterritus, permisit ut quemadmodum vellet, Remp. administraret se consentiente. *Vet. Sch.*

92 *Nemo*, &c.] Illis temporibus nemo de lectis discenbitoriis per luxum ambitiose exornandis sollicitus erat.—*Inter*, &c.] Inter necessaria, de quibus merito quispiam curiosus et sollicitus sit. Ut lectum testudineum haberent, non curabant. *Labii*.—*Seria*] Ac si res seria esset et necessaria.—*Nemo*, &c.] Inter necessaria. *Vet. Sch.*

94 *Oceani*, &c.] Indici potissimum. Alii legunt *Oceanus fluctu*—*Testudo*] Concha marina. Scheg. v. Cujus putamina secare in laminas, lectosque iis ornare Carvilius Pollio instituit. Plin. 9. lib. XI. ejusmodi lectos Clemens Alexand. *χελύκας πρὸς τὰς οὐράς* vocat. *Furnus*.—*Oceani*, &c.] Ut lectum testudineum haberet. Lectos nam antiqui testudine Oceani ornabant. *Vet. Sch.*

96 *Clarum*, &c.] Unde fiat nobilibus Romanis a Trojanis oriundis eximium lecti fulcrum.—*Fulcrum*] Sustentamentum in lecto discubitorio patinibus concharum coopertum. *Labii*.—*Et*, &c.] Nobilior dixit, quam lectum. *Vet. Sch.*

96 *Sed*, &c.] Prisci non adeo ambitiose exornabant illa fulcra in quibus ad mensam discubebant, sed frons vel altior pars lecti (ad quam caput inclinabant, qui in illo latere summus erat) erat ex mure, et formam gerebat capitis asinini, sortis coronati.—

**Nudo]** Nudo latere explicant sine fustero aut latere, ad quod inclinent. **Urno latus** est sponda et fulcrum lecti; **mundum**, non testudine, aut auri aut argenti laminis indutum. Frons autem lecti, diversa a Sponda. **Ferrar.**—**Partis]** Non ita amplis et capacibus, ut jam.—**Lectis]** Triclinariibus.—**Sed, &c.]** Non ornata sponda. **Vet. Sch.**

**97 Coronati]** Nam sarta e pampinis illi capiti circumdabantur.—**Ostendebat]** Alii *distendebat*, id est, pretegebatur et prominere faciebat.—**Aselli, &c.]** Hoc caput in fronte spondæ erat. **Lubin.**—**Vile coronati]** Ideo vile illud caput præfixum tradunt Interpretes, quod Etrusca disciplina eo incommoda agrorum arceri credebant. Sed cur in lectis et non in agro id amuletum positum esset? Ergo ab *Hygino* hujus ritus causa petenda est, quamvis locus mutilus et defectus sit. **Fab. cclxxiv.** ‘Antiqui nostri in lectis triclinariibus, in fulcris capita asellorum vite alligata habuerunt, significantes...Suavitatem invenisse.’ Ad eam lacunam supplendam conjicio simile quid asferri posse: ‘quod pampinos prærodendo putare vites docuerit, atque ita vini suavitatem invenerit.’ Vite ergo coronatum caput fuit. **Ferrar.**—**Ruris, &c.]** Rustici infantes. **Vet. Sch.**

**98 Ad quod]** Id est, circa quod aselli caput in fronte spondæ, filifamilias ruri educati lascivientes ludebant.—**Lascivi]** Petulantes, agiles, læti, puerorum more.—**Ruris, &c.]** Non in urbe inter supinas delicias educati. **Lubin.**

**99 Tales ergo]** Id est, prisca fuerunt frugales cibi, vel ut etiam frugalis, rudis, villis et simplex supellex.—**Domus]** Res familiaris in domo. **Idem.**—**Tales, &c.]** Talia convivia eorum, quales et res familiares. **Vet. Sch.**

**100 Tunc, &c.]** Id est, miles Romanus rudis et simplex, prædas non in vestium et corporum ornamentum adhibebat, sed ad equorum et armorum

ornamenta.—**Grajas, &c.]** Intelligit artificia magnorum artificum in Græcia, vel etiam ipsum luxum, et alia scelera a Græcis ad Romanos translata. Mira enim Græcorum ad omnes artes fuere ingenia.—**Mirari, &c.]** Id est, simplex et ad luxum ingeniosus, qui non poterat dignoscere artificiosa ab rudibus, ut aurea et argentea vasa artificiose cælata. **Lubin.**—**Et, &c.]** Signa, sive alias ornaturas. **Vet. Sch.**

**101 Urbibus, &c.]** Postquam urbes diripiebant captas, et prædas agebant.—**Prædæ, &c.]** Quæ inter prædas invenerant. **Lubin.**

**102 Magnorum, &c.]** Ut *Phidias*, *Myronis*, *Mentoris*, *Praxitelis*, et aliorum insignium artificum.—**Frangebatur, &c.]** Non enim bibax erat, nec artificiosa pocula in magno pretio habebat, quorum artificium ignorabat. Sed frangebatur illa, ut equis frenæ et phaleras inde conficeret, quibus equi triumpharent et exultarent. **Idem.**—**Magnorum, &c.]** Magno artificio confecta pocula. **Vet. Sch.**

**103 Ut phaleris]** Ut inde phaleras equo conficeret, et cæaret cassidem.—**Cælatæque, &c.]** Est autem hic talis ordo: Frangebatur miles aurea pocula, ut cassis vel galea, auro et argento cælata, hosti perituro ostenderet simulacra Romulæ feræ; id est, Lupæ illius, quæ in fatum Imperii Romani jussa est mansuescere; vel ut lupæ effigiem in galea gestaret auream et argenteam. **Lubin.**—**Ut, &c.]** Id est, ut de poculis fractis phaleras, et alia ornamenta militaria fabricaret. **Vet. Sch.**

**104 Romulæ, &c.]** Lupæ a qua Romulus et Remus expositi, alti finguntur admotis uberibus.—**Mansuescere, &c.]** Quæ lupa a Diis in incrementam imperii Romani jussa est mansueta fieri, ut Romulus et Remus alerentur, et Romanæ urbis mœnia surgerent, et imperium Romanum fundaretur, quod fato vel voluntate Dei instaurandum erat.—**Mansuescere]** More

mansuetorum brutorum lac præbere. —*Juno*] A Marte, cujus filii erant Romulus et Remus. *Lubin.* —*Fera*, &c.] A Diis, ut pueros nutrirer Romulus et Remulus. *Vet. Sch.*

105 *Sub*, &c.] Projecti enim sub rupe Quirinalis montis, Quirini gemini Romulus et Remus a lupa nutriti et alti sunt. Talla autem solebant curare in casside depingi. *Lubin.*

106 *Et*, &c.] Id est, ut ostenderet hosti in casside sua effigiem Martis Dei, qui nudus ad Iliam veniebat cum illa concubiturus. Qui alias clypeo et hasta armatus venit. —*Clypeo*, &c.] Descriptio Martis. *Idem.* —*Venientis*] Ad anos liberos, quos lupa educabat. Farnabius legit *fulgentis*: sic et Britannicus. —*Clypeo*, &c.] Martis ad Iliam venientis, ut concumberet. *Vet. Sch.*

107 *Pendentisque Dei*] In clypeo sculpti, qui de sinistro humero dependent. Sunt, qui malint legere *Pendentis*. Vetus interpres M. S. *Quasi ad ictum se inclinantis.* —*Perituro*, &c.] Prius enim hoc tempore, Romani fere semper victores erant. *Lubin.* —*Pendentis*] De ere. *Vet. Sch.*

108 *Argenti*, &c.] Non, ut jam, in poculis luxuriæ instrumentis, in utensilibus, aut suppellectili. *Lubin.*

109 *Ponebant*, &c.] Illo tempore, quo armorum tantum ornamenta spectabantur, vasa aurea et argentea continebant. Sed Thusco catino vel vase fictili omnia sua fercula apponebant: vel more Thusco ponebant cibaria e farre, &c. Pers. Satyr. II. vs. 60. —*Farrata omnia*] Pulvis e solo frumento, vel cibaria ex farre, quibus populus Romanus trecentis annis in alimentum fuit usus, ut ait Verrinus. vide Sat. XIV. vs. 172. *Lubin.* —*Farrata*, &c.] Cibus ex farre, qui cibus primus antiquorum fuit. *Vet. Sch.*

110 *Quibus*, &c.] Nam parvo contenti, beatissimi et fortunatissimi erant, adeo ut merito jam illis invidiamus. —*Si lividulus*] Si etiam parum omnino invidus sis. *Lubin.* —*Om-*

*nia*, &c.] Hoc est, omnia tunc præstantiora erant, et tanti pretii, quibus si avarus sis, invidere possis. *Vet. Sch.*

111 *Templum*, &c.] Ostendit jam priscis illis temporibus, quamvis Deos fictilibus coluerint, homines tamen longe religiosius vixisse, et Diis etiam longe cariores fuisse. —*Majestas*, &c.] Deorum numen et majestas, qui in templis coluntur, hominibus erat propior, faventior, magis præsens et auxiliaria. —*Et vox*, &c.] Probat quod dicit, historia aliqua, quam recitat Livius lib. V. 'Quod M. Ceditius noctu audierit vocem in Capitolio humana clariorem, Gallos adventare Senonas.' *Lubin.* —*Et vox*, &c.] Conturbantibus Gallis Senonibus, repente vox monentis audita est, Hostem caverent. Itaque hostibus pulsas, restituta urbe, templum constitutum est, et consecratum Deo Monete. Dicit nam Jovem adventum Senonum prænuutiasse Gallorum. Virgilius: 'Armorum sonitus toto Germania cælo Audiit.' *Vet. Sch.*

112 *Litore*, &c.] Alii ab Occiduo. Ab illa enim parte irruerant. Divi codex habet *littore ab Oceano*. 'Innotato atque inaudito hoste ab Oceano, terrarumque ultimis oris bellum ciente.' Livius lib. V. —*Et Diis*, &c.] Id est, cum ipsi Di, quorum hæc vox erat, imminetia Romanis pericula annuntiarent, (quod vatum officium erat,) idque propter sanctam simplicitatem Romanorum. *Lubin.*

114 *Officium vatis*] Desperatum forte vulnus *Vet. Schol.* habet, quod hoc modo leniri posset: Sacerdotum more sagientibus. Officium sacerdotis et aruspicii dñ fecerunt. Ipsorum enim fuerat imminetia Romanis pericula nunciare. *Sagire* quid sit docet Cic. lib. I. de Divinatione. *Ruf. Var. lect.* —*His monitis*] Antea fictilis Jupiter a periculis nos immunes custodiebat, et hanc curam nobis præstabat. *Idem.* —*Officium*, &c.] Officium sacerdotis et aruspicii Dñ fecerunt, \* sacerdotum more fugientibus. Ip-

seruum enim fuerat imminetia Romae pericula nunciare. *Vet. Sch.*

115 *Curam, &c.*] Ut vel media nocte de instantibus periculis Romanos admoneret. Id est, prisco et simplici seculo, Dii homines magis amabant. *Lubin.*

116 *Fictilis*] Ex luto figuli rota conformatus.—*Et nullo, &c.*] Persius: 'Dicite, Pontifices, in sacris quid facit aurum.' Certe Dii auro violantur, ob quod omnia scelera et flagitia passim perpetrantur. Sane revera tam aureum seculum erat, cum nihil auri usquam fuit.—*Violatus*] Cum Deo statuae fiant ex auro, furto, sceleribus, rapinis, latrocinis pario. Vel, quod homines magis aurum quam Jovem colerent. Sat. III. vs. 20. *Idem.*—*Et nullo, &c.*] Id est, cum necdum auro textus esset, sed fictilis tota Jovis compago, magna pro nobis cura vigilabat. *Vet. Sch.*

117 *Ille, &c.*] Illa prisca secula mensas vitreas, acernas, vel ex ebore non morabantur, sed faciebat mensas ex arbore, domi vel in Italia nata, non aliunde ex Graecia allatas.—*Nostraque, &c.*] Quae crevit in Italia, non in Africa aut Mauritania, ubi gignuntur Citri et Cupressi. *Beroaldus* Annotat. cap. 41.

118 *Tempora*] Prisca patrum nostrorum.—*Hos, &c.*] Arbores in Italia crescebant in talem usum, ut inde mensae et alia supellex fieret. *Lubin.* Alii pro *hos* habent *hoc*.

119 *Annosam, &c.*] Si forte annosam aliquam arborem, quae facile deijci poterat, subvertisset. Ubi nucinas mensas Vetus Scholiastes vocat, quae ex nuce fierent. *Salmasius.*—*Eurus*] Impetuosus ille et turbulentus ventus ab ortu flans. *Lubin.*—*Si forte nucem*] Ut mensas fierent \* nucinas. Id est, *facerent*. *Vet. Sch.*

120 *At nunc, &c.*] Antapodosi dissimilium, notat luxuriam sui temporis. Id est, Contra nostro tempore divites Romani nullam voluptatem in

coena ex cibo et potu capiant, nisi fercula in aurea mensa apponantur, cujus fulcrum sit eburneum. *Lubin.*

121 *Rhombus*] Piscis delictissimus, de quo dictum Sat. IV.—*Dama*] Capra silvestris, et ipsa in deliciis habita.—*Putere, &c.*] Foetere et male olere. *Idem.*

122 *Unguenta*] Quibus inunguntur conatur, cum exissent e balneis.—*Rosa*] Serta et corollae ex rosis, quibus coronabantur convivae.—*Lotos, &c.*] Nisi latam et spaciosam mensae citreae superficiem, pes eburneus grandis sustineat.—*Lotos orbis*] Tabulas vel mensas citreas rotundas. *Beroald.* Annot. cap. 41.

123 *Grande, &c.*] Mensarum pedes ex ebore facti. Vel robustus pes ex ebore.—*Et, &c.*] Est ergo pardus hoc loco fulcrum mensae, ex ebore in figuram vel effigiem pardi sculptum, mensam sustinens loco pedis.—*Hiatu*] Cum magno rictu et apertura oris. Ut effigietur quale est, grande animal et horrendum.—*Grande, &c.*] Eburnea mensa ex ebore facta.—*Pardus, &c.*] Pardus, qui sustineat orbem. *Vet. Sch.*

124 *Dentibus, &c.*] Fabricatus pardus ex dentibus Elephantis, qui ex insula Aethiopiae, vel urbe Syene, quam mediam aequator secat, Romam mittuntur, vel qui Syenem tanquam portam mittuntur in alias Aegypti partes, inde Romam. *Farnab.*—*Mittit*] Romam scilicet. *Idem.*—*Porta, &c.*] Civitas Aegypti. *Vet. Sch.*

125 *Et Mauri, &c.*] Nam in Mauritania multi Elephantis, unde etiam Annibal suos habuit. Nominat autem omnes regiones ubi sunt Elephantis.—*Celeres*] Intelligit Aethiopes Trogloditas, qui mira pedum celeritate sunt.—*Obscurior*] Nigrior: nam Indi adhuc nigriores, quam Maori et Aethiopes.—*Et, &c.*] Nam et apud Mauritania interiorum dicuntur nasci Elephantis: unde et Hannibal habuit. Praeterea hoc nam addunt, quod cum seuserit se grandes habere dentes, in

terram eos aggit, et inde abducto capite eos amittit. *Vet. Sch.*

126 *Et quos deponit*] Ex natura elephantorum hoc dicit; nam illi cum sese grandiores et capiti nimis graves et incommodos dentes habere sentiunt, illos in terram aut in arborem infixos frangunt et ita deponunt.—*Nabathæo, &c.*] In regione Arabiæ, Syriam contermina. Arabiam autem tres partes. 1. Deserta, quæ Scenitis. 2. Fœlix, quæ Saba. 3. Petræa, quæ Nabathæa. *Farnab.—Belus*] Elephas.—*Saltu*] Loco propter silvas incolto. *Lubin.—Nabathæo, &c.*] Locus in India, ubi nascuntur Elephanti. *Vet. Sch.*

127 *Jam, &c.*] Quando ob pondus suum onerosi fiunt.—*Hinc, &c.*] Redit ad luxuriam Romanorum scoptice exagitantam. Quasi dicat: Si mensæ pes eburneus sit, Romani nostri vescendi desiderium et appetitum concipiant, et magnam edendi libidinem.—*Hinc*] Ex hac lautitia suppellectilis, ex ebore.—*Hinc, &c.*] Libido vescendi hinc delectat cibum capere, si mensa est eburnea. *Vet. Sch.*

128 *Vires*] Alii leg. *bilis*. Scoptice. Quasi stomachus iratus ipsis cibis, avide omnia jugulet, et deglutiat.—*Nam pes, &c.*] Scoptice et hæc. Id est, Non plaris faciunt nunc pedes argenteos in mensis, quam annulos ferreos in digitis, qui certe nullius sunt pretii. Indicat tum temporis eburneos pedes in majori fuisse pretio, quam argenteos. *Lubin.—Nam, &c.*] Mensis scilicet. Ut eat, inquit, nobis villis anulus ferreus, ita illis mensis pes argenteus, nisi fuerint elephantum dente compositæ. *Vet. Sch.*

129 *Ergo, &c.*] Ego Juvenalis cum hanc luxuriam, qua jam vivitur, damnem, fugio et evito luxuriosum aliquem et superbum convivam, qui pedes mensæ eburneos requirat, mensas ligneas contemnat, et non nisi magnifico tractari velit. *Lubin.*

130 *Qui me, &c.*] Qui me sibi simi-

lem putat: Qui postulat ut ego eadem luxuria sumtus faciam, et qui me putat non minorem cenam paraturum, quam ipse solet. *Idem.—Qui, &c.*] Id est, Qui me ex comparatione contemnat, non eam invito. *Vet. Sch.*

131 *Exiguus*] Quales mem sunt moderatæ, eas contemnit.—*Adco*] Idcirco et propterea.—*Nulla, &c.*] Ne exigua quædam portiomcula. *Lubin.*

132 *Tessella*] In abaco seu alveolo inserio. Sunt enim parvæ tessere, ex quatuor lateribus, quæ ex ebore solebant fieri, ut et tali.—*Calculus*] Qui jam dicitur Scacchus latrunculus. *Martialis*: 'Hinc mihi bis æno nummatur tessera puncto, Calculus hic gemino discolor hoste perit.' *Idem.—Ex hæc, &c.*] Ex ebore.

133 *Quin ipse, &c.*] Imo et ipse cultorum manubria sunt ossa tantum, et non ex ebore.

134 *Non, &c.*] Quamvis manubria cultellorum meorum ossa tantum sint, non tamen, dum illis scindantur obsonia illa, corrumpuntur propterea, aut fiunt rancida: vel nihil tamen vilius sapientæ fercula. *Lubin.*

135 *Rancidula*] Insuperiora, rancore putrida.—*Haud, &c.*] Alii, aut. Quod non sint eburnea.—*Pejor*] Non fit pejor dum dissecatur. *Lubin.—Rancidula*] Quia ossa sunt manubria. *Vet. Sch.*

136 *Sed nec, &c.*] In cena mea, vel convivio non erit aliquis structor, qui artificiose obsonia incidat et membratim dissecet.—*Structor, &c.*] De quo vide Sat. v. vs. 118.—*Cui cedere*] Cui ob artificium omnes discipuli in schola Trypheri debeant concedere, id est, qui inter omnes structores ait doctissimus. Alii leg. *credere*. *Lubin.—Cui, &c.*] Cui quasi magistro subiaceant, omnia. *Vet. Sch.*

137 *Pergula*] Est hoc loco locus ubi præceptores discipulos suos docebant, vel locus sub tectis die expositus, per quem commeari licet. Doctissimus Scaliger inquit; Pergula æ-

discipulorum publicum spectabant: et ob id artifices et magistri, qui minus meti erant in illis primum solebant opera sua proponere aut docere, ut populo innotescerent. Et hic sumitur pro iis, qui in pergulis sunt instituti.—[*Discipulus*] i. e. Qui stractor est discipulus Tripheri.—[*Trypheri*] Qui artem scindendi obsonia docebat in Subura vico. Nam omnis generis animalia et volucres e ligno habebat, in qua ulmea vel lignea cœna, discipuli ligneo cultello discebant artem incidendi. Vide Sat. 1. vs. 120.—[*Apud, &c.*] In cujus pergula vel schola hæc omnia sequentia inveniuntur et ipsi præsto sunt, facientia simul ligneam cœnam. *Lubin.*—[*Pergula*] Coquina, qua boletaria ponantur. *Vet. Sch.*

138 *Sumine*] Proprie sumen venter nullus, qui in delictis erat, præsertim si esset ejectitius. Persius: 'Calidam scis ponere sumen.'—[*Pygargus*] Fera cervi specie, vel caprea silvestris, non dissimilis damis. *Lubin.*—[*Et, &c.*] Pygargus fera est specie cervi, quæ retriores partes albas habet. Ideo et pygargus dictus est, quia Græce nates *πυργ* dicuntur. *Vet. Sch.*

139 *Soythice*] Ut Phasiani a Phaside flumine nominati.—[*Pharicopterus*] Avis ita dicta, ab alis puniceis, in Africa abundans, in aquis semper degens, cui rostrum tam prolixum et incurvum est, ut nisi toto capite in aquam immerso bibere nequeat. *Lub.*—[*Et, &c.*] Phasianus, ἀρδὴς *φάσιδος* \* tur et alvum Argo navis. Pylargus, avis genus, clagalopes appellatur.—[*Et, &c.*] Genus avis, quæ habet pinnas colore phœnicio. in aqua semper est, abundans in Africa. Hujus rostrum tam prolixum est et curvum, ut, nisi mero capite, aqua in os ipsius non possit intrare. *Vet. Sch.*

140 *Gatulus, &c.*] Animal in Gætulia bivalcum, et unicornem, non dissimile capris. Alii intelligant Gallinam Numidicam. *Plin. xi. 46.*—[*Hebe-*

*ti, &c.*] Ligneo cultello tanquam ferro, vel etiam hebes admodum ferrum vel cultellus fuisse intelligitur.—[*Lutissimus, &c.*] Ridicule et Satyrice. Nam hæc, ut dixi, non sunt vera obsonia, sed simulacra eorum ex ligno confecta, et filo connexa, ita ut cultello obtuso membratim dividi poterint. *Lubin.*—[*Et, &c.*] Oryx animal minus quam bubalus, quem Mauri Uncem vocant: cujus pellis ad citonas proficit, scuta Maurorum minora. *Vet. Sch.*

141 *Sonat*] Dum versant animalia lignea: Sic quidem interpretes; sed aliter *Vet. Schol.* Sed omnino aliter Grangæus, qui intelligit hoc modo: Discipulos a doctoribus suis cœnas ulmeis flagris, ei quando cibos hos ligneos non apposite scinderent, ipsosque ulmorum ictus per totam Suburam resonare, quos facere cœnam ulmeam vocet, quod cum edicerent sic scindere, cœnam primum sed ulmeam prægustarent.—[*Ulmea cœna*] Ferula omnia e ligno facta.—[*Subura*] In nobilissimo vico, in quo sub pergula tales magistri docebant. *Lubin.*—[*Ulmea, &c.*] Quia latiorum codices maximo ex ulmis sunt omnes. *Vet. Sch.*

142 *Nec, &c.*] Id est, ille mens stractor adhuc rudis est hujus artis: qui nulla solertia frustum de caprea cultello novit subducere.—[*Latus*] Aliquam partem de latere vel corpore.—[*Afra, &c.*] Gallinæ Numidicæ. *Lubin.*—[*Nec, &c.*] Hec est, quod vult dicere, Inferior noster furtum facere ignorat, neque aut caprem carnis partem, aut alicujus avis subtrahens: nec aliud novit rapere nisi osellam, quod didicit. *Vet. Sch.*

143 *Novit*] Abscindere. Nam artis erat juncturas membrorum solertes posse invenire et incidere. Ordo est, nec *tirunculus noster novit subducere frustum caprea, nec latus avis Afra.*—[*Tirunculus*] Rudis puer hac in arte.—[*Rudis, &c.*] Qui nunquam hasce vanitates addiscet. *Lubin.*

144 *Et exigua*] Qui tantum doctus est frustra vel fragmenta carnis iurantem distribuere.—*Frustis*] Alii, *Furtis*.—*Ocella*] Quæ fiebat e carne porcina.

145 *Plebeios*, &c.]. Vitreos, non crystallinos, et exiguo emtos pretio. *Idem*.—*Paucis*, &c.]. Vile emtos. *Vet. Sch.*

146 *Incultus*] Non ambitiose ornatus.—*A frigore*, &c.]. Crasso tantum indutus panno, qui illum magis a frigore muniat, quam ornet. *Lubin*.—*Incultos*, &c.]. Bene Poëta ostendit vestitum puerum, non tamen ornatum. *Vet. Sch.*

147 *Non Phryx*.] Apud me non habebis ministrum elegantem, quales emuntur a mangonibus, ut Delphici, Phrygii, Mitilenei, Lycii. Id est, Habeo solummodo ministrum rusticum, in agro mihi natum, et illum tamen a natura optimum.—*Mangones*] Qui exornant et vendebant pueros. *Lubin*.—*Peritus*] Pretio. Mango, proprie *κυνεργός*, canum nutritor: sed et longine tractum, Puerorum altor et negotiator dicitur. Vide Persii Sat. vi. vs. 76. *Farnab*.—*Non*, &c.]. Quales vendunt care manciparii, pro *mancipes*: ut *legatarii* pro *legatis*, sic *consulares* pro *consulibus*. *Vet. Sch.*

148 *Quioquam*, &c.]. Pincerna meus. *Magno*] Pretio petitis et redemptus formosissimus et cultissimus, qui sæpe multis millibus emebantur. Sat. v. 'Nescit tot millibus emtus.'—*Cum*, &c.]. Aliquid scilicet ab ipso, posce Latine. Nam Italus est, non Phryx, aut Lycius, non Græcus, aut alinnde advectus. *Farnab*.—*Posce*] Non Græce, quia nescit. *Vet. Sch.*

149 *Idem*, &c.]. Omnibus meis pueris similes vestes. Alii variis vestibus ornabant suæ pueros ad ostentandam luxuriam.—*Tonsi*] Non nimis longi. Nam molles et delicati alebant comas.—*Rectique*] Non crispi, aut calamistro crispati. Aut cirrati in orbes aut cornua. *Lubin*.—*Idem*, &c.]. Id est,

pueris similes vestes.—*Tonsi*, &c.]. Non comati. *Vet. Sch.*

150 *Atque*, &c.]. Ex consuetudine dixit. Nam in conviviis omnia solito magis ornabantur.—*Pecti*] Capilli, deducto pectine: ut, 'Omnes Præcincti pueri, recti comique ministrent.' Horat. Serm. 8. l. 11. *Lubin*.—*Pecti*] Deducti pectine capilli. *Vet. Sch.*

151 *Pastoris*, &c.]. Hic est pastoris duri, i. e. horridi et inculti, filius: ille, qui bubulci filius est, suspirat, &c.—*Pastoris*] Duobus his generibus Poëta convivium deformat, quod rusticos dicit ministrare pueros. *Vet. Sch.*

152 *Suspirat*] Ex affectu puerorum, cum diu a parentibus absunt. Id est, cum gemitu et suspirio exoptat et desiderat. *Lubin*.—*Suspirat*] Quia diu abest a parentibus, tristis est. *Vet. Sch.*

153 *Et canulam*] In qua natus, eductus et enutritus est.—*Notos*, &c.]. Quos diu pavit et custodit, et propterea notos.—*Desiderat*] Omnia enim assueta jucundissima. *Lubin*.—*Desiderat*, &c.]. Ut pastoris filius. *Vet. Sch.*

154 *Ingenui*, &c.]. Qui, quamvis servus, vultum, frontem, animum, et pudorem, non servilem, sed liberalem et ingenuum habet. *Lubin*.—*Ingenui*, &c.]. Modesti, bene nati. *Vet. Sch.*

155 *Quales*, &c.]. Nobiles, quos decet non tam genere, quam vultu et animo ingenuos esse.—*Quos*, &c.]. Qui prætexta et purpura fulgente, et flammigante vestiuntur.—*Ardens*] A colore flammeo et igneo dicitur.—*Quos*, &c.]. Qui prætextati sunt. *Ardens* purpura, pro fulgens: ut Virgilias: 'Tyrioque ardebat murice læna.' *Vet. Sch.*

156 *Nec pugillares*] Manifeste ostendit puerum esse simplicem et castum. Nec habet, inquit, genitalia grandiora, quæ assiduo libidinis non excreverint, testiculis in magnitudinem pugni prægrandibus.—*Pugillares*] Crassitudine pugni. Sunt qui

*legant, pupillares.* Tumentes, uti inquit Vet. Schol.—*In balneo*] Nam illic potissimum a cœnædis spectabantur, ‘Oculis devorantibus Draucos,’ ut Martialis ait. *Britan.—Raucus*] Ex frequenti coitu, qui vocem emervat, Malo legere *Draucus*, id est, bene a natura instructus. Vide Sat. xv. vs. 514. *Lubin.—Ne pupillares*] Id est, quales habent hi qui patres non habent; scilicet tumentes in licentia pueritiæ; sed castus est. *Vet. Sch.*

157 *Nec, &c.*] Non illi ob ætatem sub axillis orti pili, quos per tonsorem avelli cœret. Inde enim fœtor et *hircus sub alis*. Pers. Sat. v. vs. 19. *Lubin.*

158 *Crassa, &c.*] Id est, grandia sua virilia membra non abscondit vasculo, in quo oleum gestat, cum balneum intrat.—*Pavidus*] Vel, ex pudore, vel potius, ex timore; tales enim rapiebantur ad stuprandos alios, sæpe non sine periculo.—*Inguina, &c.*] Majorem penem. *Vet. Sch.*

159 *Hic*] Peer simplex, ingenuus, pudicus, tibi pincerna erit.—*Diffusa*] Expressa ex uvis, et in dolia diffusa. Sic Sat. iv. ‘Ipse capillato diffusum consule potat.’—*Hic, &c.*] Talis puer tibi erit pincerna. *Vet. Sch.*

160 *A quibus*] Id est, ex eadem villa vinum est, unde et minister.—*Sub, &c.*] Id est, summitate montis. *Lubin.—A quibus, &c.*] De eadem villa vinum, unde et minister est. *Vet. Sch.*

162 *Forsitan, &c.*] Id est, su, o Persice, forte existimas, apud me quoque in convivio meretricem quandam ex Gadibus, cantu aliquo, aut saltatione pruritum libidinis in animis convivarum excitaturam esse. Quasi dicat: Falleris. Martial. Epig. i. 42. et v. 79.—*Gaditana*] Puella e Gadibus, unde innumerabiles meretrices Romæ. *Lubin.—Forsitan, &c.*] Id est, Speras forsitan, quod incipiunt saltare delicatæ ac pulchræ puellæ Syriæ: quoniam de Syria et Africa,

*Delph. et Var. Clas.*

Gadibus condita est. Nunc, inquit, expectas apud me pantomimas aut lyristrias de Gadibus, quod lasciviant. Martialis: ‘Nec de Gadibus improbis puellæ Vibrabunt sine fine prurientes Lascivos docili tremore lumbos.’ *Vet. Sch.*

163 *Prurire*] Pruritum, et urticam libidinis excitare in convivarum animis.—*Cœnore chore*] Ut simul cantet et saltet; vel chore aliquot meretricum simul canentium.—*Plausque, &c.*] A convivis spectatoribus approbantibus hujusmodi libidinosos choros et cantus: an ab improbo magistro, qui saltatriculas has circumducebat ad quæstum, et ad saltandum provocabat, plausu rem se bene habere significans. *Plausu* autem solebant rem quampiam approbare. Pers. vi. vs. 78. *Lubin.—Incipiant, &c.*] Quæ suo motu faciunt barbaros pati pruriginem. *Vet. Sch.*

164 *Ad, &c.*] Postea ad terram procumbant, quasi ad sese stupratores admissuræ; idque, ut magis intuentes convivas irritent, clane tremulo et crissante, impudico corporis motu. Nota autem *clanem*, in Masculino dictum. *Lubin.—Spectant, &c.*] Duo versus in quibusdam exemplaribus hoc in loco adduntur; in quibusdam inferius post illum vs. 200: ‘Sponsio quos cultæ decet assēdisse puellæ.’ In vulgatis prorsus desiderantur.

165 *Irritamentum*] Id est, quæ etiam in ægrotis et languidis et decrepitis senibus Venerem et libidinem incenderint. *Lubin.*

166 *Acres urtica*] Id est, prurigines, et excitatrices stimuli libidinis, acres et vehementes irritationes. Sic superius Sat. ii. ‘Hæc tetigit Gradi-ve tuos urtica nepotes?’—*Divitiis*] Nam non nisi divites hæc Veneris irritamenta adhibebant, quia pauperibus per inopiam non licebat.—*Major tamen*] Id est, libido quæ ex tam obsceno spectaculo provenit, illæ longe major est in fœminis, quam in

*Juv.*

8 Z



viris, et unde mulieres citius in libidinem excitantur. Sic Sat. vi. dixit: 'Nam quantula nostra voluptas!' *Lubin.*

167 *Alterius sexus*] Fœminarum. — *Magia, &c.*] Erigitur ac movetur ad libidinem. — *Ille*] Sc. alter sexus. Mallem legere *Incenditur*. Idem. — *Et, &c.*] Nam lasciva voce lasciva cantabant, et lascivos motus corpore exprimebant. — *Magia, &c.*] Ad Venerem illis saltantibus. *Vet. Sch.*

168 *Concepta, &c.*] Urina seu semen genitale conceptum, per aures et oculos commovetur, ut scilicet præ nimia libidine urinam non retineant. De hac re Sat. vi. 'Tuccia vesicam non imperat.' *Lubin.* — *Urina, &c.*] Irritata scilicet clunibus saltantium puellarum. *Vet. Sch.*

169 *Nen, &c.*] Vanas libidinum illecebras, et turpitudinem. Nempè, 'stultitiam patiuntur opes.' — *Audeat*] Alii legunt *Audiat, &c.* Dives aliquis hæc videat et audiat, qui domum habet et pavementum Musivo opere ornatum, et Lacedæmonis lapidibus interstratum et variegatum, illudque pavementum cum exspuit, vel cum *norraßte*, lubricat; talis, inquam, dives, *audeat*, vel *audiat* hos testarum crepitus, hæc tympana et verba obscœnissima, a quibus etiam vel turpissimum scortum in olido et fœdo lupanari stans absteineat. *Lubin.*

170 *Testarum, &c.*] Tympanorum et cymbalorum. *Lubin.* et *plures*. 'Testas enim antea percutiebant saltantibus pantomimis: quoniam tunc non erat ut mesochori percuterent manibus.' Ita emendandus Scholiastæ locus, qui vulgo corruptissimus: quomodo autem manibus percuterent mesochori, docet Salmasius; digitis scilicet dextræ manus contractis et in unum reductis, lævæ subjectæ palmam percutiebant, ut sic invicem complœsæ cymbalorum in modum resonarent, et reliquis inde auspicium canendi, modumque darent. *Salma-*

*sus* in *Vopisc.* — *Testarum, &c.*] *Crotala* sunt e testis et conchillis, quibus in India fœminas in saltationibus usas sapius vidi: cujusmodi crepitaculis et motibus ntuntur Hispani vocantque *cascabedos*. 'H τὰς δερπίδας κροτάλα.' Aristoph. in *Βασίλ.* Vide Jul. Cæs. Scalig. Poët. i. 18. *Farnab.* Sed Grangæus *Crepitus testarum* genus esse plausus dicit, et hoc quidem ex Suetonii Nerone, ubi tria plausuum genera dicta invenias, *bombos, imbrices, et testas*: quas testas Casaub. dictas esse putat ad similitudinem crepitus, quem edunt collis testis. — *Cum, &c.*] Turpissimæ cantilenæ. *Brodæus* ix. 17. — *Nudum*] In lupanaribus enim meretrices nudæ, præter papillas, quas vinciebant et τὰ στήθη. — *Olido*] In fœdo et maleolenti lupanari. *Lubin.* — *Testarum, &c.*] Testas nam antea percutiebant saltantibus pantomimis quidam\* hic noverit ut mesochori percuterent manibus. *Vet. Sch.*

171 *Mancipium*] Vere mancipiam, quod suum corpus vendit, et pretio abutendum prostituit. *Lubin.* — *Illo frustratur*] Ille dives, non pauper, gaudet et delectet se illis omnibus illucitis.

172 *Omniq̃ue, &c.*] Qua libido excitatur. *Idem.* Nam in libidine ars etiam, et quidem infanda. — *Vocibus, &c.*] Divites cantilenis turpibus ac tam obscœnis, ut illis meretrices abstineant. *Vet. Sch.*

173 *Qui Lacedæmonium*] Haud scio an alius in toto scriptorum genere locus extet, in quo vexando plus sibi critica lascivia indulserit, quam hic Juvenalis; ut mira et inaudita verborum commenta, artisque hujus ineptias repntanti mihi rubor suffundatur: *Pytiama, pityliamo, poppytama, piriama, pygama, pedema, pottemma, propytama*; quorum Auctores cum non minus ineptis interpretationibus traducere et otio legentium abuti, illiberale facinus est. Quid autem eos

impulerit ut a Veteris interpretis explicatione discederent, non video, quæ ut brevis simplexque, ita ad Poëtæ sententiam proxime accedit. Divitum enim luxum carpit, quorum triclinia Lacedæmonio marmore contrata, oris excrementis fœdabantur. Quæ autem apud Vet. Interp. sequuntur, quasi ideo sputo lubricaretur pavementum, ut facilius et velocius saltatriculæ discurrerent, vel ex glossemate irrepsit, vel ineptit solers. *Ferrarius*.—*Qui, &c.*] Qui expuit supra marmor Lacedæmonium, quo stratum est pavementum, ut leve sit, ut saltantibus puellis nihil impediat: pro puellis. *Vet. Sch.*

174 *Namque, &c.*] Id est, illis divitibus ignoscimus, eosque turpe aliquid admittentes excusamus propter fortunam.—*Alca, &c.*] Id est, vilibus et plebeis hominibus alea est turpis et infamis. *Lubin.*—*Namque, &c.*] Divitum, quasi liceat illis peccare. *Vet. Sch.*

175 *Eadem illi*] Divites et fortunati. Si pauper alea luserit, aut adulterium commiserit, damnatur. Si dives, laudatur, aut saltem excusatur. *Lubin.*—*Hæc, &c.*] Id est. Si alea luserit pauper, aut adulterium commiserit, dammandus est: si dives horum aliquid fecerit, jocosus appellatur. *Vet. Sch.*

176 *Hilares, &c.*] Liberales, jucundi, lauti, magnifici. *Lubin.*—*Nitidi-que*] Clari et splendidi.

177 *Noctæ, &c.*] Antapodosi dissimilium demonstrat, suum convivium longe aliud futurum esse: et simul hortatur Persicum, ut omnibus curis depositis ad lætitiis convivales sese præparet.—*Alios, &c.*] Longe alios et honestiores, non autem turpes et lascivos. *Idem.*—*Ludos*] Hilaritates et recreationes.

178 *Conditor, &c.*] Id est, Homerus recitabitur in meo convivio.—*Atque Maronis, &c.*] *Æneida* intelligit. *Lubin.*

179 *Altiore*] Prægrandia, altiloqui, sublimis, cothurnati.—*Dubiam palmanem*] Id est, Virgilii versus faciunt,

et quis merito dubitet, utri palma sit attribuenda, Homero an Virgilio; *Idem.* Sed non ita, si credatur Propertio eleg. ult. l. II. Quantum enim a plebeja ineptaque muliercula matrona distat, tantum summas Homerus a divino Virgilio superatur. *Scolig. Poët. v. 11.*

180 *Quid, &c.*] Quasi dicat, Pronuntiatio illos versus non commendat; sed se ipsa commendat suavitate et artificio suo.—*Quæ res*] Bona an mala. Certe vox est anima pronuntiationis. Videtur autem respondere objectioni. Eodem et simplicem habes puerum, qui male pronuntiabit illos versus. *Lubin.*—*Quæ, &c.*] Bona, an mala. *Vet. Sch.*

181 *Sed, &c.*] Monet jam Persicum, ut omnem tristitiam, et quidquid molestum est deponat, ut lætus frontem secum possit exporrigere, missis curis.—*Dilatæ*] In aliud tempus transpositis.—*Averte, &c.*] Domesticarum rerum administrationes, et negotia in aliud tempus differ. *Lubin.* Sic Horat. ad Mecenat. 'Mitte civiles super urbe curas.'

182 *Et, &c.*] Vacationem ab omnibus curis.—*Dona*] Concede.—*Quando, &c.*] Quoniam per totum diem hilares erimus.—*Cessare*] Otiari.

183 *Non, &c.*] Noli cogitare multo minus loqui de lucro et argento, quod in fœnus alicui concedas. *Lubin.*

184 *Nec, &c.*] Est jocus nimis acerbis. Est autem hic ordo: Uxor tua si prima luce domo egressa nocte solet reverti, referens humida multitia rugis suspectis et comas vexatas ab adulteris, &c. ne tibi vultum contrahat, et zelotypiam excitet. Sed hæc omnia convivium mecum accessurus deponere. *Idem.*—*Nec, &c.*] Mire nec ipsi rei pepercit Poëta. Ne uxor tibi bilem contrahat si tarde regreditur, quæ a prima luce processerat, et ita regressa ut se prodat signis quibusdam concubuisse cum mæcho. Solent enim aures et vultus sub ora eis rubere. *Vet. Sch.*

185 *Tacito*] Notat miseram viri potentiam, qui hæc flagitia videat, et tacere cogatur.—*Bilem, &c.*] Iram et indignationem exsuscitet. Id est, Ne sis selotypus. *Lubin.*

186 *Humida, &c.*] Quam refert ad te in domum mariti humidas vestes, propter concubitum adulteri effusa genitura super ipsius veste, idque suspectis rugis, (Belgice, gekreunckt, gekneurent) quasi illæ propter concubitum cum adultero sint factæ, amplexando illum et osculando.—*Multicia*] Mollia nimis delicatarum mulierum vestimenta pellucida. Vide Sat. II. vs. 66. *Lubin.* Et quidem serica: serica autem cum dico, subserica intelligi volo; non alia tunc in usu. Ideo vetus interpres eo loco recte exponit multicia, *vestes molli intextas subtemine.* Multicium enim adjectivum, quod in substantivum transiit; nam et *multicia* vestis et simpliciter *multicium*: unde *multicia* Juvenali, tennes et pellucidæ vestes. *Salmas.* in Fl. Vopisc.—*Humida, &c.*] Terentius ‘Postquam ludificatus est virginem, vestem scidit.’ Vexata igitur a mœcho, qui cum ea concubuit. *Vet. Sch.*

187 *Vexatas, &c.*] A petulante adultero extra ordinem redactas, et confusas. Quæ luctatiunculas et pressiunculas amantium significant. Quas Suetonius vocat, ‘recentes lascivie et peractæ libidinis notas.’ c. 36. Calig. et August. c. 69.—*Vultum, &c.*] Ex lascivis adulteri morsiunculis, ex libidiosa contractatione, et oculis. Vel, Rubentem post admissum facinus. *Lubin.*

188 *Protinus*] Id est, Quidquid est, quod animi ægritudinem in te concitare possit, illud dum ædes meas ingrederis, ante limen depone et exue. *Lubin.*

189 *Pone, &c.*] Curas domesticas depone.—*Et, &c.*] Malignos et nequam. i. e. cogitationes sollicitas de illis.—*Et, &c.*] Ex re domestica vel suppellectili, quam assidue frangunt

non sine rixa et contentione dominarum.—*Frangitur illis*] I. e. ab illis, et illorum negligentia.

190 *Aut, &c.*] Quidquid ab illa amittitur.—*Ingrates, &c.*] Id est, Inter convivandum ne memineris illorum, qui tibi malam gratiam retulerunt.—*Ante, &c.*] Inprimis: Illa enim ante omnia bene merentibus hillem solent movere.

191 *Interea*] Dum nos scilicet vivamus, alii ludos spectant. Est autem ordo: Spectacula mappæ Megalesiacæ colunt Idæum solenne. Id est, Spectacula Circensis instituta in honorem Magnæ Deum matris indicata per mappam, colunt Deam Phrygiam. Erant autem quatuor agitatorum factiones, Veneta, Albata, Rosea, et denique Prasina.—*Spectacula*] Pro rebus spectandis, vel pro ipsis spectatoribus, qui sibi sunt spectaculo.—*Megalesiacæ*] In honorem Deæ Phrygiæ magnæ Deum matris ex Ida Romam advectæ. ἀντὶ τῆς μεγάλης τῆς θεᾶς.—*Mappæ*] Hæc suspendi solebat in signum ludorum Circensium, quod tali casu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, et celeritatem ut assolet avidus spectandi populos flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram. Hinc tractum est ut ostensa mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Quidam legunt, *Palmae*. *Calderin.* Observat. III. 14.—*Interea, &c.*] Hoc ideo, quia Megalesia Circenses ante solem prope edebantur. *Vet. Sch.*

192 *Idæum solenne*] Festum usitatum in honorem Deæ Idææ.—*Similiæque, &c.*] Id est, in his ludis sedet prætor in sublimi curru triumphali, tanquam triumphaturus. Hujus Sat. X. meminit: ‘Quid si vidisset prætor in curribus altis,’ &c. *Lubin.* Triumpho ergo pro triumphanti.—*Idæum, &c.*] De Ida matre Deum. *Vet. Sch.*

193 *Præda*] *Prædo* vel *præda cubal-*

**Lorum** dicitur Juvénali ob largum equorum curulium sumptum, qui et ingenti pretio parabantur, et in cursu aut interibant aut debiles fiebant. Nam qui *perdam* insolens latinis auribus verbum inculcat, oleum et operam perdit. *Ferrar.—Prætor*] Qui his ludis præerat; quibus antea *Ædilis*, ut patet apud Livium.—*Ac, &c.*] Venuste plebem flagellat, invidiam dicto deprecans; ostendit totum ejus studium esse in spectaculis et ludorum celebratione.—*Præda, &c.*] Pompa. Quoniam Circensibus illis, quos Prætores edunt, unus est missus, qui ordinarius dicitur: ideo præda caballorum, quia hordeum pro illo die aurigæ tollunt equorum: aut, ideo præda dixit, quoniam multi equi frangebantur illis Circensibus. *Vet. Sch.*

194 *Immenas*] Illo enim tempore immensa Romanæ plebis multitudo. *Lubin.*

195 *Totam, &c.*] Quippe Romani nihil optant præter 'panem et Circenses,' ut dixit Sat. x.—*Et fragor, &c.*] Id est, ex immenso spectantium in Circo clamore, colligo aliquem equo victorem fuisse, vel ex factione viridi, &c. Videor mihi semper audire sonitum in Circo victori congratulationem. *Idem.*

196 *Eventum*] Unde, vel ex quo fragore, colligo aliquem ex factione viridis vel Prasini panni victorem extitisse: et alicui præmium, mappam scilicet contigisse. *Pha. Epist. iv. 6.* De Prasina et Veneta factione vide quæ supra ad Sat. vi. vs. 588. ex Ferrario attulimus.—*Eventum, &c.*] Id est, Prasini, ex clamore magno colligo victoriam. *Vet. Sch.*

197 *Nam, &c.*] Scoptice hoc dicit. Id est, Si ludi Circenses Romæ deficerent, urbem nimirum Romam non secus attonitam videres, quam fuit cum Romani ab Annibale ad Cannas victi essent. Deficere, *decedere*.—*Mentem*] Plane confusam et pertur-

batam.—*Nam, &c.*] Id est, si vinceretur Prasinus: aut si hoc spectaculum deficeret, ut non essent Circenses, sic tristem urbem videres, ut si esset bello victa. *Vet. Sch.*

198 *Cannarum*] In Apulia, ubi ab Annibale cæsi Romani. *Lubin.—In pulvere*] Signate et ex historia. Namque ventus, quem Vulturum Apuli vocant, adversus Romanos coortus, multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit. *Liv. 22. Fernab.*—*Victis*] Paulo Æmilio, et Terentio Varrone: ubi Paulus sese occidit, Varro fugit, cui triumphus decretus est, quia non penitus desperavit.—*Veluti, &c.*] Locus in Apulia, ubi Romani ab Hannibale sunt victi. *Vet. Sch.*

199 *Spectent, &c.*] Est quasi concessio. Quasi dicas: Juvenes sane hos ludos Circenses spectent, nos seniores cutem curemus.—*Clamor*] Solebant enim victoribus acclamare. *Fernab.—Audax sponso, &c.*] Ultra factio vinceret. Intelligit contentionem et altercationem juvenum inter se, quæ fiebat depositis pignoribus, cum hic illum, ille alium victorem fore adfirmarent. *Ovid. in Arte:* 'Et quærit posito pignore vincat uter.'—*Audax*] Vel quod temerarium esset pecuniam fortunæ ita committere, vel quod quidam satis amplam pecuniæ summam deponerent. *Turneb. viii. 4. et xviii. 37.—Victis, &c.*] Varonem Terentium dicit, et Paulum, quorum Paulus semet occidit, Varro autem fugit, cui triumphus decretus est, quia non penitus desperavit.—*Spectent, &c.*] Juvenibus spectacula concede, qui propter certamina, sponsones ponunt, et delectat eos juxta puellas spectare. Quia antiquitus solebat mulieres cum viris, omnibus interesse spectaculis indifferenter. *Vet. Sch.*

200 *Quæ, &c.*] De juvenili ætate hæc intellige, cui concedenda esse inquit. *Lubin.*

201 *Spectant, &c.*] Al. Spectant. Sensus est: In convivii Romanorum, tam obscœna et libidinea oculis passim exponi, per introductas mulieres, idque accumbentibus honestis maritis, quæ merito quempiam narrare pudeat, nedum gestibus exprimere, illis iisdem matronis præsentibus. *Idem.* Sed hos duos versus non esse hujus loci monet Grangæus, quod attentus lector judicare possit: quinto legendos post versum 164. præcedentem hujus Satyræ. Quid enim, inquit, obscœni ludis Circensibus? unde et bene admodum exemplaria Guilhelmi Canteri ad illum locum reponunt.

203 *Nostra bibas*] Nostra cuticula, quæ jam vetula, et in rugas contracta, apicando bibat temperatum solum veris tempore. Intelligit *ἡλικίῳ* vel insolationem, quam senes adhibere solebant. Persius Sat. iv. 18. 'Assiduo curata cuticula sole.' *Idem.*

204 *Effugiat, &c.*] Omnes togatorum labores, et clientium. Togis enim induti negotiosi erant. Vel, Exuat togam ad insolationem et balneæ.—*Jam, &c.*] Hortatur jam Persicū, ut confidenter balneum ingrediatur, quo omnes ante cœnam, quamvis nondum sit hora sexta. Idque ut faciat vel hora quinta præter morem, et ad epulas veniat sexta vel septima. Ejusmodi convivia quæ ante horam nonam incipiebantur, dicebantur *tempestiva*. Festis vero diebus horam tempestivam balnei atque cœnæ præ-

venire licebat absque gale nota.—*Jam nunc*] Ob convivium, ut eo maturius adais. *Labin.*—*Jam, &c.*] Bene hisdem poëta verbis verecundiam expressit. *Vet. Sch.*

205 *Salos fronte*] Vel, exporrecta, omnibus curis deposita. Vel, sine verecundia et pudore: quia in fronte omnis majestas hominis. Habebantur autem delicatiores et molliores, qui ante solitum tempus balneis uterentur.—*Quonquam, &c.*] Quonquam adhuc totius horæ spatium et tempus supersit. Indicat horam fuisse quintam. Sexta autem calebant balneæ. Vel hora a quinta in sextam, quæ lavare potes, solida adhuc superest. *Lips. 3. antiq. lect.*—*Solida, &c.*] Una integra hora usque ad sextam. *Vet. Sch.*

206 *Facere, &c.*] Convivia et balneæ, scilicet, quotidie frequentare, et maturius ingredi et otio indulgere. Id est, Licet Romani magnopere delectentur illis rebus, tamen illarum etiam est satietas.

207 *Talis, &c.*] Desidiosæ, et voluptariæ in balneis. *Labin.*—*Quia aut talis quoque tædia vita*] Ut sæpius idem facias. Quidquid fit rariter, magis delectat. *Vet. Sch.*

208 *Voluptates, &c.*] Juxta illud: 'Omne rarum carum, vilescit quotidianum.' Ex Mart. 'Rara juvant.' *Idem.* Monet noster omne nimium, ex sententia Chilonis, omnibus in rebus esse fugiendum.

## SATIRA XII.

1 *Natalis, &c.*] Initio adfectum suum æga apicem declarat. Erat autem natalis dies cuique gratissima et ac-

ceptissima, quæ genialiter et hilariter genio indulgebant. Quasi velit dicere, Amicus Catullus mihi dulcior

est, quam egomet mihi. — *Dulcor*] Gravior et jucundior: translatione a gustu. — *Hæc lux*] Hic dies, quo sacra pro Catulli salute vota persolvo, et qua, sc. lace, salvus rediit Catullus. *Lubin.*

2 *Quæ, &c.*] Ordo est: Quæ festus cæpes exspectat animalia promissa Deis. — *Festus, &c.*] Ara festa et solennis, et quidem subita ex vivo et viridi cespite. — *Promissa*] Quæ promissi pro incolumi reditu Catulli. — *Animalia*] Hæc post paulo recenset. *Idem.*

3 *Exspectat*] Ut adducantur, et mactentur. — *Niveam, &c.*] Junoni, vel, ut alii, Fortunæ, niveam agnam promissam cædimus, ad sacrificium ducimus, et mactamus. *Lubin.* — *Reginæ*] Juno Poëtis absolute 'regina' dicitur, et 'regina Deum:' et quidem 'niveam,' ut nni e superis; inferis enim hostia pulla dabatur. — *Reginæ, &c.*] Junoni, alii, Fortunæ: et ducimus ad sacrificium, ducendam ad aram. *Vet. Sch.*

4 *Par vellus, &c.*] Similis agna nivea et candida dabitur Minervæ, vel Palladi: quæ pugnat cum clypeo, in quo caput Medusæ vel Gorgon. — *Pugnanti, &c.*] Est periphrasis Palladis vel Minervæ, quæ in scuto, vel clypeo Gorgonis Mauræ vel Medusæ caput gestat, quo intuentes omnes in saxa convertit. Fabula vult, sapientiam sui spectaculo reddere homines stabiles, immobiles, et constantes. Vide quæ ex Alex. Myndio referat Athenæus, v. 30. — *Gorgone*] Quidam indocte Hesperidas et Gorgones confundunt. Fuertunt autem tres Gorgones Phorci et Cetus sororis filie, Medusa, Euriale, Sthenone. *Maura* dicitur, quia juxta Atlantem, ad fines Mauritanie, a Minerva vel Perseo intercepta est. *Lubin.* Vel potius, a patria, quia Cyrenaica erat. Medusa enim Phorcynis Cyrenæi filia; at Cyrenæi inter Æthiopes numerati: vel, quia habitare in mari Atlantico;

est autem Atlas mons Mauritanie. — *Pugnanti, &c.*] Minervæ similis agna: et Maura, quoniam in Mauritania juxta Atlantem a Perseo est occisa Gorgon Medusa. *Vet. Sch.*

5 *Sed, &c.*] Aliud animal, juvenca, qui fune procul extento, et longiori alligatus est, et præ petulantia funem quatit, et rumpere conatur. Ordo est: Sed hostia Jovi Tarpeio servata, &c. — *Procul, &c.*] Victima ad aram ducebatur fune quidem longiore et laxo, non arcte ligato, ne videretur ad aram invita trahi, quod mali erat ominis. — *Petulans*] Lasciviens et corrupta candidus bos. *Lubin.* — *Petulans, &c.*] Id est, juvenca, qui funem quo ligatus est, rumpit. *Vet. Sch.*

6 *Tarpeio, &c.*] Qui in arce Tarpeia, vel Capitolio colitur. Hæc tria numina, quæ nominat, Juno, Pallas, Jupiter, in Capitolio celebrabantur. — *Servata*] Destinata, et parata. — *Coruscat*] Frontem candidam concutendo vibrat et coruscat. *Lubin.* — *Frontemque, &c.*] Movet sicut telum quod coruscat. *Vet. Sch.*

7 *Quippe, &c.*] Utpote qui hos jam grandior, et ob id torvus, ferox et petulans, qui nunquam jugum sublit. — *Templis, &c.*] Jam satis grandis et adultus, qui sacrificiis adhibeatur. *Lubin.* — *Templis et aræ*] Endiadis, hoc est, aris templorum.

8 *Spargendus, &c.*] In fronte vel vertice puro vino imbuendus inter aurata cornua: ut solet in sacris. Virgilius. iv. 'Pateram media inter cornua fudit.' — *Mero*] Non sine causa *mero*, uno verbo, pro puro vino. — *Quem, &c.*] Quia jam maturior grandiorque est, lac ex matris uberibus exsugere eum pudet. Loquitur quasi ex affectu humano. *Lubin.* — *Quem, &c.*] Lac sugere. *Vet. Sch.*

9 *Vexat*] Ex petulantia frequenter cornu petit robora et arborum truncos. — *Nascenti*] Quod illi jam primum ex fronte enascitur. *Lubin.* — *Qui vexat*] Ferus, indomitus, maturus ad

sacrificium. Ut Virgilius: 'atque irasci in cornua discit, Arboris in-nixus trunco.' *Vet. Sch.*

10 *Si res, &c.*] Illustrat amoris sui adfectum et ingenuam voluntatem in Catullum; id est, Si facultates mihi majores essent, et tantæ, quantus est amoris adfectus in Catullum, pinguis-simum et maximum taurum offerrem. Pro cuiusque enim facultatibus sic et Diis hostiæ. *Grang.—Similis, &c.*] Amori, desiderio, et voluntati, qua Catullo benevolo par esset census. *Lubin.—Similique, &c.*] Voto, volun-tati æquales. *Vet. Sch.*

11 *Pinguior, &c.*] Obiter Satyrice notat mulierem sui temporis crassis-simam et maxime obesam, de qua Sat. vi. 'Hispulla Tragœda Gaudet.' —*Traheretur*] Ad sacrificium ducere-tur. *Lubin.—Pinguior, &c.*] Matrona pinguis fuit. *Vet. Sch.*

12 *Mole, &c.*] Sua crassitudine et pinguedine tardus et segnus. Gran-diora autem sunt pigriora.—*Nec, &c.*] Qui taurus, vel sanguis tauri, non in vicinia nutritus esset, sed colore suo candido ostenderet pascua læta Cly-tumni. Solebant autem prioci hostias primo securibus aut clavis cedere; deinde prostratas suppositis cultris jugulare. Turneb. xv. 12.—*Finitima*] In confinio circa Romam. *Lubin.—Nec, &c.*] Non in his partibus, sed de peregrinis. *Vet. Sch.*

13 *Lata, &c.*] Grata aspectu, pingula simulque luxuriantia.—*Clitumnæ*] Fluvius erat agri Falisci, cuius aqua pota candidos boves facit. Unde Jovi Capitolino victimæ mactandæ eligo-bantur. Plin. ii. 7. et 103.—*Lata sed ostendens Clitumnæ*] Fluvius, qui Tre-vis, legend. *Trevam*. Est enim ea ipsa de qua Frontinus in libello de aqueductibus, 'Nam cum oriatur Anio supra Trebam Augustam,' &c. —*Rutgers.—Sanguis, &c.*] Vel ipse tau-rus sanguinis et succi plenus iret, vel efflueret sanguis: representans et probans in quam lætis pascuis nu-

tritus sit.—*Ostendens, &c.*] Fluvius qui Trevis, civitatem Flaminie interfluit. *Vet. Sch.*

14 *Iret*] Ad templum et aram mactandus.—*Grandi, &c.*] Hunc grandem ministrum Pontificem maximum intellignit. Ego potius quemvis mi-nistrum victimarium vel popam, quem grandem, validum, et robustam exigit eo nomine, ut magnum et egre-gium taurum prosternere ictu ad ter-ram possit.—*Ferienda*] Ad terram ictu dejicienda et prosternenda. *Lubin.—Et a, &c.*] Sacerdoti, aut qui sacrificia occidunt ministri. *Vet. Sch.*

15 *Ob redditum*] Exponit jam causaas sui sacrificii. Eo quod votum factum pro incolumi reditu amici sui Catulli velit solvere.—*Trepidantia*] Ob immensum discrimen quod effugit.—*Horrenda*] Periculosissimum naufragium, cum fulmine, et horribili tempestate. *Lubin.*

16 *Incolumem, &c.*] Qui ipse demi-ratur, quod vivat adhuc, et incolu-mis ex tantis maris periculis evaserit. *Idem.—Amici*] Snpp. Mei.—*Nuper, &c.*] Catulli, qui prope naufragio perierat. *Vet. Sch.*

17 *Nam, &c.*] Exponit jam naufragii pericula, quod vivat adhuc, et incolu-mis ex tantis maris periculis evaserit. *Idem.—Amici*] Snpp. Mei.—*Nuper, &c.*] Catulli, qui prope naufragio perierat. *Vet. Sch.*

18 *Evasi*] Evitati, declinati.—*Densa*] Id est, cum in tempestate et ful-gure una atra nubes cælum absconderet densis tenebris. *Lubin.*

19 *Subitusque*] Id est, Ignis cœles-tis subitus et improvisus navis antemnas impulit, et transversa navis tigna percussit. *Lubin.—Subitusque, &c.*] Fulmen impulit antemnas cum velis. *Vet. Sch.*

20 *Cum, &c.*] Ostendit Catullum illo fulgure maximo cum reliquis fu-isse perculsum. *Lubin.—Et, &c.*] Incendium jam, non naufragium time-ret. Id est, Cum mox unusquisque

propter fulgur (quo antennæ et vela incensa ardebant) stupefactus et attonitus, putaret nullum naufragium conferri posse et comparari, cum velis et antennis ardentibus. Nimirum terribilius ipsis visum est vela comberi, quam navim universam frangi et perire. Id est, Quisque putabat, quod cum omnia igne consumta essent, naufragio ulterius non fore locum. *Lubin.*

22 *Omnia, &c.*] Omnia contingunt navigantibus his, Catullo cum sociis suis, tam horribiliter et graviter, ut fieri consuevit, quando tempestas quædam surgit.

23 *Pœtica*] Qualem Pœtæ describere solent. Vel, quæ a Pœta quodam describi mereatur: nam Pœtæ quando tempestates describunt, eas exaggerando fingunt gravissimas. *Lubinus* mavult legere *Pontia*, id est, sæva, qualis in Euxino.—*Si, &c.*] Id est, Tales tempestates contingunt navigantibus, quales fingere solent Pœtæ, magnæ. *Vet. Sch.*

24 *Genus, &c.*] Id est, audi aliud genus periculi et calamitatis, quod perpeusus est Catullus, quando bona sua in mare abjicere coactus est. *Lubin.*

25 *Et, &c.*] Non solum primo, quod fulgur et tempestatem sit perpeusus miserere Catulli, sed secundo etiam et iterum, quod bona sua abjecerit. —*Quæquam, &c.*] Quasi dicat: Nihil novi dicam. Nam cætera, quæ subtexam, sunt ejusdem generis, ejusdem sortis et calamitatis cum naufragio conjuncti. *Idem.*—*Cætera, &c.*] Id est, naufragii. *Vet. Sch.*

26 *Pars, &c.*] Periculi, calamitatis, naufragii, et sortis calamitosæ, quæ Catullo contigit. Arduum enim valde est ex navi pretiosam suppellectilem in mare abjicere.—*Sed, &c.*] Multi enim naufragi bona sua in mare abjecerunt. Id est, In quam calamitatem multi navigantes inciderunt. *Lubin.*

27 *Et, &c.*] Id est, Quam partem sortis, plurimæ tabellæ ex voto in templis suspensæ, attestantur; in quibus picturis cernimus plerosque bona sua in mare præcipitare. Naufragi autem solebant Deo culpam promittere votivam aliquam tabellam, si liberarentur; quæ depingebatur naufragii periculum, et indicabatur naufragum Dei ope fuisse liberatum, quemcumque in naufragio implorassent, vel Esculapii, vel Neptuni, vel etiam ipsius Isidis. *Idem.*—*Et quam, &c.*] Quam naufragio liberati ponunt. Antiquitus enim solebant, qui naufragio liberati essent, pro voto pingere tabellas, et in templo Isidis ponere. *Vet. Sch.*

28 *Pictores, &c.*] Et hæc quamvis in re gravi et seria Scoptice et Satyrice in superstitionem Romanorum dicuntur. De superstitione autem Romanorum, qui etiam Ægyptiorum Deos et Isidem colebant, dictum est Sat. vi.—*Pasci*] Sustentari, victum et amictum acquirere, dum naufragiorum tabellas pingunt, et in Isidis templo collocant. *Lubin.*—*Pictores, &c.*] Quod in templis figendas tabellas ponunt. *Vet. Sch.*

29 *Similis, &c.*] Ut bona sua abjiceret. *Lubin.*

30 *Cum, &c.*] Exponit jam, quomodo Catullus bona sua abjecerit. Cum carina navis jam tota aqua maris plena esset, et nulla spes in navis gubernatore restaret, cepit Catullus bona sua abjicere.—*Medius, &c.*] Tota interior navis capacitas. *Idem.*—*Et, &c.*] Id est, cum jam undæ vel fluctus maris, alternis vicibus latus puppis alternum, et modo hoc, modo illud subverterent latus, arboris vel navis jam errantis et dubiæ.

31 *Alternum*] Modo dexterum, modo sinistrum. *Lubin.*—*Alternum, &c.*] Latus latus navis et arbore coacta. *Vet. Sch.*

32 *Arboris, &c.*] Id est, navis, quæ non amplius regebatur, sed certo er-



rore, incerto cursu a ventis impulsus huc illuc ferebatur. Est autem hic ordo: Cum dubiæ, fluctuantis et vacillantis navis cani adeoque periti gubernatoris experientia nullam opem amplius navigantibus conferret. *Lub.* — *Arbores*] Simpliciter de malo navis intelligi præstat.

33 *Decidere jactu*] Id est, ibi Catullus incæpit projectione bonorum suorum cum vento et fluctibus causam litis decidere, et cum ventis de vita sua projectis bonis paciisci, quasi venti bona Catulli tanquam raptores et prædones appetierint. *Labin.* — *Rectoris*] Gubernatoris. — *Decidere, &c.*] De periculo et de vita cæpit paciisci cum ventis, et jacturam merciam facere. *Vet. Sch.*

34 *Cum, &c.*] Satyrice leviter irridet Catullum. — *Imitatus, &c.*] Fibrum dicit, qui cum se obsideri videt et evadere non posse, testiculos suos morsu avalso obijcit. vide Plin. i. 30. quod tamen negat idem Plin. xxxii. 2. Solin. c. 23. et Marcellin. l. xvii. quod tamen multi falsum asserunt: noster autem hoc ex recepta opinione. Veluti autem Castor, ut se a venatoribus redimat, testiculos sibi amputat; sic Catullus ut se a periculis ventorum liberaret, bona sua mari et ventis projicit, quasi propterea sibi insidiæ struerentur. *Labin.* — *Imitatus, &c.*] Castorem, bebrum dicit, qui cum viderit se obsideri, et non posse evadere, testiculos suos morsu avalso projicit. Intelligit enim ob hanc rem se capi, quia ad medicamina valde sunt necessarii. *Vet. Sch.*

35 *Enasuchum*] Ridiciale. Semetipsum sibi testiculos præmordendo castat. — *Damno, &c.*] Propter eorum amissionem et jacturam. *Labin.*

36 *Adro*] Usque adeo, in tantum medicamentis aptos cognovit suos testiculos, quod propterea obsideatur.

37 *Fundite qua*] Exponit jam, quo-

modo Catullus bona sua abiecit. Et simul exprimitur optimi animi indicium in Catello, qui vitam suam bonis omnibus præposuit, quo ipse nomine postea ipsum laudat. *Labin.* — *Fundite, &c.*] Projicite in mare res meas. *Vet. Sch.*

39 *Teneris, &c.*] Viris molliibus, et delicatis. Nam Mecænas molliæ vestium ab Horatio notari creditur, quem Maltinum appellavit. Plura de hoc dicta Sat. i. ad illa verba: 'Et multum referens de Mecæenate supino.' *Labin.*

40 *Atque alias*] Vestes colore nativo, non artificiali, ex lana Bætica in Hispania. Porro in ovibus Bæticis lana erat rutila. Gramen enim vel herba ejus regionis illo colore tingeat ovium vellera, ut adscititio colore non opus esset. Est autem hic ordo: Quorum colore scilicet, natura generosi graminis, ipsum pecus vel lanam pecoris infecit, vel tinxit, et imbuat, et certa fontis aqua, et Bæticus aër, quæ omnia ad illum Bæticum colorem absolvendum requiruntur. Porro *color Bæticus* alias appellatur pullus, vel spanus, vel hibernus, ferrugineus, et constat ex atri et rubri mistura. Plin. viii. 48. — *Quorum*] Id est, Quorum vestium ipsum pecus vel lanam, natura generosæ herbæ tinxit et coloravit. — *Generosi, &c.*] Cujus succo pastæ oves talem in lana sua colorem generorum contrahunt. *Labin.* — *Ipsam, &c.*] Ipsam lanam ovium rutilo colore imbuat, et infecit.

41 *Sed, &c.*] Ulterius hujus rei naturalem causam ad rationem indagat, nimirum ex potu aquæ fontis in regione Bætica, et ex mira aëris temperie, quæ occultis et latentibus viribus colorem illum absolvant. *Idem.*

42 *Viribus, &c.*] Mirandis potius, quam rimandis. *Idem.* — *Et Bæticum adjungat aër*] Schol. Id est, \* *Spanus Veticus*. Pithæus, id est, *Spanus Bæticæ*. Ergo, Bæticus, id est, *Spanus*.

*Spanus* pro Hispanus, eodem modo, quo *Spania* pro Hispania. *Rutgers.*—*Et Batius, &c.*] Id est<sup>9</sup> *Spanus Vericas.* *Vet. Sch.*

43 *Ille, &c.*] Redit ad Catullum bona sua projicientem.—*Argentum*] Vasa et pocula ex argento.—*Mittere*] Vel spernere et relinquere, vel in mare abjicere. *Lubin.*—*Lancea, &c.*] Egregia vasa argentea a Parthenio artifice cœlata.

44 *Urna, &c.*] Id est, Craterem ingentis capacitatis, qui urnam capere posset, id est, quatuor congiis, vel 24. sextarios. *Idem.*—*Parthenio, &c.*] Colatoris nomen.—*Urna, &c.*] Grandem scilicet, qui urnam posset capere. *Vet. Sch.*

45 *Et, &c.*] Id est, Qui plenus sufficeret Pholo illi bibaci Centauro sitienti. Historiam de Pholo centauro recitat Diodor. l. v. Junius animadvertit. iv. 5.—*Vet, &c.*] Hujus, qui unus consiliariorum Domitiani fuit, meminit Sat. iv. cum dixit: 'Fuscus marmorea meditatus prælia villa.' Hujus conjugem vinosam et bibacem suo more obiter notat. *Lubin.*—*Et, &c.*] Uno de Centauris: vel uxore Fuscii, quæ ebriosa fuit. *Vet. Sch.*

46 *Adda, &c.*] Erant vasa escaria Britannica vel Anglica. Martial. xiv. 99. Ep.—*Et, &c.*] Hadrianus Junius ex vetustissimo codice, legit *escaliu*, quod adjectivum est et ad vasa referendum. Est autem *escale* idem quod vas escarium. *Lubin.*—*Multum, &c.*] Auri et argenti a nobilissimis artificibus cœlati. Intelligit autem pocula, et ex quibus poculis Philippus rex Macedonum hiberat, qui dato præmio a proditoribus Lasthene et Eurycrate Olynthum emit. Est autem Olynthus Macedoniæ civitas.—*Adda, &c.*] Vasa ubi calices lavabantur, et cacabus. *Vet. Sch.*

47 *Callidus*] Nam singularum fere civitatum proditores pecunia solebat corrumpere. Alii leg. *pallidus.* *Lubin.*—*Pallidus, &c.*] Philippus pater A-

lexandri Magni, cui Olynthum Macedoniæ civitatem Lasthenes et Eutyocrates prodiderunt; qui cum a Philippo proditores se nuncupari sæpe audissent, vitam laqueo finierunt. *Vet. Sch.*

48 *Sed, &c.*] Laudat jam Catullum quod pro sua vita, externa bona profundere non dubitaverit, cum aliâ contra suam vitam pro externis bonis profundant. Id est, Quis vel ubi nunc alius præter Catullum invenitur, tantæ magnanimitatis?—*Quis, &c.*] Quis solet vel consuevit? *Lubin.*

49 *Argento, &c.*] Suam vitam potiore existimare, quam argentum.—*Rebusque, &c.*] Rebus et facultatibus externis suam vitam. *Idem.*

50 *Non, &c.*] Id est, multi existimant se propterea vivere, ut patrimonium faciant et colligant, non propterea patrimonium ampla possidere, ut recte vivant. *Idem.*

51 *Vitio cæci*] Id est, qui sunt immensæ cupiditatis et avaritiæ. Atque ita incæcati sunt et stupent vitio. Putant enim se eo nomine vivere, ut opes colligant, quas non habent; sed a quibus habentur, et qui sunt 'Inter opes inopes.'—*Propter, &c.*] Colligenda et augenda. *Idem.*—*Sed, &c.*] Id est, Multi sunt, qui ob hanc causam colligant patrimonium, tantum ut habeant, non ut tamen utantur, sed avaritiæ satisfaciunt. *Vet. Sch.*

52 *Jactatur rerum*] Recitat quomodo eo angustiarum redacti sint, ut non tantum navis onera, sed et res maxime necessarias projecerint, atque sic navis malum ferro persequerint.—*Sed nec, &c.*] Illa jactura et damna, navim a periculo non liberant, neque tempestatem levant vel imminuunt. *Lubin.*

53 *Tunc, &c.*] Id est, Tunc Catullus demum extrema fortuna, et periculo urgentibus eo angustiarum devanit, ut malum navis securi deijce-

ret, et sterneret. *Idem.* Vel *adversis* supp. ventis, i. e. contrariis.—*Tunc, &c.*] Absolute; quod adversa sint naufragantium fata. *Vet. Sch.*

54 *Rocidis*] Pervenit vel processit illuc angustiarum. Alii legunt, *Decedit*, ut constet versus. *Lubin.*—*Rocidit, &c.*] Res pervenit ad hoc, ut arborem succideret, et per hoc breviorum faceret. *Vet. Sch.*

55 *Explicat, &c.*] Succiso et ejecto malo. Seipsum illa animi angustia liberat. Id est, Et se arctum, impeditum et in angustias redactum propter malum expeditiorem facit, impedimentum mali removens.—*Discriminis, &c.*] Ordo et sententia est: Ultimi discriminis et periculorum tunc sumus in maris et navigationis adversis casibus, quando illa præsidia, et auxilia adferimus, quæ navim minorem faciunt, amputata parte navis, hoc est, dejecto malo. *Lubin.*—*Ac æ, &c.*] Sensus hic est, ultima præsidia angustum discrimen habent, post ejectionem rerum omnium, ut facias navem minorem. Fit autem minor navis, sublata arbore, id est, levis. *Vet. Sch.*

56 *Minorem*] Leviorum et minus vento expositum. *Lubin.*

57 *I nunc*] Acris et acerba objuratio in illos, qui exigui lucelli gratia in vitæ pericula temere sese conjiciunt, et navigant. *ἰσχυρόν*, et suæ vitæ prodigi contemtores.—*Dolato, &c.*] Navi factæ ex ligneis asseribus dolabra levigatis et elaboratis. *Idem.*—*I nunc*] Castigatio ab exemplorum eventu. *Vet. Sch.*

58 *Digitis, &c.*] Cum inter te et mortem quatuor tantum sit digitorum distantia, quanta scilicet crassities est asserum ipsius navis. Alludit ad illud, quod refert Laërtius lib. i. 'Tantum,' inquit Anacharsis, 'a morte absunt, qui navigant.'—*Digitis, &c.*] Cum inter te et mortem quatuor sit digitorum distantia. *Vet. Sch.*

59 *Aut, &c.*] Vel æ; Ad summum,

si navis asseres vel tabulæ sint tenuissimæ.—*Teda*] Tabula ex teda vel pino, quæ hic posita pro navi. Quia potissimum naves tum temporis erant e pino.—*Si, &c.*] Id est, Navis de pino, pro qualibet posuit materia: ut, 'Pinea silva mihi.' *Vet. Sch.*

60 *Mox, &c.*] Cum viaticum tecum in mare deportas, accipe unum tecum securim, quam in tempestate sumas, ut cum illa navis dejicias malum. *Lubin.* Quasi diceret, scito mortis periculum semper naviganti imminere. *Britannic.*—*Mox*] Cum scilicet navigaturus, te expedis et præparas ad iter.—*Reticulis*] Parvum rete erat reticulum, hoc loco pera est, ad modum retis texta, in qua nautæ viatores et milites panem et cibaria secum ferebant. Horat. Sat. i. 'Reticulum panis venales inter onusto Forte velas humero.' Pers. Satyr. v. vs. 240.—*Ventre, &c.*] Id est, Cum ventrosa et capaci lagena. Id est, Cum panem et vinum viatici loco tecum in navim deportas. *Lubin.*—*Mox, &c.*] Quod nautæ sibi scilicet ad sumtum viaticum ponant. *Vet. Sch.*

61 *Aspice*] Vide et memento, ut etiam secures tecum portes. Mallem hoc loco legere, *Accipe*. Id est, Una tecum porta secures, quas in tempestate sumas ad malum præcidendum. *Lubin.* Sed præter vulgatam illam interpretationem, potest ex mente Grangæi etiam hic locus sic explicari: Cogita media in tempestate de assequendis honoribus Magistratus; nam 'hæc sunt consilia mortalium, hæc vota magnarum cogitationum.'—*Aspice, &c.*] Inter sitarchiam, \* et securum necessariam putato ad navem vehendam. *Vet. Sch.*

62 *Jacuit*] Tranquillum factum et sedatum, non amplius vi ventorum et tempestatis agitatam.—*Plenum*] Nullis fluctibus inaequale et horridum. *Lubin.*—*Sed, &c.*] Tranquillum factum est, et fatum vectoris superavit

ventum et mare. *Vet. Sch.*

63 *Prospera*] Atque adeo, cum post nabilia Phœbus. — *Vectoris, &c.*] Id est, Cum vel postquam fatum vectoris Catulli superavit ventum et mare, illorumque inclementiam. — *Fatum*] Cui vectori nondum erat in fatis ibi mori. *Idem.* — *Valentius Euro, et pelago*] Potentius ventis et mari, vel ipsa tempestate.

64 *Postquam, &c.*] Id est, Postquam ira fatorum vel Parcarum jam mitigata est, et Parcae jam lætæ faventes atque hilares, mitiora et propitiora fila vel telas, benigna manu ducere incipiunt. Postquam vitæ tempus Catullo magis prosperum obtigit. *Lubin.* — *Parcae*] Fata mitiora. *Vet. Sch.*

65 *Hilares*] Non tristes et immites; ut ante. — *Staminis albi*] Id est, Cum Parcae non nigræ amplius, sed albæ et candidæ lætæ stamen ducunt. Non amplius mortem et nigrum exitum minitantur. Fingunt autem Poëtæ Parcae felicibus alba, infortunatis nigra stamina trahere. Id est, Postquam fata concedunt secundam vitam, non amplius adversam. *Martial.* *Epig. iv. 78. Lubin.* — *Et, &c.*] Non mortem minitantiæ. *Vet. Sch.*

66 *Modica, &c.*] Postquam medicris tantum, non autem nimis ut ante ventus fiaret. *Lubin.*

67 *Inopi, &c.*] Id est, Tunc truncata et miserabilis prora vel navis cucurrit, non velis extentis, illa enim fulgure et naufragio perierant, sed vestibus nantarum et Catulli extensis. — *Inopi arte*] Loco velorum sua vestimenta extendunt. *Idem.* — *Ventus, &c.*] Ventus prosperus. *Vet. Sch.*

68 *Et, &c.*] Et prora vel navis cucurrit uno suo velo extenso, quod in prora est, et Dolon dicitur, illud enim unum velum adhuc erat reliquum. *Lubin.* — *Vestibus, &c.*] Funi- bus: aut vestibus, velis accipe, quod dicunt artemonom. *Vet. Sch.*

69 *Jam, &c.*] Circa matutinum tempus Austri impetnosi venti mitiores

facti: spes vitæ cum Sole exoriente, nautis rediit. *Lubin.* — *Velo, &c.*] Id est, artemone solo velificaverunt. *Vet. Sch.*

70 *Cum Sole*] Matutino exoriente, vel, discussis nubibus apparente. *Fav. nab.* — *Tum, &c.*] Tum celo seniore facta, conspicitur urbs Italiæ Alba, vel apex atque editior locus, qui gratus erat Iulo vel Ascanio Æneæ filio, et conspicitur sedes novercali Lavino ab Ascanio prælata, et præposita Unde illam civitatem appellat *novercalem*. Erat enim Lavinia noverca Iuli, quam, mortua Creusa, postea in Italia Æneas duxerat. *Lubin.*

71 *Novercali*] Lavinium enim nomen habebat a noverca Lavinia. — *Sedes, &c.*] Id est, illa sedes Albæ Longæ, quæ ab Ascanio prælata est Lavinio. *Idem.* — *Atque, &c.*] Albam Longam significat, quam condidit Iulus Ascanius: concessa novercæ sui nominis civitate, id est, Lavinio. *Vet. Sch.*

72 *Conspicitur*] A Catullo et reliquis nautis. — *Sublimis apex*] Id est, Mons Albanus, in quo Ascanius condidit Longam Albam. — *Cui, &c.*] Propter albam porcæ ibi ex oraculo inventam cum 30. porcellis, ubi postmodum urbs condenda erat. Oraculum legitur Æneid. III. 'inventæ sub illicibus sus Triginta capitum fœtus enixa jacebit, Hic locus urbis erit.' *Lubin.* Facit illam quidem nigram Lycophron, sed propterea merito reprehensus est a Zetse. *Grang.* — *Cui, &c.*] Monte Albanenses. *Vet. Sch.*

73 *Lætis, &c.*] Hoc per Parenthesin legi potest. *Lætis* propter latinitium de ea sue datum, quam jam invenerant: 'Is locus urbis erat, requies ea certa laborum.' — *Mirabile*] Ob incredibilem multitudinem porcellorum. — *Sumen*] Sus: vel, ipsius venter secundus. Britannicus putat id *sumen* hic per appositionem esse, quasi ex qua sue optimum potuerit haberi sumen. Pars pro toto. — *Miserabile, &c.*] Aut mirabile, quia triginta

fetus habuit: aut, miserabile, quod miseratum sit Phrygius. *Vet. Sch.*

74 *Et nunquam*] Id est, quæ sua clara et nobilis erat propter 30. mammillas, nunquam antea in una alia esse visas. *Labin.* Grævus mammillas pro porcis sumit; quia non tot mammillas quot porcos habebat.—*Et, &c.*] Nunquam inventa cum triginta mammillis. *Vet. Sch.*

75 *Tandem, &c.*] Exponit jam quomodo navis tandem ingressa sit Hostiensem portum. Hunc portum Claudius Cæsar extruxit, undecim annis continuis triginta hominum milibus laborantibus. *Sueton. Claud. c. 21.—Positas, &c.*] Intrat brachia illa magnis molibus in mari ab utraque parte porrecta. Nam moles illæ prælixo ambitu etiam maria et æquora includebant. Intelligit autem oblongos aggeres, portus. *Labin.—Inclusa, &c.*] Portum Augusti dicit, sive Trajani. *Vet. Sch.*

76 *Tyrrhenamque, &c.*] In Tyrrheno mari positam. Id est, Turrin, quæ in portu Hostiensi erecta erat a Claudio, in æmulationem Phari Alexandrinæ, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent, et ad prænuncianda vada portusque introitam: cujus nomine omnes reliquæ turres, quæ complaribus locis flagrant noctu, Phari sunt appellatæ. *Britann.—Porrectaque, &c.*] Errant, qui a Trajano, vel alio aliquo hunc portum auctum, ad quod rō rursus referunt. Imo rursus illud ostendit, ultra Pharon rursus exporrecta seu continuata brachia portus: nam ad ejus introitum turris extructa erat. *Grang.—Porrectaque, &c.*] Quia Trajanus portum Augusti restauravit in melius, et interiori tutiorem, sui nominis fecit. *Vet. Sch.*

77 *Quæ, &c.*] Longe enim in mare portendebatur, ut procul ab Italia distare viderentur. — *Currus*] Alii, occurrunt: i. e. extenduntur in altum mare, longe a litore Italæ. *Farnab.—Quæ, &c.*] Intrant mare, et amittunt

terram solidam. *Vet. Sch.*

78 *Non sic*] Laudat obiter illum portum. Id est, Non usque adeo admirandi sunt portus a natura facti, quam hic arte et industria Claudii elaboratus.—*Non, &c.*] Id est, non sunt ita mirandi portus naturales, quam qui manu sunt. *Vet. Sch.*

79 *Sed, &c.*] Id est, Gubernator navis petit mutilata navi interiora Hostiensis portus: quæ pertransiri possunt etiam cymba Bajana, vel parva navicula, quantula apud Bajas in sinu Lacrino utebatur. *Lab.—Truncos, &c.*] Truncata nave. *Vet. Sch.*

80 *Bajana, &c.*] Id est, Petit interiora stagna illius portus, quæ tutum sinum habent. Et quæ adeo tuta sunt, ut etiam Bajana navicula transire possit. Alii legunt, *Tunc stagnante sinu*: i. e. portu tranquillo habente fluctus, tempestate jam sedata.—*Tunc*] Sc. Quam in portum venire.

81 *Gaudet ibi*] Id est, Nautæ Catulli socii, jam a periculo naufragii tuti, recitant ibi amicis notis pericula in mari perlata. Præteritorum enim malorum gratissima est memoria.—*Ibi*] In portu, vel jam navi egressi.—*Vertice raso*] i. e. Depositis capillis, cum urgeret tempesta et desperata salus esset. Ritus antiquus capillos radere in omni fero luctu: quod tamen in pacato mari omnis erat infausti. *Petron. Arbiter, et Ad. Junius de Coma.—Garrula pericula*] Quia eos garrulos faciant: nam qui evaserant aliquod periculum multoties et libenter de eis garrunt.

82 *Garrula, &c.*] Quia libenter frequentius narrant tempestatem perpessi, postquam devenerunt in portus securi. *Vet. Sch.*

83 *Ire, &c.*] Hortatur jam pueros servos suos ad sacrificium præparandum, quia Catullus amicus salvus rediit. De hac solenni in sacrificiis formula, quæ fiebat boni ominis gratia, vide Brissonium. Omnia bona et prospera dicite et cogitate votis et omnibus.—*Labin.*

84 *Sartaque*] Templorum foribus aerta et coronas e floribus imponite. — *Ferre*] Molam salisam ex farre, sale, et aqua. Id est, Molæ salis imponite cultros, quibus hostia cœditur. *Lubin.* — *Sartaque, &c.*] Coronas immolatis hostiis. *Vet. Sch.*

85 *Et, &c.*] Ob viridem cespitem, multo gramine et longis herbis virentem et mollem. *Grangæus* vult *Focum* hic pro ara poni, quæ vittis mollihus circumdari solita: molles autem vittæ, quia laneæ. — *Focos glebamque, &c.*] Aram intelligit, ex herboso cespite. *Lubin.* — *Et, &c.*] Molles focos Deorum dicit, qui de ture facti sunt. *Vet. Sch.*

86 *Jam, &c.*] Id est, Mox ego vos pueros insequar. — *Et, &c.*] Quod sacrum melius est et excellit omni ritu, et solennitate observata. Si legas, *Præstat*, erit, quod optimum est, et intellige magna illa sacra quæ initio meminit, Junoni, Palladi, et Jovi. Alii legunt, *quod restat.* *Lubin.* — *Et, &c.*] Sacrificio completo. *Vet. Sch.*

87 *Graciles, &c.*] Ubi domi meæ parva sacrificia etiam peragam Diis domesticis. Ubi parva Deorum familiarium simulacra e fragili cera nitida facta mediocres coronas accipient, quas illis imponam. Porro *Lares* (quos propterea Horat. vocat *residentes*) etiam publice in compitis celebrabantur, tradito rita a Servio Tullio, quoniam ex *Lare* conceptus putabatur. Vide Pers. Sat. v. 31. *Lubin.*

88 *Accipiunt, &c.*] Incerato signa Deorum. *Vet. Sch.*

89 *Hic nostrum*] Id est, Hic domi meæ Jovem familiarem colam. — *Nostrum*] Latium, aut faventem, aut quem peculiari cultu domi veneramur. *Laribusque, &c.*] A patribus acceptis, quibus etiam majores mei usi. *Lubin.*

90 *Atque, &c.*] Violæ plurium sunt colorum, et præcipue trium. — *Jactabo*] i. e. Spargam. — *Omnes, &c.*] i. e. Violas omnia colorum generis. — *Atque, &c.*] Violæ nam multorum sunt

colorum, purpureæ, albæ, aureæ. *Vet. Sch.*

91 *Cuncta, &c.*] Exornata sunt, ut in sacrificiis fieri consuevit. Hæc ita inferuntur a Poëta, quasi illico omnia a ministris parata essent ad sacrificium. — *Longos, &c.*] Frondium et herbarum, in signum festivitatis. *Lubin.* Non autem sine causa dicit *longos*, quia interdum etiam integræ arbores suspendebantur januis. — *Longos, &c.*] Coronatæ janus lauro. *Vet. Sch.*

92 *Et, &c.*] Id est, Janua mea, vel, domus operatur festa, vel, celebrat festivitatem, et rem divinam facit matutinis lucernis a principio diei etiam ante lucem incipiens. Ita hunc locum vulgus interpretum intelligit, qui legunt *operatur*. Sed legendum cum *Lipsio operitur*, id est, tegitur, vel vestitur. Et sic conjungenda sunt *festa janua*, in nominandi casa. Ex consuetudine hoc ait, quæ in omni publica et privata lætitia receptum erat januam ornari lauro et lucernis: et Satyrice addit *Matutinis*, ut quæ clara luce sint supervacuum. *Lubin.* — *Operantur, &c.*] Sacrificant: ut Virgilius: 'Lætis operatur in herbis.' *Vet. Sch.*

93 *Nec, &c.*] Occurrit initio jam suspicioni, quæ Corvinus putare poterat, quod Juvenalis hoc sacrificio Catullo palparetur, ejusque ambiret hæreditatem tanquam orbi. Sese ab hac suspitione purgat, indicans Catullum patrem esse trium liberorum, *Lubin.*

94 *Tot, &c.*] Id est, tot instituo sacrificia. *Idem.* — *Tot, &c.*] Sacrificia. Id est, Ne me putes hac humanitate hereditatem adpetere. Tres habet filios. *Vet. Sch.*

95 *Tres, &c.*] Et proinde non colitur a captatoribus. Demonstrat se novum quid facere, et insolitum, qui pro salute alicujus patris, liberos habentis, et non orbi, vota faciat. — *Libet, &c.*] Male hæc interpretes acceperunt, quasi Ironice dicantur: Libet mihi expectare donec moriantur illi

tres Catulli liberi. Est autem hic sensus: Voluptarium erit expectare donec quispiam inveniat, qui vel gallinam moribundam pro patre filios habente sacrificet. Quasi dicat, Nemo erit, qui vel pituita egram gallinam sacrificet.—*Quib*] Aliorum hominum me excepto.—*Libet, &c.*] Mirum est: nam ut amico filios habenti, aliquis amicorum tam impensius obsequatur, cum hæc pro hereditate captanda fieri soleant. *Vet. Sch.*

96 *Gallinam*] Ægrotam, morti vicinam, rem vilissimam. *Lubin.*—*Impendat*] In illius usum offerat.

97 *Tam, &c.*] Quam est Catullus. Nam sterilis amicus captatori dicitur, unde nullus exit fructus, quum omnia liberis relinquit. *Britannic.* Aut ironice sterilis dicitur, qui habet tres filios tantum.—*Verum hæc*] Ironice, quasi diceret, non esse mirandum, si nullus inveniat, qui pro amico moribundam etiam gallinam offerat, quia nimii sint sumtus.—*Coturnix, &c.*] Ironiam ad sterilitatem retulit: occiditur pro patre fabricitante, non, ut dicam, pro amico paupere. *Vet. Sch.*

98 *Pro, &c.*] Pro liberis habente in sacrificium offeretur nunquam vel coturnix quidem.—*Sentire, &c.*] Dissimilitudine demonstrat, captatores solummodo divitibus et orbis palpari. Id est, si contra dives quisquam orbus, febri laborare aut ægrotare incipiat, ut Gallita illa ditissima matrona, aut Paccius ille locupletissimus; ibi tota illorum porticus interior tegitur tabellis votivis suspensis ab hereditatis captatoribus, quibus sese voti et sacrificii reos significant, si restituantur divites patroi. *Lubin.*—*Calorem*] Ætium febrilem.—*Orbi*] sc. ambo.—*Sentire, &c.*] Ægrotare. *Vet. Sch.*

99 *Gallita*] Cujus meminit Tacitus lib. xvii.—*Paccius*] Quem Africanum ait. *Lubin.* Hos pro omnibus divitibus orbis ponit.

100 *Legitimo, &c.*] Rite et ordine suspensis: quasi vero, jure quodam

et lege.—*Votitur*] Operitur: tegitur tabellis, quibus captatores promittant Diis, sese ampla sacrificia facturos. *Idem.* Vide Sat. x. vs. 55. 'Non defuerunt qui depugnatores se armis pro salute ægri, quique capita suo titulo proposito voverent.' Sueton. Caligul. cap. 14. ab opinione illa veterum: 'Mortem morte posse redimi,' ortæ istæ devotiones et *ambrosius.* *Farnab.*—*Legitime, &c.*] Id est, Devotis precibus impletur. *Vet. Sch.*

101 *Exsistunt qui, &c.*] Centum bonum sacrificium, pro salute orbis Diis promittant.—*Exsistunt, &c.*] Hecatomben promittant, ut moriantur illi a quibus se heredes scribi possunt: alii vero, Comperto hoc quod pro ipsis vota faciunt, heredes eos scribunt. *Vet. Sch.*

102 *Quatinus*] Quandoquidem Romæ Elephantes quos offerant non habent venales. *Farnab.* Quum veteribus usitata esset commutatio literarum E et I, indifferenter scriperunt *quatenus* et *quatinus*; quicquid contradicat Corn. Fronto, et qui cum eo faciunt.—*Nec, &c.*] Quos immolet. *Vet. Sch.*

103 *Nec Latio*] Id est, in regione Italica vel climate et polo Latio. *Farnab.*

104 *Bellua*] Sic Sat. præcedenti: 'Vel quos deposuit Nabathæo bellua saltu.'—*Concipitur*] Et postea generatur.—*Sed furva, &c.*] Ex Mauritania vel Æthiopia, ubi homines sunt furvi et nigri. Aut ab Indis, quorum in corpore (ut scribit Apul. in Florid.) 'Color noctis est.'—*Sed, &c.*] Nigra de India. *Vet. Sch.*

105 *Arboribus, &c.*] Circa Ardeam, quæ Rutulorum metropolis.—*Turni*] Qui et ipse quondam Rutulorum rex.—*Arboribus, &c.*] Apud Lavinium, id est, in Hetruria. *Vet. Sch.*

106 *Cæcæris, &c.*] Elephantes, solius Imperatoris grande pecus, immensis constans sumtibus, et ob id non pecus alicujus privati, sed mon-

*arebas Caesaris. Farnab.—Nulli, &c.]* Nisi regi. *Vet. Sch.*

107 *Siquidem Tyrio]* Id est, Carthaginiensi. Nam Carthago duce Didone colonia e Tyro deducta est. *Farnab.—Si, &c.]* Et ipse dicit: ‘Dum Gætula ducem portaret bellus Iuscum.’ *Vet. Sch.*

108 *Nostris ducibus]* Ut Curio Dentato, qui primus duxit elephantos in triumpho, Lucio Metello et reliquis. *Grang.—Regi, &c.]* Pyrrho Epirotarum regi, in cujus adventu Italia primam vidit Elephantes. Molossienim, teste Plinio, inter Epiri populos numerantur. Id est, Horum Elephantorum, qui jam sunt, majores, solabant Annibali, Pyrrho, et nostris ducibus (nulli privato) inservire, et dorso turres ferre, e quibus cohortes militum pugnabant. *Lubin.—Regique, &c.]* Pyrrho Epirotarum regi, qui pro Tarentinis adversum Romanos bis pugnavit, et victus bis exutus est castris; ex cujus nomine est Pyrrhica. Et ipse Elephantis vectus est per triumphum. *Vet. Sch.*

109 *Ac, &c.]* Elephantis nam paginabant. *Vet. Sch.*

110 *Partem, &c.]* In bello multæ legiones: legionis autem unius decima pars cohors. *Grang.—Et turrem]* Et res nota est de Elephantis turri-geris. *Lubin.* Alii *turram* leg. Al. *turbam.*

111 *Nulla, &c.]* Revertitur jam ad avaros captatores, indicans illos non solum pro salute orborum Elephantos voturos, si venales Romæ existerent; verum etiam, si lex non prohiberet, servos, ancillas, imo proprias filias, exemplo Agamemnonis, qui filiam Iphigeniam mactare voluit. —*Nulla, &c.]* In hæredipetis Novio et Histro Pacuvio, nulla mora est. *Lubin.—Nulla, &c.]* Id est, nulla mora erit heredipetis, si etiam hoc genus emere liceat et immolare, quin et ipsud faciant. *Vet. Sch.*

112 *Quin, &c.]* Id est, quin Elephantum. *Delph. et Var. Clas.*

phantum, ex cujus dentibus ehar, ad aram ducerent et immolarent, si forte legibus interdictum non esset private Elephantem immolare. *Lubin.*

113 *Et, &c.]* Id est, immoletur Diis domesticis Gallitæ matronæ ditissimæ et orbæ, de qua supra. —*Victima, &c.]* Ironice. Vel in extenuationem Larium Gallitæ, quibus minutis Diis tam vasta fiat sacrificia. Vel potius, in irrisionem Gallitæ et Paccii orborum, qui nimirum indigni sint, quibus talia sacrificentur, et cum etiam indigni sint illi, qui sacrificant. *Idem.—Sola]* Alii, *sacra.—Et, &c.]* Ante aras Deorum Penatium. *Vet. Sch.*

114 *Diis]* Videtur intelligere ipsos orbos, quos captatores tanquam Deos quodammodo colebant: vel, Laribus. *Lubin.—Horum]* Sc. Divitum orborum.

115 *Alter enim]* Notat insanam et impiam malitiam captatorum, qui etiam homines si legibus prohibitum non esset, immolarent, ut inescarent orbos. —*Alter]* Ex duobus quos dixi. Intelligere videtur Pacuvium. —*Si, &c.]* Legibus enim interdictum erat, inde a tempore Herculia. —*Vovebit]* Votiva tabella pollicebitur. *Idem.—Alter, &c.]* Id est, Etiam aliquanti deis, si liceret, de servis sacrificium facerent. *Vet. Sch.*

116 *De, &c.]* Opinio veterum fuit, mortem morte posse redimi; unde ægrotos posse eripi periculo putabant, si vitam aliquorum, ægrotorum loco projecissent. *Grang.—Magna]* Spectabilia, et excellentiora. *Lubin.*

117 *Vel, &c.]* Servulos domesticos, et ancillas pro salute orborum mactare non dubitabit. —*Frontibus, &c.]* Id est, Ancillas in sacrificia adornabit. Sic Sinon de sese ait, *Æneid. II.* ‘Mihi sacra parari Et salæ fruges, et circum tempora vittæ.’ Talia enim capitis ornamenta sacrificandis imponebantur. *Idem.*

118 *Et, &c.]* Mira hic Poëtæ festum. *Juv.*



tivitas et amarities. Si captator Pacuvius fillam aliquam domi nondum elocatam habeat, quæ matura jam viro et nubilis, qualis Iphigenia erat filia Agamemnonis, et illa a patre in Aulide mactanda: illam ariæ pro salute divitis orbi admovebit. *Lubin.*—*Et, &c.*] Fore scilicet ut ope Dianæ, filia ejus liberetur, et pro ea cerva immolanda substituitur: qualiter Iphigenia Agamemnonis filia liberata fuit. — *Et, &c.*] Etiam filiam virginem devovet ad sacrificium, quamvis sciat non eam posse eripi a Diana, ut Ifigeniam. *Vet. Sch.* · 119 *Altaribus*] Sacrificio tanquam victimam adhibebit. *Lubin.*

120 *Tragicæ, &c.*] De qua multæ Tragediæ scriptæ sunt. — *Furtiva, &c.*] Id est, Plationem vel placationem per furtivam filiæ ablationem, et suppositionem cervæ. Iphigenia enim furtim per Dianam morti subducebatur, proque ea cerva substituebatur. *Idem.*

121 *Laudo, &c.*] Ironice. Romanum scilicet Pacuvium, magis quam Agamemnonem, qui quidem sua filia, quam immolare voluit, testamentum divitis orbi sortitus est, cum quo testamento mille rates Græcorum, quas Agamemnon immolata filia servavit, comparandæ non sunt. Scoptice ridens dicit: Majus esse habere testamentum alicujus orbi divitis mactata filia, quam mille rates servare, immolata Iphigenia. *Idem.*

122 *Nam, &c.*] Id est, Si æger ex morbo convalesceret, existimabit se propter sacrificium Pacuvii fuisse liberatum. *Idem.* — *Libitinam*] Mortem. Libitina enim Dea funerum est, in cujus æde quæ ad funera pertinent, veneunt. *Farnab.*

123 *Delebit, &c.*] Testamenti prioris, quibus aliis etiam bonorum suorum partem legavit, ut Pacuvius solus hæres constituitur. — *Inclusus, &c.*] Id est, Ipse dives orbus, hoc tam admirando amici merito, devinctus, irretitus, et captus tanquam piscis

nassa capitur, unde egredi non datur: vel, tanquam piscis a Pacuvio inescatus, et veluti nasse inclusus, id est, obligatus Pacuvio ob maximum votum. *Nassa*, ut Festus ait, est piscatorii vasis genus, quo cum intraverit piscis, exire non potest. Solent autem Poëtæ, *pisces* pro orbis ponere, et *piscatores* pro captatoribus. *Idem.*

124 *Meritum, &c.*] Ita ut mirum non sit, si omnia bona relinquat Pacuvio, qui ne quidem propriæ filiæ, pro salute alterius pepercit. Qui propriam filiam pro alterius vita morti dare paratus fuerit. — *Atque, &c.*] Reliquis omnibus præterhabitis et exclusis. *Idem.* — *Post, &c.*] Post Ifigeniam immolatam non verbo facit hæredem, sed vero. *Vet. Sch.*

125 *Breviter*] Post paulo, propediem, parvo negotio, et sine multis ambagibus vel ex asse, i. e. ex toto (ut putat Britannicus); nam qui omnia uni relinquit, brevibus et paucis verbis condit testamentum. — *Ille, &c.*] Id est, Ille Pacuvius hoc admirandum suum meritum frustra non impendit, sed tanquam victor de reliquis hereditatem æmulis et competitoribus suis triumphabit, cum solus ex asse hæres omnium bonorum constitutus sit. *Farnab.*

126 *Victis, &c.*] Qui frustra diviti orbo palpati sunt, et quos ille antevertit. — *Rivalibus*] Competitoribus hereditatis. — *Ergo, &c.*] Et hæc Ironice dicuntur. Vides ergo quantas facultates, quam amplissimum testamentum illis captatoribus conferat filia aliqua in sacrificium ut victima immolata, quemadmodum Mycænis Agamemnonis filia Iphigenia a patria sic dicta. *Lubin.* — *Victis, &c.*] Æmulis hereditatem captantibus. *Vet. Sch.*

127 *Grande operæ pretium*] Quam grandem et magnam utilitatem. Est autem translatio sumpta a mercenariis, quibus suave est post laborem, mercedem accipere. *Britanna.* — *Jugulata*] Forte, non quod jugulata sit;

sed quod pater promptus fuerit ad ipsam jugulandam pro vita et salute omni. *Lubin.* — *Jugulata, &c.*] Filia Agamemnonis, veluti filia imperatoris, Ifigenia. Ironia. *Vet. Sch.*

128 *Vivat, &c.*] Subjungit jam di-ram imprecationem, qua imprecatur Pacuvio longam vitam, tanquam homini malo, avaro, et misero. Vivat itaque precor in cruciatum sui, et omnium odium. Et sic sub specie precatationis infelicitissima quæque imprecatur ipsis captatoribus. Quasi dicat: Longam vitam homini malo et misero non invidio. Cæterum avaris hujusmodi nihil pejus accidere et contingere potest longa et diuturna vita, id est, diuturno et continuo tormento: qui quidem velut Midæ, auro strangulantur et suffocantur: vel, ut Tantalus, inter maximas opes inopes et miserrime vivunt, et sæpe

inedia contabescunt. Quid autem pejus accidere cuiquam potest, quam hic *πλοῦτος ἐδάσῃ, καὶ τύχῃ ἀτυχῆσι*! — *Nestora, &c.*] Totos trecentos annos, vel totas tres ætates, quas Nestor vivendo implevit. Vide Sat. x. vs. 150. *Lubin.* — *Vel, &c.*] Tribus seculis. *Vet. Sch.*

129 *Quantum, &c.*] Habebat infinitas opes Nero. Nam publicas et privatas rapuit, etiam templa spoliavit. — *Montibus, &c.*] Accumulet montes immensa auri copia. *Lubin.* — *Quantum, &c.*] Proscribendo. *Vet. Sch.*

130 *Nec, &c.*] Quod est extreme mali et miseri. Recte autem dicit, *Nec amet*, quoniam cum divitias orbis tantum amet, neminem vere amat. *Lubin.* Ovid. 'Sitque miser semper, nec sit miserabilis ulli.' — *Montibus, &c.*] Id est, in patrimonio habendo. *Vet. Sch.*

## S A T I R A XIII.

1 *Exemplo, &c.*] Hæc initio sententia est, quod unusquisque, qui male aliquid malo vitio et exemplo commiserit, statim perpetrato facinore animum suum iudicem, damnatorem, sæpe etiam ultorem habeat. Vel *Exemplo*, facinore, cujus malum exemplum nocet, atque alios peccare docet. *Farnab. Lubin.* — *Exemplo*] Ita male virtutem esse ait, ut displiceat crimen ipsi, qui male commisit. *Vet. Sch.*

2 *Displicet, &c.*] Et sic teste Seneca: 'Semper sceleris in scelere supplicium.' Et hæc est conscientia, quam improbi libenter sæpe ex animis suis extirparent si possent. Sic dici consuevit: 'Post factum poeni-

tet actum.' — *Prima, &c.*] Conscientiæ, quæ post factum litem peccanti intendit. Nam conscientia tanquam animorum lancina, qua illi qui imple scelerateque egerunt, cruciantur, et quasi Furiarum tædis ardentibus agitantur. — *Se, &c.*] Hinc Ausonius egregie dixit: 'Turpe quid ausurus te sine teste time.' *Lubin.*

3 *Judice*] Immo vindicæ. — *Improba, &c.*] Quamvis humana judicia subterfugiat. Ordo et sententia est: Quamquam improba et injusta gratia fallacis et corrupti prætoris vel iudicis, qua nocentes sæpissime absolvuntur, urnam, et iudicium, jus et æquitatem sæpe vicerit, et superaverit. *Idem.*

4 *Fallacis*] Corrupti et iniqui ju-

dicis. Melior hæc lectio. Alii legunt *fallaci urna*: alii, *fallacem urnam*.—*Urna*] In hanc suffragia conjiciebantur. Ponitur hic pro judicio, id est, Judicium ipsorum judicum sorte electorum. Nam sortes in urnam conjectæ in reos educebantur.—*Prætoris*] Qui centumviralibus præsidet.—*Vicerit*] Tamen non absolutus est animi cruciatu et tormento. *Lubin.*—*Vicerit, &c.*] Nihil prodest corrupisse judicem, vel subposuisse pro sorte. *Vet. Sch.*

5 *Quid, &c.*] Secundum argumentum, quo consolatur Calvinum. Quod omnes homines factum illud amici depositum inficiantis et amicitiam violentis, tanquam sceleratissimum damneant, et detestentur. Nonne censes omnes illum execrari et detestari?—*Recenti, &c.*] Quod recens contigit.—*Recenti*] Jan. Rutgersius Var. lect. III. 17. legendum autumat *Recenti*, id est, depositi, abnegati ac non redditi. *Lubin.*

6 *De scelere*] Ejus scilicet qui tibi non reddit depositum.—*Fidei, &c.*] Illius qui depositum denegavit. *Idem.* Sic appellatur perfidiæ crimen in jure civili. Fidei non solutæ, non servatæ, non præstitæ.—*Sed, &c.*] Tertium argumentum, quod Calvinus satis dives, et in re adeo tenni natus non sit, ut hujusmodi levem bonorum jacturam oblivisci, et perferre non possit.—*Sed, &c.*] Id est, *Æquo* animo hoc ferre debes; quia nec tantum pauper es ut te damni, quod contingit, affligat pondus, nec tibi soli hoc contingit, sed jam apud homines vetus est hæc causa. *Vet. Sch.*

7 *Tenuis, &c.*] Exiguae divitiæ, et vilis rerum possessio.—*Mediocris, &c.*] Decem nimirum H. S. valent 250. Coronatos Gallicos. *Lubin.*

8 *Mergat*] Obruat, ad desperationem adigat, ut ob id spem prorsus abjicias.—*Nec, &c.*] Quarta consolatio ab exemplis aliorum, quod hujusmodi damnum non ipse solus sit ex-

pertus, sed quod idem alii multis perpessi. *Lubin.* Communia illa sunt; sic vivitur; omnes fere depositum inficiantur, si quis quid reddit, magna habenda est gratia.

9 *Casus, &c.*] Hic casus multis hic cognitus est, qui eandem fortunam experti. *Lubin.*

10 *Tritus*] Metaphora a via. Tritos per assiduum usum frequentatus.—*Et e, &c.*] Non e summis fortunæ incommodis. Vel, Inter hominum fortunas frequentissimus, et ideo ferendus. Vel, E medio omnium incommodorum numero, quibus homines vexari soleat.—*Acervo*] *Acervo* dicit, multos enim et varios casus habet fortuna. *Idem.*

11 *Ponamus, &c.*] Monet Calvinum, ne nimis impatienter hoc quidquid est damni ferat, cum adeo grave non sit. Deponamus itaque illos dolores, qui majores sunt, quam calamitas vel damnum.—*Flagrantior*] Vehementior, et major quam par est, et dolor non debet major et sævior esse, quam ipsum vulnus. *Idem.* In tuis quoque malis id agere te oportet, ut dolori tantum des, quantum poscitur.—*Ponamus, &c.*] Pone quod debes tristari, sed ita ut oportet secundum damnum. *Vet. Sch.*

12 *Viri*] Prudentis, magnanimi. Cum illa imbecillitas in muliere quodammodo possit excusari. *Lubin.*

13 *Tu, &c.*] Ordo est sensus est: Tu ira et fervore ardens, intimis visceribus spumantibus, et inflammatus, quod depositum tibi denegatum sit, vix potes ferre exiguum malorum quamvis levium particulana. Quasi hoc viro parum conveniat, tam levibus de causis succumbere. Est autem acris objurgatio.—*Levium, &c.*] Pecuniarum et rerum externarum jactura, et quam jacturam multi sapientes malum non appellarent. *Lub.*

14 *Spumantibus*] Ira æstuantibus visceribus, quasi bilis, ira et fervore spumet. *Idem.*—*Spumantibus, &c.*

**Fragrantibus, Iratis. Vet. Sch.**

15 *Sacrum, &c.*] Quod sollicite et sancte conservandum et reddendum; utpote quod sacri et non violandi sacramento jurisjurandi adhibito, se tibi redditurus est pollicitus. *Lubin.*

16 *Depositum*] Est autem depositum, id quod custodiendum alicui datum est.—*Stupet hæc*] Cum interrogatione, et quasi admiratione objurgat Calvinum, dicens quod viro seni hujusmodi nova esse non debent. Sensus est: An Calvinus, qui Fonteio consule natus est, et jam sexaginta annos vixit, hæc et consimilia quæ passim et ubique sunt, cum stupore demiratur? *Lubin.*—*Stupet, &c.*] Interrogative ipse increpat: Hæc seni nova videri non debent. *Vet. Sch.*

17 *Fonteio, &c.*] Vixit L. Fonteius Capito sub Nerone, collega ipsi in consulatu C. Vipsanius. Hinc promtum est, conjicere, quo tempore Juvenalis vixerit, et hæc scripserit, nempe secundo anno Hadriani, Anno Urbis 872. Vide Lipsium lib. iv. *Epist. Quæst. Epistola 20. Lubin.*

18 *An, &c.*] Anne nihil profecisti arte vitæ humanæ, tot rerum usu, et tanta ætate? *Idem.* Cum abierit etiam in proverb. 'Experientia rerum magistra.'—*An, &c.*] Tanti temporis usus non tibi proficit. *Vet. Sch.*

19 *Magna, &c.*] Demonstrat quod homines non solum Sapientiæ studio, verum etiam longæ vitæ experientia calamitates ferre debeant discere.—*Magna, &c.*] Id est, Philosophia moralis vel studium humanitatis, fortunæ domina et victrix, quæ dat vitæ et morum præcepta venerandis et sacris libellis Ethicis, magna quidem, potens ac valida est, adversus omnia hæc adversæ fortunæ tela.—*Præcepta*] Vitæ rite et recte gerendæ et administrandæ. *Lubin.*

20 *Victrix, &c.*] Vitæ dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum; imo profligatrix. Ubi enim sapientia

ibi exsulat fortuna.—*Sapientia*] Philosophiam moralem intelligit, quæ libris Sapientum continetur.—*Dicimus, &c.*] Id est, Illos etiam merito felices et sapientes dicimus et putamus, qui sine libris Philosophorum per se, per vitæ humanæ usum et experientiam, omnia vitæ incommoda prospicere et ferre didicerunt. *Idem.*

21 *Qu i, c.*] Seneca Epistola 99. 'Et hoc ipsum, si intelligimus, solatium est, æquo animo perdere, quod peritulum erat.'—*Incommoda vitæ*] Res adversas.—*Hoc, &c.*] Pro sapientes, posuit. *Vet. Sch.*

22 *Nec, &c.*] Necessitatis jngo non reluctari, adversitatis onus abjicere, ferre æquo animo, quæ humanitas eveniunt.—*Vita, &c.*] E longa vitæ tanquam ex præceptore didicerunt, ferenda non culpanda esse, quæ mutari nequeant. *Lubin.*—*Nec, &c.*] Translative: Qui non reluctantur contra necessitatem. *Vet. Sch.*

23 *Quæ, &c.*] Id est, Quæ dies adeo sacra et festa est, qua non aliquis in furto, scelere, aut fraude deprehendatur. Id est, Quæ non prodatur aut manifestet aliquod scelus facinus cujusdam furis, vel perfdi. *Lubin.*—*Quæ, &c.*] Quid tam sacrum celebratur, ut non quotidie delinquant inficantes homines? *Vet. Sch.*

24 *Atque, &c.*] Ex omni scelere quæsitum emolumentum. *Lubin.*

25 *Et, &c.*] Id est, Qua die non aliquis ob nummos, gladio vel veneno in pyxide parata interemtus sit? Hoc loco notandum, quod pejora flagitia censuerint, die festo commissa.—*Gladio*] Latrones et sicarios notat.—*Pyxide*] Intelligit veneficas, et venenum in pyxide clausum. *Idem.* Sunt qui per pyxidem intelligant pyrgum aleatorium, fritillum sive phimum.—*Gladio, &c.*] Veneno, vel gladio. *Vet. Sch.*

26 *Rari, &c.*] Probat illud viri sapientis dictum, *Παλεις κακοι*. Dicit autem vix in tota urbe Roma septem

bonos inveniri. Alludit ad Græciæ sapientes, qui numero septem fuere: ut et fuere septem portæ Thebarum, et totidem Nili ostia. Intelligo autem de Thebis in Bœotia. Nam Thebæ in Ægypto centum portas habebant. *Lubin.*—*Numerus, &c.*] Septem portas habent Thebæ, et septem ostia Nilus, et septem sunt sapientes. *Vet. Sch.*

27 *Dicitis*] Nam suo limo agros feraces et fertiles reddit, illos inundans. *Lubin.* Grangæus *divitem* dicit, quia fluit aurea arena: unde a Cedreno dictus sit Chrysorroas, q. aurifluus.—*Ostia Nili*] Illa septem sunt: Pelusiacum, Canopicum, Bolbircum, Sebeniticum, Phanniticum, Mendesium, Taniticum.

28 *Nona, &c.*] Noster hoc loco mundum tamquam hominem facit, ei attribuens totidem ætates, sive ætatis gradus; quæ septem singulis annis circumscribebantur. Uti ergo nona ætas hominis flaccescit, deficit et decrescit, ita etiam mundo solertissime ascribit nonam ætatem deteriorem multo præcedentibus. *Lubin.* putat Juvenalem hic imitari Græcos, qui septem vel octo, pro metallorum numero, ætates posuerint. Alii pro *Nona*, legunt, *Nunc.*—*Pejoraque, &c.*] Id est, Aguntur jam a nobis pejora secula et deteriora, quam ferrum est; quorum seculorum sceleri et vitio ipsa natura nullum nomen invenit, et nomen a nullo metallo imposuit. Ut necesse sit hanc terream vel luteam appellare. *Lubin.*

30 *A nullo metallo*]. Cæteris enim ætatibus Græci a septem metallis, et electro ex auro et argento mistis fictitia indidere nomina. *Farnab.*—*Et, &c.*] Quemadmodum priora tempora habuerunt nomina, id est, aurea, argentea, et cætera. *Vet. Sch.*

31 *Nos, &c.*] Quasi dicat: Huic seculo omnium sceleratissimo nos Dei reservarunt, et tamen adeo bardi et stupidi sumus, ut si quid nobis accidat

mali, aut si quid sceleratum facinus videamus, tanquam aliquid novum, et inusitatum videamus, incipimus exclamare, et imploramus Deorum et hominum fidem. Ex quiritationis formula, de qua magnus *Brisson.* Quasi vero hæc non semper passim et ubique obvia habeamus. *Farnab.*—*Nos, &c.*] Cum scelerata secula nos hunc errorem patimur, ut hominum ac Deorum fidem imploremus. *Vet. Sch.*

32 *Quanto, &c.*] Tam indignationis vehementi clamore, quanto cientes propter sportulam laudant patronum suum Fesidium orantem et causas agentem. Fuit hoc non causidicis solum, verum et Poëtis usitatum, qui multis dabant sportulam, ut ab illis laudarentur.—*Vocalis, &c.*] Cœna, sive centum quadrantes, dans vocem comitibus, qui alias sine spe cœnæ vel sportulæ obmutescerent. Sic facete Martiali 'cœna diserta' appellatur. *Grang.*—*Laudat, &c.*] Cum ipsis acclamationibus solennibus *ορχαί, εαγε, belle.*—*Quanto, &c.*] Ut ostendat Fesidium conductos tunc habuisse, qui eum agentem causas magna voce laudarent. *Vet. Sch.*

33 *Dic, &c.*] Acriter objurgat simul jam et vexat Calvinum, suo more irrisorie contraria conjungens, qui tot annos vixerit, et sui seculi mores non didicerit, et nesciat, quanta voluptate scelerati adficiantur, si per falsimonias et fraudes aliorum bona et pecuniam occupent.—*Bulla, &c.*] Erat *bulle* insigne ingenuorum puerorum, quod e collo ad pectus porrigebatur, habens figuram cordis, ut quidam arbitrantur. *Lubin.*—*Dic, &c.*] Inrisive, quasi iterum pner: hoc ex proverbio Græco, *ταῖς δὲ γέροντες*. Cæterum *bullæ* qui usus, et a quo inventus fuerit, supra dictum est. *Vet. Sch.*

34 *Quas, &c.*] Id est, In quantis delictis sit aliena pecunia, per fraudes occupata. Eo dicit, quia sceleratis alienam rem per fraudem occupare est longe jucundissimum.—*Veneres.*

*Quæ illicia; Quam jucunditatem!—Necesse, &c.]* Id est, Ignoras quas voluptates populo præstas, cum perfidiam miraris? *Vet. Sch.*

*35 Quem, &c.]* Id est, Tu exigis et desideras fidem ab illo, qui Deum esse non credit, et ob id merito tanquam puer irrideris. *Lubin. — Quem, &c.]* Dicit homines quondam vixisse, pietatis fideique cultores: nunc vero tantam esse morum perversitatem, ut si quis forte iurijurandi religione teneatur, Deumque ultorem fore perjurii credat, ejus simplicitas, ut stolidam excipiat. *Rigaltius.*

*36 Et, &c.]* Id est, Ut saltem in uno atque altero templo cœleste aliquod numen credat, aliquem deum, qui res hominum intueatur. *Lubin.*

*37 Rubenti]* Vel ob ignem rufum, vel victimarum sanguine. *Lubin. — Aræque rubenti, &c.]* Sanguinolentæ, vel, ex igni. *Vet. Sch.*

*38 Quondam hoc]* Ostendit priscis seculis ante ætatem Jovis, Fidem et Justitiam in hominibus viguisse, quas virtutes nemo sapiens sua ætate ab hominibus consceleratis jure possit exigere.—*Hoc]* Hoc more, quem tu jam ab hominibus exigis, vivebant olim antiquissimi Italiæ populi, cum adhuc Saturnus regnaret.—*Indigenæ]* Latini, Aborigines, antiquissimi populi Italiæ, *αὐτόχθονες*, quasi inde geniti, nec aliunde venientes.—*Præquam, &c.]* Imperante adhuc Saturno, quo aureum seculum fuit, cum Saturnus nondum a filio Jove regno esset pulsus, qui profugus e Creta in Italiam pervenit, ibique a Jano hospitio exceptus est, cum nondum in Latium pervenisset, ibique latitaret. *Lubin. — Præquam, &c.]* Id est, Temporibus, quibus Saturnus regnum tenuit, fidem homines exhibebant. *Vet. Sch.*

*39 Diademate]* Corona, regali insigni. *Sat. v. vs. 159. Lubin. — Falcem]* Hanc Saturno, vel Chrono, i. e. temporis, attribuerunt. Ille enim omnia domat et amputat; omnia etiam de-

vorat et absumit, unde pingi solet *καὶ ἀποφάγας*.

*40 Tunc, &c.]* *Supp. erat:* Cum nondum matrona fratri suo Jovi nupisset, nondum adulta Junone et Jove. Dicitur enim Jupiter argenteo seculo paulatim omnia scelera proprio exemplo invenisse. Testatur hoc auctor etiam *Sat. vi.* cum dixit, 'Viderunt primos argentea secula mœchos.' *Lubin.*

*41 Et, &c.]* Aurea ætate, qua Saturnus, et nondum Jupiter regnabat, homines fidem et pietatem colebant. Cum Jupiter nondum rex esset, sed privatus in Idæis antris a Rhea matre abscondebatur, ne a patre Saturno ex pacto cum Titane fratre, masculus partus devoraretur. Fabula est notissima. *Idem.—Idæis antris]* An montis Idæ, qui est in Creta? an qui est in Phrygia? nam utrumque fuisse Jovis cububula diversi Auctores diverse asserunt.

*42 Nulla, &c.]* *Supp. Tunc erant.* Obiter suos Deos more suo irridet. Cum Dii nondum incontinentes et luxuriosi essent, nullaque adhuc delicata et lasciva convivia in cœlo agerent. *Lubin. — Nulla, &c.]* Inrisiones per immutationes formarum. *Vet. Sch.*

*43 Nec, &c.]* Cum Ganymedes nondum in cœlum raptus, cinædus et pincerna Jovis. *Sat. v. vs. 56.—Ilinc]* Fuit enim Ganymedes Troia filius, Assaraci frater, qui Tros rex Ilia vel Trojæ fuit.—*Formosa, &c.]* Heben juventutis Deam intelligit, quæ ante Ganymedem Jovi cyathos ministrabat. Hinc autem odium Junonis in Trojanos, non solum ob Paridis judicium, verum etiam ob Heben ab illo ministerio remotam propter Ganymedem. Erat autem Hebe filia Junonis, quæ postea in cœlum recepto Herculi nupsit. *Lubin. — Herculis, &c.]* Hebem dicit.—*Nec, &c.]* Ganymedes. *Vet. Sch.*

*44 Et jam, &c.]* A nectare et conviviis Deorum ad officinam reversus. Vel: Cum nondum esset Vulcanus

Deorum faber, qui jam post remotas epulas et mensam, ubi nectar, Deorum vinum siccavit, et exhausit in mensa, surgit manus aqua tergens et lavans, manus, inquam, et brachia nigra ex fuligine officinae suae fabrilis in Lypara Vulcania Insula. Verum illud *Tergens* commodius et rectius explico, mædificiens, et irrigans nectare epoto et exsiccato. Non enim verisimile est sese a nectare purgasse, et manus abluisse, cum ad tam sordidum et immundum fabrilis opus reverteretur. *Lubin.*—*Et jam, &c.*] Ut bene placeat etiam exsiccato, feculento, aut liquefacto. *Vet. Sch.*

45 *Liparas*] A Lipara insula in freto Siculo, cui rex Liparus nomen dedit. Omnes vero illæ Siculae insulae Vulcano sacrae: quæ a Græciis *Ephestiae*, a Latinis *Vulcaniæ* appellantur. In his vero officinam suam habere, et Jovi fulmina fabricare a Poëtis fingitur. *Lubin.*

46 *Prandebat, &c.*] Unusquisque Deus sibi privatim vivebat, nulla communia convivia instituebantur.—*Sibi*] *Emphasis* habet. Nondum enim Dii luxuriosi erant.—*Nec, &c.*] Contemptum dicit turba, id est, Tum temporis nondum tam multiplex Deorum vulgus erat: cum hoc tempore totum fere cælum genere humano repletum sit. *Lubin.*—*Prandebat, &c.*] Non in convivio communi, sed privatim. *Vet. Sch.*

47 *Talis*] Tam luxuriosa et libidinosa.—*Contentaque, &c.*] Vehementer Deos suos irridet. Cum nondum tot homines inter numina et sidera collocasset. *Lubin.*

48 *Miserum, &c.*] *Scoptice*. Qui jam pondus et onus tot Deorum solus cogitur sustinere, sine ullo Hercule adjuvante. Hoc dicit, quia fingunt Atlanta, Regem Mauritanis, qui in mentem versus sit, cælum sustinere, quem hic tanta Deorum in cælum translatorum multitudine, copia et pondere defatigatum pene oneri succumbere dicit. — *Urgebant*] Preme-

bant. *Idem.*—*Miserum, &c.*] Quia dicunt eum cælum sustinere: ut Virgilius, 'Axem humero torquet stellis ardentibus aptam.' *Vet. Sch.*

49 *Nondum, &c.*] Id est, Cum nondum Deorum aliquis triste profundum maris imperium sortitus esset. Tres Saturni filii, Jupiter, Neptunus, Pluto, fratres de imperio universi sortiti sunt: Quo Jovi cælum, Neptuno maris imperium, et Platoni inferorum regnum obtigit.—*Triste*] Alii de Plutone intelligunt, et regno inferorum squalido horrenti. Sed melius est hæc intelligi de Neptuno, cum Platonis statim nominatim mentionem faciat, quia etiam profundum absolute pro mari ponitur: Seneca, 'Non necesse est omne perscrutari profundum.'—*Nondum, &c.*] Id est, Cum adhuc nec Juppiter regnum cæleste teneret, nec Neptunus mare, nec Pluto Inferna cum Proserpina. *Vet. Sch.*

50 *Sicula, &c.*] Cum nondum esset Plato Deus ille inferni immitis horrendusque cum Cereris filia, uxore Proserpina, in Ætna Siciliæ monte rapta. *Lubin.*

51 *Nec, &c.*] Cum nondum infernos et pœnæ infernales essent, ut rota, qua Ixion, qui Junoni stuprum inferre voluit, volvitur, quia hospitii jura violare voluit. *Hygin. Fab. 62.*—*Furiæ*] Tres ultrices scelerum, Alecto, Tisiphone, Megera, quæ face, ferro, et flagris nocentes persequuntur.—*Saxum*] Sisyphi, ob furta, et fraudes.—*Vulturis, &c.*] Qui jecur Tityi apud inferos lancinat, eo quod Latonam de stupro sollicitasset. Virgilius: 'Viscera præbebat Tityus lanianda, novemque Jugeribus distractus erat.' Hunc Diana sagittis confecit. *Lubin.*—*Nec, &c.*] Rota, in qua Ixion dicitur volvi. Saxum, quod Sisyphus volvit. Vultur, qui jecur Tityi comedit. *Vet. Sch.*

52 *Hiñares, &c.*] Sui juris, lætæ, innocentis, sine sceleribus, ut regibus

et iudicibus infernalibus nihil opus sit.—*Sine, &c.*] Sine Plutone, sine iudicibus, *Aëao*, *Rhadamantho*, *Triptolemo*. *Lubin.*—*Hilares, &c.*] Nam non erat opus iudicibus, dum scelera procederent. *Vet. Sch.*

53 *Improbis, &c.*] Describit ulterius tempora aurei seculi, et contra suæ ætatis scelera incessit. *Improbis* enim illo ævo fuit rara et nova, et inusitata.—*Illo, &c.*] Emphatice, non nostro. *Lubin.*—*Improbis, &c.*] Mirabile fuit si quis illo tempore improbus inveniretur. *Vet. Sch.*

54 *Credebant hoc*] Commendat prisci aurei seculi erga seniores reverentiam.—*Morte, &c.*] Supplicio capitali puniendum. *Lubin.*

55 *Vetulo*] Cuicumque seni.—*Non assurrexerat*] Surgendo honorem non exhibuerat.

56 *Barbato*] Si juvenis seniori non assurrexerat, et puer juveni cui prima genas lanugo inumbrabat. Barbulam enim juvenes usque ad virilitatem nutriebant. *Ferrar.*—*Licet, &c.*] Licet puer semet ipsum, suosque parentes ditiores sciret illo, tamen honorem ipsi deferbat. Illo enim tempore divitiæ non spectabantur, sed virtus et prudentia. *Idem.*

57 *Fraga*] Alii habent *farræ*, et exponunt, licet ipse ditioribus ac magis conspicuis parentibus natus esset. *Torrent.* Vel, quasi farre et pulte, Saturno imperante, vixerint. Et *Farnabius* Poëtam respexisse credit ad versum illum Ovid. v. *Metamorph.* 'quo non possederat alter Latinus, aut totidem tollebat farris acervos.' Falsam hoc; et legendum *Fraga*. Illi enim tum temporis frumenta nesciebant, sed frugibus, silvestribus pomis, fragis, glandibus victitabant, et hisce illorum divitiæ censebantur. *Lubin.*—*Glandis acervos*] Priscorum censum.—*Plura, &c.*] Quamvis ditior esset. *Virgil.* 'Et humi nascentia fraga.' Divitiæ autem in fragis et in glande taxabantur. *Vet. Sch.*

58 *Tam, &c.*] Aliquem præterire ætate alium, et quamvis tantum quatuor annis. *Lubin.*—*Tam, &c.*] Ita, inquit, videbatur venerabilis ætas, ut pueri maioribus se annis quatuor deferrent \* ut sicut prima lanugo, id est, juvenes deferre senibus adfectarent. *Vet. Sch.*

59 *Primaque*] Eadem ratione pueri pubescentium lanuginem prosequabantur, qua juvenes senectæ canos referebant. *Ferrar.*

60 *Nunc, &c.*] Id est, Si quis jam quid reddit magna habenda est gratia, et si quis depositam apud se custodiendum traditum non inficietur, aut se accepisse neget, sed bona fide restituat, et veterem pecuniarum follem et pecuniarum ex corio sacculum cum tota pecunia æruginosa reddat, hujus fidem et probitatem demiramur tanquam prodiginum. *Lubin.*

61 *Veterem, &c.*] Crumenam, et sacculum, e corio tanquam follem.—*Cum, &c.*] Integrum et nulla parte diminutum. Id est, cum crumenam tam sancte conservavit, ut æruginem pecunia contraxerit, vel quem tanto tempore apud se retinuerit. *Æris vitium ærugo, ferri rubigo* dicitur. Posuit autem follem pro localis, æruginem pro pecunia. *Idem.*—*Cum, &c.*] *Æris vitium ærugo* dicitur, ferri rubigo. *Vet. Sch.*

62 *Prodigiosa, &c.*] Monstro et prodigio similis.—*Thuscis, &c.*] Dignæ quæ ob inusitatum novitatem scriptis haruspicum Thuscorum inseratur, cum reliquis portentis et prodigiis. Vel expianda tanquam monstrum ex disciplina Etrusca.—*Thuscis*] Ab Etruscis enim rationem expiandi et aruspici-nam didicerunt. *Lubin.*—*Prodigiosa, &c.*] Quasi monstrum similis. *Vet. Sch.*

63 *Quæque, &c.*] Quæ fides merito aliquo sacrificio expietur per agnam quandam.—*Coronata*] Ad sacrificium destinata; ut moris erat.—*Lustrari*] Circumiri, per circuitum purgari et expiari. *Lubin.*—*Debeat*] Putabam,



*Quæ res Fidei in ade, sacrificiis lustrari debet.* Sed Jos. Scaliger legebat, *Quæ res*, id est, *fides*, vel etiam *fœdus*.—*Quæque, &c.*] Quasi tam mira fides sacrificiis lustrari debeat. *Vet. Sch.*

64 *Egregium*] Iniquitatem temporum suorum notat, innuens prodigiosam rem esse, si vir bonus reperitur.

65 *Hoc, &c.*] Monstra et prodigia rara sunt et insolita, eo respicit.—*Puero, &c.*] Veluti si puer natus esset semibos ut Minotaurus, vel semiequus, ut Centauri. Id est, prodigioso et portentoso partui.—*Vel mirandis, &c.*] Sane prodigium admirandum esset, si sub aratro pisces invenirentur, ut in vicinia Erfurdæ carnes sub terra aut aliquot annos inventæ dicebantur. Est autem legendum *mirandis*, non *miranti*. Gatakerus legendi censet: *miranti*.—*Sub, &c.*] Theophrast. de piscib. in Paphlagonia inquit: 'effodi pisces gratissimos cibis, terrenos, altis scrobibus, in his locis, ubi nullæ restagnant aquæ.' Plin. ix. 57. Strabo l. xii. Ælian. viii. Variar. histor.—*Hoc, &c.*] Id est, hoc tempore vir bonus monstris conferendus est. *Vet. Sch.*

66 *Fœte, &c.*] Gravidæ et prægnantis. Quod autem mulæ neque pariant, neque concipiant; ratio est, quia constant ex differentibus specie animalibus. Plin. viii. 44. Mulam parere portentum non existimat Varro, imo multoties mulas peperisse apud auctores invenimus. Quare hoc condonandum antiquis. *Grang.*—*Et, &c.*] Monstris. Prodigia quæ bellum civile Cæsaris et Pompeii præcesserunt. *Vet. Sch.*

67 *Solicitus*] Scoptice. Ego Juvenalis ero propter prodigium stupidus et attonitus, non aliter quam si lapides per imbrem deciderint: quod in prodigiis sæpe refert Livius. Illud autem novendiali sacro expiatur. *Lubin.*

68 *Examenque, &c.*] Id est, si in

culmine vel summitate templi exstant apiam in modum longæ uvæ botri vel racemi dependens desederit. *Urs* dicit; apes enim in examine pedibus inter se connexæ, in racemi speciem dependent. *Lubin.*

69 *Tanquam, &c.*] Nimia enim vis aquarum religionem facit, et inter portenta reponitur. Cave autem ad sanguineos annes aut similia referas. *Grang.*

70 *Gurgitibus miris*] Inusitata aquarum congerie et rotatione.—*Et lactis, &c.*] Cum scilicet lacte pluit, et in torrentis morem vortice fluit: vel, in modum turbinis cum impetu sese volvit et revolvit, ut solent impetiosi fluvii.—*Gurgitibus, &c.*] Aut lacteis, aut sanguineis. *Vet. Sch.*

71 *Intercepta, &c.*] Hoc infert tanquam absurdum. Quasi dicat, Tam perditio seculo vivimus; ut vir bonus et fidelis prodigii loco sit: et tamen tibi mirum videtur quod deceptus sis, ægreque fers et conquereris, quod quisquam depositum decem Sestertium tibi interceperit, et abstulerit, cum alii longe graviora damna sint passi.—*Intercepta*] Per fraudem ablata. *Lubin.*—*Intercepta, &c.*] Apostropham facit ad illum, cujus ob relictum sacrificavit. *Vet. Sch.*

72 *Fraude sacrilega*] Amici tui, apud quem illa deposuisti. Forte quod perjurio sese purgavit in iudicio.—*Quid, &c.*] Consolatur eum aliorum exemplo, graviora perpeccorum. Id est, Tu tantum decem perdidisti. Contra inveniuntur alii, qui pari modo vel ducenta sestertia amiserunt: id est, qui vices plus damni sunt perpeSSI. *Lubin.*

73 *Hoc modo*] Inficiatione depositi, fraude, sacrilegio, perjurio.—*Arcana*] Vel secreto data, et fidei alterius tacite commissa sine ullis testibus; vel arcana, quod non multum conquestus sit de hac jactura, quod illa aliis non innotuerit.—*Majorem, &c.*] Plus quam viginti Sestertia, et prope censum

equæstre[m]. *Idem.*—*Hoc, &c.*] Perdidit commodatam: *παράδοχον*. *Vet. Sch.*

74 *Quam, &c.*] Quam summam angulus vel capacitas amplæ arcæ vel ciatæ vix continere poterat, ob magnitudinem. Hoc eo dicit, nam ditiores suas opes arcis includebant. *Lubin.*

75 *Tam, &c.*] Egregia sententia, qua notat impios facile contemnentes ipsos Deos, si quid turpe faciant, modo homines ignorent. Id autem ex nulla alia causa fit, quam quod plerique Deum esse non credunt.—*Prosum*] Proclives enim homines sunt ad fallendum.—*Superos, &c.*] Qui omnia vident tanquam testes, et quos homo juxta sapientem non solum male agens fallit, sed ne cogitans quidem. *Idem.*—*Tam, &c.*] Id est, facilius contemuntur Dii, quam si hominis testimonium intersit, qui in judicio dicat, 'vidi.' *Vet. Sch.*

76 *Aspice, &c.*] Accurate et graphice depingit talium hominum constantem malitiam, et inauditam audaciam et impudentiam: qui neque Dei neque hominum præsentia impediti falsissima et mendacissima jurare non erubescant.—*Quanta voce*] Magna et pertinaci voce, tanquam talia nunquam cogitaverint. Id est, quam audacter et pertinaciter perjuri pejerent. *Lubin.*

77 *Quæ sit, &c.*] Quam impudentes sint, et quantopere norint frontem suam effingere, gravem et severam componere, tanquam si essent viri integerrimi et sanctissimi.—*Ficti*] i. e. simulati vultus.—*Constantia*] Non mutat vultum, est in sua malitia confirmatus. *Idem.*—*Quæ, &c.*] Pro, quanta sit: ut Terentius: 'Num ejus vultus pudoris signum usquam indicat?'—*Vultus*] Negantis vultus. *Vet. Sch.*

78 *Per, &c.*] Jurat per Supera, Infera, Cœlestia, Inferna numina.—*Terpeiaque, &c.*] Per Capitolini Jovis fulmina. *Brisson.* viii. de formul. *Plin.* ii. 7. Nam et alii Dii, Mars, Pallas,

Vulcanus, Summanus, fulmina jactantur. *Grang.*—*Terpeiaque, &c.*] Capitolini Jovis. *Vet. Sch.*

79 *Francam*] Tacitus Germanicam hastam esse dicit angusto brevique ferro. *Lubin.* Hic autem pro gladio poni videtur, nam Martis est insigne: ut hasta insigne est Palladis, Agell. 10. 15. *Britannicus.*—*Cirrhæi, &c.*] Per Apollinis vatis sagittas, qui in urbe Cyrrha ad radices montis Parnassi colitur. *Lubin.*

80 *Per, &c.*] Per sagittas, quæ ex calamis fiebant, et spicula leviora ipsius Dianæ. *Idem.*—*Per, &c.*] *Κατὰ κοινόν*: Per omnes Deos jurat. *Vet. Sch.*

81 *Perque, &c.*] Neptunus enim pater Ægæi, qui pater Thesei. *Hygin.* Fab. xvi.—*Tridentem*] Fuscina[m]. *Lubin.*

82 *Herculeos*] Sagittas, sine quibus Troja expugnari non potuit, quarum hæres fuit Philoctetes. Male quidam legunt *artus*: nam de telis loquitur, ut patet ex seqq. *Quicquid habent, &c.*—*Hastam, &c.*] Quam cum clypeo gerit. Antiqui enim per hastas jurare soliti. *Turnebus* viii. 16.

83 *Armamentaria*] Jocose. Id est, jurat per omnia Deorum arma, quotquot reponuntur in armorum repositoris in cœlo. *Lubin.*—*Armamentaria, &c.*] In quibus arma posita sunt. *Vet. Sch.*

84 *Si, &c.*] Id est, si ille qui jurat liberos habet, tum jurans ita dicit: Si mentior, aut jnrans fallo, contingant mihi omnium horribilissima, qualia Thyestæ contigerunt, ut filii mei carnes et caput elixum comedam.—*Flebile*] Fletu et lachrymis deplorandum. *Lubin.*—*Comedam, &c.*] Id est, per filios suos jurat, sic non eos comedat. *Vet. Sch.*

85 *Sinciput*] Partem aliquam filii mei cocti et bulliti. *Lixam* veteres aquam nominarunt a liquore.—*Pharioque, &c.*] Id est, quod sinciput, vel quæ pars madeat, ut caput verveis vel porci in laudatissimo illo et

acri aceto *Ægyptio*. Athen. ii. 26. Est autem *Pharos* insula juxta Canopicum Nili ostium. *Lubin.*—*Pharioque, &c.*] *Ægyptio*, forti. *Vet. Sch.*

86 *Sunt, &c.*] Reddit jam rationem tantorum scelerum et perjuriorum, quam demonstrat esse impietatem qua homines omnia casu, nihil autem providentia Dei fieri censeant.—*In, &c.*] Juxta Epicurum, qui Deum et providentiam sustulit. Qui miseri et infelices ignorant Senecæ illud dicentis: 'Natura, fatum, fortuna, casus, sunt omnia unius et ejusdem Dei nomina.' *Lubin.*—*Sunt, &c.*] Dicit quam ob causam homines perjurent, cum dicant quod non Diis agimur, sed fortunæ casibus. Quid ergo Dii nocerent læsi, si fortuna disponente vita hominum regitur. *Vet. Sch.*

87 *Et, &c.*] Incredibilis hæc est cæcitas, infra etiam bruta. Certe nulla herba tam exilis, quæ creatorem suum non demonstret. Egrege autem Avicennas: 'Qui Deum in natura non vident, non solum ratione carent, sed etiam sensu.' *Lubin.*

88 *Natura, &c.*] Quasi natura bruta et irrationalis sit causa rerum naturalium, et omnium rerum vicissitudinem, ortum, et interitum producat. Cum tamen vere loquendo, *Natura* nihil sit aliud quam Deus. *Lubin.*—*Et lucis*] Diei, anni temporum, motuum.—*Natura, &c.*] Ut natura disposuit. *Vet. Sch.*

89 *Atque, &c.*] Ob eam rem, quia non putant esse Deos, quos offendant, sine ullo metu et timore pejerant.—*Altaria*] Eo enim dicit, nam in templis ad aras solebant conceptis verbis jurare, easque tangere. Macrob. Sat. iii. 3. Virg. *Æneid.* iv. vi. xii.—*Atque, &c.*] Sine nullo timore pejerant. *Vet. Sch.*

90 *Est, &c.*] Secundum genus hominum, qui Deum quidem credunt, ejusque iram expavescunt, sed tamen pejerant. Pecuniam scilicet iræ et offensæ Deorum anteposcentes;

vel quod credant esse placabiles. Culpam enim pena premit comes. *Lubin.*—*Est, &c.*] Qui credit delictum posse puniri voluntate Deorum, sed veniam sperat. *Vet. Sch.*

91 *Hic, &c.*] Id est, Non prorsus est impius; constitetur quidem deum esse; sed tamen fiducia longanimitatis vel misericordiæ Dei peccat.—*Atque, &c.*] Secreto in animo suo cogitat et ratiocinatur. *Lubin.*

92 *Decernat*] Id est, Isis vel Harpocrates, vel quicumque alius Deus de meo corpore constituat, tanquam judex decernat, et quodcumque volet supplicium sumat; dummodo perjurio, aliorum nummos obtineam, nihil curo. *Lubin.*

93 *Isis*] Hæc Dea cum Harpocrate corporibus morbos inmittere credebatur. Ad hos Persius respexit, cum inquit Sat. v. vs. 186. 'Incussere Deos inflantes corpora.'—*Irata, &c.*] Insenso et infesto. Hypallage, pro ipsa irata. Est autem *sistrum* instrumentum æreum, vel etiam aureum et argenteum, quo in sacris Isidis arguto strepitu resonabant. Isis enim *sistrum* gerebat dextra manu, et *wpà τὸ σῆμα*, id est, ab agitando derivatur. Turneb. xxvi. 33.—*Feriat, &c.*] Oculis me privet, et cæcum reddat.—*Feriat, &c.*] Id est, cæcum etiam faciat. *Vet. Sch.*

94 *Dummodo vel, &c.*] Si saltem pecuniam illam quam accepiisse nego, et propter quam perjurium facio, etiam oculis captas retineam.—*Dummodo, &c.*] Id est, si pro ingenti pretio ferenda sit cæcitas, dummodo magnum sit quod negetur. *Vet. Sch.*

95 *Et, &c.*] Id est, Tantine reputanda est Phthisis et alii morbi, quos Isis inmittere creditur, ut ob id nummos congerere desinam? Est autem *Phthisis* lenta illa tabes, qua, virtute epatis debilitata, corpus paulatim atteritur: vel quæ fit ex exulceratione pulmonum.—*Vomicæ, &c.*] Ulcera, apostemata, abscessus maligni et la-

tentes, putridi, et puris pleni.—*Dimidium crus*] Reliquo crure dissecto. *Lubin.*

96 *Sunt, &c.*] Judicanda scilicet et æstimanda; innuit enim longe satius esse segrotare cum divitibus, quam sanum esse et pauperem.—*Pauper, &c.*] Id est, nobilissimus ille et velocissimus cursor Ladas, qui in Olympico certamine victor fuit, ille non dubitet sibi exoptare podagram, cum multis divitiis conjunctam. Solin. c. 6.—*Locupletem, &c.*] Non Satyrice, ut Lubinus, Grangens et plures, quod illa nempe divitibus plerumque familiaris et infesta sit, sed afflictionem hanc in summa opulentia: nam sic cum superioribus hæc loquutio optime conjungitur.—*Sunt, &c.*] Melius est segrotare cum divitiis, quam esse sanum pauperem. *Vet. Sch.*

97 *Si, &c.*] Dummodo tolerabilis sit morbus, ne quisquam ex morbi magnitudine insanus reddatur, ut helboro ipsi opus sit, vel nobilissimo aliquo medico, qualis Archigenes. Est autem *Anticyra* insula in Phocide, in qua maxima optimi veratri copia provenit, Pers. iv. 16. *Lubin.*—*Nec, &c.*] Ladas fuit inter nobilissimos cursores Olympico certamine, cui æmulus Talaris, eandem gloriæ palmam tulit, sed apud Elidem coronatus est. Sensus autem ex persona perjuri est, Melius est cum uno pede currere, quam pauperem vivere, et si hoc ais in cursu quod Ladas. *Vet. Sch.*

98 *Archigenes*] Pro quolibet docto et præstanti medico ponitur.—*Quid*] Ratio, quare Ladas podagram optare debeat, quod gloria ex velocitate pedum ipsi ad famem sedandam nihil conferat. *Lubin.* Vel quo mihi in Olympicis palma, si interea famelicus peream? *Farnab.*—*Quid, &c.*] Quid præstat coronari in *Elida*, ubi athletæ habent Olympicum certamen: pro in *Elide*: sic alibi. *Vet. Sch.*

99 *Præstat*] Quid confert, prodest?—*Et, &c.*] Id est, quid adfert commodi ramus esuriens, vel esuriendi cursori pauperi contingens.—*Pisa*] Pisa et Elis civitates sunt Peloponnesi, inter quas jacet campus vastissimus, qui Olympia nominatur, ubi ludi celebrabantur, quinto quoque anno ineunte, qui a locorum propinquitate dicuntur et Pisæi et Elæi et Olympici, non autem, ut falso quidam putarunt, ab Olympo monte. *Britan.*—*Ramus*] Corona ex rame oleæ, victoribus data nihil prodest si victor esuriat. Talis corona dabatur cursori victori. *Lubin.*

100 *Ut, &c.*] Verba sunt perjuri, cum concessione conjuncta. Id est, Licet Dei ira sit vehemens et gravis, tamen consolatur me quod lenta et tarda sit. Egregie Valerius Maximus: 'Lento quidem gradu ad vindictam divina procedit ira, sed tarditatem supplicii gravitate compensat.' Hac de re vide Plutarchi librum aureolum, De tarda numinis vindicta.—*Certe, &c.*] Interea nos genio et voluptati indulgebimus. *Lubin.*—*Ut, &c.*] Concedo, inquit, ut delictum puniant Dii; tarde tamen. *Vet. Sch.*

101 *Si, &c.*] 2. Consolatio, quod Dii si omnes nocentes velint punire tarde et post longum temporis intervallum, tandem ad omnes pervenirent. Riddle. Illi nimirum homines cogitant, Deum, more hominum per temporum intervalla agere.—*Curant*] Illud curiose agunt et student. *Lubin.*

102 *Quando, &c.*] Multos enim punient, et ob id tarde circuitum absolvent.—*Sed, &c.*] 3. Consolatio. Quod Dii forte placabiles, veniam sceleris daturi sint. *Idem.*

103 *Solet his*] Quibusdam scelertis ignoscit. *Idem.*—*Multi, &c.*] Id est, eadem scelera iidem homines sæpe committunt, sed diversa sorte, eventu, successu.—*Fortasse, &c.*] Fortasse, inquit, placabile numen, quod omnia diverse sunt fato: usque adeo

ut in eodem crimine deprehensi, alter crucem mereatur, alter imperium. *Vet. Sch.*

104 *Eadem, &c.*] Exempli gratia, si fur quisquam e plebe quatuor aut quinque florenos furto auferat, suspenditur; alii vero magni fures impune evadunt, juxta illud: 'Dat veniam corvis, vexat censura columbas.' *Lubin.*

105 *Diadema*] Coronam, laudem, honores. *Idem.*—*Hic, &c.*] Ut Romulus pro commisso scelere non dedit pœnas, sed imperium adeptus est. *Vet. Sch.*

106 *Sic, &c.*] Poëtæ verba. Id est, talibus et similibus consolationibus se in scelere adversus pœnam confirmant.—*Trepidum*] Alias, quod vindictam metuat. *Lubin.*

107 *Tunc, &c.*] Id est, Postquam animum ita obfirmarunt, cum tu illos ad juramentum compellis, de deposito; illi confidentes et perversas ad aram, ubi jurent, ultro te præcedunt, te ultro provocant.—*Delubra*] Ubi celebrari sacramenta consueverant, velut præsentibus et audientibus Diis.—*Vocantem præcedit*] Ut ad aram se juramento purget.—*Sacra, &c.*] Vocantem eum ad templum, ut juret. *Vet. Sch.*

108 *Trahere, &c.*] Imo vero cunctantem te traxit, licet sit noxius; et si ire recuses, tibi molestus est, et impellit, et te interim coram aliis indubrio habet. Exprimitur incredibilis sceleratorum malitia et confidentia. *Lubin.*

109 *Nam, &c.*] Id est, ubi cum mala sceleratissimorum hominum causa, sæpe audacia conjungitur, illa audacia apud multos speciem habet innocentiae et integritatis: putant enim ex recta conscientia et fiducia, tantam audaciam proficisci. *Britan.*—*Superest*] Adest, præsto est, et quasi abundat. *Lubin.*—*Nam, &c.*] Nam cum, inquit, homini, qui malam causam habet, id est, qui denegat alio-

num, visa fuerit improba contentio, audacia creditur innocens, ut mimem urbani scurræ agere hac inrisione audaciæ videatur. Talis est enim mimus, ubi servus fugitivus dominum suum trahit. Catullus mimographus fuit. *Vet. Sch.*

110 *Fidacia*] Bonæ conscientiae cum inviolata virtute conjunctæ.—*Mimum, &c.*] Alius quisquam perjurus, imitator illum mimum de quo videre est in Phasmate Catulli, ubi servus aliquis fugitivus et confidens, dominum suum trahit et vexat. Ita perjurus illos, quos malis artibus decipit. *Lubin.*

111 *Urbani Catulli*] Secundum Domitium, est Catulli cognomen. *Idem.* Sic quidem Lubinus; sed longe aliter et recte dicit Scaliger ad Catull. Quia, inquit, Scenatici homines, quos *βωλοδύους* vocant Græci, dicteria fundabant, ad risum spectatoribus movendum, propterea factum, ut Mimi, scurræ et Urbani vocarentur.

112 *Tu, &c.*] Id est, tu ex altera parte, qui a perjuro et scelerato innocens traheris et vexaris, conscias malitiæ et fraudis adversarii, Deos inclamas voce Stentorea. *Homer. Iliad. v.*—*Exclamas*] Et adversum Deos indignaris, quod talem sceleratum non puniant.—*Stentora*] Hic in exercitu Græcorum ad Trojam, tantam vocis altitudinem habuit, ut solus tantum clamaret, quantum alii quinquaginta. Hinc Proverb. 'Stentore clamosior!' *Idem.*—*Tu, &c.*] Præcones Græcorum: quia antiqui tubas non habebant. *Vet. Sch.*

113 *Vel, &c.*] Imo vero quantum Mars exclamat apud eundem Homerum a Pallade vel a Diomede vulneratus, qui tantum clamabat, quantum decem millia virorum, quando pugnam committunt.—*Audis*] Tu exclamans sic Jovem compellas, Vides et audis hæc et non punis? Audis tam manifesto falsa et perjura? *Lubin.*—*Quantum, &c.*] Mars cum plaga-

tus est a Diomede. *Vet. Sch.*

114 *Nec, &c.*] Nec indignaris et iram tuam ostendis movendo labra vel inflando buccas: nam ferunt Jovem, cum hominibus irascitur, prorumpere in maximos clamores, et buccas inflando mittere fulmina. Jovem ipsum increpat, ut socordem: et hominum stuporem arguit, qui simulacris æneis et marmoreis numen inesse aliquod sibi persuaserant. *Rigalt.—Cum, &c.*] Id est, Licet marmor vel æs stupidum et surdum sit, tua statua ex quo fusa est, tamen vocem deberet emitte. *Lubin.*

115 *Aut cur?*] Id est, si perjuriam vis punire, et nos non audire, non etiam dignus es, cui nos sacrificemus. *Idem.—Vel, &c.*] Cujus statua vel marmorea, vel ænea sit. *Vet. Sch.*

116 *Id, &c.*] In thuribulo vel acerra, in qua igniti carbonēs.—*Two*] Tibi dedicato, in honorem tuum.—*Pia, &c.*] In usum pium et rem divinam, tura tuis naribus accendenda, exempta papyro, cui inclusa erant.—*Charta, &c.*] In qua thura involuta fuerunt, id est, cucullo chartaceo, soluto. Jan. Rutgersius l. v. Var. lect. c. 5. vel intelligit de ea charta, in qua vota obsignata fuerant, jam soluta. *Lubin.*

117 *Sectum, &c.*] Id est, dissectum, et sectione divisum in sacrificiis. Id est, exta alicujus vituli, in quibus jecur primum locum obtineret.—*Albaque, &c.*] Pingua. Id est, pingnem membranam, quæ a medio ventre dependet. Hic ponitur pro intestinis. *Idem.* Vel *alba*, albi porci, per Hypallag. *Farnab.—Albaque, &c.*] Ut quid sacrificamus, si vocem non redditis? *Vet. Sch.*

118 *Ut video, &c.*] Recte hæc, (quamvis alio sensu) in fictitios illos Deunculos Ethnicorum dicuntur. *Farnab.* Sensus est, tam negligenter vos, Dii, res humanas curatis, et tam stupidi estis, ut nullum putem discrimen habendum inter statuas vestras et Bathylli.

119 *Vagelli*] Homines stultissimi. *Lubin.* Alii legunt *Bathylli*, qui Citharædus et Pantomimus, statuam in Samo, in Jannonis templo habuisse dicitur, a Polycrate tyranno ipsi dedicatam.—*Statuamque, &c.*] Ut video, inquit, inter vos et Vagellium, qui ut vos stultissimus accepit statuam. *Vet. Sch.*

120 *Accipe quæ*] Jam Juvenalis contra dolorem remedia adfert, non ex Philosophorum Stoicorum monumentis deprompta, sed unicuique parabilia in promptu et facili. Quasi dicat, Unusquisque vel rudis potest te et se ipsum in ista pecuniæ amissione consolari.—*Contra*] Dolorem scilicet et indignationem adversus homines peccantes, et Deos non punientes.—*Solatia, &c.*] Id est, remedia fortunæ adversæ sibi comparare, consequi, reportare. *Lubin.—Accipe, &c.*] Quæ valeat adferre solatia Juvenalis tibi. *Vet. Sch.*

121 *Qui, &c.*] Cynicorum et Stoicorum sectam gravissimus ille Antisthenes, Socratis discipulus incepit; Diogenes et Crates Thebanus absolvit. Porro Cynici cum Stoicis opes contemnebant, dicentes Virtutem nulla re indigere, et sibi sufficere ad beatam vitam. *Lubin.—Dogmata*] Sententias et opiniones Stoicorum.—*Et qui nec Cynicos, nec Stoica, &c.*] Non quod Stoici simplici pallio uterentur, Cynici duplici, ut vult Interpres: sed quod hi sine tunica essent, quam illi gestabant, in doctrina convenirent. Ergo idem pallium utriusque sectæ, hoc est Tribonium. Stoicos ergo a Cynicis sola tunica distinctos tradit Juvenalis. *Ferrar.—Et, &c.*] Dicit Cynicorum et Stoicorum dogma convenire, tantum veste distare. Nam Cynica hæresis mater Stoicæ. Cynici absque tunica et pallio exerto brachio. *Vet. Sch.*

122 *A Cynicis, &c.*] Cynici enim duplex pallium gestabant, Stoici vero tantum tenue et simplex. Cæte-

rum in doctrina nihil erat discriminis. *Lubin.* Stoici ergo tunicas, ut reliqui Philosophi et Græci omnes, gestabant, quibus carebant Cynici. Hi tamen sub pallio nudi non erant, ne quis id censeat; nec pallium διὰ γυμνῶς gerebant, sed interulas sive lineas tuniculas induti habebant. *Salmas.—Non, &c.]* Non veneratur, et per hoc, non legit Epicurum in voluptate et tranquillitate summum bonum ponentem.

123 *Exigui, &c.]* Paucis contentum; fuit autem Epicurus, teste Seneca, sobrius admodum, parvo horto et oleis contentus: ejusque schola fuit in horto.—*Latum]* Non sine voluptate contentum.—*Plantaribus]* Olusculis. *Lubin.—Exigui, &c.]* Qui in hortis de otio et voluptate disputat. *Vet. Sch.*

124 *Carentur, &c.]* Gravibus afflictis ærumnis gravem poscunt philosophum, qui consoletur et curet. *Farnab.* Per Allegoriam a medicis desumptam demonstrat Calvino damnum suum adeo magnum non esse.—*Dubii, &c.]* De quorum valetudine recuperanda dubitatur. Intelligit ipsos, qui magna damna sunt perpassi.—*Medicia, &c.]* Intelligit præstantes Philosophos Stoicos, medicos animorum. Quasi dicat, in tam exigua jactura te non consolabor rationibus Philosophicis. *Lubin.—Carentur, &c.]* Per Allegoriam sufficere se dicit in solatium amico damnum merenti. *Vet. Sch.*

125 *Tu, &c.]* Id est, tu venam incidendam, teque curandum trade etiam rudi medico, ut discipulo Philippi. Id est, ego etiam rudis et plebejus, non animi medicus aut Philosophus te consolabor. Id est, tu cujus damnum levius est, non ita gravi consolatore opus habes. *Lubin.*

126 *Si nullum, &c.]* Id est, si demonstrares alium non similia, imo graviora esse perpassum, causam non dico, quin ægerrime damna tua feras.—*Tam, &c.]* Quale ejus est fac-

tum, qui te decepit, cum tamen longe detestabiliora passim inveniantur. *Idem.*

127 *Tace]* Te consolari desine, non prohibeo te plorare, et muliebri more plangere.—*Nec, &c.]* In signum animi gravissime dolentis et perturbati; quod et in maximis doloribus fieri solitum. *Lubin.*

128 *Nec plana]* Id est, aperta manu faciem contundere et percutere, id est, plangere et lamentari. *Idem.*

129 *Quandoquidem, &c.]* Non veto, inquam, te dolere, quandoquidem janua est claudenda: id est, quandoquidem lubet addere dolorem damno, vel quandoquidem nulla tibi amplius est habenda spes, illud domum reditorum, quod amisisti. Videturque sumtum ex vulgato Proverbio, quod solet dici in eos, qui pecoris sui diligentes non fuere custodes, quibus per derisum imperatur, ut accepto damno stabulum claudant, per hoc sciant, sibi ereptam esse spem recuperandi, quod amiserunt. *Britan.—Claudenda janua]* Lugentes enim in luctus signum solebant et adhuc solent, januas et fenestras claudere. *Lubin.—Claudenda, &c.]* Quasi lugentes januas claudunt, cum damnum pertulerunt. *Vet. Sch.*

130 *Majore, &c.]* Imo vero morte amicorum plurimorum plurimi lætantur; jactura vero externorum bonorum omnes lamentantur.

131 *Nummi]* Et ratio est: Χρῆματα γὰρ ψυχῇ πέλονται δειλοῖσι βροτοῖσι. Et plerique nummos magis amant, quam homines. *Lubin.—Nemo, &c.]* Sed vere plangunt damna. *Vet. Sch.*

132 *Fingit, &c.]* Est autem ordo: Nemo, ut in funere fieri aliquando solet, contentus est in hoc casu, cum pecunia amissa est, vestem summam deducere, et oculos lacrymis invitis, vi extortis et expressis, vexare et torquere; nemo fingit dolorem. Alii legunt, *Figit. Schegkii* proœm. 5.—*In hoc casu]* In amissione bonorum.

—*Diducere*] Distrahere, et conari dilacerare, summam vestem, vel fimbriam vestimenti, in signum luctus vel mœroris magni. *Lubin.* Vel aperire, ut pectus appareat.

133 *Contentus*] Ut hoc modo dolori suo satisfaciat.—*Humore, &c.*] Fabis lacrymulis per vim ex oculis expressis. *Idem.*—*Humore, &c.*] Lacrymis extortis. Terentius: 'Una hercle falsa lacrymula.' Virgilius: 'Mens immota manet, lacrymæ volvuntur inanes.' *Vet. Sch.*

134 *Ploratur, &c.*] Non fictis et falsis. *Lubin.*

135 *Si evincta, &c.*] Id est, Si jam Roma, universa Caria, talibus querelis de dolis et fraudibus hominum plena sunt.—*Simili*] Hominum, qui de pari et consimili injuria sibi illata conquerantur. *Lubin.*

136 *Si decies, &c.*] Si usitatissimum Romæ est, ut instrumenta obligatoria in ceratis tabellis inscripta coram diversis testibus vel decies legantur, obsignenturque, tamen illa sua chirographa vana esse dicunt, suasque manus negant: Si hoc, inquam, Romæ adeo usitatum est, cur te adeo exerceas, cum hujus tui mali plures socios habeas?—*Diversa parte*] Vel *dixerat in parte*: quod Labianus et Farnabius pro diversis testibus sumunt, explicandum est, in parte contraria; id est, a Creditore adversus ipsum debitorem.—*Tabellis*] Ceratis cautionibus, quæ debitores propria manu scriperant, adhibito etiam sigillo. *Idem.*—*Si, &c.*] Si sæpius lectis cautionibus negant suas esse manus. *Vet. Sch.*

137 *Vana*] Debitores negant se nunquam illas tabulas scripsisse, esse adulterinas, et quas ajunt esse vanas et supervacuas, nihil utilitatis habentes.—*Chirographa*] Propria manu scripta ligna, id est, tabellæ a ligno ceratas, in quibus scribebant veteres. *Farnab.*—*Ligni*] Simpliciter *Lignum* pro tabula: Tabulæ enim illæ erant lignæ

*Delph. et Var. Clas.*

et ut plurimum e pina. *Grang.*

138 *Arguit*] Id est, Quos manus et signum ab illis impressum perjurii et mendacii convincit.—*Litera*] Characteres literarum propriæ manus.—*Gemmaque*] Id est, Pretiosa gemma, in qua sigilla sua insculpebant. Id est, Sigillum in Sardonyche gemma pretiosa.—*Princeps*] Non quod sit princeps lapidum, sed quod in signaculis principem locum obtineat. *Plin. xxxvii. 6.* quoniam solæ fere gemmarum sculptæ ceram non auferrent.—*Sardonychum*] Alli, *Sardonyches*.—*Gemmaque, &c.*] Pretiosa, signum suum. *Vet. Sch.*

139 *Loculis, &c.*] Id est, in capanlis, vel repositoriis ex ebore factis, in quibus gemmas suas reponunt. *Lubin.*—*Loculis, &c.*] Quia in locellis eburneis gemmas solent reponere. *Vet. Sch.*

140 *Ten' o, &c.*] Alii, *Te nunc.* Facile ludit et irridet Calvinum. Quasi dicat, Vides tu mores hominum Romæ, quam parum fidei in plerisque, et tu tamen adeo mollis et delicatus es, teque adeo delicatum geris, ut illa quæ communia sunt, una cum reliquis perferre et pati nolis.—*Te delicias*] Epexegesis. Sic dixit Sat. 6. 'Delicias hominis!'.—*Extra, &c.*] Non vis esse intra aliorum hominum fortunam, quasi tu peculiaris homo sis, *albæ gallinæ filius*, non vulgaris homo, ut nos reliqui. *Lubin.*

141 *Gallina, &c.*] Proverbium in illos, qui aliquid peculiare esse volunt. Vel, Tibi videris supra alios feliciter natus, vel, quia felicia omnia dicuntur alba: vel respicit ad gallinam albam, quam raptam aquila in gremium *Liviæ* demisit. vide Sueton. Galbam, c. 1. et *Plin. l. xv. cap. ult.* Vide *Erasum* in Proverb. *Idem.*—*Gallina, &c.*] Proverbium vulgare: id est, nobilis. *Vet. Sch.*

142 *Nos, &c.*] In allegoria perseverat. Id est, Tu tanquam singularis et nobilis communem hominum sor-

*Juv.*

4 B



tem detrectas, quam nos reliqui e villi turba sustinere cogimur.—*Viles*, &c.] Homunculi, qui communia ferimus et patimur, et nullius pretili homunculi. *Lubin.*—*Nos*, &c.] Virgilius: 'Nos animæ viles.' *Vet. Sch.*

143 *Ram*, &c.] Repetit superius argumentum, quod damnum illud tantum non sit, propter quod animum debeat despondere, idque probat collatione majorum damnorum. *Lubin.*—*Et medicri*, &c.] Et propter quam non ita irasci debeas.—*Et*, &c.] Damnum, quod debeas contemnere. *Vet. Sch.*

144 *Majora*, &c.] Quæ alii perpetrarunt, alii passi sunt.—*Confer*] Compara cum tuo damno et perjurio creditoris. *Lubin.*—*Majora*, &c.] Hunc qui depositum tibi negavit, compara. *Vet. Sch.*

145 *Conductum*, &c.] Sicarium, qui ab aliquo conductus est ad alteram interficiendum.—*Inocidia*, &c.] Quod jam faciant pulvere tormentario. Et quæ Romæ a Nerone patrata fuerint. Vide Sæton. c. 36. in Nerone. *Lubin.*

146 *Primos*, &c.] Cum ab incendiariis sulphur cum materia quæ facile accenditur, ad januam apponitur, quæ janua primum omnium ardore incipit. *Lubin.*—*Primos*, &c.] Sulphuratus esse januas ab incendio. *Vet. Sch.*

147 *Confer*, &c.] Compara cum denegato deposito spoliationem templorum, quod gravius scelus, quam abnegatio depositi.—*Qui*, &c.] Qui vestustissimorum Deorum delubra spoliant. *Lubin.*—*Qui*, &c.] Qui templum spoliant. *Vet. Sch.*

148 *Adoranda*, &c.] Quæ pocula ob antiquitatem, quæ æruginem contraxerunt, veneranda et in pretio habenda, et quasi adoranda sunt. Nota, quod prima in *rubigo* seu *rubigo* sit anceps.—*Populorum*, &c.] Dona a populis vel regibus missa, religiose et pie in templis conservabantur. *Lubin.*—*Pocula*, &c.] Antiquitatis me-

rito adoranda. *Vet. Sch.*

149 *Dona*] *'Arabianæ*, domuria Diis consecrata.—*Positas*, &c.] Ut pote a Romulo cæterisque regibus, quorum coronæ in eorum memoriam templis Deorum affigebantur. *Britann.*

150 *Hæc*, &c.] Si ibi in templis tam magna donaria, quæ sacrilegio auferat non inveniuntur, non deest minor sacrilegus, qui saltem aliquid auri abradit et divellit a femore inaurato statuas Herculis. *Idem.*

151 *Faciem*, &c.] Qui Neptunus, vel cujus statua auream habebat barbam, quam illi sacrilegi interdum petebant. *Idem.*—*Radet*, &c.] \* Dropacistas dicit, qui cera de inauratis statuis aurum tollunt. *Vet. Sch.*

152 *Qui*, &c.] Tenuem aliquam laminam de statua Castoris aurea vel argentea. *Britann.*

153 *An*, &c.] Tam tennes bractæas deradere: scilicet, minor sacrilegus est, qui maximus esse non dubitat, quem ausus sit totam Jovis statuas furto auferre et liquefacere.—*An*, &c.] Id est, Qui non dubitet etiam ipsius Jovis statuas conficere. *Vet. Sch.*

154 *Confer*, &c.] Subjungit jam alia graviora, quorum collatione dolorem suum facile possit lenire et sublevare. Id est, Compara cum perjure tuo veneficos, qui venena parant, et aliis vendant. Porro hominem e medio tollere longe gravius scelus est, quam ejus bona fraude occupare.—*Mercatorem*] Venditorem simul et emptorem. *Lubin.*—*Mercatoremque*, &c.] Dubium, venditorem an emptorem dicit. *Vet. Sch.*

155 *Et*, &c.] Parricidam intelligit, de cujus supplicio dictum superius Sat. viii. 314.—*Coria*, &c.] Culleo includendum cum gallo, cane, simia, et serpente. *Politianns Miscell.* c. 20. Cullens enim est saccus factus e coriis.—*In mare*] Quod si abesset longius, in proximum annum. *Magius* iv. 8.—*Cum quo*] Parricida clauditur, et una culleo insuitur.—*Et deducendum*,

*ſc.*] Calleo nam inſai conſueverant, qui hæc ſcelera tentarent, id eſt, par-ricide, cum ſimia et ſerpente, et in mare mitti. Innocia, pro innocens. *Vet. Sch.*

156 *Adverſis, ſc.*] Ingenioſe dictum. Quæ quidem ſimia adverſo et inſeſto fato in poenam genita, quæ cum tam ſcelerato homine mori cogatur innocens. *Rhodiginus vi. 13.*—*Innoxia*] In ſociam poenam deſtinata, cum ipſa non occiderit parentem. *Fernab.*

157 *Hæc, ſc.*] Id eſt, Hæc quæ tu pateris, ſi cum illis conſerantur, quæ cuſtos Gallicos per totum diem audire cogitur, videbis adhuc particulam eſſe omnium minimam.—*Quota, ſc.*] Minima ſcilicet.—*Cuſtos, ſc.*] Rutilium Gallicum intelligit, qui apud Domithanum primas dignitatis partes obtinebat, ad eumque totius urbis jura ab aliis magiſtratibus deferrebantur. Ob id *cuſtos* ait. *Lubin.*—*Quæ, ſc.*] Nomen Præfecti vigilum, qui inſtitutus eſt poſtquam Galli Capitolium ceperunt. *Vet. Sch.*

158 *Uguis, ſc.*] A ſummo mane ad vesp̄eram cogitur judicare et audire ſcelera hominum. *Lubin.*

159 *Humani, ſc.*] Si ſcelera et flagitia hominum cognoscere deſideras, non opus eſt ut totam urbem Romam introſpicias, unica Gallici Rutilii domus, ubi hæc omnia audiuntur quotidie, tibi ſufficit, in qua ſi paucos dies conſuſeris, et commoraveris, ibi audies alios longe graviora et pejora pati. *Idem.*

160 *Sufficit, ſc.*] Gallici ſcilicet domus, ubi hæc omnia audiuntur cotidie. *Vet. Sch.*

161 *Aude*] Si potes. Quasi diceret, non audebis te miſerum dicere, quæ alii longe te ſint calamitoſiores.

162 *Quis, ſc.*] Probat aliquem abuſſiſſime facere, qui ſcelera hominum eo in loco demiretur, ubi ſceleribus nihil ſit frequentius, non ſecus

ac ſi quis in Alpibus homines ſtrumſos demiretur, qui ibi ſint frequentiaſſimi, ab aquarum quæ potantur plerumque vitio, &c.—*Tumidum, ſc.*] Ex ſtruma. *Brodæus Miscell. x. 17. Pſſimus xi. 37.*—*Quis, ſc.*] Quis poteſt, inquit, facta ſcelera ſuis in locis, ubi omnes tales ſunt, mirari, tanquam ſi in Alpibus guttuſos homines admireris, ubi tales ſunt plurimi ſcilicet : nam lata et inflata colla habent. *Vet. Sch.*

163 *In Merore*] In Inſula vel civitate Ægypti ad Nilum in Æthiopia, diſtans a Syene quinque milibus ſtadiorum : cujus incolæ dimidio plus aliis vivunt, et ſciminæ ſæpè etiam majores inſaute *crasso* et corpulento mamillas habent. *Pomponius Mela. Solinus, c. 15. Sat. vi. vs. 627.*

164 *Cærulea*] Glaucos et cæruleos oculos, et ruſſam aut flavam cæſariem, Germani præ aliis populis habent.—*Stupuit, ſc.*] Cum ſtupore demiratur tanquam inſolitum. *Lubin.*—*Flavam, ſc.*] Ubi cæſaries complicatur et torquetur inſtar cornu, idque cirro vel capillo criſpante et madido. *Lubin.*—*Cærulea, ſc.*] Glaucos oculos, et capillos rubeos. *Vet. Sch.*

165 *Et, ſc.*] Torquent cornua, madido cirro, qui comam obliquant, ut in cirrum ac nodum eam cogant. *Cornua* vocat longas crinium ſertas, quæ torquentur, ut in nodum mitti poſſint. Græci et *κέρα* appellant : inde et *cornua* et *crines* in fluminibus, τὸ πλωγχιδὲς, et rami. Madidus autem cirrus Germanorum, quia crebro comas lavabant ſaponibus. Qui nodos dant crinibus Germanorum, iſdem et cirros tribuunt, et eorum proprios faciunt. *Salmaſius. Plin.*—*Madido*] Unguentis delibato. *Grang.*

166 *Nempe quod*] Eo nemo illos demiratnr, quod omnibus una ſit natura : ita nobis Romanis una eſt omnibus natura, ſcleratos eſſe. *Lubin.*—*Nempe, ſc.*] Ideo non eſt mirum. *Vet. Sch.*

167 *Ad, &c.*] Subjungit jam alia de Pygmæis in extremis Indiæ partibus. Ubi nemo pugnam Pygmæorum cum gruibus demiretur, eo quod ibi nihil sit usitatus.—*Subitas*] Ex improvise, repente apparentes.—*Thracum*] Grues in Strymone Thraciæ flumine plurimæ.—*Nubem, &c.*] Quæ cum ingenti clangore et strepitu maxima copia instat nubis in India apparent. Ad quarum adventum Pygmæus excitatur. *Lubin.*—*Ad, &c.*] Ad fluvium Strymonem. *Vet. Sch.*

168 *Pygmæus*] Quorum populi, teste Plinio, ternos dodrantes longitudine non excedunt. Vide Plinium VII. 3. Gellium I. IX. Sat. 6. vs. 505.—*Parvis, &c.*] A gruibus infestantur, oppugnantur, adversus quas expeditionem sumentes, caprarum arietumque dorsis insident, armati sagittis; tempore veris cum agmine ad mare descendunt, ova, pullosque eorum consumunt, ternis mensibus eam faciunt expeditionem, aliter gruibus futuris resistere non possent. *Britann.*—*Pygmæus, &c.*] Aut quis debet mirari Pygmæos cum gruibus pugnantes, quorum hoc est studium semper? *Vet. Sch.*

169 *Max, &c.*] Cum parvus admodum sit, a grue superatus.—*Curvus, &c.*] Ab infesta et hostili grue a terra in altum sublatus, per aëra fertur et vehitur. Dicit autem auctor noster hæc fabulose et ridicule in consolationem Calvini. *Britann.*—*Max, &c.*] Quia parvi sunt corpore. *Vet. Sch.*

171 *Risu, &c.*] Præ nimio risu tam ridiculi spectaculi, totis toto corpore quatereris. *Britann.*—*Risu, &c.*] Id est, Rideres, si hoc apud nos possis videre. At quia omnes tales sunt, nemo ibi de alio ridere potest. *Vet. Sch.*

173 *Eadem, &c.*] Assiduam enim illis cum gruibus bellum. *Lubin.*

173 *Pede, &c.*] Pygmæi enim dicuntur a *πυγμή*. Nam cubitum longitudine non excedunt. *Lubin.*

174 *Nullane*] Object. Nunquamne ergo perjurum illud caput punietur? Itane vero ille impune evadet? *Idem.*—*Nulla, &c.*] Anthypophora, quasi objectio. Ergo nulla pœna manet eos, qui pejerant? *Vet. Sch.*

175 *Abreptum*] Subaudi *id est*. Respondet Juvenalis: Crede in carcerem, et ad inferos a furiis deductum.—*Gratiore*] Seneca: 'Perpetrato scelere ejus magnitudo demum cognoscitur.' Certe nullum truculentius supplicium Conscientia.—*Abreptum, &c.*] Id est, Puta quam majoribus pœnis afficitur, quam quas animas tuas exposcit, quid tibi prodest? nec damnum ex hac re resarciri potest: puta igitur hunc continuo vinculis ligari. *Vet. Sch.*

176 *Protinus*] Statim post perjurium, tum enim statim conscientie flagrum inceptum.—*Nostro, &c.*] Quasi dicat; Imo vero ille plura patitur, quam nos vellemus. Ille vero, anima et conscientia illa tormenta experitur, cum quibus nullum corporis tormentum conferendum.—*Quid, &c.*] Scilicet *nostra*, quam ut puniatur ita ut volumus.

177 *Manet, &c.*] Est objectio secunda Calvini, quod tamen interea damnum illud sibi manet pecuniæ depositæ, quam perdidit; nec hoc modo resarciri; ut vel maxime ille puniatur a conscientie tormentis. *Lubin.*

178 *Sospes*] Integrum et salvum, at tibi restituatur.—*Sed, &c.*] Rogat Juvenalis increpans ejus sævitiam: Si videres eum corporis pœnam subire, et mutilato corpore, vel decollatum jacere, an tum haberes damni tui solatia? *invidiosa solatia*, i. e. invidenda, solatia amplissima, quæ merito aliquis mihi posset invidere. Vel, quæ mihi invidiam et odium contrahent. *Idem.*—*Sed, &c.*] Id est, Etiam si decolletur, nihil inde lucri habebis, nisi invidiosam defensionem. Sed dicis, Bona res est vindicari. *Vet. Sch.*

179 *Minimus, &c.*] Quantumlibet paucus, tamen potior tibi foret omnibus illis animi tormentis.

180 *At, &c.*] Et hæc per objectionem. Id est, Vindicta quæ in oculos incurrit, vel per carnificem, vel per nosmetipsos exercetur. *Lubin.*

181 *Nempe, &c.*] Respondet Poëta ad has objectiones, et dicit, homines stultos ac indoctos imbecilles iræ esse ac vindictæ cupidos; non viros sapientes.—*Indocti*] Rudes, imperiti, qui sæpe etiam ob nullas causas irascuntur, et pœnas exigunt.—*Quorum, &c.*] Id est, Quorum cor sæpe præter rem, ob nullam causam videas incandescere, et ira flagrare. *Idem.* Ex opinione Stoicorum, qui volunt iram in pectore moveri effervescente circa cor sanguine. Senec. de ira, xi. 19.—*Nempe, &c.*] Imperiti, qui nullis causis pœnas exposcunt. Sapientis est damnum qualecunque usque ad iracundiam ut procedat non etiam ad vindictam debere reddi penam. *Vet. Sch.*

182 *Leribus, &c.*] Verissime dictum, quo quisque animo imbecillior, hoc citius irascitur. *Lubin.*

183 *Quantulacunque*] Quibus etiam quævis occasio, quamvis minima et nullius momenti ad iram provocandam sufficit.—*Sufficit*] Ad iram et indignationem animo concipiendam, vel materiam irascendi præbet. *Idem.*

184 *Chrysippus*] Hic multissimi ingenii Stoicus, omnes adfectus improbat. Fuit dialecticus subtilissimus, Cleanthis et Zenonis discipulus, adeo ut de illo dictum sit, Si Dii Dialectica uterentur, præceptis Chrysippi utros. Hic risu effuso exspiravit.—*Non dicit idem*] Sc. Vindictam esse bonum jucundius vita.—*Mite, &c.*] Sapientes idem sentiunt, qui injuriam contemnendam esse dicunt. Thales autem non facile ad iram ulla injuria commovebatur, qui fuit unus e septem sapientibus Græciæ. *Idem.*—*Chrysippus, &c.*] Non hoc præcipit

Philosophia, ut rependantur malis vices. *Vet. Sch.*

185 *Dulcique, &c.*] Id est, Socrates Atheniensis, qui sub falso crimine, quasi de Diis male sentiret, capitis damnatus, datam a ministro publico cicutam intrepidus hausit. *Furn.*—*Vicinus*] Prope illum natus. Est autem *Hymettus mons* in Attica prope Athenas, mella producens, et marmore nobilis. De eo *Laërtius. Idem.*

186 *Qui, &c.*] Qui Socrates idemvis injuste condemnatus, mori non recusavit, et cum a Lysia oratore defendi potuerit, noluit: nec voluisset par pari referre, quamvis potuisset. Nullius enim injuria commovebatur, et semper eodem vultu apparuit, quem ne quidem cum cicutam biberet, mutavit. Semper contendens miseriolem esse qui facit, quam qui afficitur injuria.—*Qui, &c.*] Socrates philosophus Atheniensis cum argueretur proditiõis, receptus est in carcere cum accusatore, qui cum sibi daret venenum, accusatori petenti noluit dare. *Vet. Sch.*

187 *Accusatori*] Pro accusatoribus suis: nam tres fuerunt, Anytus, Lycon, et Melitus. *Britannicus.*—*Plurima, &c.*] Commendat sapientiam et Philosophiam, quæ prima omnium recta docet, quæ plurima vitia paulatim animis hominum eximit, et paulo post omnes errores, et animi perturbationes.—*Felix*] Felices et fortunatos faciens. *Idem.*—*Plurima, &c.*] Generaliter, pro Quicunque felix, id est, doctus et sapiens. Potior ergo est sapientia, quam felicitas. Si quidem illa paulatim amittit, hæc statim purgat. *Vet. Sch.*

188 *Paulatim*] Pedetentim, et successive.—*Errorres*] Perturbationes. *Britann.*—*Atque, &c.*] Sapientia. *Vet. Sch.*

189 *Docens, &c.*] Al. *docet* Justum, et naturæ rationique conveniens.—*Sapientia*] Philosophia de moribus, quæ imprimis iræ, et reliquis adfecti-

bna frena injicit, et vindictam docet committere. *Labin.*—*Quippe, &c.*] Illa *voluptas, ultio*, est fœminæ et exigui animi, qui scilicet non potest præ impotentia moderari vehementiæ iræ. Contra alti et sublimis animi, injurias et contumelias contemnere, ut recte dictum sit, 'Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit Mænia, nec viris altius ire potest.' *Britann.*—*Quippe minuti, &c.*] Fœminæ dicit. *Vet. Sch.*

191 *Continuo, &c.*] Ergo statim, breviter hoc puta. Probat quod dixit, vindictæ cupiditatem esse animorum imbecilliam, ut sunt mulieres. Quo enim minor est animus, eo adfectibus magis percellitur et superatur. *Labin.*—*Collige*] Argue, concludere.

192 *Quam, &c.*] Fœminæ maxime gaudent vindicta: Sed fœminæ sunt infirmi animi. Ergo, &c. *Farnob.*—*Cur, &c.*] Non est, inquit, quod putes hos perjuros effugere supplicium et non torqueri. *Britann.*—*Nemo, &c.*] Quia vincitur animus sexus iracundia. *Vet. Sch.*

193 *Quos, &c.*] Nam, ut gravissimo Seneca ait, 'Maxima peccantium pœna est, peccasse.' *Britann.*

194 *Attonitos*] Id est, Quos conscientia de diris sceleribus et flagitiis perpetratis semper pavidos, anxios, et perturbatos habet formidine pœnæ, quam conscientia semper ante oculos ponit.—*Sardo, &c.*] Id est, Tacito et latenti tormento, ab aliis non intellecto, animum et interiora adfligente, quod nominat *occultum flagellum*. Hæc sunt illæ Furie infernales, quibus Orestes, Alcæon et alii fuerunt agitati. *Idem.*—*Mens, &c.*] Id est, Conscientia sua pœnis et verberibus afficit. *Vet. Sch.*

195 *Animo, &c.*] Præstante officium tortoris: Quo nullum tormentum truculentius. Unde Democritus dixit, neminem usque adeo fortem et magnanimum esse, quem non mala con-

scientia reddiderit timidissimum.

196 *Pœna, &c.*] Ad sequentia refer. Nocte et die suum testem in pectore gestare, est pœna vehementis.—*Vahemene*] Gravis et intolerabilis, qua quis in universo mundo angustias patitur. *Labin.*

197 *Cædicius*] Index illius temporis apud Vitellium crudelissimus, qui semper gravioribus suppliciis delectabatur.—*Rhadamanthus*] Inferorum iudex justissimus, et maxime severus, Jovis ex Europa filius, rex Lyciæ fuit. *Labin.*—*Quæ, &c.*] Cædiciam aulicam Neronis crudelissimum fuisse vult intelligi satellitem. *Vet. Sch.*

198 *Nocte, &c.*] Testem scilicet, qui nunquam cessat accusare, reum convincere, et de illo supplicium sumere, quo nulla pœna, nullus cruciatus, nullum tormentum gravius et truculentius excogitari potest, et quod ipsam, revera pœna infernalis.—*Testem*] Conscientiam carnificem. Unde egregie Ausonii illud: 'Turpe quid ausurus te sine teste time.' *Idem.* Ex illo Quintiliani, 'Conscientia mille testes.'

199 *Spartano, &c.*] Glaucos. Per historiam ostendit fieri non posse, ut qui depositum abnegarit, pœnam effugiat. Cum Glaucus Spartanus cum tota domo interierit, non solum quia depositum non reddiderit, sed quod cogitaverit tantum de eo non reddendo. Hanc historiam recitat Herodotus lib. vi.—*Pythia*] Apollinis sacerdos fatidica, qui Pythius dictus a serpente Pythonæ occiso. *Labin.*—*Spartano*] Glaucum dicit genere Spartanum, qui creditum fidei suæ thesaurum, a Melasio quodam, et repentibus hanc pecuniam heredibus, filiis ejusdem Milesii, reddere dubitavit: cum Apollinem consulisset quid sibi suaderet, fraudaretne perjurio quod ad sacramentum vocaretur, an sine sacramento fidei commissum redderet; cui Deus respondit, pœnas

soluturum hoc ipso quod dubitavit creditum restituere. Quo responso Glaucus territus, paravit se citra sacramentum reddere. Hæc narratio in vi. 85. historia Herodoti est. Reddidit ergo Glaucus, quia timuit, non quia voluit: unde pœnas dignas accleris non effugit. Hoc est apud Herodotum, *ἔρρι, ἐν τῷ θανάτῳ γὰρ καὶ ἀποκρίνεται ἑαυτῷ*. *Vet. Sch.*

200 *Haud, &c.*] Non inultam tandem aliquando illam malam voluntatem fore et quod Deum tentaret.—*Quod dubitaret*] Nam consuleisse dicitur oraculum, an reddere deberet; deinde etiam repetentibus regressisse, quod non meminisset de accepto, sed melius tamen se consideraturum.

201 *Depositum, &c.*] Fidei commissum non reddere.—*Fraudem, &c.*] Id est, suum scelus ac dolum juramento palliare et excusare. *Lubin.—Jure*] Tmesis, pro jurejurando.—*Depositum, &c.*] Non reddere fidei commissum, sed pejerare. *Vet. Sch.*

202 *Quærebatur*] Explorabat et tentabat, ecquid etiam Dens hanc fraudem esset approbaturus. *Lubin.*

203 *Suaderet*] Summum facinus erat, tentare Deum, an etiam injustitiam approbaret, qui ipsius justitiæ idea videri volebat. *Idem.*

204 *Metu, &c.*] Metu pœnarum quas oraculum minitabatur, juxta illud, 'Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.'—*Non, &c.*] Non amore virtutis et justitiæ; quia timuit, non quia sponte voluit. Secundum illud, 'Oderunt peccare boni virtutis amore.'—*Et, &c.*] Quamvis reddiderit. *Idem.—Reddidit, &c.*] Timens pœnam, non pro voluntate. *Vet. Sch.*

205 *Vocem, &c.*] Id est, totum oraculum verum fuisse demonstravit.—*Adyti*] Vatis ex adyto, id est, ex loco templi intimo, inaccessso, ab a et *δω*.—*Dignum, &c.*] Quia Deo et illo templo dignum erat malitiam odisse, et vera prædicere.—*Veramque*] Id est, Sensit verum esse, quod ex ora-

culo audiverat: ipse cum tota familia paulo post extinctus est. *Lubin.—Vocem, &c.*] Quæ illi Apollo fuerat minitatus. *Vet. Sch.*

206 *Exstinctus tota*] Ut apud Herodotum Leotychidas recitat. l. vi. *Lubin.—Cum, &c.*] Cum omnibus suis vel propinquis eradicatus est. *Vet. Sch.*

207 *Et quamvis*] Id est, licet illi propinqui longa serie propagati essent. *Lubin.*

208 *Has, &c.*] Ex Oraculo hoc dicit. Nam illud iterum responderat, vel ob id ipsum pœnas soluturum, quod voluisset fraudulenter agere, Deumque tentasset.—*Sola voluntas*] Hinc Ictorum illud: 'Pari sorte scelus et accleris voluntatem. Voluntas habetur pro facto.' Nedum ipsum factum vel peccatum. *Idem.—Hæc patitur, &c.*] Qui, inquit, animo scelus cogitat, tanquam commiserit, sic eum conscientia sua torquet. *Vet. Sch.*

209 *Nam scelus, &c.*] Egregia sententia, cum sacris literis conspirans; non quidem secundum humanas leges, sed ex jure divino. Id est, Qui cogitavit et deliberavit apud se scelus committere, reus est æque, atque si cogitata perpetrasset. *Lubin.—Nam, &c.*] Id est, Qui cogitaverit scelus admittere, reus est, tanquam si cogitata perpetraverit. *Vet. Sch.*

210 *Facti, &c.*] Apud Deum revera, qui animum respicit, reus habetur. Nam scelera vel mala facta, non ex se vel per se adeo mala sunt, quam quod ex malo animo profisciscuntur.—*Cedo, &c.*] Quantum supplicii credis ipsum manere, qui re ipsa se turpi opere commaculavit?—*Conata*] Res cogitatas: Passive.

211 *Perpetua, &c.*] Redit jam ad demonstranda conscientie tormenta, quæ ait esse continua et perpetua; et demonstrat, quænam illi tormenta persentiscant, qui crimina admisserunt.—*Nec minus, &c.*] Inter epulandum, cum genio voluptatique ju-

dulgendum est. Imo tantum abest, ut edendi tempus alicui impone indulgeat, ut quosdam vix respirare permittat. *Lubin.*—*Nec, &c.*] Nec edendi tempora concedit. *Vet. Sch.*

212 *Faucibus, &c.*] Id est, Non aliter ac si gravi feбри correptus esset, et siccis faucibus nihil deglutire queat: ut cibus ei inter maxillares dentes crescat, sic omnia fastidit. Nam fraudem conscientia omnia ipsi contaminat, etiam pulcherrima et optima.—*Ut, &c.*] Præ attonita trepidatione, et continuo cordis æstu semper sitiunt et comedere non possunt. *Lubin.*

213 *Sed, &c.*] Vinum pretiosum tanquam insipidum expuit. Ob animi cruciatus etiam corpus paulatim absorbitur et atteritur, nec suas facultates integras retinet. Unde etiam suavisima illis amara. *Lubin.*—*Sed, &c.*] Cum apud conscientiam suam cogitat de admissio scelere. *Vet. Sch.*

214 *Albani, &c.*] Vina vetustate sua commendata. Quod vinum Albanum vetustissimum et optimum omnibus placet, huic soli displicet. *Plin. iv. 2. et 61.*

215 *Ostendas, &c.*] Id est, Si ipsi melius vinum porrigas, tum indignationis et fastidii signum, rugas in frontem contrahit. *Lubin.*

216 *Velut, &c.*] Non secus ac si acetum ex Falerno vino acerrimum bibisset. *Idem.* Sic quidem *Lubinus*, sed aliter *Grægeus*: Duo, inquit, genera *Falerni*, alterum austerrum, dulce alterum; austerrum melle linire et mitigare solebant, ex eoque mulsu conficere, non tamen ita poterat misceri, quin aliquid austeritatis remaneret.—*Velut, &c.*] Aceto *Falerno*. *Vet. Sch.*

217 *Nocte, &c.*] Id est, si sollicitudo cor urens ex mala conscientia, postquam diu multumque in lecto se versavit, forte brevem somnum ipsi indulsit, paulo post conscientia scelerum excitatus, rursus evigilat.—*Si,*

*&c.*] Quod certum non est, vel saltem rarissimum. *Lubin.*

219 *Continuo*] Somnare incipit de templo in quo pejeravit. Quasi dicat: Etiam sua scelera in somno et quiete ipsi quietem non indulgent.—*Violati, &c.*] Quæ in falsum testimonium citavit. *Idem.*—*Et, &c.*] Ubi pejeravit. *Vet. Sch.*

220 *Et, &c.*] Imprimis te, quem defraudavit, videt.—*Quod, &c.*] Parenthesi include.—*Præcipuis*] Præ aliis anxietatibus sudorem excutientibus.—*Sudoribus*] Nam æstuantis animi indicium permaximum sudor. Hic autem *sudores* pro anxietatibus; vel *mens* pro præcordiis, seu ipso corde. Cum ‘tacita sudant præcordia culpa.’—*Urget*] Angit, et persequitur. Forte legendum *urit*. *Lubin.*—*Sudoribus, &c.*] Ex perturbatione somni. *Vet. Sch.*

221 *Te, &c.*] Quem sefellit, et cui depositum denegavit.—*Sacra*] Excrabilis, terribilis, tanquam cuiusdam infernalis Furie. Illorum enim facies quibus injuriam fecerunt, semper illis ob oculos versantur. Hinc *Orestes* furiosus, censet suam matrem semper sibi a tergo esse. *Lubin.* Ordo est, Tua imago sacra et major humanæ, turbat pavidum. Nam existimat se videre imaginem amici circumventi, sacra quadam et venerabili specie, et majore humana effigie, quales solent apparere umbræ. *Britann.*—*Tua, &c.*] Tu illi es pro sacris, cui frandem fecit. *Vet. Sch.*

222 *Fateri*] Se scelus summum admisisse, et summa etiam pœna dignum esse. *Lubin.*—*Cogitque, &c.*] Quod debetur, reddat. *Vet. Sch.*

223 *Hi, &c.*] Mali mimorum nunquam sunt quieti, semper sunt pavidi et meticulosi. Aureum profecto illud *Isidori*: VIS NUNQUAM TRISTIS ESSE? RECTE VIVE.—*Ad, &c.*] Quoties fulgura audiunt, quæ mitti a Jove putant, sceleratis panicendis: quod et de *Caligula* refertur. *Lubin.*

**224 Exanimes, &c.]** Scilicet sunt : vel concidunt, cum primum tonitru murrare inceperit. Omne enim peccatum meticulousum et pavidum. Contra bona conscientia nihil securius, quæ murus aeneus. *Lubin.*

**225 Non, &c.]** Ordo est et sensus : Exanimes sunt, quasi ignis cadat non fortuitus, nec rabie ventorum, sed iratus, ut vindicaret. Dicendo autem *fortuitus* vel *fortuitu* sequitur Epicureos, qui divinam providentiam tol-lentes omnia casu moveri putabant. *Britannic.—Ventorum, &c.]* Cum illi violenter inter se confligunt. Physici scribant, quod ex collisione vento-rum et nubium, non secus ac lapidam, ignis eliciatur. *Idem.—Hi sunt, &c.]* Physici nam adserunt ex conflictu ventorum vel nubium, tonitrua vel fulgura fieri : nam ex nimio statu vel certamine ventorum nubes inter se coulisæ tonitrua et cornuscas faciunt, veluti saxa inter se conlisa ignem ex-cutiunt : refer ad vers. 25. *Vet. Sch.*

**226 Iratus]** Sceleribus hominum, tanquam vindex eorundem.—*Ut, &c.]* Ut supplicium de sceleratis sumat. *Britann.—Judicet]* Alii, vindicet.—*Ignis]* Fulmen, quod est vis ignea quædam.—*Iratus, &c.]* Propter sua commissa. *Vet. Sch.*

**227 Illa, &c.]** Si prima tempestas vel fulgur nihil nocuit, proxima quæ sequitur solitudine majori timetur : velut illa tempestas, quæ ipsi poenam adferet, in diem præsentem sit dilata. —*Cura, &c.]* Majori anxietate. Hu-jus exemplum habuimus in Caligula. *Lubin.*

**228 Velut hoc, &c.]** Quasi ex com-posito in hunc serenum diem, et propterea alias minus metuendum, dilata esset. Pro hoc ergo mallem legere *huic.*

**229 Præterea, &c.]** Præterea si in morbum incidunt, censent illum vin-dictæ loco a Deo immissum.—*Late-ria, &c.]* Pleuritida.—*Vigili, &c.]* Utpote in acuto morbo, quæ febris

dormire non sinit. *Idem.*

**230 Si, &c.]** Si cæperit ægrotare. *Vet. Sch.*

**231 Infesto]** Irato, læso, et gravi-ter sceleribus offenso. Nihil autem miserius quam Deum sibi offensum credere.—*Saxa, &c.]* Quæ irati in homines sceleratos conjiciant, quibus nocentes percutiant et puniant. *Lu-bin.—Infesto, &c.]* Irato, læso nu-mine. *Vet. Sch.*

**232 Pecudem, &c.]** Non audent votum facere. Nam Deum sibi in-festum credunt, et desperant de Dei misericordia, quo nihil esse potest miserius. *Lubin.—Pecudem, &c.]* Sa-crificia promittere pro sanitate re-cuperanda non audet, tanquam reus. *Vet. Sch.*

**233 Balantem]** Non audet ovem, vel agnum sacrificio offerre, tanquam reus.—*Cristam, &c.]* Gallorum fibræ Diis gratissimæ credebantur, quibus Lares et Penates præcipue placari credebantur. Plin. x. 19. Gallum et Esculapio solvebat, qui conva-luerat.

**234 Quid, &c.]** Nihil enim illi spe-rare possunt. Miserrimi sane quibus illud negatum, quod omnibus homi-nibus relictum credebatur. ‘Spes’ enim ‘sola remansit humo.’—*Nocen-tibus, &c.]* Ægrotis et sceleratis. *Lu-bin.*

**235 Vel, &c.]** Quam ipsi nocentes : Quæ hostia tam vilis est, quæ pro sceleratorum vita mactari debeat, quæ non potius vivere debeat, quam ho-mines impij et scelerati ? *Lubin.*

**236 Mobilis]** Nulla constantia est in malis. Illi enim ante facinus et in ipso facinore sunt constantes et con-fidentes ; post perpetratum scelus pavidi, meticulosi, et sibi sceleris male conscii resipiscere volunt ; non tamen possunt, ipsi ad vitia proni, dulcedine jam et consuetudine præ-pediti, atque abjecto pudore in vitis confirmati. ‘Nullum enim vitium desinit ubi incipit.’ Seneca. *Farnab.*



—*Malorum*] Sceleratorum et nocentium hominum.

237 *Superest, &c.*] In scelere perpetrando sunt constantissimi: abundat in illis confidentia. *Idem.*—*Quid, &c.*] Gravissime Seneca: *Quid egeris, tunc patabit cum animum agas.* Id est, quantam sceleris magnitudinem admisserint, demum apud se reputare incipiunt, peracto scelere. *Idem.*—*Cum, &c.*] Cum ad perpetrandum scelus venerint, in eadem constantia perstant, ut sperent etiam illicita debere omni modo fieri: peracto facinore, ex ipsa conscientia animi eorum ab illa deiciuntur constantia. *Vet. Sch.*

239 *Tamen, &c.*] Id est, licet scelerum suorum tormenta sentiant, a scelere tamen abstinere nequeunt, et semper flagitiosos suos mores natura repetit, quia habitum malitiæ contraxerunt, ad vitia redeunt, tanquam sus laeta ad volutabrum, et canis ad vomitum.—*Natura, &c.*] I. e. Ipsi scelerati, quasi depravatæ naturæ imperio.—*Mores*] Sceleratos, et dampnandos, quibus adfuerunt. *Farnab.*—*Tamen, &c.*] Sentiunt se malefacere, et tamen faciunt. Nam ipsam consuetudinem verterunt in naturam. *Vet. Sch.*

240 *Fixa*] In prava consuetudine et malitia confirmata. *Lubin.*—*Nam, &c.*] In malo enim et immoderato finis et modus non est. Et ratio est; quia recte agere tantum uno modo possumus, male infinitis. Nam 'bonum simplex, malum multiplex.'

241 *Quando, &c.*] Ille tuus perfidus, qui semel verecundiæ, matris virtutum, limites præterit, nunquam pudorem recipiet, quem semel de perfrecta fronte dejecit. *Lubin.*

242 *Ejectum*] Qui semel transversim ad vitia abreptus est, nunquam ad bonam frugem revertetur.—*Atfrisa, &c.*] Perfrecta: Martialis, 'Aut cum perfrectuit frontem, posuitque pudorem.' *Idem.*

243 *Quisnam, &c.*] Id eo dicit; nam cum quis semel peccavit impune, sæpius et frequentius peccare desiderat. *Lubin.*—*Une, &c.*] Ut unum scelus semel admittat, et non idem frequentius repetat.—*Quisnam, &c.*] Quis est hominum, qui cum semel peccaverit, non hoc frequenter desideret? *Vet. Sch.*

244 *Dabit, &c.*] Pedibus vincietur olim, et ligabitur qui te deceptit. Hoc ergo in consolationem Calvini.—*Vestigia, &c.*] Pedes suos in carcerem dirigit. *Lubin.*—*Noster perfidus*] Fraudulentus ille et perjurus, de quo nobis sermo fuit.—*Dabit, &c.*] Ligabitur in carcerem. *Vet. Sch.*

245 *Et, &c.*] Id est, In tenebricoso carcere unco ferreo constringetur. vide Sat. x. 66. *Lubin.*—*Carceres, &c.*] Unco nam ferreo trabebantur a populo, qui merebantur sic puniri. *Vet. Sch.*

246 *Aut, &c.*] In insulam ejus maris exilio deportabitur. In illis insulis rupes et scopuli erant.—*Scopuloque, &c.*] Quæ insulæ frequentatæ sunt a magnis civibus exsulantibus. Gyaram et vicinas Cycladas intelligit. *Græg.* Notat tempora sua, quibus multi et magni cives relegabantur.

247 *Pars, &c.*] Crudeli et horrendo supplicio, quo sceleratus ille punietur, tu te delectare poteris et recreare, considerans Deum esse justum malorum vindicem.—*Exsulibus, &c.*] *Korà korou.* Id est, patietur exilium: in insulam exilio deportabitur. *Vet. Sch.*

248 *Nominis, &c.*] Hominis scelerati, et tibi invasi, cujus nomen poni nisi ingenti stomacho et indignatione audire queas.—*Tandemque, &c.*] Demum libens et lætus Dei justitiam prædicabis, et rescises Deum non esse surdum nec cæcū.

249 *Nec, &c.*] Omnino audire et non negligere perjuriam et scelera hominum, et preces vindictam contra ma-

los implorantium.—*Teiresiam, &c.*] Id est, Aliquem cæcum, ut *Teiresias*, qui res hominum introspicere nequeat. De *Teiresia* vide *Metamorph. Ovidii*.

Hic a Junone visu privatus singitur. Hygin. Fab. 75.—*Nec, &c.*] Dicturus es, et potentes et exaudibiles esse Deos. *Vet. Sch.*

## SATIRA XIV.

1 *Plurima*] Hæc antepenult. Satyra, quæ *ἡμωρδία*, sanctissima et pulcherrima est, reddit causam Juvenalis, quare tot passim flagitiosi et scelerati existant. Initio hic sensus est: Plurima sunt mala facinora, et famosa scelera, sinistra fama digna, quæ ipsi parentes pueris a se natalis monstrant, et tanquam hæreditaria tradunt.—*Fuscine*] Ad hunc Satyra hæc scripta; quis vero ille fuerit, non legi.—*Fama, &c.*] Infamia, turpia, famosa; vel quæ malam famam adferunt, et maculam sinistrae famæ alieni adspargunt. *Lubin.*—*Plurima sunt*] Contraria mala institutio in naturam vertit. Horatius: 'Utunque defecere mores, Deducorant bene nata culpæ.' *Vet. Sch.*

2 *Et, &c.*] Quæ rebus bonis et candidis aliquam turpitudinis maculam iuvant, quæ rebus politis rugam et inæqualitatem aliquam addunt.—*Maculam, &c.*] Alii legunt *maculam hæmaram*, id est, non facile eluendam. In quibusdam exemplaribus post primum aut secundum versum ex MSS. Canterus et Pulmannus huic inseri volunt: 'Et quod majorem vitio, sequiturque minores.' Quem jare Lipsius removet, ineptum dicens et sententiæ turbatorem. Epist. 15. lib. IV. Fuit enim hic versus pro argumento Satyræ. *Lubin.*

3 *Quæ, &c.*] Qui sane plus exemplo, quam peccato nocent. *Idem.*—*Pueris, &c.*] Filiis. ut Virgilius: 'Taque puerque tuus.' *Vet. Sch.*

4 *Si damnosus*] Primum facinus et scelus alea est. Si pater senex aleæ lusu delectetur, tum puer ejus adhuc bulla, insigni ingenuorum puerorum, ornatu, eodem lusu delectatur.—*Damnosus*] Quia integra patrimonii sæpe perdebat.—*Heræ, &c.*] Nobilis puer adhuc admodum parvulus, et bulla ornatus, quæ cordis effigiem habebat. *Beroald. Annot. cap. 22.*

5 *Parvoque, &c.*] Id est, Eadem arma, talos, et ludendi instrumenta, parvo alveolo vel tabula (postea cum adoleverit majori usus) in qua tesserae discurrunt, movet, et exercet. *Lubin.*—*Parvoque, &c.*] Arma aleatorum sunt tesserae, tali, aleæ, quæ fritillo moventur, et agitantur priusquam jaciantur in abacum, vel alveum. *Fritillum* ergo instrumentum est, vel vasculum, in quo tesserae fritinnunt, et cum sono subsiliunt, concussæque agitantur. Nam fritillum, juxta vocabuli veriloquium, est *ἡδυσσέτορ*. *Fritinnus* vetus vox est, quæ motitationem et subaltationem cum sono significat; a *fritinnus* igitur diminutivum *fritillus*: inde *fritinnire* Nouio, *subsiliire cum sono*. Salmasius in Fl. Vopiscum.—*Bullatus*] Adhuc

parvulus.—*Parroque, &c.*] Fritillus pyxis cornea, qui simus dicitur Græce. Fritinnire aves dicuntur, strepere, aut sonare. Apud antiquos in cornu mittebant tesseras, moventesque fundebant; aut fritillum, pyrgum dixit. *Vet. Sch.*

6 *Nec, &c.*] Filius patre suo melior et frugalior non erit, qui incontinentiam a patre didicit. *Lubin.—De se*] Quam de patre.

7 *Radere, &c.*] Id est, Qui tubera terræ radere, et in cibum præparare ad excitandum appetitum. Alii *radere* legunt, id est, Vorare cum aviditate.—*Tubera*] De his dictum Sat. v. Hæc enim habebantur in maximis deliciis. *Lubin.*

8 *Boletum*] Delicatissimum luxuriousum ferculum. Est autem boletus genus fungi inter omnes optimi. De hoc etiam Sat. v. 'Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Boletus domino.'—*Eodem jure, &c.*] Delicatisimo condimento, quo boletum condit. —*Natantes, &c.*] Hoc pertinet ad abundantiam et nimium luxum.

9 *Ficedulas*] In summis deliciis habitas. Germanis dicuntur *Schneppen*, a captandis hiant ore culicibus.—*Nebulæ*] Frugiperda et gulone sc. monstrante: Alias proprie nebula, qui nebulam mendaciis obtendit. *Græg.* Vel, qui non plaris est quam nebula. *Britann.—Mergere, &c.*] Id est, A patre didicit luxuriosus, et gulosus. *Vet. Sch.*

10 *Canis, &c.*] Gula patris vetula, et canis obsita, vel patre cano gulosus.—*Cum, &c.*] Qui puer in hisce deliciis vel ad septimum tantum ætatis annum pervenerit, postea emendari non poterit. Alii *puero* leg. *Lubin.—Et canis*] Patris, id est, vetula. *Vet. Sch.*

11 *Nondum, &c.*] Paulo post septennium: nam primum infantibus post septem menses dentes nascuntur: septimo autem anno decidunt, et statim renascuntur.

12 *Barbatos, &c.*] Graves et severos rigidosque Philosophos, et bonorum morum informatores. *Lubin.—Barbatos, &c.*] Philosophum licet ad erudiendum adhibeas, semel imbutam luxuria patris non posse revocari. *Vet. Sch.*

13 *Lauto, &c.*] Splendido et sumptuoso apparatu. *Lubin.*

14 *Non, &c.*] Sceptice. Non vult degener esse a patris moribus, nec deflectere a paterno luxu: ut habeat culinam multijugis pretiosisque obsequiis instructam.

15 *Mitem, &c.*] Cum interrogatione et indignatione hæc legenda sunt: ut sit sensus; Docetne pater filium suum, ut animo sit miti et benigno, et moribus æquali, modicis erroribus; et servos constare eadem materia qua nos? an potius docet uti crudelitate? *Britann.* Vel pater crudelis dum in servos flagellis sævit, clementiam, quæso, an crudelitatem præcipit filio? proculdubio crudelitatem. *Farnab.—Medicis, &c.*] Ut sit æquus et clemens modicis suorum erroribus, considerans, quod sint cognati, fratres, et ab eodem Jove oriundi. Ita dicit, quia nemo est sine vitiiis, et nostra virtus nihil aliud, quam minor vitiorum particula, teste Hermete. Et Horat. 'Nam vitiiis nemo sine nascitur, optimus ille Qui minimis urgetur.' *Lubin.—Mitem, &c.*] Interrogative pronasciari potest: sed melius, ironice. Pro Ironia dictus est sensus. Mitem animum præcipit Rutilius. An putas eum sævire, qui gaudet plagarum strepitu? Ironicus, et *mores modicis erroribus æquos*, quos, quia nemo sine vitio est, ideo tolerabilis indulgentem. *Vet. Sch.*

16 *Atque, &c.*] Periphrasis clementiæ et misericordiæ, quam illi vere exercent, qui ex eadem materia servos et dominos constare putant. *Lubin.—Nostra*] Eadem quæ nobis est, ex qua nos constamus et composui sumus.

17 *Materia*] Si ad primam originem revocemur, e terra sumus. Alias, carne et ossibus, quibus et nos constamus. *Lubin.*—*Paribusque elementis*] Eisdem principiis, quæ sunt ab elementis; imo eisdem illis quatuor, terra, aqua, ære, et igne.

18 *An ævere, &c.*] Vel, an potius crudelitatem docet pater sævus? ut supra dictum: procul dubio crudelitatem.—*Rutilius*] Notissimus illa ætate, quem obiter notat, et pro quocunque crudeli parente ponit.

19 *Et, &c.*] Qui dulciorem esse censet plagarum strepitum, quam Sirenium cantum. Notat animum immitem et crudelem.—*Sirena*] Accusativus pro Sirenem. De Sirenium numero, quod tres fuerint, et quæ porro fabulantur Poëtæ, nota sunt. Sensus Auctoris est, quod voces Sirenarum nihili faciat præ sono et strepitu, quem edunt flagella, dum servi vapulant.—*Et, &c.*] Dulciorem esse flagellorum strepitum, quam cantum Sirenarum. *Vet. Sch.*

20 *Antiphates*] Domus suæ carnifex, Antiphate Læstrygonum rege non mitior. Qui carnifex et latro potius est domus et familiæ suæ ob sævitiam tremantis et trepidantis, quam dominus. Porro Antiphates Læstrygonum rex et Polyphemus Cyclops, crudelissimi, humanis carnibus vescabantur. De Polyphemo Virgil. *Æneid.* 117. 'Visceribus miserorum, et sanguine vescitur atro.' Hygin. *Fab.* 111. 125.—*Trepidi, &c.*] Domesticorum et familiarium ob crudelitatem domini trepidantium et contremiscentium. *Lubin.*—*Antiphates, &c.*] Carnifex potius, et latro domus suæ, quam dominus. Læstrygonum rex Antiphates, et Polyphemus Cyclops, qui homines comedebant. *Vet. Sch.*

21 *Tam, &c.*] Tam suo iudicio felix et beatus sibi videtur, quoties servi ad supplicium rapiuntur; quoties carnifice vocato, servo cuiusdam ne-

quam stigma inuri carat. *Lubin.* Lipsius etiam hæc ad frontis inscriptionem sen stigma refert; sed Passeratius ad quæstionem; nam antiquos adhibito igne usos in quæstionibus constat.

22 *Duo, &c.*] Parto abducta, vel amissa. *Farnab.*—*Duo, &c.*] Id est, sic servus cruciatur propter duo sabana. *Vet. Sch.*

23 *Quid, &c.*] Sensus est, Pater qui lætus est tormentis suorum servorum, quam viam vivendi aliam ostendit juveni, nisi quam ipse tenet?—*Calena*] I. e. Compedum, quibus continetur servus in ergastulis.—*Quid, &c.*] Paterna crudelitate.—*Inscripta, &c.*] Quanquam ibi includuntur, inscripti sunt. *Vet. Sch.*

24 *Quem, &c.*] Sc. juvenem mirifice delectant.—*Inscripta, &c.*] Quorum frontibus notæ stigmate inscriptæ vel innotæ sunt.—*Ergastula*] Hoc loco pro mancipiis ipsis, et servis qui sunt in ergastulo, ut Sat. viii. 180.—*Carcer, &c.*] Nam ruri servi catenis vincti opus exercebant. *Lubin.* Vel, quia ergastulum locus in villis subterraneus erat ad carceris formam, ut vult Lipsius 2. elect. c. 15.—*Adjiciunt*] Lætum faciunt, delectant. *Vet. Sch.*

25 *Expectas*] Idem fere eisdem verbis dixit Sat. vii. 240. Subjungit autem quartum scelus, quod matres filiabus scortationis et adulterii exemplum essent.—*Larga, &c.*] Illius famosissimæ mœchæ suo tempore, quam obiter notat.—*Expectas, &c.*] Speras quod filia meretricis casta possit esse, quæ non potest nomina mœchorum matris suæ continuo ac uno spiritu dicere? *Vet. Sch.*

27 *Tam, &c.*] Cujus mater tot mœchos habet, quorum nomina filia recitare non poterit, tam cito, vel tam veloci cursu, quin ter decies respirare cogatur.—*Contextere, &c.*] Veiocitate linguæ propteraner enumerare. *Lubin.*

28 *Ter, &c.*] Hyperbolice, quasi uno spiritu omnes percensere nequeat.—*Conscia, &c.*] Id est, filia adulteriorum matris conscia fuit, cum adhuc parvula et virgo esset, ut mirum non sit hanc matris exemplo esse corruptam. *Idem.*

29 *Virgo*] Olim, jam vero ipsa matris exemplo adultera.—*Ceras, &c.*] Id est, Eadem filia, jam matre dictante, ceras vel tabellas ad amatores suos scribit.—*Hæc, &c.*] Matre suo exemplo præmonstrante, vel simpliciter dictante. *Farnab.*—*Puillas*] Decore, pro ætate respectu matris dicit, quæ major est. *Lubin.*—*Ceras, &c.*] Dictante ut hæc diceret jacebat, pro ætate. *Vet. Sch.*

30 *Ad, &c.*] Quos illa, licet pusilla adhuc, jam habet.—*Eadem, &c.*] Quibus mater olim dedit, ut perferant ad amatores.—*Cinadis*] Spadonibus et ministris impuris. Hi enim mulieribus inserviebant. *Lubin.*—*Ferre, &c.*] Interfuculis ministris, qui matris sum fuerunt. *Vet. Sch.*

31 *Sic, &c.*] Id est, Naturale est, ut liberi parentum mores imitentur, ut vitiorum exempla patris, et matris velocius et citius liberos corrumpant. Cicero: 'Plus homines exemplo quam peccato nocent.' Parentes imprimis, quos liberi tanquam vitæ exemplar intuentur. *Lubin.*

32 *Magnis, &c.*] Parentibus et majoribus, a quibus proficiuntur. Quis autem major virtutis aut vitii auctor, quam parens?

33 *Subeunt, &c.*] Se animis latenter insinuant.—*Unus, &c.*] Occurrit quasi objectioni, quod non omnes malis exemplis æque corrumpantur, quos respondet esse paucissimos, non nisi Dei providentia ad virtutem informatos, qui singulari Dei dono illam animi firmitudinem obtineant. *Lubin.*—*Unus, &c.*] Pater et avus. *Vet. Sch.*

34 *Hæc, &c.*] Turpia parentum vitia; et meliores parentibus evadunt, quod quidem est rarissimum.—*Sper-*

*nam*] Declinent parentum vitia.—*Quibus, &c.*] Quibus conditor Prometheus peculiare aliquod pectus finxit, quod omnes vitæ fluctus, omnes errorum et vitiorum insultus tanquam scopulus marinus immotus frangat et contemnat.—*Arte, &c.*] Ex singulari gratia. *Lubin.*—*Hæc, &c.*] Id est, turpia. *Vet. Sch.*

35 *E meliore*] Non e communi vel vulgari. Sic *e meliore luto* factos dicitur, quibus melior indoles contigerit. *Lubin.* Alii pro *E* legunt *Et*.—*Titan*] Titanis nepos Prometheus, primus hominum e glæba terræ formatus perhibetur. Fuit autem Prometheus filius Japeti, qui unus fuit ex Titanibus. Vide Ovid. Met. lib. 1.—*Præcordia, &c.*] Prometheus filius Japeti, qui fuit unus e Titanibus. *Vet. Sch.*

36 *Sed, &c.*] Ex natura ignava, prava et vulgari. Sensus est, Posses fieri benignitate naturæ, ut unus aut alter sit, qui a vestigiis paternis declinantes recte vivant, sed reliqui per omnia paternos mores sequuntur.—*Fugienda, &c.*] Mala exempla, Peccata et vitia parentum. *Lubin.*—*Fugienda, &c.*] Juvenibus scilicet: id est, multi filii inviti facta parentum sequuntur. *Vet. Sch.*

37 *Monstrata, &c.*] Ampli et spatiosa via veteris et consuetæ parentum culpæ, diu filio a parentibus monstrata, a recta via abstrahit et abducit. *Dia*, ab ineunte ætate.—*Orbita*] Est proprie vestigium decurrentis rotæ. Hoc loco Metaphorice vitæ institutionem significat. *Lubin.*

38 *Abstineat, &c.*] Admonitio præclara ad parentes, ut vel eo uno nomine a vitiis abstineant, ne liberos suos corrumpant et seducant.—*Damnandis*] Alii leg. *Damnis*. Sceleribus et flagitiis, quæ vere sunt damna non corporis, sed animorum.—*Hujus*] Alii, *Hujusce*. Id est, Hujusce rei, ut quis scilicet abstineat a sceleribus et flagitiis, omnium potissime, et potus-

etiam causa, ne illi, qui e nobis  
grati sunt, scelera nostra imitentur.  
*Labin.*

40 *Quoniam, &c.*] Ob corruptam  
naturam, ad vitia, quam ad virtutem  
sumus procliviores.—*Quoniam, &c.*] *Id* est, ad mala imitanda faciles su-  
mus: ut Terentius: 'Namque ut est  
homini ingenium proclive ad libi-  
dinem, Dehinc quæstum accepit.'  
*Vet. Sch.*

41 *Et, &c.*] Mala exempla ubique  
nobis occurrant, et homines mali, se-  
ditiosi, Rerum publ. eversiones, qualis  
Catilina erat, ubivis locorum, in qua-  
cunque mundi parte inveniuntur.  
Sed viros bonos, et patriam liberato-  
res, qualis Brutus erat, aut raro, aut  
nunquam, vel nusquam invenias. Sic  
Seneca Epist. 98.: 'Omne tempus  
Clodius, non omne Octavius fert.'  
*Labin.*—*Sub ære*] Sub quacunque cæli  
parte.—*Et, &c.*] Malum hominem ubi-  
que invenias. *Vet. Sch.*

43 *Brutus*] Brutum hic virum op-  
timum et patriæ liberatorem Catili-  
næ opposuit.—*Bruti, &c.*] *Id* est, Cato  
Uticensis, ex cujus sorore Servilius,  
natus Brutus. *Labin.*—*Bruti, &c.*] *Bonus*, ut Cato Uticensis Philoso-  
phus. *Vet. Sch.*

44 *Nil, &c.*] Sanctissimum profec-  
to, et divinum præceptum, omnibus  
cubiculis et conclavibus inscriben-  
dum, ne teneros puerorum animos et  
castas aures aliquo scandalo verbi  
vel operis offendamus.—*Dictu, &c.*] *De* verbis intellige.—*Visu*] *De* factis  
turpibus.—*Limina*] Conclavia, loca.  
*Labin.*

45 *Procul hinc*] Subaudi sunt, vel  
facessant. Utitur cum singulari de-  
coro solennis illa formula, qua e sa-  
cris profanes arcere solebant. Quasi  
etiam ad sacrum illum locum, ubi  
pueri sunt, profani accedere non de-  
beant. *Brisson.* Form. 1.—*Puella, &c.*] *Meretrices*; ne turpe aliquid vide-  
ant, vel audiant a bestiis illis.—*Intre,*

*&c.*] Ubi filios habes. *Vet. Sch.*

46 *Cantus, &c.*] Scurræ et nebuloso-  
nis, qui totam noctem commensando  
consentit, et turpia atque obscena  
ebrius canit. *Labin.*—*Puella lenonum*] *Meretrices.* *Vet. Sch.*

47 *Maxima, &c.*] Hoc est, quod su-  
pra dixit, Potiusdum rationem esse,  
ut quis a seelere abtineat, ne matrem  
exemplum sint suis liberis.—*Puero*] *Qui* semper patris exemplum produ-  
cit, inquit: Tamen pater hoc facit.  
*Labin.*

48 *Turpe, &c.*] Puer te impediat,  
ne cum videat hæc imitur.—*Nec tu,*  
*&c.*] Quod parvulus admodum sit.  
*Idem.*

49 *Sed, &c.*] *Id* est, Si vel infans  
tibi turpe aliquid ausuro adit, a pec-  
cato ejus præsentia te revocare de-  
bet, ne illa videns oïum te imitur.  
Scribit Plutarch. *Catonem seniore* a  
verborum turpitudine præsentia filio sic  
temperasse, quasi Vestalibus virginibus  
arbitris locutus esset, nec cum filio un-  
quam lovisse. *Idem.*—*Sed peccaturu*] *Impediat* te, ne cum viderit hæc,  
imitetur. *Vet. Sch.*

50 *Nam, &c.*] Subjungit aliam causam,  
ob quam quis vitio debeat abstinere:  
Nimirum ut liberos suos male  
agentes libere possit reprehendere.—  
*Si quid*] *Si* peccaverit filius tuus, ut  
a Censore puniri et damnari mereatur,  
tu ipsum objurgare, et exhere-  
dere non poteris, quia tuus est filius,  
teque imitatur.—*Ira*] *Judicio* et po-  
na seu nota Censuris. *Labin.*—*Censo-  
ria, &c.*] Ut a Censore corrigi mereatur  
aut damnari, tamen filius patri  
non solum corpore, sed et moribus  
similabit. *Vet. Sch.*

51 *Quandoque*] Hos tres versus qui-  
dam Parenthesi includunt. Quasi  
diceret: Quid mirum est, si peccet,  
inque Censoris pœnam incurrat, quan-  
doquidem patrem suum imitatur:  
teque parentem non corpore solum  
et vultu præstat, verum etiam animo

et moribus? *Lubin.*

53 *Omnia, &c.*] Id est, Cum non solum tua vestigia strenue ingreditur, sed etiam peccando superat. *Id.*—*Tua per, &c.*] Imitando tuos mores, tanquam vestigia.—*Omnia, &c.*] Deterius quam tu, aut eo deterius quum te magistro. *Vet. Sch.*

54 *Corripies, &c.*] Hæc cum superioribus conjungenda, quæ scoptice et ironice legenda sunt. Tanquam absurdum sit patrem nequam, filium suum peccantem velle reprehendere.—*Acerbo, &c.*] Vehementi objurgatione et increpatione. *Lubin.*—*Corripies*] Filium turpiter agentem. *Vet. Sch.*

55 *Post hæc*] Ubi nimirum peccando usque progreditur. Vel, Ubi desieris clamare, pro, insuper.—*Tabulas, &c.*] Filium ob delicta exhereditatus.

56 *Unde, &c.*] Id est, Unde castigandi severitatem, et objurgandi audaciam tibi sumes; quo ore et fronte filium tuum objurgabis, cum tu ipse penam, et insanus sis.—*Frontem*] Ut non erubescas filium tuum objurgare.—*Libertatem*] Parentes enim liberrime filios suos castigant. Jam vero carere debet omni vitio, qui in alterum dicere paratus est. *Lubin.*—*Unde, &c.*] Terentius: 'Quo ore illum objurgabis, dic mihi.' *Vet. Sch.*

57 *Vacuumque, &c.*] Id est, Cum tu jamdudum peccato insanus sis, et opus habeas, cui medicis per cucurbitam ex occipitio sanguis educatur.—*Cerebro*] Ratione sana destitutum. *Lubin.*

58 *Ventosa, &c.*] Sicut qui parum sanæ mentis helleboro indigere dicitur: ita stultum et insanum cucurbitam quærere jubet Juvénalis. Cucurbita enim huic morbo remedio esse potest: sive per cucurbitam *κολοκύνθη* intelligas, quæ sumta, humores, cerebri actionem impediētes, potenter educit; sive *τὴν σικκῶν*, quam ventosam dicimus, qua sanguis leni scarifi-

catione educitur: Celsus enim l. III. c. 18. docet, 'Phreniticis, occipitio inciso, cucurbitam admovendam esse.' *H. Junius.* Ordo est, Et cum ventosa cucurbita jampridem quærat hoc caput vacuum cerebro.—*Jampridem, &c.*] A medicis qui sanus non est. *Cucurbita, curba. Vet. Sch.*

59 *Hospite, &c.*] Invehitur rursus in parentes. Qui hospite venturo in domo per familiares omnia expurgarent, et exornarent, non autem curarent, ut illam domum sanctam sanctus et sine labe filius inhabitet.—*Hospite*] Qui a te forte invitatus. *Pulchre Seneca Epist. 5.* qui domum intraverit, nos potius miretur, quam suppellectilem nostram.—*Cessabit, &c.*] Nemo otiosus, omnes occupati erunt in labore aliquo atque opere. *Lubin.*

60 *Verre, &c.*] Ordo est: Vox tua fremit: Virgis vel scopis purga aream domus. *Idem.*—*Nitidas, &c.*] Id est, Fac nitidas. Sic in Test. Viros ostendere Christos, id est, *χριστῶν*. In veteribus glossis, *Mollificare*, molles ostendere. *Salmas.*—*Verre, &c.*] Hoc dicis tuis. *Vet. Sch.*

61 *Arida*] Quod aridis locis gaudeat, vel potius, mortua et sine succo. I. e. Aridas et exsiccatas araneas una cum universa sua tela fac descendere, et purga e fenestris. *Lubin.*—*Arida, &c.*] Mundentur parietes, vel camerae. *Vet. Sch.*

62 *Hic laret, &c.*] Meliora exemplaria habent, *Lare argentum*, id est, politum, et sine ulla cæliatura.—*Vasa, &c.*] Anaglypha et figuris cæolata, in asperitatem sculpta. Sic Persius dixit, *Asper summus*, id est, recens excusus signis et literis asper et inæqualis. *Lubin.*—*Hic, &c.*] Anaglypha sigillis. Virgilius: 'et vasa aspera signis.' *Vet. Sch.*

63 *Vox, &c.*] Cum fremitu talia imperiose pronunciat, et servis suis imperat.—*Virgamque, &c.*] Qua et minetur et verberet. Præfecti, in officii signum, virgam tenebant, qua cessa-

toros percutiebant. *Lubin.*—*Vet.* &c.]  
*Virgilias*: 'Urget præsentia Tarni.'  
*Vet. Sch.*

64 *Trepidus*] Curiose prohibes, ne  
 quid fœdam aut deforme in domo tua  
 venturum hospitem possit offendere,  
 elique nauseam movere. *Lubin.*

66 *Et*, &c.] Quasi dicat: De his  
 adeo sollicitaris, quæ tamen facile  
 emendari possunt. *Idem.*

67 *Semodio*, &c.] Dimidio modio ra-  
 mentorum e serra decidentium. Di-  
 citur autem scobe non solum quod e  
 ligno serra deterioritur, verum etiam  
 quod ex attritione laterum habetur,  
 et quod deraditur de metallis. Tali  
 autem scobe vel pulvere immundi-  
 ciæ in domibus solent tegi. *Lubin.*—  
*Semodio scobis hæc emendat*, &c.] Puto  
 legendum, *emendat*. Schopp.—*Semo-  
 dio scobis*] Non *xpiquaros*. *Vet. Sch.*

68 *Illud*, &c.] Hoc est, quod Crates  
 Thebanus, si in aliquam populosam  
 civitatem veniret, se proclamaturum  
 dicebat.—*Ut*, &c.] Ut filius tuus sine  
 labe domum sanctam, et vitio caren-  
 tem inhabitet, in qua neque pater  
 peccet, neque filius a patre ad pec-  
 candum invitatur. *Lubin.*—*Illud*,  
 &c.] Illud non respicias, quemadmo-  
 dum filio castam domum exhibeas.  
*Vet. Sch.*

70 *Gratum est*] Commendat initio  
 studium propagandæ sobolis utile at-  
 que salutare Reipub. si modo filii recte  
 educati utiles sunt Reip. *Lubin.*

71 *Si*, &c.] Si eum accurate insti-  
 tuens, civem bonum reddas, qui opera  
 et consilio patriæ possit prodesse.—  
*Agris*] Agricultura, quæ potissima et  
 maxime necessaria pars vitæ humanæ.  
*Idem.*—*Si*, &c.] Civem bonum, si eam  
 ita institueris, ut sit utilis patriæ.  
*Vet. Sch.*

73 *Plurimum*, &c.] Repetit locum  
 communem superius tractatum. Quod  
 prima institutio maximum momen-  
 tum habeat in vita humana. Id est,  
 Multum interest, quibus artibus et  
 moribus filium tuum a teneris insti-

*Delph. et Var. Clas.*

tuas. *Lubin.*

74 *Moribus*] Mallone, exemplo Ci-  
 conis et Vulturis; an Bonis, exem-  
 plo Aquilæ et Accipitrum [—*Serpente*,  
 &c.] Probat exemplis aliorum anima-  
 lium, a teneris adsuescere multum  
 esse. Est autem primum exemplum a  
 ciconiis. Porro Plin. l. x. de ciconia  
 ait: 'quod illis in Thessalia tantus  
 honos serpentum exitio habitas sit, ut  
 ciconiam occidere capitale fuerit, eam-  
 dem legibus pœna, quæ in homici-  
 das.'

75 *Devia*, &c.] A via et turba ho-  
 minum remota.

76 *Suntis*, &c.] Jam adultiores et  
 pennati.—*Animalia*] Serpentes, la-  
 certas, ranas, anguillas, &c. *Lubin.*  
 —*Illis*, &c.] Quæ a parentibus didice-  
 runt. *Vet. Sch.*

77 *Vultur*, &c.] Secundum exem-  
 plum de vulture.—*Jumento*] Mortuo,  
 cadavere jumento.—*Crucibus*] Cadave-  
 re hominis in crucem acti. Porro vul-  
 tur tanta sagacitate cadavera insec-  
 tatur, ut triduo ante illum locum ubi  
 cadaver futurum est, circumvolet.  
*Lubin.*—*Vultur*, &c.] Exemplis do-  
 cet hoc servare filios, quod a pa-  
 rentibus acceperant. *Vet. Sch.*

78 *Ad*, &c.] Ad pullos in nido  
 relictos. *Lubin.*—*Partemque*, &c.]  
 Hominum. Nam antiqui crucibus  
 figebant. *Vet. Sch.*

79 *Magni*, &c.] Qui e pullo jam  
 adolevit. *Lubin.*—*Se*, &c.] Se ip-  
 sum sine adminiculo parentum, jam  
 grandior.—*Hic*, &c.] Quem parentes  
 tradiderant. *Vet. Sch.*

80 *Nidos*, &c.] Si Plinio standum,  
 non in arbore, sed in excelsissimis ru-  
 pibus nidificant. *Lubin.*—*Cum*, &c.]  
 Cum coeperit volare. *Vet. Sch.*

81 *Sed*, &c.] Tertium exemplum,  
 ab aquilis, quæ viva animalia venari  
 solent.—*Famula*, &c.] Jovis enim ar-  
 migetæ: fulmina illi ministrare finge-  
 bantur. *Plin.* l. 11. 55. et x. 3. Sed et  
 in aliis Jovi inserviunt, ut in raptu  
 Ganymedis.—*Genervæ*, &c.] Accipi-

*Juv.*

4 C



tres, falcones. *Lubin.*

82 *In, &c.*] In loco ubi saltant huiusmodi feras.—*Cubiti*] In nido pullis apponitur comedenda. *Idem.*

83 *Inde, &c.*] Cum jam maturiores et grandiores pulli aquilæ, inde e nido se levant, et avolant, et jam ad volandum apti, volando se in altum sublevant, tum cibos consueta, quibus nutriti sunt, querunt. *Idem.*

84 *Festinat, &c.*] Ad lepores, capreas, et alias minores feras. *Idem.*—*Festinat, &c.*] Id est, ad venationem; unde nutrita est. *Vet. Sch.*

85 *Rupto, &c.*] Ex quo aquilæ pullos natus, et unde exclusus. *Lubin.*

86 *Ædificator, &c.*] Quintum vitium, quod luxuriosa ædificia extruere filii patris exemplo discant.—*Centronius*] Alii, *Centronius*. Hic villis et domibus ædificandis delectatus, suas ingentes opes attrivit, quas ad nihilum postea prorsus redegit filius, iisdem studiis delectatus. *Lubinus.*—*Modo*] Paulo ante.—*Ædificator, &c.*] Cupidus fabricæ. *Vet. Sch.*

87 *Cajeta*] Hic portus erat a nutrice Aeneas ita dictus, ut quidam volunt, in sinu Bajæ, ubi illa Cajeta fuit sepulta. Alii dicunt Cajetam in Campania fuisse ita dictam, teste Strabone, quod curva sit. Nam Lacones omnia curva *Cajetas* appellaverunt.—*Tiburis, &c.*] Civitas in Sabinis 16. ab urbe lapidibus in monte Tivoli sita. *Lubin.*—*Litore, &c.*] In Campania Cajeta. *Vet. Sch.*

88 *Prænestinis*] Non procul a Præneste, urbe Latii, ita dicta a Præneste Ulyssis nepote, et Latini regis filio. In Romæ conspectu sunt, Tyber, Præneste, Tusculum. *Sat. III. 100. Britannic.*

89 *Longeque petitis*] Ex Ægypto, Numidia, &c.

90 *Vincens, &c.*] Superans et excelsus sumtus impensos in tam pretiosa ædificia.—*Fortuna, &c.*] Quæ ædes fuere nobilissimæ, Præneste Fortunæ, Herculis Tiburæ; utriusque ædi-

um Romæ erant ædes.—*Fortuna*] Quam Nero ex marmore Phœgiæ sumtuosissime extruxit.—*Herculis*] Quam Martius Philippus, Augusti vitricus extruxit. *Idem.*—*Vincens, &c.*] Apud Præneste et Fortunæ, et Herculis habent ædes: aut certe quod in Capitolio, post ædem Dianæ et Jovis secundam de miraculo operis habent gloriam, Fortunæ atque Herculis ædes. Fortunæ apud Præneste ædem pulcherrimam ferunt fuisse, Hercules enim ædem Tiberis dicit. *Vet. Sch.*

91 *Ut, &c.*] Sic Centronius suis ædificiis Herculis et Fortunæ ædem extruxit, ut Spado Posides Capitolium.—*Nostra*] Vel Romana, vel nostri temporis. *Britannic.*—*Ut, &c.*] Hic Posides spado, libertus Claudii Imperatoris, tantæ gratiæ et potentiæ fuit, ut eum Claudius in Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donaverit: cohortibus quoque et aliis provinciis Judææ præposuerit; et lecticæ per urbem vectandi, spectacula quoque publice edendi jus tribuerit. Legitur in Suetonio. *Vet. Sch.*

92 *Dum sic*] Ædificat continuo, vel in multis locis habitat.—*Habites*] Extruxit ædificia, quæ habitet. Sed *Agitat* mallet legere.—*Inimicit, &c.*] Divitias suas, quamvis amplissimas. *Lubin.*—*Inimicit rem*] Minuit patrimonium fabricando. Secutus patrem scilicet: et quod remanserat de patrimonio, filius omne in ædificiis impendit. *Vet. Sch.*

93 *Fregit*] Absumsit, dilapidavit.—*Nec parus, &c.*] Erat adhuc aliquid reliquum.

94 *Turbavit*] Dissipavit, absumsit.—*Amen*] Insanus ædificandi studio. *Lubin.*

95 *Dum, &c.*] Non contentus paternis. Sumtuosiora adhuc et magis excelsa domiella in villis ædificat.

96 *Quidam, &c.*] Sextum vitium, quod liberi a parentibus superstitio-

mem discant, et exteras religiones; sed est; Quidam liberi patrem Judaica superstitione imbutum sortiti, qui Judaicas cerimonias, Sabbata, et septimum quemque in hebdomade diem colunt.—*Metuentem*] Superstitiose colentem. Sicque Poëta per transitum religionem Judæorum et ejus cultores irridet atque subsannat.—*Sabbata*] Judæorum festa: hinc Judæi Sabbatarii. *Idem*.

97 *Nih, &c.*] Quippe inter precandum cælum suspicientes, unum tantum Deum agnoscent Judæi; et Tacit. l. v. 'Judæi sola mente unumque numen intelligunt.' Porro quod ait Judæos nubes adorare, calumniose dicit, ut et Aristophanes Scurra, Socratem *repêlas* adorare mentitur. *Lubin*. Aut revera ad id respexit, quod Deus apparuit Mosi in nebula, totum montem Sinai tegente, ubi a Deo accepit tabulas lapideas, legem et mandata quæ scripsit Deus, ut doceret filios Israël. Judæi ergo nubes adorare dicuntur, quia Deus in nubibus semper iis apparebat: unde illud Moysis in Numeris: 'Nubes tua proteget illos, et in columna nubis præcedes eos per diem, et in columna ignis per poetem.' *Britann*. Legendum autem videtur *Cæli humen*, id est, cælum, *σπερμαστρουός*. *Cæterus* Novar. lect. iv. 2.—*Cæli, &c.*] Nada contemplatione colentes. *Vet. Sch.*

98 *Nec, &c.*] Exemplo parentum Judaizantium a suilla carne tam religiose abstinent, non accas atque si humana esset: quasi inter suillam et humanam carnem nihil sit discriminis. *Sat. vi. 161. Lubin*.—*Nec, &c.*] Tanquam humanam, porcineam putant. *Vet. Sch.*

99 *Qua, &c.*] Qui religionem Judaicam tanquam hæreditariam filio legavit. *Tacitus* de Judæis l. xxi.—*Max, &c.*] Postquam in religione Judaica confirmati sunt, circumcisionem adhibent et priorem virilium cuticulam deponunt. *Lubin*.—*Præputia ponunt*] Id est, *reprehendit*. *Vet. Sch.*

100 *Romanus*] Duodenam tabularum. Indignatur Romanos, patris ritibus et sacrificiis contentis, et legibus majorum suorum, externam aliorum populorum religionem capessere. *Lubin*.

101 *Judaicum*] Divinit diphthongum, ut dicimus Hebraicum, Achaicum; pro Hebræo, Achæo. *Idem*.

102 *Aræne volumine*] Pentateucho, vix ulli ethnicorum viso, Judæis sacro et sancto: vel multa mysteria continente.—*Moysses*] Propheta ex sacra pagina notus.—*Tradidit, &c.*] Sacerdos: vel Rex ejus gentis, aut ipsius quidem religionis inventor: cujus Cornelius etiam Tacitus meminit. *Vet. Sch.*

103 *Non, &c.*] Nullis nisi suæ religioni addictis, officium præstant: neque viam vel fontem, vel aliud quid, monstrant. *Lubin*.—*Non, &c.*] Id est, non confiteri religionis secreta. *Vet. Sch.*

104 *Quæsitum, &c.*] Reapicit ad Judæam, ubi aquarum penuria, quod viatori sitiienti fontem quæsitum non monstrent, nisi verpus vel apella reontitus et circumciscus sit. Quod vetus Scholiastes baptizari eos dicit, de lotionem et purgationem intelligit.—*Verpus*] Id est, Judæos. Verpus alias significat mentulam. Hic idem est quod apella sine pelle, vel mentulam habens cute donadatam. *Turnebus* *Advers. xxviii. 21. Scalig. de causis* l. l. i. 28.—*Quæsitum, &c.*] Ubi baptizantur.—*Deducere, &c.*] Judæos, qui sine pellicula sunt. *Vet. Sch.*

105 *Cui, &c.*] Pater in causa est, quod filii aliena religione imbuantur, qui septimo die ab omni opere feriatas est, vel qui die Sabbati nihil egit. *Lubin*.—*Sed, &c.*] Causa hujus motus, pater est.—*Cui, &c.*] Qui semper Sabbatis nihil faciunt. *Vet. Sch.*

106 *Ignava*] Sine opere.—*Et partem vitæ, &c.*] I. e. Nihil fecit, quo vita humana indigeat, uti quidem diebus profestis.

107 *Sponte, &c.*] Subjungit jam septimum vitium, quod parentes suis li-

beris avaritiæ auctores sint. Id est, reliqua omnia vitia supra dicta sponte et ultro imitantur filii, (ad prava enim omnes prociliviores) unam avaritiæ inviti exercere coguntur, quæ juvenibus natura liberalibus, est contra naturam. Illa enim senum vitium: qui, quo minus vix restat, hoc plus viatici congerant. *Lubin.*

108 *Jubentur*] A parentibus instituntur.

109 *Fallit*, &c.] Ratio, quare patres avaritiæ filijs suis inculcent, quod illam illis commendent tanquam parsimoniam et frugalitatem. Id est, sub specie et umbra frugalitatis et virtutis, avaritia imponit hominibus. Multi enim avaros tanquam frugi homines laudant, putantes quod frugalitate patrimonia sua conservent. Decipimur ergo specie recti.—*Umbra*] Nam obscuram imaginem virtutis habet. *Idem.*—*Fallit*, &c.] Sæpius sub specie virtutis, avaritia tegitur. Multi enim avaros tanquam frugi laudant, sperantes quod frugalitate faciente, patrimonia sua custodiunt: et non sentiunt eos causa avaritiæ facere. Frugalitas quippe avaritiæ contemnit, et mediocritatem amat. *Vet. Sch.*

110 *Triste*, &c.] Avaritia externo habitu valde sæpe honesta apparet, ut quæ luxuriam condemnet, et frugalitatem et parsimoniam commendet. Avari enim præ se ferunt tristem, gravem, et severum habitum. *Lubin.*

111 *Nec*, &c.] Quasi nemo dubitet de virtute ejus, quod sit frugi et diligens homo.—*Tanquam*, &c.] A parsimonia commendandus. *Idem.*

112 *Rerum*, &c.] Avari enim accuratissime res suas custodiunt; et quidem tantis curis, quibus pervigiles dracones poma aurea Hesperidum, vel aureum vellus in Ponto, ut supra dictum est Sat. 1. et IV. *Idem.*

113 *Certa*, &c.] Quas res longe diligentius custodiunt. Pulchre auctorem hoc loco avaros cum pervigilibus Draconibus comparat auctor, qui re-

vera bonis suis invigilant. *Idem.*—*Certa*, &c.] Tanquam ille qui aut mala, aut pellem auream servabat. *Vet. Sch.*

114 *Hesperidum*] Pervigil draco custos aureorum malorum in horto Hesperidum filiarum Atlantia.—*Ponticus*] Draco apud Colchos in Ponto aurei velleris a Phryxo suspensi custos. *Farnab.*

115 *Egregium*] Quis populus divitias, ut summum bonum demirat. —*Verendum*] Honorandum et venerandum, qui tantum pecuniæ coacervare possit. Alii non male legunt: *Acquirendi artificem.* *Idem.*

116 *Quippe*, &c.] Id est, Census, opes et divitiæ crescunt per hos artifices: Metaph. a fabrilis arte. *Idem.*—*Quippe*, &c.] Fabris patrimoniorum, dum auram popularem captant, et patrimonii opinione delectantur. *Vet. Sch.*

117 *Quocunque*, &c.] Per fas et nefas, jure et injuste, juxta illud: 'mea nihil refert, dum potiar modo.' *Farnab.*

118 *Incude*, &c.] Quia superius fabros dixit, perstat in eadem Metaphora, quasi avari assidue numos fabricant. Id est, assiduo studio, cura, labore, opera, vigilia.—*Ardente*, &c.] In eadem Metaphora perseverat, animi cupidine flagrante, operante, vel cupido et avido pectore, numos congerente. *Idem.*—*Incude*, &c.] Metaphora a fabris ferrariis, quocunque casu.—*Ardente*, &c.] Avaritia operante. *Vet. Sch.*

119 *Et*, &c.] Ille pater ergo credit avaros et sordidos, animi felices et fortunatos scilicet esse, qui opes admirantur, et nullam pauperem credunt esse felicem.—*Animi*, &c.] Ita legendum. Est enim Græcismus; Græci enim dicunt, *μακάριος τοῦ θυμοῦ*, scilicet *beatus.* *Farnab.* Alii legunt *felicia.*

120 *Qui*] Sc. Pater.—*Nulla*, &c.] Qui pauperes non judicat beatos: qui tamen sæpe longe beatiores divi-

tibus. Seneca: 'Potest etiam et beatissimus animus sub quavis cute latere.' *Lubin.*—*Qui, &c.*] Qui patrimonio et divitiis gaudet.—*Sibi, &c.*] Quoties Apollinis oraculo declaratus est felicissimus Aglaus Arcas, qui nunquam patrium agellum excesserat, cum a Deo quæreretur, quis fidem veræ felicitatis impleset. *Vet. Sch.*

122 *Ire, &c.*] Ut in avaritia perseverent, quam feliciter ingressi sunt. Et eandem avarorum sectam sequantur.—*Eidem, &c.*] Metaphora. Professione et studio avaritiæ. *Lubin.*—*Ire, &c.*] Perseverent in avaritia. *Vet. Sch.*

123 *Vitiorum, &c.*] Avaritiæ et sordium principia, initia, et quasi quædam primordia, quibus bene perceptis facile ulterius progrediantur, et ad summas opes perveniant, quibus a teneris filiorum suorum animos imbuunt. Dicit autem recte *vitiorum* in genere: nam avaritiæ radix omnium malorum, ad omnia vitia viam longe et late sternit.—*Protinus*] A primis annis. *Lubin.*

124 *Minimas*] Etiam in puerorum minimis opibus, in nucibus, talis: vel in genere, etiam in minimis nummis, &c. Vel quia avaritiæ sordes omnium contemptissimæ sunt.—*Ediscere*] Ut puer elementa linguarum ediscit. Vide Theophrast. charact. Eth. *repl μικρολογίας και βδελυγίας. Idem.*—*Et, &c.*] Enim sequi in avaritia, quæ nullis satiatur divitiis. *Vet. Sch.*

125 *Mox*] Ubi fundamenta mediocriter sunt jacta.—*Insatiabile, &c.*] Desiderium, more avarorum, totius mundi opes acquirendi. Avari enim animus nullo satiatur lucro. *Lubin.*

126 *Servorum, &c.*] Sequuntur jam in specie avaritiæ exempla, quibus patres filiis suis ad avaritiam viam sternunt. Id est, Prava, iniqua, et injusta mensura; qua demensum servis suis distribuit, servos defraudat, eorumque ventres attenuat.—*Iniquo*] *Θυβυλλῆ μέτρη*, nimis parva mensura,

qua singulis mensibus frumentum illis dat.—*Modio, &c.*] Prava mensura. *Vet. Sch.*

127 *Ipos, &c.*] Graphice Tantalos depingit, qui in omnium rerum copia et abundantia mento tenus obruti, interea egent, et fame atque siti contabescunt: 'Inter opes inopes.'—*Neque, &c.*] Ex nimia avaritia non indulget sibi tantum, ut omnia munda fragmenta cœrulei panis consumat, et recte semel famem sedet, sed semper illa sollicitè conservat, quæ postea ipse famelicus devorat. *Lubin.*—*Neque*] Id est, Omnia sustinet. Duo negativa confirmativum faciunt. *Vet. Sch.*

128 *Mucida*] Situ et mucore delibuta.—*Cœrulei*] E mucore, et sic vilissimi. *Lubin.*

129 *Hæsternum, &c.*] Id est, Qui condimentum ex rebus minutim concisus, ut pisce, liquamine, oleo, vino, porro, mense Septembri, quo talia facile corrumpantur, et hominum corpora maxime morbis sint obnoxia, diu conservare, donec computrescant, solent. *Idem.*

130 *Nec non*] Qui vilissimos cibos ex una cœna in aliam servare solet. *Idem.*

131 *Conchem*] Fabam coctam cum cortice elixam, vilissimam. Hinc Sat. III. vs. 293. dixit: 'Cujus conche tumes, quis tecum sectile porrum,' &c. *Magius* II. 10. Alii legunt *Conchem*, et piscem esse dicunt de genere testaceorum. *Britannicus.*—*Æstivum*] Alii leg. *Æstivi, &c.* Piscis illius vilis, æstatis calore putrescentis et corrupti. *Lubin.*—*Alterius, &c.*] Id est, Fabam coctam, quæ illi remansit, in alium diem cum sardina servat.—*Cum parte, &c.*] Genus piscis salis. *Vet. Sch.*

132 *Signatam*] Ad ulteriorem avaritiam refer. Id est, Sigillo custoditam et observatam, ne tales deliciae possint imminui. *Lubin.*—*Cum parte, lacerti, &c. putrique siluro*] Silurum

pro placis genere vulgaris, atque non sanguis, videtur possuisse in characterismo hominis deparci. Hoc enim facit ad exaggerandas sordes hominis ultra modum parci, qui dimidiatos placiculos minatos in alterum diem servat, ac mensæ reponit, cum æstiva conche, qui vltis est cibus pauperum hominum. Nam Silerus ipse qui Sturio est, vel Glanis, non videtur admodum familiaris huiusmodi mensis, quales ibi describit Satyrius: nec magnæ hoc parsimonius indicium esset, ingentem piscem, qualis est Sturio, dimidium servare in alteram cœnam. *Salmas.*

133 *Filaque, &c.*] Id est, non capitati sed sectivi, parce apposita.—*Numerata*] Mirè amplificat descriptionem sordidissimi Euclionis, quasi etiam fila capitati porri numerarit.—*Excludere*] Aliquo promptuario, ut in alteram cœnam reservetur. *Idem.*

134 *Invitatus, &c.*] Si ad tales epulas etiam mendici de ponte invitentur, se venturos negabunt, et recusabunt.—*Ad, &c.*] Ad sordidum adeo convivium, ad epulas fœdas et corruptas.—*De ponte*] In hoc mendicabant, ut dictum Sat. iv. 116. et v. 'Dirisque a ponte satellites.' *Idem.*—*Filaque, &c.*] Bene, sectivi; quia quando ponitur cultoribus hortorum, tunc secatur.—*Aliquis, &c.*] Quia mendici in pontis lînere sedent. *Vet. Sch.*

135 *Sed, &c.*] Dixit quibus sordidissimis et turpissimis artibus acquirant divitias; subtextit jam stultitiam divitum, qui inter tot opes inopes viverent.—*Quo, &c.*] I. e. Ad quid, et in quem finem divitias per tot labores coactas via habere, si lis uti non vis? *Valer.* Avaritia nec habendi fructu felix, et cupiditate querendi.—*Tormenta*] Servorum et sui ipsius inedium, famem, et miseriam.—*Coactas*] Accumulatas, coacervatas tot cruciatibus. *Salmas.*—*Sed, &c.*] Id est, Ubi sunt divitias, si non ipsi acria? *Vet. Sch.*

136 *Cum, &c.*] Egregli versus. Cum manifeste arguat hominem insaniam, certissimo et manifestissimo furore miserrime et famelico vivere, ut dives atque splendidus moriaris.—*Manifesta, &c.*] Furor et amentia, alias Phrenitis dicta. *Lubin.*

137 *Ut, &c.*] Vitam in summa angustia et egestate transigere, ut dives moriaris.—*Egredi fatis*] Sorte et statu fatali, ut egredi. *Alii, egredi.* *Idem.*—*Ut, &c.*] Id est, Cum egestate vitam tolerant, ut divites moriantur. *Vet. Sch.*

138 *Intra pleno*] Subjungit aliud genus stultitiæ in avaris, quod cum opibus illis crescat. Id est, Licet sacculus et locus nimis adeo plenus sit, ut os vel summus ejus colligari et claudi nequeat, tamen pecunie sitis nondum expleta est.—*Turget*] Tumidus et distensus est. *Lubin.*

139 *Crescit, &c.*] Alii, crevit. Id est, quanto plus additur divitiis, hoc etiam cupiditatis avaritiæ. *Horat.* 'Crescentem sequitur cura pecuniam, Majorumque fames.' *Lubin.*—*Crescit, &c.*] Id est, Quanto plus adduntur divitiis, tanto plus crescit avaritia. *Vet. Sch.*

140 *Et minus, &c.*] Hoc ex præcedenti consequitur. *Seneca:* 'Is minime eget mortalis, qui minimum cupit.' Nam: 'Semper avarus eget.'—*Ergo*] Quia insatiabilis es, plures possessiones tibi cœmis, cum una possessio tibi non sufficiat. *Lubin.*—*Altera*] Adhuc una et plures.—*Ergo, &c.*] Cœmuntur plures possessiones, quia una non sufficit. *Vet. Sch.*

142 *Proferre*] Agorum et ruri tui limites prolongare et extendere. *Horat.* 'O si angulus iste Proximes accedat.'—*Majorque*] Si vicini ager fertilior tibi videatur, et illum cœmis. *Lubin.*—*Et, &c.*] Producere, protendere. *Vet. Sch.*

143 *Vicina agri*] Ex natura hominum, et cum primis avarorum, hoc loquitur, quibus res alienas semper am-

phiores videntur. *Lubin.*—*Et, &c.*] Semper avaris res aliena meliores et amphiores videntur. *Vet. Sch.*

144 *Arbusta*] Loca amenitatis et utilitatis gratia arboribus consita.—*Et, &c.*] Integrum oliveti montem: *densa*, id est, frequenti olea.—*Canet*] I. e. Albicat. Eo dicit, quia flores oleæ candidi, et quasi cani. *Lubin.*—*Et, &c.*] Hyperbole; id est, Integrum montem Oliveti comparas. *Vet. Sch.*

145 *Quorum, &c.*] Exprimuntur sceleratæ artes, quibus vicinorum agros, si vendere illos nolit, ad se transferant, illosque vendere cogant. Si nullo pretio potest pellere vicinum, saltem injuria pellet, immittendo voraces et damnosos boves et jumenta in sata vicini, et id quidem clandestine.—*Dominus*] Possessor montium et arbustorum, si nullo pretio induci potest, ut illa vendat. *Lubin.*—*Si, &c.*] Non consentit ad distrahendum: id est, Cum vicinum agrum non poterit pretio elicere, ita agit, ut cogatur vicinus vendere, non patiens importunitatem animalium, quæ ille dimittit ut segetes ipsius depascantur. *Vet. Sch.*

146 *Nocte, &c.*] Ita agit, ut cogatur vicinus vendere.—*Mucro*] Et ob id voraciores.—*Lasso, &c.*] Aratro aut jugo priori die fatigata armenta, ut famelica sint, nam per laborem contrahitur fames.

147 *Jumenta*] Alii leg. *Armenta.*—*Ad, &c.*] Id est, Nondum maturas segetes, ut devastatis illis cum nullo fructum capiat, vendere cogatur. *Lubin.*

148 *Nec, &c.*] Absunt.—*Tota, &c.*] Id est, agri seminati segetes et fructus. *Novalis*, proprie ager, qui alternis annis seritur.—*Sævos, &c.*] Fame exasperatos: sic supra dixit: ‘*Rabidam Orexin.*’—*Quam tota, &c.*] Agros seminatos. *Vet. Sch.*

149 *In ventres abeat*] Non nisi degustis et devoratis omnibus fructibus et tota segete universa agri.—*Falci-*

*bus, &c.*] Non aliter atque si ager falci-  
bus sit succius. *Lubin.*—*Falcibus, &c.*] Metitum. *Vet. Sch.*

150 *Talla, &c.*] Damna et injurias a malis vicinis sibi illatas. *Lubin.*

151 *Venales*] Qui alias nunquam venderentur.—*Injuria*] Vicini avari et potentis qui dolo malo cogit pauperem vendere agros. *Idem.*—*Et quot, &c.*] Molestia confinii potentis. *Vet. Sch.*

152 *Sed qui*] Est insultatio in avaro, quod pessimi sermones de illo sparguntur, omnes homines de illo male loquantur, quum tot divitias per multas injurias paravit.—*Fæda buccine fama*] Tuba quasi turpis et fædæ diffamationis. Hinc fama cum tuba pingi solet.—*Quam, &c.*] Quam mala fama est avaris potentibus. *Vet. Sch.*

153 *Quid, &c.*] Respondet avarus; Vulgi de se sermones contemnere. Sic Horatius: ‘populus me sibilat, at mihi plando Ipse domi, simul ac numos contemtor in arca.’—*Tunicam, &c.*] Id est, Ego pluris facio villissimum leguminis putamen, quam laudes totius viciniæ, si pauper esse cogar. Quasi dicat: *Laus sine quaestu est vilissima.* Alii, *lupini* leg. *Lubin.*—*Quid, &c.*] Mala fama, quæ de me loquitur: avaritiam dicit. *Vet. Sch.*

154 *Quam, &c.*] Sine quaestu aliquo vilis est conlaudatio. *Vet. Sch.*

155 *Erigui, &c.*] Id est, parvi agelli paucissimum frumentum demotentem. *Lubin.*

156 *Scilicet, &c.*] Respondet Poëta avaro, per amaram et ironicam indignationem. Quasi dicat: Nimirum ubi dives fueris, eris beatissimus, tutus a morbis, infirmitate, luctu, cura, et longissime vives. Quasi dicat: Divitias non esse eas, quæ hominem a corporis et mentis ægritudine possint vindicare; sed divitem etiam majores curas comitari.—*Scilicet, &c.*] Id est, Si mediocriter possidens quod tibi ad vitam

sufficiat, omnibus rebus malis carebis, et quietus eris.—*Debititate carebis*] *Æqua trovolas.* *Vet. Sch.*

157 *Et, &c.*] Per ironiam. Nam divitiæ hæc omnia inducunt.—*Temporis, &c.*] Quæ avaris poena sunt, quo enim diutius vivunt, hoc diutius exercantur.—*Et, &c.*] Mala vitiosa. *Vet. Sch.*

158 *Meliore*] Id est, prosperiore, quia dives es; imo vero fato iniquissimo. *Lubin.*

159 *Si, &c.*] Id est, Si etiam amplissimas divitias comparaveris, et adeo magnum agrum solus possideas, quantum olim universus populus Romanus arabat sub Romulo, cum Tattius Sabinorum rex ejus imperii socius, et in urbis partem a Romulo acciperetur. *Lubin.*

160 *Quantum, &c.*] Si tantum possides solus, quantum populus Rom. possedit, Campum Martium. *Vet. Sch.*

161 *Mox, &c.*] Jam obiter commendat frugalitatem majorum suorum, qui paucissimis contenti beatissime vixerint.—*Mox*] Post tempora Romuli et Tatii.—*Fractis, &c.*] Militibus Romanis ætate debilitatis, et militia consumptis, et Annibalem, Pyrrhumque, eorumque prælia passis.—*Punica*] Primum, secundum, et tertium, quo Carthago diruta, urbs esse desiit. *Lubin.*—*Prælia, &c.*] Epirotarum regem Pyrrhum dicit. Gladios Molossos, Epiroticos. *Vet. Sch.*

162 *Pyrrhum, &c.*] Imperatorem laudatissimum, qui bello Romanos subegit, cum quo Dentatus Consul ad Asculum in Piceno bis conflixit, et sexaginta millia militum Romanorum perdidit.—*Molossos*] Chaones et Molossi, Epirotarum gentes: Molossia enim pars Epiri. *Lubin.*

163 *Tandem, &c.*] Finitis bellis post maxima pericula, vix singulis militibus in coloniam deductis, dabantur duo jugera. Est autem *jugera* tantum agri, quantum duo boves, vel jugum boum uno die arando potest

invertere. *Lubin.*—*Sanguinis*] In præliis effusi.

164 *Merces, &c.*] Deductis in coloniam viris. *Vet. Sch.*

165 *Meritis, &c.*] Sed par et æqualis, quasi pro illis laboribus satis superque satisfactum sit.—*Aut, &c.*] Id est, Merces illa non fuit impar, neque a militibus habita fuit fides curta et imminuta ingratae patriæ. *Lubin.* Vel, Neque ingrata aut parca moris videbatur patria, quæ tam bene meritis tantulam rependeret mercedem. *Farnab.*—*Nullis, &c.*] Id est, Nunquam visa sunt dona minora meritis, in duobus jugeribus: id est, Par merces laboribus visa est illis, quibus dabatur. *Vet. Sch.*

166 *Curta, &c.*] Qualis est ingratorum, quibus beneficium præstatore spe et fiducia gratitudinis. Quam gratitudo ubi deficit, merito fides beneficium recipientis accusatur.—*Glebulæ*] Exiguum terræ, portumcula duorum jugerum, sufficiebat, multis hominibus, marito cum uxore grvida, &c. *Plin. XVIII. 2. Lubin.*

167 *Turbanque, &c.*] Totam familiam in domo rusticana. *Idem.*—*Quæ facta, &c.*] In qua casa pera cum partu jacebat. inconcinne itaque *Labinus* facta gravidam intellexit.

168 *Unus, &c.*] Commendatur majorum continentia et frugalitas. Id est, Inter quos quatuor pueros, unus verna erat ex serva natus, reliqui tres erant fillifamilias. *Idem.*—*Unus, &c.*] Ante nam unum servum plures domini habebant, qui erant parvuli. *Vet. Sch.*

169 *Tres domini*] Filiifamilias ingenue nati.—*Sed, &c.*] Id est, trium dominorum fratribus natu majoribus a laboribus rusticis redeuntibus, puls in cibum dabatur.

170 *A scrobe, &c.*] Id est, A fodiendo vel aratione revertentibus domum. Est autem scrobs fossula, in qua panguntur plantæ vel vites.—*Alteræ, &c.*] Nam prior parvulis data, minor erat, et exigua. *Lubin.*—*A scrobe, &c.*] Qui

celebant terram. Hoc nam dicit alios in bello \* alios terram colere. *Vet. Sch.*

171 *Et grandes, &c.*] Et grandiores cacabi repleti calentibus pultibus apponuntur eis.—*Pultibus*] Emphatice. Nam ante usum panis, trecentis annis pulve victitabant. Plin. XVIII. 8. Val. Max. II. 5. *Lubin.*—*Amplior*] Parabatur scilicet. *Vet. Sch.*

172 *Nunc, &c.*] Adeo crevit luxuria, ut ampliores nunc habeamus hortos, quam antiqui habuerunt agros. *Modus pro mensura.*—*Agri*] Præcorum fundi, id est, duorum jugerum.—*Nunc, &c.*] Bene dixit plus nunc possidere in horto, quam tunc in agro. *Vet. Sch.*

173 *Inde, &c.*] Ex tanta cupiditate.—*Causæ*] Supp. Sunt, unde latrocinia, furta, veneficia, homicidia, &c.—*Nec plura, &c.*] Ordo et sensus est, Nec ullum vitium humanæ mentis miscuit plura venena, aut sæpius grassatur ferro, quam avaritia, et immoderate habendi cupiditas.—*Venena*] Quæ fere miscebantur ob acquirendas opes. *Lubin.*—*Inde, &c.*] Ex institutione avaritiæ, quæ interfecit veneno, aut ferro. *Vet. Sch.*

175 *Sæva cupido*] Immania, atrox, traculentaque avaritia. Virg. 'quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?' *Lubin.*—*Sæva, &c.*] Avaritia. *Vet. Sch.*

176 *Immodici*] Alii, *Indomiti*, qui sedari et expleri non potest.—*Nam, &c.*] Hoc ait ex natura avaritiæ. Nam avari non paulatim aut pedetentim divitias exoptant acquirere, sed subito, per fas et nefas. *Lubin.*

177 *Sed, &c.*] Exclamatio. Avaritia nullas leges curat, omnes leges atque jura violat. *Idem.*—*Et cito, &c.*] Per scelera scilicet.—*Sed, &c.*] Exclamatio. *Vet. Sch.*

178 *Quis, &c.*] Nimirum avari neque Deos, neque homines curant, et modo opes acquirant, nihil pensi habent. *Lubin.*—*Properantis*] Qui cito

vult ditescere.

179 *Vivite, &c.*] Laudat rursus priscorum parsimoniam, qui paucis contenti beatissime vixerint, damnatque contra sui temporis inexplabilem in plerisque avaritiam.—*Casulis*] Domunculis rusticanis, et parvis agellis. *Idem.*

180 *Pueri*] Pro filiis, Græca consuetudine.—*Marsus*] Quilibet paterfamilias in illis Italiæ locis. Erant autem Marsi prope Albam: Hernici etiam Lavinio et Albæ vicini erant: Sabinis vero et Marsis Vestini. *Idem.*—*Et Hernicus olim*] Virgilius: 'Hernica saxa colunt.' *Vet. Sch.*

181 *Panem, &c.*] Sic Seneca, 'Panem et aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est.'—*Aratro*] Optima et justissima ratione. Nullum autem vitæ genus agricultura est præstantius. *Lubin.*—*Vestinusque*] Oppidum est Italiæ.—*Panem, &c.*] Id est, hoc persuadebant: Hoc tantum ex labore queramus, quod nobis ad victum sufficiat: hoc enim et Diis placet. *Vet. Sch.*

182 *Qui satis, &c.*] Qui sufficit ad victum.—*Landant, &c.*] Id est, Ipsa Diis hoc vitæ genus placet.—*Hoc*] Aratro panem querere.—*Numine, &c.*] An Liber et Ceres? ut Virg. Geor. 'Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista.' An vero Seja, Sergesta et Tuttilina? *Grang.*

183 *Quorum opes*] Quorum ductu et auspicio homines usum frumenti, et panem didicerunt, et cum fastidio reliquerunt glandes, quibus victitabant ante.—*Munus, &c.*] Post munus et donum inventi frumenti et panis. *Lubin.*

184 *Contingunt, &c.*] Id est, Accidit illi fastidium et nausea.—*Veteris, &c.*] Dicit hoc, quia ante hæc, quæ notat, tempora, rudes adhuc erant, et arborum herbarumque fractibus vivebant. *Lubin.*—*Contingunt, &c.*] Quia ante fraga et glandem homines



comedeabant. *Vet. Sch.*

185 *Nū, &c.*] Qui laborum patiens et paucis contentus est, et mavult mediocritatem, quam nimiam, ille nihil illicitum vult admittere per avaritiam, quod naturæ atque legibus sit contrarium.—*Quem, &c.*] Qui tenet, molli, et superbus non est, et quem non pœdet rustico calceo contra nives, imbres, et frigus maniri.—*Alto*] Alto super genua subducto, ut apud nos piscatores. *Labin.*—*Nū, &c.*] Is nam non vult ea, quæ illicita sunt, admittere, sed sua paupertate contentus esse. *Vet. Sch.*

186 *Per, &c.*] Dum glaciem penetrat, et dura opera tractat.—*Pero*] Pero calceus rusticus e crudo corio supra genua se extendens. *Virg.* ‘Crudus tegit altera pero.’—*Qui, &c.*] Qui arcet, avertit et a se depellit frigidum et impetuosum ventum Euram. *Labin.*—*Per, &c.*] *Virgilius*: ‘Crurum tegit altera pero.’ *Vet. Sch.*

187 *Pellibus, &c.*] Ut sit incultus quidem, sed a frigore tutus. Id est, ovium pellibus, lanam, villos, vel pilos interiori habentibus.—*Peregrina*] Jam veropurpureæ vestes, peregrinæ, Tyriæ, Africanæ, et Laconicæ omnia scelera invexerunt.—*Ignotaque*] Ut pote quæ Romæ non conficitur. *Labin.*—*Ignotaque, &c.*] Quæ a nobis ignota, alios inducit ad scelus. *Vet. Sch.*

188 *Quæcumque, &c.*] Dicit eo, nam dixit supra, *peregrina et ignota*, ob id ait, quæcumque illa est parum nobis nota. Melius forte legitur: *quodcumque*, id est, ad omne vitium et scelus. *Labin.*

189 *Hæc, &c.*] Demonstravit superior maiores suis liberis continentie et frugalitatis auctores fuisse. Jam e contrario demonstrat sua ætate parentes longe alia liberis suis præcipere. *Labin.*—*Hæc, &c.*] Posteris suis dabant. *Vet. Sch.*

190 *Post, &c.*] Antefœcanam enim lubricationem incipiebant sub finem

autumni, quamvis de more fœces, ut de mense Augusto Vulcanalibus lucubrare inciperent: sed *ἀποσώτες* ἔλεγον plerique faciebant. *Muret.* Ipsa ergo hyeme, ubi frigus urget, et intempesta nocte filios excitat et ad avaritiam impellit.—*Supinum*] Dormientem. *Vet. Sch.*

191 *Accipe, &c.*] Verba avari, quibus filium suum ad opes accumulandas exhortatur. Accipe ceratas tabulas, teque exerce scribendo et computando. *Labin.*

192 *Causas age*] Litiga, causas defendendas in foro conduc, ut lucrum facias: nam ut ait *Mart.* ‘Illic æra sonant.’—*Rubrus*] Tituli et principia legum, imo omnium quæ scribebant veteres, rubrica notata erant. Hinc plerumque rubricæ pro ipsis legibus.—*Perlege, &c.*] Rubricas Juris. *Vet. Sch.*

193 *Majorum, &c.*] A majoribus latus.—*Vitem, &c.*] Libello supplicis, vel carmine in laudem Imperatoris conscripto, poeca tibi centurionatum. *Centurionis insignis vitis erat*, quæ militis puniret: Unde noster *Sat. VIII. vs. 247.* ‘Nodosam post hæc frangebatur vertice vitem.’ *Labin.* *Liv. l. LVII. Plin. lib. XIV. c. l.* *Labin.*—*Auf, &c.*] Ut centurio fias, da libellos: id est, milita: vitis nam insignis Centurionum est, a Libero patre inventum, qui primus triumphavit, et inventor vitis est. *Vet. Sch.*

194 *Sed, &c.*] Id est, Ita te gere, ut Imperator *Lælius*, a quo Centurio scribendus es, in te annotet neglectum corporis cultum. Ita enim te fortem et militum idoneum existimabit.—*Intactum bazo*] Impexum. Pecten enim ex bazo.—*Nares pilosus*] Pilosi homines majoris roboris existimantur. *Labin.*—*Sed, &c.*] Senex hic est: Sic ago, ut te sordidum pueri mirentur, et virtutem tuam imitentur, si vis Centurio militare. *Vet. Sch.*

195 *Lælius*] Imperator. Qui te fortem militem existimabit.—*Et grandæ, &c.*] I. e. Grandibus pilis lignæ

tas. Lubinus de ipsis scapulis et axillis grandibus intelligit. — *Miretur, &c.*] Comes Lælius Centurio, sub quo militabis, ut evertas casas et attegias Maurorum. *Vet. Sch.*

196 *Dirac, &c.*] Id est, Milita, et Maurorum mapalia, tabernacula, et humiles casas prosterne et everte. Id est, Fortissimum militem et centurionem age. — *Attegias*] Mapalia. — *Castella*] Arces et opida Anglorum et Britannorum expugna. *Lubin.* — *Brigantum*] Britannorum, in Septentrionali parte Albionis ins. qui aliis *Eboracenses* sunt, aliis *Gavari*. *Farnab.* *Vet. Schol.* qui de Gallis intelligit, longe fallitur, nisi per Gallos Phrygas intelligit. *Grang.* — *Brigantum*] Gallorum. *Vet. Sch.*

197 *Ut, &c.*] Id est, Ut anno ætatis sexagesimo primipilatum obtineas stipendii emeritis. Primipilli Centurio aquilam servabat: tarde et gradatim isti ordines conferebantur: *Sexagesimus* autem annus hyperbolice; nam post quinquagesimum milita vacabant. *Grang.* Vel ut sexagesimo anno signifer fias, et opes atque pecuniam consequaris. Vide *Martial.* *Ep. vi. 58. f. Lubin.* — *Ut, &c.*] Ut signifer sis stipendiis emeritis anno sexagesimo, quo stipendia deponerent sua. *Vet. Sch.*

198 *Aut, &c.*] Id est, si militiam exercere tædet, mercaturam exerce. *Lubin.*

199 *Et, &c.*] Ut formidolosus et tropidus sis, de vita metuens, cornuum tubarumque clangorem audire nequeas. — *Solvunt, &c.*] Ex ratione naturali dicit. Nam metuentibus alvus solvitur. Musculi enim qui retrimentorum meatus claudunt, animæ per timorem intro fugiente calore et virtute destituti, laxant vincula. Vide *Probl.* *Aristotelis.* *Camerarius 8. Dîc. 4. Macrob. Saturn. vii. 11. Alii leg. trepido.* — *Cornua, &c.*] Si pavore cornuum, aut lituorum, venter tibi solvitur. *Vet. Sch.*

200 *Litus*] Quibus viri ad bellum accenduntur. Est autem litus incurva buccina exili sono. — *Paras, &c.*] Compara tibi hoc, quod vendas postea pharis dimidiis, quam revera valet, autquam tu illud emisti. — *Vendere, &c.*] Esto negotiator. *Vet. Sch.*

201 *Nec, &c.*] Id est, non nauseas, si forte foetidae merces tibi sint distrahendæ, quæ ut adornentur ultra Tiberim ablegandæ sint: trans Tiberim enim foetida opera, ut sulphurata, et excoriationes exercebantur. *Martial. Ep. i. 42. b. Turneb. xxiv. 43.* — *Phris, &c.*] Plus media parte. *Vet. Sch.*

202 *Ablegandæ*] Transportandæ ultra Tiberim. *Vet. Sch.*

203 *Nen, &c.*] Ne contemnas vilio rem mercem, aut quæ puteat, id est, caria. *Vet. Sch.*

204 *Coriam*] Pelle male olentes, et bene fragrans unguentum. — *Luci, &c.*] Ad illud Titi Vespasiani apud Suetonium c. 23. allusit: 'Qui reprehensus a Tito filio quod urinæ vectigalia commentus esset, pecuniam ex prima pensione ejus naribus admovit, quærens, nunquid odore offenderetur. Illo negante: Atqui, inquit, e lotio est.' *Lubin.*

205 *Ille tuo*] Laudat illum sequentem Ennii versum, tanquam Deo dignum et oraculum. *Idem.*

206 *Pœtæ*] Ennii. *Supp. quæ est.* — *Atque, &c.*] Id est, Jovis dictum est. *Vet. Sch.*

207 *Unde, &c.*] Unde habeas divitias, ex foedis an male olentibus mercibus, juste et injuste, nemo sollicitus ait. Dixit autem hoc Ennius ironice avaritiam perstringens. *Lubin.*

208 *Hoc, &c.*] Id est, Non solum patres, sed etiam matronæ vetulæ incalcant hoc pueris suis parvulis, assem petentibus ad nuculas, pyra, poma, et alia emenda. *Sat. vii. vs. 143.* Rectius vero *Probus* legit, *Pueris respondentibus Anna.* *Anna* autem nutrix est, quæ lac infantibus non præstat, sed

sicca est nutricula, tantum curam puerorum habens. Ita dicta, quod adit iis quos nutrit, nec vel exiguo tempore ab iis divellatur. *Lud. Carrio* Emendat. libro II. capite 9. *Lubin.*—*Vetula, &c.*] Assa nutrix dicitur, quæ hæc non præstat infantibus, sed solum diligentiam et munditiam adhibet: nutricula sicca, vetusta infantibus monstrat. *Vet. Sch.*

209 *Ante, &c.*] Antequam fundamenta et elementa linguæ et literarum addiscunt, fundamenta avaritiæ et omnium malorum jam posuerunt. *Lubin.*—*Puella*] Ergo non tantum filiolos, sed et filiolas docent avaritiam: nisi forte sit *puelli* legendum.—*Ante, &c.*] Ante ætatem discendi. *Vet. Sch.*

210 *Instantem, &c.*] Avaritiæ præcepta sæpius inculcantem.

212 *Festinare*] Filium ad avaritiam urgere et instigare, vel ante tempus filium avarum reddere, cum sponte et ultro maturiori ætate illam sit addisciturus.—*Meliorum, &c.*] Præstabo et exhibebo filium tuum in avaritia te longe superiorem.—*Magistro*] Te patre, qui docuisti. *Lubin.*

213 *Securus, &c.*] Discede tantum et desiste ab institutione ampliore filii tui. Vel, Ne sis sollicitus, quasi filius tuus frugi non sit futurus, et probe opes computaturus.—*Vinceris, &c.*] Ut Ajax patrem suum Telamonem, et Achilles Pelea, virtute et fortitudine superavit: ita etiam filius tuus te superabit: sed avaritia, nequitia, et omni scelere. *Idem.*—*Vinceris, &c.*] Id est, Ut illi in virtute parentes. auos superaverunt, sic et iste te in avaritia. *Vet. Sch.*

215 *Parcendum, &c.*] Condonandum est, o Pater, puerula, si forte tam tenella ætate avaritia te non vincuat.—*Nondum, &c.*] Id est, Malitia et nequitia ipsis innata, nondum ad cor ipsis penetravit, ipsorumque medullas nondum occupavit, quod ubi maturiori ætate fiet, sua sponte et ultro satis scelerati erunt. *Lubin.*

216 *Natiæ*] Per naturam depravatam. Alii legunt, *Naturæ malis nequitia est.*—*Cum, &c.*] Ubi grandior ætate fuerit, et cum habuerit barbam tam prolixam ut pecti possit. *Idem.*

217 *Longi, &c.*] Novaculæ vel caltri rasorii ad barbam radendam, qui oblongioris figuræ illis erat: id est, Ubi adoleverit. *Idem.*—*Admittere, &c.*] Id est, Tondere barbam. *Vet. Sch.*

218 *Falsus, &c.*] Id est, Tunc sponte sua malis artibus ad avaritiam utetur, ad quæ ipsum exstimulas.—*Vendat, &c.*] Mercede pejerabit.—*Summa exigua*] Pro tenui lucello.—*Summa, &c.*] Ut in minima mercede avaritia exprimitur. *Vet. Sch.*

219 *Cereris, &c.*] Ubi iuramentum sanctissimum habebatur, quippe ubi castis et puris tantum locus erat. Unde dixit Sat. IX. 'Pancæ adeo Cereris vittas contingere dignæ.'—*Aramque*] Respicit ad morem et habitum jurantium: mos enim erat jurantibus, aram tangere. *Lubin.*—*Cereris, &c.*] Ut perjurus erit. *Vet. Sch.*

220 *Elatam, &c.*] Id est, Tam certe credo, quod filius tuus uxorem suam, nurum tuam, veneno occisurus sit, quam si illa jam occisa et ad sepulchram elata caset. Innuit filium ob opes propriam conjugem sublaturum.—*Si, &c.*] Si maxime dotata filio tuo nupserit. Hæc referenda ad antiquum morem nuptiarum, de quo, *Brisson.* de ritu nuptiar. Subire enim est ita ingredi ut ne limen tangatur. *Lubin.*—*Elatam, &c.*] Mortuam, quam cum dote sibi adferat mortem. *Vet. Sch.*

221 *Mortifera*] Ipsi nurui. Nam propter dotem occupandam, venena ipsi dabit filius tuus.—*Quibus, &c.*] Intellige, vel, quod digitis violenterejus fauces oclusurus sit; vel, quod digitis veneno cicutæ infectis, ejus dormientis membra muliebræ sit contractaturus: hinc præsentanea mors. Hoc Calpurnio Bestiæ objecit M. Cæcilius.

222 *Per somnum*] Alii leg. *Per noctem*.—*Nam, &c.*] Quæ tu pater spectasti filium tuum consecuturum longis laboribus, et negotiationibus terra et mari, illud filius tuus acquireret longe breviori et compendiosiore via; nimium, furtis, homicidiis, latrociniiis, perjuriis, aliisque malis artibus. *Labin.*

—*Per, &c.*] Id est, Quæ per somnum effocabitur propter dotem. *Vet. Sch.*

223 *Brevior, &c.*] Id est, Homicidium. *Vet. Sch.*

224 *Nullus, &c.*] Id est, In scelere perpetrando non magna difficultas est; præceps est ad scelus via.—*Hæc, &c.*] Sequitur patris excusatio. Quasi dicat Poëta: Cum audieris filium tuum adeo scelerata perpetrantiem, dices: Ego nunquam auctor fui filio, ut veneficia, furti, et latrocinia perpetraret. *Labin.*—*Nullus, &c.*] Id est, In perpetrando scelere nunquam difficultas est. *Vet. Sch.*

225 *Optim]* I. e. Aliquando dices: Vel dices, *nec unquam olim*; I. e. antehac ullo tempore.

226 *Mentis, &c.*] Respondet Poëta: Quamvis homicidia et veneficia filio tuo non commendaveris, tamen avaritiam ipsi imperasti, unde omnia hæc necessario oriuntur. Et hac ratione exordium sceleratæ mentis filii tui, penes te est. *Labin.*—*Mentis, &c.*] Exordium sceleratæ mentis tuæ, quæ jubet ei avaritiam sequi. *Vet. Sch.*

227 *Nam, &c.*] Probat quod avari parentes omnium scelerum auctores sint ipsis liberis. Id est, Quicunque avaritiam filio suo imperat, ei que summas opes commendat, præcipit etiam ei et aperit rationes quibus illæ acquirantur.

228 *Et laevo monitu, &c.*] Ille ipse etiam sinistra et prava doctrina paulatim filios suos avaros efficit.—*Et, &c.*] Subtill monitu.—*Producit, &c.*] Sceleratos. *Vet. Sch.*

229 *Per, &c.*] Per malas artes, malis mercibus. Hunc versum liber collegii Catharinæ non habet. *Labin.*

230 *Totus, &c.*] Id est, Ille idem facit quod auriga, qui equis cum curriculo currentibus frenâ et habenis laxant. Nam si currum velocissima currentem inhibere velis, non potes: ita si filium tuum jam pleno gradu per scelera ad divitias properantem revocare velis, non potes. Tum enim, ut Poëta ait: 'Fertur equis auriga, nec audit curras habenas.' Deleo vero hoc loco *Et*, quod in vulgatis plerisque inseritur. *Labin.*—*Dat, &c.*] Auctoritatem et nequitiam permittit. *Vet. Sch.*

231 *Quem, &c.*] Virgilius: 'Fertur equis auriga.' *Vet. Sch.*

232 *Et, &c.*] Quemadmodum, invito auriga, currus ex præcipiti deorsum latus rapitur cum impetu.—*Metiaque, &c.*] Ultra terminos a te sibi præscriptos. *Labin.* Emphasis videtur in *que*, ut sit, ipsis etiam metis relictis.—*Et, &c.*] Patre vel rectore. Qui jam fuerit deditus avaritiæ, revocari non potest. *Vet. Sch.*

233 *Nemo, &c.*] Id est, Nemo existimat, se satis tum peccasse, cum tantum solum peccat, quantum tu permisisti. Existimat enim sese, licet ulterius peccet, non peccaturum. *Labin.*—*Nemo, &c.*] Nemo se putat satisfecisse, nisi amplius delinquant, quam non permittas; adeo plus peccare cupiunt. *Vet. Sch.*

234 *Adeo, &c.*] Id est, Usque adeo omnes homines semper plus peccare gaudent: et etiam ultra patris præcepta peccandi licentiam sibi arrogabunt. Et ratio est: Nam in immoderato modus non est. *Labin.*

235 *Cum, &c.*] Id est, Cum puero tuo dicis stultum esse, qui aliis benefaciat; vel, si proximo suo beneficientem reprehendas, ille non solum non benefaciet, verum inasper etiam malefaciet, et crudelis erit, atque fraudulentus. *Idem.*—*Circumscribere]* Decipere. *Idem.*—*Cum, &c.*] Si reprehendas eum beneficientem, quid illi suadeas, nisi ut criminosis sit? *Vet. Sch.*

238 *Quorum, &c.*] *Tantus in ea divitiarum amor est, quantus patrie amor erat in Decia, patre et filio, qui pro patrie salutis sensu decesserunt, ut tu te pro pecunia devoves.* Sat. viii. vs. 268. *Labia.*—*Quorum, &c.*] Divitiarum et avaritiæ tantum amoris habes, quam Decii habuerunt civitatis suæ. *Vet. Sch.*

239 *Deciorum*] De his dictum est Sat. viii. ad illa verba: ‘*Plebeis Deciorum animæ.*’ *Labia.*

240 *Si, &c.*] Obiter perstringit vanitatem Græcorum, eorumque frigida commenta, quorum tamen, teste Plinio, nullum mendacium, quod teste careat. Unde et superius Sat. x. vs. 174. dixit: ‘et quicquid Græcia mendax Audet in historia.’—*Menæceus*] Creontis filius, cum Thebarum civitas obsessa ab Argivis esset, respondit oraculum; Salvam illam fore si ultimus ex Cadmi familia sponte sua sese interemisset. Quod cum ad se pertinere videret Menæceus, suo se transfudit gladio. Papin. lib. x. Thebaid. *Idem.*—*Menæceus*] Qui pro civibus suis mortem elegerunt. *Vet. Sch.*

241 *In quarum*] Alii, *In quorum.* Ordo et sensus est, *In quarum (Thebarum) sulcis legiones cum clypeis nascuntur & dentibus anguis.* Hoc jam refer ad illud, quod superius dixit: ‘Si Græcia vera.’ Græci enim innumerales fabulas historiis suis inseruerunt, ut et hæc de Cadmo. Cadmus enim cum Draconem interemisset, ejus dentes excussos seminavit, ex quibus armati milites prodierunt: qui mox inter se confligentes mutuis vulneribus ceciderunt. Vide Ovid. iii. Metamorphos. *Labia.*—*Legiones, &c.*] Virgilius: ‘Satis immanis dentibus hydri, Nec galeis, densisque,’ &c. *Vet. Sch.*

243 *Continuo*] Statim ut natæ sunt. —*Tanquam, &c.*] Qui illos ad bella et mutua vulnera excitaret et accenderet. *Labia.*—*Tanquam, &c.*] Qui eos

excitet ad prælium. Incidit Græcorum audaciam paratam in omni mendacio. *Vet. Sch.*

244 *Erge ignem*] Avaritiæ flammam. Prior allegoria a curru fuit; sequitur altera ab igne. Ut aliquis ignem excitatum extinguere nequit, ita neque divitiarum amorem in pueris excitatum, et quasi inflammatum. Ille enim amor omnia per fas et nefas ad se rapit, etiam bona tua, te prius sublato. —*Scintillas*] Fomenta. Filio enim tuo semina avaritiæ dedisti quasi scintillas, unde inextinguibilis ille avaritiæ ignis omnia depascens et rapiens. *Labia.*

246 *Nec, &c.*] Id est, Non solum decipiet omnes alienos, quos poterit; verum te etiam, qui illum deculisti, educeasti, informasti. Non secus atque leo alumnus, magistrum suum in caveam abripit et devorat. Martial. lib. Spect. Ep. x. *Idem.*

247 *Alumnus*] Allegorice filium notat, qui parem malitiam in patrem suum sit exerciturus. *Labia.*—*Tellet, &c.*] Filium, allegorice: hoc est, et in te malitiam cum acelere exercebit. *Vet. Sch.*

248 *Nota, &c.*] Id est, Vitæ tuæ longitudo et duratio, ex hora natalitatis vel genesi, Mathematicis nota est: et Mathematici ex illa tibi longam vitam promittunt. Verum filius tuus illum astrorum cursum interpellabit, et Parcas fila vitæ tuæ secare morantes et tardantes, præveniet. —*Sed, &c.*] Filio tuo avaro molestum est, prolixas Parcarum colos expectare. *Labia.*

249 *Morieris*] Nondum a Parcis præsecto, id est, Non naturali morte morieris, sed a filio tuo veneno, vel alio scelere extinctus. *Idem.*—*Expectare, &c.*] Calatos. *Vet. Sch.*

250 *Jam, &c.*] Filio tuo tua longa vita molestus es. —*Vota, &c.*] Opum et facultatum; vel vota filii, qui te jam dudum extinctum cupit. Ovid. ‘*Filius ante diem patrios inquiri in*

annos. *Lubin.*

251 *Jam, &c.*] Excruciat eum longæva tua vita, et senectam tuam, ceryinam appellat. Cervi enim ad nongentos annos vivere dicuntur. Forte et legi potest *corvina*. Vide proverbium Junii. *Idem.—Jam, &c.*] Odiosus est filio. — *Cervina, &c.*] Quos usque ad nongentos annos vivere dicant, Longivivax. *Vet. Sch.*

252 *Ocyus, &c.*] Id est, Si vulneris diutius adhuc vivere, Antidotum Mithridaticum tibi contra venena compara, quæ filius tuus tuis bonis inhians tibi parabit. — *Archigenam*] Hujus præstantis medici jam ter meminit. — *Mithridates*] De hoc rege Ponti, ejusque medicamento adversus venena, diximus in calce Sat. vi. *Lubin.—Ocyus, &c.*] Medicum. Nam pater qui perniciosum filium habet, æque debet timere salutem suam, sicut Rex. *Vet. Sch.*

253 *Si, &c.*] Si vis adhuc per annum vivere, vel alium autumnum videre, ut novas fœces decerpas. *Lubin.* — *Si vis, &c.*] Id est, Antidotum, quod veneno obstat. *Vet. Sch.*

254 *Alias, &c.*] Usque ad proximum ver vivere, quod rosas et flores præbet. — *Medicamen*] Antidotum in promptu est habendum. *Lubin.*

255 *Ante cibum*] Ut remedium adversus venenum, antequam quicquam ex apposito cibo capiat. — *Et pater, &c.*] Alii leg. *Aut pater, &c.* Id est, Pater qui avarum filium habet, æque venenum timeat, ut rex Mithridates. *Lubin.* Nam eadem ferme est ratio, patrisfamilias in gubernatione domus suæ, quæ regis in regni administratione; nisi quod hic plures, ille regit pauciores; ideoque utrumque posuit: ac si diceret, non esse patri minus metuendum a liberis male institutis aut servis, quam regi a civibus aut domesticis, aliisque qui ejus invident potentiam. *Britannicus.*

256 *Monstro, &c.*] Id est, Avarorum pericula, labores, curas, sollicitudines et animadvertentiam, majori voluptate af-

ficiis, quam in theatris ludos spectant. — *Monstro*] Quando hujusmodi avarum demonstro. — *Voluptatem*] In considerata stultitia avarorum. *Lubin.* — *Monstro, &c.*] Nulla theatra tibi talem voluptatem dabunt, nulla promotio dabit cuiquam, quæ accipiet hic de tua pecunia. *Vet. Sch.*

257 *Palpita*] Scenicos ludos, mimos aut pantomimos. — *Lauti*] Magnifici, celsi, supini; ob magnas impensas, quas in iis conducendis faciebat. *Ferrar.*

258 *Si spectes*] Quantis periculis et laboribus opes sint corradendæ. *Idem.* — *Discrimine*] Periculo. *Vet. Sch.*

259 *Incrementa*] Augmenta opum in domo, quæ avarus studet accumulare. — *Erata, &c.*] Multi pecuniarum sæculi in arca inclusi. Ferrata autem arca, opes suas ditiores custodiebant. *Ferrar.*

260 *Et, &c.*] Ad templum Castoris. Solebant enim in templis veteres suos thesauros recondere, rati a Diis melius custodiri, ut quoque fœdera, pactiones et cætera ejusmodi. — *Vigilem*] Hic excubiæ pervigiles erant, pro custodiendis rebus ibidem repositis. *Brod. iv. Miscellan. 17.* Lipsius ad *Annal. Taciti.* — *Fiscus*] Pecunia sæculi. — *Et ad, &c.*] Ad templum Castoris. *Vet. Sch.*

261 *Ex quo*] Postquam, in temple Martis compilatæ fuerunt arce. Vide *Martial. Epig. vi. 72.* — *Ex quo, &c.*] Deriso Marte, vanitatem fabulæ perstringit, et Romanos ignavia accusat, qui nihil amplius armis quærent; sed et olim quæsitæ sibi eripi tarpiter patenterent. *Rigaltius.* — *Mars, &c.*] Forum enim illud ab *Augusto* constructum, Martis ultoris appellabatur. — *Galeam, &c.*] Ridicule, quæ forte ipsi per fures de capite ablata, Nam cum nummos et cetera diriperent, ne ipsi quidem Marti peperciisse perhibentur; ei etiam insignia sua auferentes. — *Res suas*] Scopitice irridet Deum. Quasi dicat: Propria

sua arma in corpore sibi retinere non potuit. *Lubin.*—*Ex, &c.*] Ex illo pecuniam amat, ex quo Mars a furibus spoliatus est. Antea solebant arcas æratas facere, et ibi mittere pecuniam suam Senatores, et sic in foro Martis ponere. Verum per noctem a furibus exspoliatus sunt arcæ, et cæperunt ex eo ad templum Castoris ponere. Ideo dicit, Mars ultor galæam perdidit. *Vet. Sch.*

262 *Ergo, &c.*] *Floralia.* Id est, Omnes ludos alios merito relinquant, præ stultitia ridicula avarorum. Erant autem *ludi Florales* jocosæ, dulces; cum summa vulgi licentia, a meretricibus celebrabantur. *Pers. Sat. v. vs. 178. Lubin.*—*Omnia, &c.*] Ludos Theatrales, qui in honorem Dearum exhibentur. *Vet. Sch.*

263 *Cereris*] Ludos Cereales, quibus eorum cursus in circo celebrabantur, primusque eos Cajus Memmius *Ædilis Curulis* exhibuit. *Ang. Politian. Misc. cap. 85. — Cybeles*] Ludos Megalenses a Junio Bruto institutos, in æde magnæ Deum matris *Cybeles*: quia in ludis aulæorum usus, hinc pro ipsis ludis *auleas*.—*Relinquant*] Contemnas et posthabeas anxiæ illa, quæ in ludis hisce extenduntur. *Sat. vi. vs. 60.*

264 *Tanto, &c.*] *Negotia humana* avarorum et immodici labores ad augendam omni modo rem, in tantum superant omnia ludorum genera. 'Quomodo enim fabula, sic vita.' *Seneca.*—*Tanto, &c.*] *Negotia hominum* majores ludos habent, quam votiva solemnitas. *Vet. Sch.*

265 *An, &c.*] Id est, *Petauristæ* numquid magis aliquem delectant, quam insani illi et ridiculi mercatores, qui ventis semper jactantur et undis?—*Petauro*] *Petauristæ* per ligneum circulum admodum angustum, tam magna solertia, manibus et pedibus directis, transvolabant, ita tamen ut vix circulum corpore tangerent, et tamen ita cadebant, ut pedibus in-

sisterent. Alii dicunt falsæ genæ ludi, quo homines rotarum pulsæ, per aëra jactabantur. *Turnebus lib. viii. Advers. cap. 4.* Sed *Scalig. ad Manil.* explicat de rota in sublimi posita, quæ a duobus versabatur, quorum alter superne, alter inferne mitebatur, ita ut alternis agitati nunc penderent, nunc erecti sederent.

266 *Quique, &c.*] *Funambulos* intelligit. *Lubin.*—*Quique, &c.*] *Funambulum.* *Vet. Sch.*

267 *Quam tu*] *Nave Corycium* petente, ad crocum adportandum. Est autem *Corycium* promontorium *Cretæ* et portus *Æthiopiæ*: vel, ut alii, mons *Ciliciæ* in quo antrum *Corycæum*, ubi optimum nascitur crocus. *Farnab.*—*Corycia, &c.*] Qui illa navi habites, ab illa navi nunquam discedas. *Idem.*—*Quam, &c.*] *Corycus*, civitas *Isauriæ*. Id est, *Negotiator*, qui omni tempore navigas. *Vet. Sch.*

268 *Coro*] *Argeste*, ab occasu solstitiali. Intelligit quemvis ventum. —*Tollendus*] *Jactandus* et *agitandus.* *Lubin.*

269 *Perditus*] *Homo stultus* et ærumnosus. —*Ac vitis*] Alii legunt, *a Sicutis.*—*Sacci, &c.*] *Mercium olentium*, quæ saccis inferciuntur. Forte etiam intelligit aromata et opobalsama, vel crocum. *Idem.*—*Ac, &c.*] *Opobalsamum*, aut *malobatrū*, fœtidæ alicujus mercis: ut ex sententia tali, *Tu fœtide.* *Vet. Sch.*

270 *Pingue, &c.*] *Passum* est liquoris vel vini genus, quod ex uva passa cogitur. *Columell. xxxii. 39.*—*Antiquæ, &c.*] *Utpote Jovis patriæ.* *Lubin.*

271 *Municipes, &c.*] *Ejusdem patriæ*, et ex eodem municipio et loco, ex quo olim *Jupiter*, qui in *Creta* natus est. Intelligit autem vinum *Creticum* in lagenis, quod jam *Malvaticum* dicitur. Sic *Sat. iv. vs. 33.* *Siluros* appellavit, 'Crispini *municipes.*' *Idem.*—*Lagenas*] *Creticas*, quia *Jupiter* ibi nutritus est. *Vet. Sch.*

272 *Ancipiti, &c.*] Qui dubie et pe-

riculose in fune incedit, dubius, an domum incolumis sit rediturus. *Lubin.* — *Hic, &c.*] Funambulus ex hac arte victum sibi comparat. *Vet. Sch.*

273 *Victum*] Omnia necessaria sibi comparat illa reate, et prospicit sibi de amictu et victu. — *Mercede*] Quam recipit ab spectatoribus. — *Brumamque*] Frigus brumæ. *Lubin.* — *Brumamque, &c.*] Horatius: 'Frigus, quo duramque famem depellere possit.' *Vet. Sch.*

274 *Tu, &c.*] Tu longe funambulo stultior, non ob famem vel frigus vitandum laboras, sed ut immodicas et superfluas opes habeas, per omnia maria discurrens. — *Mille, &c.*] Cum unum talentum et una villa tibi sufficiat. *Lubin.* — *Illa, &c.*] Supra quam ambulat scilicet. *Vet. Sch.*

275 *Aspice, &c.*] Probat autem, quod dixit, ob avaritiam mercatorum, portus et mare passim plena esse.

276 *Magnis, &c.*] Navibus, vel etiam navibus fractis. — *Plus, &c.*] Maxima pars hominum navigationi addicta est. — *Plus, &c.*] Id est, Qui naufragium pertulerunt. *Vet. Sch.*

277 *Veniet, &c.*] Ubiqueque lucrum est, eo naves penetrabunt. *Lubin.*

278 *Nec, &c.*] Hoc mare se extendit ultra Rhodum, Cretam, et Cyprum, ab insula Carpatho ita dictum. — *Getula, &c.*] Mare Libycum. *Idem.*

279 *Calpe*] Longe post se relinquet et transnavigabit columnas Herculis, Calpen et Abilam; illam in Hispania, hanc in Mauritania. Miratur Priscianus, quod Juvenalis *Calpe* ablativum corripuerit. Nullus dubito, quin *Calpe*, hic sit tertie declinationis, a Calpes Calpis. *Vossius.* — *Sed longe, &c.*] Urnæ similis mons, inde Calpe in extrema Spania. *Vet. Sch.*

280 *Audiet*] Hoc est, Nautæ, qui longe post se reliquerunt Herculis columnas, audient in mari Atlantico, &c. *Farnab.* Hoc ait ex Possidonii et Poëtarum figmentis, qui solem in antimis Oceanii litoribus ingenti stre-

*Delpi. et Var. Clas.*

pitum occidere ajunt, ac si in illo restinguendo pelagus effervescat, non aliter atque si ferrum candens aquæ immergas. *Cæd. Rhodigin.* xxiv. 13. — *Herculeo*] Ultra Herculis columnas. *Lubin.* — *Audiet, &c.*] Gaditano Oceano Sol mergens stridet, ut si ferrum candens in aqua tingas. Ultra Herculis columnas dicit ad Mare Mortuum, ultra quod navigare non conceditur. Nam sic subjungit, 'Oceanii monstra, et juvenes vidisse marinos.' *Vet. Sch.*

281 *Grande, &c.*] Censes te mercedem labore et opere dignam consecutum, si in illis locis pisces et marina monstra videas, et inde redeas multis opibus onustus. — *Tenso, &c.*] Distento et pleno pecuniarum sacculo. Follis enim Latinis est, quod *βαλδερριον* Græcis; Sacculus nampe, quo reconduntur nummi. *Salmas.* — *Ut, &c.*] Ut pleno sacculo revertaris. *Vet. Sch.*

282 *Tumida, &c.*] Pellicula marispii, pecunia turgenti. — *Tumidaque, &c.*] Manticula, id est, mercibus. *Vet. Sch.*

283 *Oceani, &c.*] Ut Tritones, Nereides, balænas, et alia. — *Juvenes, &c.*] Tritones, qui, præ se humanam effigiem ferunt. *Plin.* ix. 5. — *Oceani, &c.*] Tritones et Nereides. *Vet. Sch.*

284 *Non, &c.*] Cum varis deliriis homines passim vexentur, demonstrat avaros mercatores omnium maxime stolidissimos et insanos esse. Horatius: 'Danda est ellebori multo pars maxima avaria.' — *Ille, &c.*] Respicit ad fabulam Euripidis de Oreste, quem furem custodiebat Electra soror, hic putabat se videre Furiam, quæ face et flammis sese insequerentur. *Lubin.* — *Ille, &c.*] Furens Orestes. Ifigenia soror Orestis. *Vet. Sch.*

285 *Eumenidum*] Furiarum, quas putat se videre: et cum Orestes illas placasset, nominabat Eumenidas a benevolentia: Sophocles in *Cedipode* in Colono. *Lubin.* — *Igne*] Facibus. *Farnabius.*

286 *Hic, &c.*] Intelligit Ajacem,

*Juv.*

4 D



qui in iudicio armorum Achillis ab Ulyssæ victus, sibi manus intulit: furiosus in boves et porcos arviebat, quos putabat esse sibi invisos Ulyssæ et Agamemnonem. *Farnab.*—*Hic, &c.*] Ajax, quia et ipse insanit. *Vet. Sch.*

267 *Parcat, &c.*] Avarus licet non ut alii furiosi vestes suas laceret et lacernas; tamen insanus est, et curatore vel custode indiget, dum bona sua et seipsum vento et fluctibus committit. *Lubin.*—*Aut, &c.*] Ulixem. —*Parcat, &c.*] Quamvis se non \* conscidit, tamen insanit. *Vet. Sch.*

268 *Curatoris*] Ut insanus et furiosus. Hominibus vero nequam, male sanis interdici bonis solebat, curatore dato. *Lubin.*

269 *Ad, &c.*] Usque ad summitatem lateris navium.—*Et, &c.*] Id est, Uua tabula ab unda vel morte, quatuor digitis distinguitur, ut supra dictum Sat. XII. vs. 58. Alii pro unda, legunt, una. *Idem.*

290 *Cum sit, &c.*] Id est, Cum tot labores et pericula tantum instituantur propter numos, non autem numorum usum, quem avari ignorant. *Idem.*

291 *Concisum, &c.*] Periphrasis numorum.—*Titulos*] Rerum gestarum, dignitatum et officiorum.—*Facies*] Principum, Cæsarium, Regum. *Idem.*—*Concisum, &c.*] In argenteolos, sive nummos. *Vet. Sch.*

292 *Occurrunt, &c.*] Tanta est avari cupiditas, ut licet cuncta tempestatem impetnosam minentur, tamen imperet ut navigent.—*Soloite, &c.*] Sunt mercatoris, et divitis avari verba. Id est, Retinaculo navis solvite, et vos ad navigandum accingite. *Lubin.*—*Occurrunt, &c.*] Ergo hoc dicit, non insanit. *Vet. Sch.*

293 *Frumenti dominus*] Mercium, quæ in navi venduntur, dominus.—*Coëmit*] Qui undique piper coëmit. *Lubin.* Alii, coëmiti.

294 *Nil, &c.*] Hic color niger et

terribilis, et hæc nigra nubes quæ fasciæ instar cælum cingit, nihil periculi vel mali nobis minatur. *Per fasciam nigram*, intelligit atrum nubis circulum. *Idem.*—*Nil, &c.*] Nubes ducta per cælum. *Vet. Sch.*

295 *Æstivum, &c.*] Brevis temporis est hoc tonitru, ut tempore æstivo, cum summus calor est, fieri consuevit. Verbis hisce mercator nautas consolatur.—*Infelix*] Infelix ille et infaustus avarus mercator, forsitam illa ipsa nocte naufragium passus cadet, inque mare prolabetur.—*Æstivum, &c.*] Naturaliter: hæc dicit negotiator. *Vet. Sch.*

296 *Fractis, &c.*] Id est, Navi fracta, maris fluctibus obruetur et mergetur. *Lubin.*

297 *Et zonam*] Ita dicit, nam in zona vel cingulo aurum recondere, et loco viatici secum portare solebant. Cum ad terram naufragus natabit, morsu vel læva manu zonam auro plenam tenebit, et dextra manu natabit.—*Et, &c.*] In qua fert solidos. *Vet. Sch.*

298 *Sed, &c.*] Id est, Cujus desiderio et cupiditati ante naufragium, ne totius quidem mundi divitiæ satis erant.—*Modo*] Paulo ante, cum navim ingrederetur. *Lubin.*

299 *Tagus*] Lusitaniz fluvius auri fer.—*Pactolus*] Lydiæ fluvius aureis arenis finens.—*Rutila*] Aurea, fulva. *Idem.*—*Quod, &c.*] Fluvii, unus Spaniæ, alter Asiæ. *Vet. Sch.*

300 *Frigida, &c.*] Id est, Illi sufficiet tantum villis panni, quo nuda, et ex aqua marina uda et frigida inguina possit tegere et abscondere. Nudi enim plerumque sunt naufragi; quia, ut facillius natent, vestes suas abjiciunt.—*Sufficient*] Post naufragium.—*Velantes*] Tegentes et abscondentes. *Lubin.*—*Inguina*] Pudenda, quæ maxime egent tegmine, et sic reliquam corpus.—*Frigida, &c.*] Uda, aut nuda. *Vet. Sch.*

301 *Exiguæque, &c.*] Nimirum tum

frugi esse discet.—*Mersa, &c.*] Dum navi fracta, naufragium suum depingi curavit, et obvios quosque hac miserabili pictura ad misericordiam commovet, et assem ab illis petit. *Perseus Sat. 1. vs. 86.* 'cantas cum fracta te in trabe pictum Ex humero portes?' *Lubin.* Hoc faciant, ne mendicantes deplorandam suam fortunam toties repeterent. Alias truncum ferrebat fasciis involutum.

302 *Et picta, &c.*] Dum pictura naufragii, mendicando sese sustentat. *Sat. XII. vs. 28. Idem.—Et, &c.*] Dum picturam naufragii sui portat in tabula, ferens casus sui historiam. *Vet. Sch.*

303 *Tantia*] I. e. Res partæ tantis incommodis. Demonstravit quantis ærumnis atque periculis divitiæ acquirantur. Avari enim non solum acquirendi sollicitudine vexantur, verum etiam amittendi metu. — *Cura, &c.*] Quam acquisita vel parva sunt. *Lubin.*

304 *Misera, &c.*] Egregia sententia: ex qua felicitas divitum, præsertimavarorum, perspicitur. *Idem.—Misera, &c.*] Misera est custodia magni patrimonii. *Vet. Sch.*

305 *Dispositis, &c.*] Probat quod dixit exemplo Licini, qui libertus Claudii fuit, qui non solum hamos ferreos hinc inde domi suæ disposuerat ad fures capiendos; sed servorum suorum multitudinem vigilare jubebat, ut thesaurus custodiretur: sed prima syllaba in *hamus* est longa.—*Hamis*] *Ἀμαρ καὶ οὐκ αἶψα*, ab *hama*: id est, Uncinis ferreis, ut mucrones sunt sagittarum reflexi. *Turnebus* II. 20. *Broderus* x. 16. et *Leopard.* ix. 22. intelligit vasa aquaria rotundioris figuræ, et ventris globosioris, quibus ad incendia restinguenda utebantur. *Salmas.* Britannicus legit *armis*.—*Dispositis, &c.*] Per translationem disciplinæ militaris, Sparteoli Romæ, quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis et cum aqua vigiliis consueverunt curare vicibus. *Vet. Sch.*

306 *Licinus*] Ignem reformidans, cui non minimum obnoxia Roma.—*Servorum, &c.*] Licinus ille ex liberto Claudii, de quo superius dixit: 'Ego possideo plus, Pallante et Licinis.' *Vet. Sch.*

307 *Electro*] Vasa et phialas ex electro intelligit.—*Signis*] Statuas ex auro et argento intelligit.—*Phrygia, &c.*] Marmorea, ne incendio consumatur. *Lubin.*—*Phrygiæque, &c.*] Marmorea. *Vet. Sch.*

308 *Ebore*] Pro mensis, aliaque suppellectile ebore ornata.—*Lata, &c.*] Lectos ait discubitorios, testudinum putaminibus coopertos. *Beroald.* Annotat. cap. 36.—*Dolia, &c.*] Id est, Diogenes ille Cynicus nudus et pauper non sollicitus est de opibus et dolio suo. Quomodo autem Diogenes in dolio vixerit, vide Lærtium in vita Diogenis. Erant autem antiquis dolia non e ligno, sed fictilia e terra tenaci, vel ex creta. *Plin.* xxxi. 12. *Lubin.*

309 *Non, &c.*] Quia non magni momenti incendiarios non metuunt.—*Si, &c.*] Id est, Diogenis domus non ardebit, quia e terra: si quis fregerit, vel nova fingetur altera, vel partibus et fragmentis conjunctis, restaurabitur eadem.—*Non, &c.*] Id est, Diogenis, qui in dolio dormiebat. *Vet. Sch.*

310 *Plumbo*] *Plumbo* committi intellexit plumbaturam vel ferruminationem, quam simili Græci verbo *μολύβδωσι* vocant, erat ergo fictilis. *Lipsius.* Pro *Atque*, alii legunt *Aut*.

311 *Sensit, &c.*] Sensus est; Alexander facile animadvertit, quanto felicior esset Diogenes in illa paupertate qui nihil cuperet, quam ipse esset, qui multa appeteret, unius mundi non contentus imperio. *Britann.*—*Testa*] Dolio testaceo. *Lubin.*—*Sensit, &c.*] Macedo. *Vet. Sch.*

312 *Magnum, &c.*] Diogenem, cujus animus omnibus mortalibus major, utpote qui omnes divitias prorsus contemneret. *Lubin.*—*Felicior hic*] *Sch.*

8 *Pars hæc*] Pars autem illa, quæ Crocodilon adoratur, ea est, quæ circa Thebas; nam qui circa Elephantinam urbem crocodilos comedunt.—*Ilia*] *Suppl. pars.—Paret*] Cum pavore tanquam numen veneratur. Est autem Ibis avis foedissima; de qua vide (vidium in Ibin: Ciconiæ non omnino dissimilis. Hanc propterea Ægyptii colebant, quod illi naturale cum serpentibus bellum sit, quibus Ægyptus ob calorem abundat. *Plin.* x. 28. 30. *Diod. Sicul.* l. i. 1.—*Ilia, &c.*] Ibin propterea Ægyptii colunt; quod illi naturale cum serpentibus bellum est. Nam cum Ægyptum Nilus etiam serpentibus inundaverit, illa eos omnes devorat simul et aspidem. De hujusmodi animalium genere Cicero in libro *de natura Deorum* primo, sic ait: Ipsi qui iridentur Ægyptii, nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt: veluti Ibin. Ibes maximam vim serpentum conficiunt, quasi aves excelsum, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro: avertunt pestem ab Ægypto, cum volucres anques ex Libyæ vastitate vento Africano invectas interficiunt, atque consumunt: atque fit, ut illæ nec morsu nec vivæ noceant, nec odore. *Vet. Sch.*

4 *Cercopitheci*] Simiæ caudatæ. *Plin.* viii. 20. 'Cercopithecos' ait 'esse nigri capitis, reliquo corpore pilo asini.' Hæc quoque Ægyptiis sacra fuit simia. *Pierius* l. vi.

6 *Dimidio, &c.*] Periphrasis Thebarum; ubi dimidia Memnonis saxea erat effigies, quæ radiis Solis icta vocalem sonitum edebat. Visebatur autem, ut *Plinius* xxxvi. 7. vult, in templo Serapidis. Cur autem *dimidium* vocet, explicat Strabo l. vii., quia dimidia pars ejus statuæ, terræ motu corruit. Vide de hac Statua Pansaniam in Atticis. *Lubin.* Plerique dicunt hanc statuem in Ægypto fuisse. Unus Philostratus in Iconib. eam in Æthiopia visam ait, ut et Callistra-

tus, qui et hoc addit, statuem hanc non semel, ut Strabo, alique volent, sed bis in die, neque simplicem sonum crepuisse radiis Solis contactam; sed cum hilaritate quadam conjunctum, accedente eo, contra lugubrem recedente. Idem interpres Juvenalis nondum editus: 'Statua Memnonis filii Auroræ ita arte quadam mechanica composita, ut humana voce Regem et Solem saluaret; postea rex Cambyse volens hanc rem cognoscere, partem statuæ abscidit, et sic postea Solem tantum, non etiam Regem saluabat: unde *dimidio Memnone* dixit.' Janus Douza in Catull. —*Chordæ*] Sonitus enim erat non dissimilis chordæ in cithara percussa. *Lubin.*—*Dimidio, &c.*] Memnonis ex ære statua: citharam tenens, certis horis canebat. Hanc Cambyse rex jussit aperiri, existimans mechanicum aliquod esse quod intra statuem lateret: nihilominus tamen aperta statua, quæ erat magice consecrata, horis statutis sonum reddidit. Ideo *dimidio* dixit, id est, aperto et diviso. *Vet. Sch.*

6 *Vetus, &c.*] Hæc urbs se antiquissimam jactabat, ut alii a Libero, alii a Busiride conditam, et a Cambyse dirutam. Vide Diodorum l. ii.—*Ceratum portis*] In singulis 200. armati custodes fuisse perhibentur. Sic distinguitur a Thebis Bæotia, quæ septem habuit portas, ut auctor noster supra Sat. xiiii. vs. 27. dixit: 'Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.' *Lubin.*—*Atque rebus, &c.*] Thebas dicitur trans Ægyptum Liber condidisse. *Vet. Sch.*

7 *Illic, &c.*] Pisces maris cærulei, vel æquoreos. Notat Ægyptiorum vanitatem, qui obvia quæque numinis loco coluerint. *Brodaus* legit: *Illic Æturus*, id est, *seles*, ἡ πόλις ἡ δεινὴ βασιλεία τοῦ Διὸς ἑλευθερίου. *Æturus* autem Ægyptiis Deum fuisse ex Herodoto lignet l. ii. *Turneb.* viii. 8. et viii. 17. *Junius* legit, *Illic* et *hi*, pro *illic* et *hic*.

8 *Canem*] Anubin intelligit, quem canino capite effingebant, vel quemvis alium. Sat. vi. vs. 533. Canem autem ideo coluerant, quia canis dicitur invenisse Isidem, indagando Osiridis cadavere, qua de causa in sacris Isidis canes precedebant. Sane in tanto apud eos cultu, ut tota domus, in qua canis exstingueretur, toto corpore raderetur, quod maximum apud eos luctus indicium. *Lactantius* de fals. sap. v. 20.—*Nemo, &c.*] Quod ridiculum est, cum illa Venatrix, canum præses sit: in urbe tamen Bubasti coli eam tradit Herodot. l. ii. *Lubin.*

9 *Porrum, &c.*] Ab his, eo nomine abstinnerunt, quod lunæ contraria, ea decrepante crescant, et contra. *Plinius* xix. 6. Diod. Sicul. l. i. *Carpas* inter Deos iurejurando habent Ægyptii. *Plutarch.* lib. de Iside et Osiride.—*Frangere, &c.*] Comedere. *Lubin.*

10 *O sanctas, &c.*] Irridet sæpe et jucunde hanc ridiculam superstitionem. *Lubin.*

11 *Lunatis*] Ovis, Diodorus l. ii. ait Sacerdotes Ægyptios cibo maxime simplici usos; solum vitulum et anserem in deliciis habuisse; ab ovis autem omnino abstinnisse. *Idem.*

12 *Nefas illic*] Cum stomacho pronuntiandum, hinc enim totius Satyræ indignatiq. assurgit, quod cum rebus vilissimis religiose abstinere, in hominem omnium animalium nobilissimum, tam atrociter sævirent.—*Fæctum capellæ*] Hædum. *Idem.*

13 *Attonito cum*] Cum Ulysses apud Homerum Alcinoos, Odyss. ix. tale facinus de Polyphemo et Antiphate narraret, illos homines socios suos devorasse; ob incredibilem rei enormitatem apud quosdam risum, apud quosdam etiam indignationem forte excitavit.—*Attonito, &c.*] Obstupefacto atrocitate facinoris. *Idem.*—*Carnibus, &c.*] Usque adeo de Ægyptiis vanum aut incredibile est\* ut Ulixi similia de Læstrygonibus referenti

credi jam fuit in mensa Alcinoi. hæc cum exclamatiq. legenda sunt. *Vet. Sch.*

15 *Alcinoos*] Erat autem Alcinoos Phæacum rex.—*Bilem*] Indignationem, tanquam qui absurdis fabulis accumbentes naso suspendere et ludificari velit.—*Risum*] Tanquam qui ridiculam fabulam recitaret.—*Quibusdam*] Simul accumbentibus Phæacibus. *Lubin.*—*Fortasse, &c.*] Simul discumbentibus. *Vet. Sch.*

16 *Arctalogus, &c.*] Qui ridiculis sermonibus placere studet, et risum captat. Ab *ἀπέρδς* dicitur, id est, gratus et placens, et *λόγος*, dico, qui fabellas acroamataque auribus auditorum grata loquitur: proinde et nugatores eo etiam nomine et garruli censentur. *Turnebus* x. 12. *Casanbonus* tamen ad Suet. August. c. 74. *arctalogos* exponit, 'parasitos philosophos,' et quos Seneca epistol. 29. vocavit 'circulatores philosophos'; qui in conviviis lautiorum, quæ frequentabant, de virtutibus et vitiis disceptabant; qualem Antidoti refert Athenæus vi. 9. Vide etiam quæ Joseph. Scalig. ad Ansonium ii. 5. *Farnab.*—*In mare, &c.*] Mimesis, quasi dicat auctor: Ita dicere poterant indignabundi Phæaces: Nemone hunc circulatorem mendacem in mare projicit, dignissimum naufragio illo, in quod se incidisse conqueritur, et vera Scylla atque Charybdi, quæ sese perpassum fingit, qui tam impudenter Læstrygonas et Cyclopas carnibus humanis vesci fingit? Homerus Odyss. ix. et x. *Lubin.*—*Ut, &c.*] Virgilius: 'Artificis scelus.'—*In mare, &c.*] Dicebant Phæaces. *Vet. Sch.*

17 *Veraque, &c.*] Non ficta vel falsa: sed vera immergendum. Hæc omnia dicuntur ad sceleris enormitatem explicandam. *Lubin.*

18 *Immanes*] Qui immanitate omnia superant, utpote *ἀσθραυρόδυναι*, quique Formiæ in Italia et in Sicilia esse dicuntur.—*Læstrygonas atque,*

§c.] Quos perhibent hominibus pastis extinctos. *Vet. Sch.*

19 *Nam, &c.*] Id est, Longe facilius credam Scyllam et scopulos marinos per naufragium ejus socios devorasse, quam Polyphemum hominem, alios homines. — *Scyllam*] Scopulus est in freto Mamertino inter Siciliam et Italiam. *Lubin.* — *Vel, &c.*] Symplegadas, inter quas Argo evasit; quæ in Ponto concurrisse dicuntur. Numquid et ad hæc Ulixes accessit? *Vet. Sch.*

20 *Cyane]* Intelligit scopulos insulae Cyane sub Thracio Bosporo, non multum a se distantes, et ideo navigantibus concurrere videntur. Dicuntur et Symplegadas. *Farnab. Plinius* iv. 15. — *Plenos, &c.*] Recitat enim Alcinoos Ulyssea, quod ab Æolo utres vento plenos acceperit, ut citius ad Ithacam perveniret: et qui a sociis dormiente Ulysse emissi, tempestatem excitarunt. *Lubin.*

21 *Aut, &c.*] Elpenora, cum aliis Ulyssæ sociis, a Circe tenui verbere magicæ virgæ percussus, et in porcum conversus, grunnasse. *Idem.*

22 *Cum, &c.*] Cum reliquis remigibus Ulyssæ sociis in porcos conversis. Quasi dicat: Omnia illa fabulosa adhuc volo credere. *Scheg. proœm. 5.* — *Grunnasse]* Porcorum vocem edidisse. Fabula est notissima ex Homero, et Ovidio *Metamorph. xiv.* Hæc omnia dicuntur ad abominandam sceleris Ægyptiorum magnitudinem. *Lubin.* — *Et, &c.*] Unum de sociis Ulyssæ porcis a Circe factis. *Vet. Sch.*

23 *Tum, &c.*] Quasi dicat, Merito indignor, quod populum Phæacæ seu Corcyreum tum stolidum putavit, quibus se absurdissima persæsurum est arbitratus. Virgilius: 'Non obtusa adeo gestamus pectora Pæni.' — *Vacu, &c.*] *Κεῖναι*. Erant autem Phæacæ Corcyræ populi, sub ditione Alcinoi. Corcyra autem insula in mari Ionio, Venetorum ditio-

nis; hodie Corfu. *Grangæus.* — *Tum, &c.*] Inani capitis, *κεῖναι*. *Vet. Sch.*

24 *Sic, &c.*] Cum indignatione merito dicere poterat convivarum discumbentium. *Nondum, &c.*] Ebrui enim alias facile sibi aliquid persuaderi patiuntur. — *Et, &c.*] Qui minimum adhuc in convivio Alcinoi ex urna Corcyræa bibisset; id est, minimam partem optimi vini. *Grangæus.*

25 *Corcyræ]* Vinum de insula Phæacum, quæ Corcyra dicitur. — *Duxerat]* Bibendo exhauserat. *Idem.* — *Urnæ]* Fictili lagena. — *De, &c.*] Vinum de insula Phæacum. *Vet. Sch.*

26 *Solus, &c.*] Quasi dicat: Ulyssæ Ithacensi merito quis diffidisset, cum nemo ante tale monstrum vidisset, et testatus esset. Illa vero, quæ ego profero, et ipse vidi, et toti populi sciunt vera esse. — *Solus]* Utpote solus ex naufragio evaserat. *Grangæus.* — *Nullo sub, &c.*] Qui eum redargueret mendacio. Merito ergo non credebatur illi, qui ea sine teste narrabat. *Vet. Sch.*

27 *Nos, &c.*] Attentionem sibi capiat Poëta, quod non fabulosa, sed vera narraturus sit, quæ ipse viderit; et quæ infiniti homines testari possint. Et quæ adhuc longe atrociora, quam quæ Ulysses recitarit. — *Miranda quidem]* Mira quidem, sed vera. Et ad facti veritatem tempus etiam definit, quo hæc facta sint, et sub quo Consule. — *Miranda, &c.*] *Vet. Scholiast.* dicit Juvenalem ibi de se loqui, quia in Ægypto militem tenuit, &c. Dicit militem tenuisse, qui militem rexit, qui militibus præfuit. Nam, ut refert auctor vetus vitæ Juvenalis, 'per honorem militiæ quam octogenarius urbe summotus, missusque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti.' Syenem omnino intelligit, quæ in fine imperii et extrema Ægypti parte, in qua tres cohortes prætebant. At vir doctus legi volebat, *miles citem tenuit*, quod verum non est. Vitæ

gestamen Centurionum proprium, non profecti cohortis. Et ubi fuerit cum Satyras suas scriberet, videre est apud Salmasium in Plinianis Exercitat. p. 449.—*Junio, &c.*] Ita libri omnes, non *Vince*, vel *Junco*: dissyllabum est *Junio*; ut *Prodemitor* tetrasyllabum Horatio, ut, *tenuia*, trisyllabum Lucretio, Virgilioque. Q. *Junium Rusticum* intelligit, qui consul fuit cum Hadriano, tertio ejus imperii anno, urbis autem condita 8000 LXXXII. Itaque paulo post consulatum Junii illa Satyra scripta. Sunt, qui volunt Junium Sabinum cum Domitiano consulem fuisse, A. U. 836. Salmasius Plin. Exercitat.—*Nos, &c.*] De se dicit Juvenalis, qui in Ægypto militem tenuit, et ea promittit se relaturum quæ ipse vidit. *Vet. Sch.*

28 *Super, &c.*] Coptus in Ægypto, Arabiæ vicina. *Calida*, inquit, ob locum et regionem calidam; nam Tropice subjacet. *Lubin.*

29 *Nos, &c.*] Vagari hoc loco Emphasis habet. Non unius hominis, ut Antiphatidis et Polyphemi, sed totius civitatis scelus, et facinora cunctis Tragædiis atrociora. Id est, Pejora quam ullus Tragicorum confinxit.—*Cothurnis*] Tragædiis cothurnatis. *Idem.*—*Nos, &c.*] Referimus.—*Et, &c.*] Non Cyclopis, sed Tragædiæ narrationis. *Vet. Sch.*

30 *Nam, &c.*] Id est, Licet omnia exempla Tragica ab illo tempore, quæ genus humanum per Deucalionem et Pyrrham revocatum est, consideras, nullum facinus Tragædia dignum universus populus facit, sed semper unus tantum. Ut cum, una Medea filios suos, unus Orestes, aut Alcmon, matrem suam occidit.—*A Pyrrha*] Ab exordio prope mundi, scilicet a diluvio.—*Syrnata*] Vestes Tragicas posuit pro Tragædiis. Sat. VIII. vs. 239. *Lubin.*—*Quoniam, &c.*] Vestes tragicas: Tragædias. *Vet. Sch.*

31 *Acclipe, &c.*] Quid apud Ægyptum meo tempore universus populus fecerit. *Lubin.*

32 *Feritar, &c.*] Inhumanitas plus quam belluina. *Idem.*—*Dura, &c.*] Quod apud Ægyptum factum est a populo. *Vet. Sch.*

33 *Inter, &c.*] Initio vero recitat occasionem hujus sceleris; quod inter duos illos Ægypti vicinos populos controversia nata sit ex diversitate religionis. *Lubin.*—*Inter, &c.*] Pliinius Tentyra insulam vocat, quam alii urbem. Sed omnes fere urbes Ægypti ad Nilum sitæ, totidem erant insulæ, manæ factis canalibus cinctæ, cum excreverat Nilus. Cætero cum crocodilus, in plerique Ægypti urbibus, instar numinis coleretur, Tentyritæ infensissimo animo, non tantum eos prosequerantur, sed etiam naturali quadam potentia ad eorum perniciem pollebant. Hinc ergo bellum illud inter Tentyritas et Ombitas natum. Colebant Ombitæ crocodilos, quos contra Tentyritæ insectabantur et necabant. Ex eo illud internecivum odium vicinos inter populos. Sensus enim est: Inter finitimas urbes, Ombos et Tentyra, ardet adhuc vetus similitas et nunquam sanabile odium. Salmas. Plin. Exerc.

34 *Nunquam, &c.*] Offensio nunquam remittenda. *Lubin.*

35 *Ombos, &c.*] Civitas communis Ægyptiis et Arabibus, ubi Crocodilos colebatur. — *Tentyra*] Accusativus pluralis, ut *Momalia*, Erat urbs Ægyptiorum et Arabum communis, ubi Isthmus in mare rubrum porrigitur, crocodilis metuendus. Strabo l. XVII. —*Utriusque*] Ab utraque parte, utraque civitate, Ombis et Tentyritis: hinc similitas et odium natum est, quod alii alios Deos colerent, et unus alteri impietatem objectaret. *Lubin.* —*Ombes, &c.*] Inter hos Ombos, et Tentyra, accusativus pluralis; ut *Momalia*, civitas Ægypti. *Vet. Sch.*

36 *Quod, &c.*] Ergo vicini secundum Juvenalem, Ombitæ et Tentyritæ. Universa tamen veterum Geographorum notio contra stat, quæ longe Ombos a Tentyris summovet.

Primum non in eodem Nili latere istæ urbes: nam Ombi prope Syenem in Arabia et Orientali parte: Tentyra in Libyco latere ad occidentem fluminis. Vide latius ea de re disserentem clarissimum D. Salmasium in Plinianis suis exercitationib. p. 477. — *Quod, &c.*] Quod illi alios Deos colunt vicini. *Vet. Sch.*

38 *Sed, &c.*] Narrat ulterius quod Tentyritæ festo tempore occasionem aliquam invadendi et ulciscendi hostes arripuerint. Ordo est: *Cunctis primoribus* et ducibus inimicorum Tentyritarum, *occasio* hostes suos invadendi *rupienda* et occupanda visa est, *tempore festo alterius* populi Omborum. *Lubin.* — *Sed, &c.*] Cum diem festum habeant. *Vet. Sch.*

39 *Alterius, &c.*] Omborum scilicet. — *Occasio*] Aggrediendi et ulciscendi illos quibus gravissime infensi erant. *Lub.*

40 *Primoribus*] Tentyritarum. — *Ne, &c.*] Ex invidia et livore hoc fecerant, ut hostibus suis gaudia, et lætitiā turbarent. *Idem.*

42 *Positis, &c.*] Quibus convivia agitabant, ad templa Crocodili, cujus festum celebrabant, et in locis ubi plurimæ viæ competunt, in triviis et quadriiviis. *Idem.*

43 *Pervigiis, &c.*] Lecto discubitorio tortis herbis strato, perpetuis vigiliis celebrato, in quo per integros septem dies perpetuo genio indulgebant. *Lubin.*

44 *Septimus, &c.*] Septimo die post initium festi. Obiter notat luxuriam Ægyptiorum. — *Horrida, &c.*] Sensus est: Hæc Ægypti pars, in qua ego sum, et res gesta est, est inculta quidem et horrida, sed tamen non minus luxuriat, et lascivit, quam ea Ægypti pars, quæ est ad Canopum. Hic autem ad Canopum erat Serapidis templum, quo navigabatur per fossam, quæ nocte et de die naviculis virorum et mulierum plena erat, luxuriosissime et turpissime viventium et cænentium, ut dictum ex Strabone Sat. vi. 'Prodigia et mores urbis dam-

nante Canopo.' *Lubin.* — *Septimus interduum*] Festivitas sacrorum per septem dies solet celebrari. *Vet. Sch.*

46 *Canopo*] Nequissimæ civitati, in qua Serapidis templum. Vide Sat. i. vs. 26. — *Barbara, &c.*] Alexandria. — *Canopo*] Latina ripa. *Vet. Sch.*

47 *Adde, &c.*] Secunda ratio, cur occasionem illam Tentyritæ usurpandam deduxerint; quod ebrios, quorum neque pes, neque mens suum officium faciebat, facile superare potuerint. — *Masidia*] Ebriis et unguento delibatis Ombis. *Lubin.*

48 *Blasie*] Sermone titubantibus propter vinum. — *Inde, &c.*] Comparat inter se hostiles hæc partes. Quod Ombi incolæ læti et hilares in festo suo fuerint: Tentyritæ contra jejuni, tristes, et infesti. — *Inde*] Ab Ombi incolis, qui festum celebrabant. *Idem.* — *Virorum, &c.*] Tripudia, et pedum plausus. — *Blasie, &c.*] Ex parte ebriosum. Terent. 'Namque neque pes, neque mens satis suum officium facit.' *Vet. Sch.*

49 *Nigro, &c.*] Æthiope et Arabe Mauro, ad cujus tibiam saltabant. — *Qualiacunque*] Qualibuscunque unguentia delibant erant, quæ alias in Ægypto erant pretiosissima, teste Plinio. *Lubin.* — *Nigro, &c.*] Æthiope: neque delectarent. *Vet. Sch.*

50 *Flores*] Qui in mensis et lectis aparsi. — *Mullæque, &c.*] Floribus enim ornati convivabantur. *Lubin.*

51 *Hinc*] A parte Tentyritarum erat infesta sobrietas. — *Sed, &c.*] Principium pugnæ a jurgiis plerumque, quæ quasi tuba et incitamentum fuit rixæ vel prælii futuri. — *Jurgia*] A contemptu religionis utriusque populi. *Idem.* — *Hinc, &c.*] Ab inimicis infesta sobrietas. *Vet. Sch.*

52 *Ardentibus*] Odio flagrantibus propter Deos suos contentos. — *Hæc, &c.*] Hiscæ jurgiis, tanquam tuba, ad pugnam accenduntur. Proverbium: *Classicum canere.* *Lubin.* — *Hæc, &c.*] Tuba rixæ, inquit, convitia sunt. *Vet. Sch.*

53 *Deis*] Post jurgia.—*Clamore, &c.*] Vociferatione infesta et hostili animo ab utraque parte.—*Et, &c.*] Loco teli vel gladii manibus et pugnis inter se sæviunt. *Lubin.*

54 *Paucæ, &c.*] *Paucæ* certantium maxillæ unguibus non dilaceratæ. *Idem.*—*Sine, &c.*] Sine pugnis genæ. *Vet. Sch.*

55 *Vix, &c.*] Ordo est: In toto certamine vix cuiquam, imo nulli nasus erat integer. *Lubin.*—*Ac nulli, &c.*] Subauditur, *est.* *Vet. Sch.*

56 *Integer*] Sine vulnere, non aliqua ex parte imminutus.—*Cuncta, &c.*] Utriusque populi inter se rixantis. *Lubin.*

57 *Dimidius*] Naribus et auribus violenter inde direptis et ablatis.—*Alias, &c.*] Ex vulnere, tumore, et cruore, ita immutatas, ut non agnoscas easdem esse.—*Et, &c.*] Id est, Ipsius faciei ossa aperta et hiantia, cum genæ perforatæ et ruptæ essent. *Idem.*—*Alias facies, &c.*] Mutatas ex cruore. *Vet. Sch.*

58 *Oculorum, &c.*] Indicat, quod oculos sibi mutuo eruerint. *Lubin.*

59 *Ludere*] Licet tam immaniter inter se sæviant: cum manibus pugnant, et nullos interfectos vident, putant se pueriles ludos exercere et nihil agere. *Idem.*—*Ludere, &c.*] Cum adhuc manibus res agitur, lusum putant. *Vet. Sch.*

60 *Quod nulla cadavera*] Quamdiu neminem interfectum perspiciunt. *Farnab.*—*Quod nulla, &c.*] Mortuorum. *Vet. Sch.*

61 *Et, &c.*] Hæc vera et perspicua lectio. Id est, Quorsum tot millia inter se rixantur et pugnant, si omnes adhuc vivunt, et nemo trucidatus est? *Lubin.*—*Rixantis, &c.*] Bene scilicet credunt se ludere, ubi tot rixantibus nullus moritur. *Vet. Sch.*

62 *Ergo, &c.*] Belli scilicet utrinque exoritur.—*Impetus*] Rixæ et pugnæ ab utraque parte instituitur. *Lubin.*

63 *Inclinatis*] Lacertis inclinatis,

ad terram demissis, ut saxa tollant. Dum inclinant se ad terram ut saxa elevent, vel attollant.—*Per, &c.*] In terra, in plateis quæruntur saxa. *Id.*

64 *Domestica, &c.*] Id est, saxa, quæ sunt in seditione usitata, familiaria et consueta tela. Testatur hoc Virgilius: 'Jamque faces et saxa volant.' Talia enim tela seditiosis sunt in promptu. *Lubin.*—*Domestica, &c.*] Competentia vicini furori: nulla nam sic sunt *domestica* rixantibus tela, ut saxa. *Vet. Sch.*

65 *Nec, &c.*] Id est, Non tam magna saxa jactant, qualia Turnus, Ajax, aut Diomedes projecerunt in hostes suos, sed leviores pro virium ratione.—*Quales, &c.*] In singulari certamine cum Ænea. Virgil. l. xii. 'Nec plura effatus, saxum circumspectit ingens.' Est autem hæc vera lectio. Id est, Quales lapides torait Turnus.—*Ajax*] In monomachia cum Hectore. Iliad. vi. et vii. *Lubin.*—*Nec, &c.*] Id est, Non tam magna saxa jactant, qualia antiqui. *Vet. Sch.*

66 *Tydidæ*] Diomedes Iliad. l. vi. ὁ χερμαδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης, μέγα ἔργον. Qui in Monomachia Æneam saxo prostravit, sed postmodum a matre Venere caligine fuit absconditus. *Lubin.*

67 *Sed, &c.*] Qualem lapidem tenuiores et imbecilliores illi emitte valeant. *Idem.*

68 *Ilis, &c.*] Non ita magnæ et validæ, ut heronum illis priacis temporibus viventium.—*Nostro, &c.*] Quo homines non tam robusti et validi. *Id.*

69 *Nam, &c.*] Alit enim Homerus Iliad. l. vi. quod tale pondus Diomedes sustulerit, quod sua ætate vix bis septem juvenes tellure moverent. Et Plinius vii. 17. ostendit 'hominis staturam indies decrescere.' Indicium certissimum mundi ortus et iuteritus. Florid. subsc. ii. c. 2.

70 *Terra, &c.*] Verissima et egregia sententia. Schoppa Collect. ii. c. 8. Quæri ergo posset, an primi homines



maiores, et paulatim minores facti sunt. Lips. Philos. Stole. l. iii. Dissert. 5.

71 *Ergo, &c.*] Hanc pugnam aspexit. Ille ridet illos pusillos homines immani et ingentia molientes, et odit illos quia mali. *Lubin.*

72 *A diverticulo*] Dixit superius post pugnas, ipsas lapidibus certasse. Interposuit postea paucula de pugnis heroum, qui et ipsi saxis et lapidibus concertarint. — *Diverticulo*] Digressiuncula: quia paulum ab historia digressus est, ait se ad historiam velle redire. — *Fabula*] Ridicule, de vera historia. *Idem.* — *A diverticulo, &c.*] Propter excessum. *Vet. Sch.*

73 *Subsidia, &c.*] Postquam altera pars Tentyritæ auxiliis aucti, missis pugnis et lapidibus gladios promunt, et sagittis pugnant, Ombi victi sunt; quibus fugientibus acriter Tentyritæ instant. *Lubin.*

74 *Pugnam, &c.*] Commoveri et a sagitta. *Vet. Sch.*

75 *Fuga, &c.*] Effuse fugientibus. — *Instant*] Tentyritæ; et hostes fugientes acriter urgent, et impellunt. Alii legunt: *Præstant instantibus Ombis.* *Lubin.*

76 *Qui, &c.*] Periphrasis Tentyritarum. Palmetum enim ipsa Tentyris vicinum erat. Alias ibi maximus palmarum proventus. *Tentyra*, accus. plur. *Lubin.* — *Tergu fuga celeri præstant instantibus Ombis, Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ*] Ita enim legendum vidit V. C. Joa. Mercerus ex veteri scriptura, quæ habuit, *præstant instantibus omnes.* Loci vero nomen hic proprium desideratur, cui vicina Tentyra. Nam ridiculum est *umbrosam palmam*, pro palmetis intelligere. Scriptum fuisse suspicor *Pamæ* pro *Pampæ*, unde *Pulmæ* fecerunt. *Pampæ* vicus vicinus Tentyria. Legendum ergo: 'Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra Pampæ.' *Παμραῖς* vocatur Ptolemæo. Ergo Tentyra illa sunt Juvenali, quæ Pam-

pæ vicina, longe utique ab Ombis sita, quæ tamen propinqua statuit. Quid si Poëta Oxyrynchitarum et Cynopolitarum historiam sub nominibus Ombitarum et Tentyritarum traduxit? sane et tempus convenit, nec res disconvenit; ut videre est apud Plutarchum, Juvenali contemporaneum, in lib. de Iside et Osiride. Tum denique Ombi et Tentyra verum melius et mollius inest, quam Cynopolis et Oxyrynchus, quæ prorsus Heroicum metrum negant intrare. Vide Salmas. Plin. Exercitat. pag. 452. b.

77 *Labitur, &c.*] Ex Ombis fugientibus, quem Tentyrita captum, et in minuta frusta dissectum (ut omnes inde aliquam particulam caperent) et calidum adhuc devoravit, nec tam diu, donec coqueretur, expectare potuit. — *Nimia, &c.*] Dum nimiam properat formidine gladiatorum et sagittarum. *Lubin.* — *Labitur, &c.*] Cedit fugiens. *Vet. Sch.*

78 *Præcipitans*] Quasi præceps fugiens, quæ fuga nimia sese præcipitem dedit. — *Capiturque*] Ab insequentibus et instantibus Tentyritis. — *Section*] Gladiis minutatim et frustillatim concisum. *Lubin.*

79 *Frusta, &c.*] Cruda membra hominis capti. *Vet. Sch.*

80 *Corroas, &c.*] More canum, ut ne minima quidem particula relinqueretur. Crudelissimum revera et immane facinus. *Lubin.*

81 *Atheno*] Lebate ardenti aut bulienti. Castalio Var. c. 5. — *Nec, &c.*] Id est, Tanta insaniam est illorum, ut nec in raccabis cocta, nec in verubus fixa coquant: sed cruda consumant. *Vet. Sch.*

82 *Verubus*] Non infixum verubus, cadaver assavit. *Lubin.*

83 *Expectare, &c.*] Ut concoquerent hominis cadaver. *Idem.*

84 *Quod, &c.*] Id est, Hominem coquendo, vel assando. Si enim concoxissent cadaver hominis, ignis vio-

latus esset. *Idem.*—*Hic, &c.*] Id est, Præstitit, inquit, nobis, quod extra hominis focum communem \* immolarent. *Vet. Sch.*

85 *Quem, &c.*] Respicit ad fabulam de Jove, qui iratus mortalibus ignem subtraxit. Prometheus autem ignem illum, concava ferula ad currum Solis adnota, rursus furto ex cælo abstulit, et in terram ad homines detulit. Vide Hesiodum l. *Æpov.* *Lubin.*

86 *Elemento, &c.*] Quod tam nefando scelere violatus non sit; et existimo te etiam, o Volusi, ob id exultare, quod ignis saltem sit inviolatus. Vel, Te, o Volusi, igni gratulari credo, qui tam infandi sceleris officio non fuerit violatus, *μὴ δὲ μυστρε, Πέρ, ἐν* *Quo,* inquit Persa ille in Epigr. Dioscorid. Antholog. l. 18. Persæ autem et Chaldei ignem venerabantur inter summa nomina, ut et aquam; tanquam rerum principia. Ab his, per Trojanos, perpetuus ille ignis Vestæ sacer fluxit ad Romanos. *Lubin. Farnab.*—*Elemento, &c.*] Gratulari te ipsum elemento, igni scilicet. *Vet. Sch.*

87 *Sed qui, &c.*] Notatur crudelitas Ægyptiorum. Id est, Homo effractus, qui naturam in se violavit, et semel natura repugnante hoc cadaver hominis mordere sustinuit, nihil unquam hac humana carne libentius comedit. *Lubin.*

88 *Nam, &c.*] Et ratio est; Quia in maximis sceleribus, dum peperantur, hominibus sceleratis maxima est voluptas. *Idem.*

89 *Ultimus, &c.*] Qui tardius, toto cadavere jam consumto, supervenerat; sanguinem ex terra profusum haurit, et gustat. Unde facile aestimare fas est, quanta aviditate et voluptate priores carnem devoraverint. Potest autem forte legi, qui *sitit.* *Idem.*—*Ultimus, &c.*] Qui venit jam novissimus. *Vet. Sch.*

91 *Qui, &c.*] Si ulterius senserit voluptatem. *Vet. Sch.*

92 *Per, &c.*] Digitis per terram cruentam ductis, haurit sanguinem et ita gustat. *Lubin.*

93 *Vascones, &c.*] Fatetur autem, humanis carnibus vesci, alibi etiam contigisse, sed non ex simili causa, fame, nimirum, intolerabili urgente. Sunt autem Vascones Hispaniæ citioris populi, ad Gallicum et Britannicum Oceanum, a Metello Romanorum duce obsessi, et in tantam necessitatem compulsi, ut carnibus humanis vescerentur. Alii dicunt ab Hannibale fuisse obsessos. Alii quod bellis Sertorianis obsessi, extrema fame, ne fidem populo Romano datam violarent, in cadavera sua sevierint compulsi, quo tempore Q. Metellus adversus Sertorium bellum gerebat. Plutarchus, Appianus, Florus III. 22. —*Vascones, &c.*] Obsessi Saguntini ab Hannibale, coacti sunt cadaveribus suorum pasci. Lucanus: 'Obsessum Pæno gessit quæ Marte Saguntum.' Cæsis scilicet imbellibus. Alii nam non ab Hannibale, sed a Metello obsessos dicant. *Vet. Sch.*

94 *Produdere]* Vitam suam prolongarunt.—*Sed, &c.*] Hos enim intolerabilis fames, Ægyptios vero animal feritas, et hostilis crudelitas compulsi. *Lubin.*

95 *Fortunæ, &c.*] Odium et inclementia fortunæ, quæ illos ad tantam calamitatem perduxit.—*Bellorumque, &c.*] Ut sunt egestatis et famis angustia. Quid enim amplius in bello, quam compelli ad humana cadavera devoranda?—*Causæ extremi]* Quibus nihil addi potest miserius. *Idem.*—*Fortunæ, &c.*] Quæ ad hoc eos deduxit.—*Bellorumque, &c.*] Cum obsiderentur a Metello. *Vet. Sch.*

96 *Obsidionis]* Vel a Metello, vel potius ab Annibale. *Lubin.*

97 *Hujus, &c.*] Exemplum hujus cibi, quem Vascones fame compulsi comederunt, debet merito esse miserabile et venia dignum.—*Miserabile]* Hi eam sua fortitudine in tantas cala-

mitates et ærumnas inciderant. *Idem.*  
—*Hujus, &c.*] De quo loquebar modo.  
*Vet. Sch.*

98 *Sicut, &c.*] Vasconum et Saguntinorum, quibus in dira obsidione omnia depasta erant. *Lubin.*—*Sicut, &c.*] Vascones Saguntini \* quorum dictum sit ut si \* major invidia facti exemplum, quod soleas non quod horreas.  
*Vet. Sch.*

99 *Cuncta, &c.*] Etiam impura, ut canes, glires, feles, mures, &c. *Lubin.*

100 *Vacui, &c.*] Rabiosa fames. Nihil autem fame atrocius, ut exempla non desint, propria brachia et lacertos devorantium.—*Hostibus, &c.*] Ut ipsi obsidentes hostes miseriam et calamitatem obsessorum miserarentur. *Idem.*—*Ventris furor*] Famis inopia. *Vet. Sch.*

101 *Tenuis, &c.*] Fame et inedia absumptos. *Lubin.*

102 *Membra, &c.*] Cadaverum et hominum, vel a se, vel ab hostibus interfectorum.—*Fame*] Cogente, instigante.—*Esse, &c.*] Edere. Fame instigante et jam prompti erant propria sua membra comesse. *Idem.*

103 *Quisnam, &c.*] Quis unquam hominum aut Deorum tam crudelis sit, ut veniam illis urbibus indulgere nequeat, si carnem humanam comedant, qui dira atque immania sint perpassi? Videtur melius legi, *Urbibus: alias, viribus, pro viris tam fortibus.* *Idem.*

104 *Dira, &c.*] Idque propter constantiam suam et animi fortitudinem. *Idem.*—*Dira, &c.*] Saguntinis. *Vet. Sch.*

105 *Et, &c.*] Illorum umbræ et defunctorum animæ, quorum corporibus vescabantur, his ignoscere poterant; nedum Dii et homines. *Lubin.*

106 *Melius, &c.*] Quasi dicat: Nos Romani illis Cantabris et Vasconibus sumus sapientiores, qui ex Zenonia aliorumque Philosophorum doctrina scimus, longe satius esse mori, quam immaniissime cadavera amicorum de-

vorare. Sed unde Vascones illam sapientiam habere poterant, qui prisce illo tempore rudes erant barbari? *Lubin.*

107 *Zenonis*] Optimi Philosophi, qui existimabat satius esse mori, quam naturæ leges in se violare. Egrege Virgilius: 'Usque adreme mori miserum est?'—*Neque, &c.*] Non omnia, sed quædam tantum, quæ contra humanitatem et naturam non pugnent. *Idem.*—*Zenonis, &c.*] Zeno Stoicæ sectæ \* ab eorum qui quod honestum esset, id summum et solum bonum esse dicebat. *Vet. Sch.*

108 *Pro, &c.*] Ut malum pœnæ effugiatur, non est admittendum malum culpæ. Sic Seneca: 'Non omnipretio vita emenda est.'—*Sed, &c.*] Unde Vasco, vel Cantaber, vel Saguntinus, Stoicam hanc disciplinam didicerit, scilicet moriendum potius esse, quam tam immani scelere et pisculo vitam protrahere. *Lubin.*—*Cantaber*] Hodie *Gascons.*—*Pro, &c.*] Sed per honestatem, sicut Stoici dicunt, melius erat mori, quam cadaveribus pasci. *Vet. Sch.*

109 *Antiqui, &c.*] His verbis satis indicat Saguntum a Metello fuisse obsessam: qui a Sulla dictatore contra Sertorium in Lusitaniam et Celtiberiam missus, cui postea additus a senatu fuit Pompejus. Florus III. 22. *Lubin.* *Farnab.*—*Stoicus, &c.*] Unde poterat tantum sapere quantum Zeno, ut cadaveribus abstinere, scelus putando committere pro vitæ cupiditate? *Vet. Sch.*

110 *Nunc, &c.*] Quasi dicat: Nostra ætate scire potuit Cantaber Philosophiæ præceptis imbutus, a carne humana abstinendum esse. Quasi dicat: Hoc tempore homines longe doctiores et cultiores sunt. *Lubin.*—*Nostras, &c.*] Romanorum sapientiam et literas. *Idem.*—*Græjas, &c.*] Romanas litteras, et Græcas. *Vet. Sch.*

111 *Gallia, &c.*] Gallia sacunda et oratoria, docuit Britannos vicinos

causas agere et oratoriam exercere. Quod autem Lugduni declamaverint, dictum Sat. i. vs. 45. deinde dixit Sat. vii. 'Accipiat te Gallia, vel potius nutricula Causidicorum Africa.' *Lubin.*

112 *De, &c.*] De adhibendo negotiis tuis oratore. Hyperbolice hæc dicit. Est autem *Thule* illa regio quæ jam *Norwegia* dicitur. Vel Oceani septentrionalis insula supra *Orcadas*, nonnullis *Schotland*. Idem.—*De, &c.*] De adhibendo negotiis suis oratore. —*Thule, &c.*] Civitas in Oceano: insula in qua brumæ tempore dies nulli, perinde solstitiali æstivo nox nulla. *Vet. Sch.*

113 *Nobilis, &c.*] Post digressionem revertitur ad Vascones et Saguntinos excusandos. Id est, Licet Vascones vel Saguntini fame compulsi sint ad carnes hominum comedendas, tamen ille populus nobilis est, et nobis Romanis virtute et fide par, sed clade nobis major. Quia illorum civitas ab Annibale prorsus deleta est, quod nobis Romanis nondum contigit. Hæc exacte Livius describit. Florus ii. 2. Valerius Maximus vi. 6.

114 *Saguntus*] Civitas ultra Iberum in Hispania, Rom. socia, ab Hannibale expugnata. *Morvedre*. Farnab.

115 *Tale, &c.*] Tale immane facinus, quidnam excusare potest? Quippe cujus cives si humanis vescerentur carnibus, excusandi sunt: huc, obsidione, constantia, fide adducti; sed *Ægypt*. &c. Farnab.—*Mæotides*] Sævior est quam ara Dianæ Tauricæ ad Mæotidem paludem. Fuit autem juxta Mæotidem Ponti paludem Taurica ara, Dianæ sacra, ad quam homines, hospites advenas immolabant vivos. Diod. Sicul. iv. 3. *Lubin.*—*Tale, &c.*] Juxta Mæotim paludem Taurici sunt, quorum rex Thoas ad venas immolare consuevit, usque in adventum Orestis et Pyladis: quibus agnitis Ifigenia, quæ erat templi sacerdos, ablato inde Dianæ signo, au-

fugit, idque Ariciæ consecravit. Et Salustius: Namque omnium ferocissimi ad hoc tempus Achæi atque Tauri sunt: quod quantum conjicio locorum egestate, rapto vivere coacti.\* *Vet. Sch.*

116 *Quippe*] Probat *Ægyptios* atrociores esse ipsis Tauricis. Id est, Diana Taurica inventrix infandi illius Sacrificii, homines tantum immolat, non autem devorat. *Lubin.*

117 *Ut jam*] Nisi forte illa fabulosa et Poëtica sint. Vel illa a Poëtis decantata posse vera esse, cum multa videamus immuniore fieri in *Ægypto*. Farnab.—*Carmina, &c.*] De ara Taurica. *Lubin.*

118 *Homines tantum, &c.*] Non autem devorat.—*Uterius, &c.*] Homo immolandus ibi nihil ulterius vel gravius timet, quam cultum quo immoletur. Hoc est, non veretur, ut insuper etiam devoretur. *Lubin.*

119 *Quis, &c.*] Indicat *Ægyptios* nullam sui sceleris causam habuisse, ut Vascones. Nimirum *Ægyptii* nihil ad sui excusationem possunt producere. Id est, quod infortunium, quæ adversa calamitas? *Idem.*

120 *Quæ, &c.*] Fuit *Ægyptiorum*, qua compulsi, homines devorarent, ut Vascones et Saguntini?—*Infestaque, &c.*] Arma hostilia vallo et obsidione urbem undique cingentia. Nihil horum *Ægyptios* impulit. *Idem.*—*Quæ, &c.*] Id est, quomodo Saguntinos coëgit obsessio? *Vet. Sch.*

121 *Tam, &c.*] Farius tam crudele atque immane, ut homines comedant. *Britann.*

122 *Anne, &c.*] Si Nilus terram Memphitidem vel *Ægyptiacam* inundare nolle, illicque suam fertilitatem invideret, vel ob hoc unum scelus, satis causæ haberet? Potuissentne enim aliam graviorem offensionem, invidiam, et simultatem Nilo creare, quam cum hominem devorant? Quasi dicat: Merito *Ægyptii* ob hoc ipsum scelus famæ et annonæ caritate

premerentur.—*Terra, &c.*] Est autem Memphis secunda urbs post Alexandriam nobilis Ægypti civitas, *Grec. Cairo.* Idem.—*Anne, &c.*] Quam, inquit, invidiam facerent Nilo cessanti defluere aliam, quam hanc, quam fecerunt, cadavera devorantes tanquam fame coacti? *Vet. Sch.*

123 *Invidiam*] Ut suam fertilitatem ipsi inviderent. Vel possentne facinore crudelliori irritare Nilum non inundantem siccam Ægyptum quam hoc quod suavit Busiridi Thrasius? *Fernab.*—*Nolenti, &c.*] Inundare et fertilem reddere, et sterilitate punire ipsam Ægyptum. *Idem.*—*Surgere, &c.*] Irigare Ægyptum. *Vet. Sch.*

124 *Qua, &c.*] Ordo est: Vulgus Ægyptiorum et Tentyritarum imbelles, inutile atque ignavum, dum tantum scelus perpetravit, hac immanitate et rabiosa feritate sævit, qua nulli unquam Cimbri, nulli Sarmatæ in hostes suos sæviunt. *Sat. viii. vs. 949.*—*Terribiles, &c.*] Qui metum et terrorem Romanis incusserant, utpote quos ter vicerunt. Illi jam Hetsati atque Dani, Gallica lingua *latrones* olim dicebantur. *Lubin.*—*Britones*] Germaniæ populi, quos nunc Britannos appellamus, a Britone terræ filio, cujus filius erat Manann. Populus Galliæ Celticæ: Armorici, *Britones.* *Tacitus.*—*Cimbri, &c.*] Gentes diversæ barbarorum. *Vet. Sch.*

125 *Sarmatæ*] Sarmatæ, et Scythiæ, ubi jam Moscovii, Moldavii, Transilvani, et pars quædam Poloniæ. *Sat. ii. vs. 1.*—*Immanes Agathyrsi*] Populi Scythiæ juxta Sarmatas, ita dicti ab Agathyrsio Herculis et Echidnæ filio. *Virg. pictique Agathyrsi.* *Lubin.*—*Sarmatæ*] Sarmatæ. *Vet. Sch.*

126 *Hæc, &c.*] Ægyptus, quæ vilissima est respectu aliorum populorum. —*Vulgus*] Tentyritarum, Ægyptiorum. *Lubin.*—*Imbelles, &c.*] Ægyptiorum. *Vet. Sch.*

127 *Parvula, &c.*] Testatur Strabo l. xvii. quod in Insula Delos quæ a mari et duobus Nili fluminibus circumdatur, tanta facilitate navigatur, ut nonnulli testaceas scaphas habeant. Notat molliorem et imbecillitatem Ægyptiorum, qui tamen et que adeo immanes sint. *Lubin.*—*Delos, &c.*] Testeis navigiis, talibus enim navigiis in Nilo utuntur. *Vet. Sch.*

128 *Et, &c.*] Fossæ aliæ in Ægypto erant tam facile navigabiles, ut scaphas testaceas et fictiles haberent. —*Pictæ, &c.*] Navis testaceæ, variis coloribus distinctæ. —*Brevibus, &c.*] Hoc pertinet ad parvitatem et imbecillitatem Ægyptiorum denotandam. *Lubin.*

129 *Nec penam, &c.*] Concludit immanitatem Ægyptiorum omnem penam excedere, et superare. Quibus satis magna pena imponi nequeat. *Idem.*

130 *In, &c.*] Illi enim per iram fecerunt, quod Vascones et Saguntini per incredibilem et ferosam famem. *Lubin.*

131 *Ira, &c.*] Nam ira illis famem suppeditavit ad devorandos homines. —*Mollissima, &c.*] Dum hominem lacrymari jussit natura, dedit ipsi clementiam, humanitatem, misericordiam. Lacrymæ autem sunt indicio, homines ad misericordiam, condolentiam, et *συναισθησις* esse natos. *Lubin.* —*Ira, &c.*] Eorum scilicet qui hoc compulsi fecerunt; id est, Vascones et Saguntini. —*Mollissima, &c.*] Humanitatem et misericordiam natura hominibus non negavit. *Vet. Sch.*

132 *Hæc, &c.*] Misericordia. Naturæ vel mentis nostræ optima pars, quod homines miserriles defleamus et miseramur. —*Nostri, &c.*] Animi nostri. Hinc recte ille dixit: *Ἀνθρώποις ἐπιδιδωκὺς ὀδύνας.* *Lubin.*—*Hæc, &c.*] Pars optima est naturæ vel mentis nostræ, miserum fieri. *Vet. Sch.*

134 *Plorare, &c.*] Ipsa natura, ipsa

humanitas.—*Cum lugentis*] Qui calamitatem et ærumnas suas desinet. *Lubin.*

185 *Squalorem rei*] Cum reum, ad iudicis subsellia protractum, extrema fortuna stare videmus; cum ipsum metu supplicii et iudicii attonitum videmus, et miserando habitu deformem et squalidum.—*Pupillum, &c.*] Id est, miseramur illum qui parentibus orbus est, qui ad iudicium vocat tutorem suum, qui misere illum decepit et circumacripuit. *Idem.*

186 *Circumscriptorem*] Tutorem, qui decepit pupillum.—*Cujus, &c.*] Cujus pupilli longiores et puellares capilli, ora ejus fletu et lacrymis manantia, incerta faciunt, sintne juvenis, an vero puellæ. *Idem.*—*Circumscriptorem*] Curatorem suum. *Vet. Sch.*

187 *Incerta*] Ambiguum vultum, puerne sit, an puella. Propter capillum passum et in faciem protensum.—*Capilli*] Hosce solebant illi qui tristes erant, dimittere. *Lubin.*—*Ora &c.*] Puellares capilli, tristitia et aqualore longiores. Cum enim rei tene-mur, et capillos dimittimus; qui faciunt nos interdum vultum habere tanquam puellæ. *Vet. Sch.*

188 *Natura, &c.*] Natura cogente et imperante gemitum edimus, cum virgo quædam nubilis moritur. *Lubin.*—*Cum, &c.*] *Ἐπαφῆς*, Viro maturæ. *Vet. Sch.*

189 *Terra, &c.*] Cum sepelitur infans, qui minor est, quam ut comburatur. Pueri enim quibus dentes nondam nati, non solemniter comburebantur. Beroald. Annotat. c. 29. Plin. vii. 17.—*Vel, &c.*] Sepelitur. *Vet. Sch.*

140 *Et minor*] Hoc est, neque sepelitur, sed reconditur in suggrundario. Sed an commune nomen sepulchri, illis competit? negat Rutilius. Car autem? opinor, quod hujusmodi non sub pulvere aut terra humabantur; sed in urnulis vel similibus vasculis, et in ipsis locabantur suggrun-

*Delph. et Var. Clas.*

darlis. Tum Plin. l. vii. Nat. hist. docet, nefas fuisse homines, quibus nondum dentes enati, cremare. *Delris.*—*Quis, &c.*] Sensus est: Quis vir bonus, alterius incommodo non moveatur? et qui non cogitat sibi accidere posse, quod alteri accidit? *Lubin.*—*Et, &c.*] \* Infans mortis. *Vet. Sch.*

141 *Qualem, &c.*] Qualem se vel suum maritum, vel quemvis alium hominem vult esse sacerdos Cereris. Porro in sacris Cereris matronarum pudicitia requirebatur, ut etiam virorum integritas. Qui enim currentes facem tenebant, castissimi et integerimi eligebantur: Sat. vi. vs. 50. qualem se vel suos esse vult Cereris sacerdos. *Lubin.*—*Cereris, &c.*] Ut Epopta fiat. Duplicia enim Cereris Mysteria; minuscule, quæ quotannis instaurabantur; et majuscula, quæ quinto quoque anno, mense Boëdromione. Initiandi autem per totum quadriennium dicebantur Mystæ. Ad ipsa autem sacra admissi Epoptæ, ab eo scilicet, quo illis sacra inspicere permitteretur. Scaliger ad Tibull.—*Arcana, &c.*] Face arcana dignus sacerdotii, ac per hoc justus. Arcana, imbutum sacris dicit Pontificem: aut arcana, dicit mystica, cum in templo Cereris sibi invicem facem cursores tradunt. *Vet. Sch.*

142 *Ulla, &c.*] Nullus vir bonus humani aliquid a se alienum putat. Dicit ergo nullum esse bonum, qui idem non sit pius et misericors.—*Separat, &c.*] Naturalis pietas, humanitas, misericordia commendatur. Hæc humanitas et misericordia distinguit nos a brutis. *Lubin.*

143 *Venerabile, &c.*] Divinum et excellens ingenium, ut alter alterius ope sublevetur. Id est, Ut misericordiam et humanitatem exerceamus, rationem adepti sumus. *Lubin.*—*A grege, &c.*] Animalium, pecorum. *Vet. Sch.*

144 *Divinorum, &c.*] Rerum divinarum intelligentes. Nullum enim ani-

*Juv.*

4 E

mal præter hominem, Dei notitiam habet.

145 *Atque, &c.*] Miræ hominum artes, quæ quotidie inveniuntur, indicant, hominem, nobiliss quid esse, quam qui e seculi, crassa, et terrestri materia constitutus sit. Hæc omnia præpter humanitatem exercendam hominibus attributa. *Lubin.*—*Atque, &c.*] Discendi artificii faciles. *Vet. Sch.*

146 *Sensum, &c.*] Non enim anima nostra e traducere, sed ex mente divina. *Virgilius*: 'Igneus est ollis vigor et coelestis origo.' *Lubin.*—*Sensum e, &c.*] Quem animum esse dicunt partem coelicæ divinitatis. *Vet. Sch.*

147 *Cujus*] Sensus vel animæ rationalis.—*Prona*] Bruta intellige.—*Mundi, &c.*] Deus initio mundi, illis brutis animalibus tantum dedit animas, vegetativam et sensitivam nimirum, quas potentias bruta nobiscum communes habent. *Lubin.*—*Prona, &c.*] Animalia. *Vet. Sch.*

148 *Conditor, &c.*] Deus. *Vet. Sch.*

149 *Nobis, &c.*] Mentem, intellectum, rationem, quam soli homines Dei beneficio consecuti sumus. *Lubin.* Anima ergo est qua vivimus et sentimus: animus autem, quo intelligimus sapimusque. *Britan.*—*Mutuis, &c.*] Eo nomine anima rationali a Deo donati sumus, ut mutuis benevolentiae et amoris adfectus, nos tempore necessitatis ab aliis auxilium petere, et auxilium vicissim aliis præstare juberet: Et sic dicitur, *χελὸν χελῶν σώζειν.* *Lubin.*

150 *Et, &c.*] Homines. *Vet. Sch.*

151 *Dispersos, &c.*] Ut mutuis amoris adfectus, homines in silvis dispersos, et hinc inde vagantes, in unum populum trahi et colligi juberet, in civitatem concedere, et ad civilem societatem convenire.—*Migrare, &c.*] Respicit ad prisca sæcula. *Cicero*: 'Fuit quondam tempus, cum in agris passim homines bestiarum more vagabantur, et sibi viotus ferino vitam propagabant.' Vide et *Athenæum*

xiv. 23.—*Dispersos, &c.*] In unum colligere in civitatem. *Vet. Sch.*

152 *Et, &c.*] Illas silvas relinquere, et decedere, quas præter inhabitarent. *Lubin.*

153 *Ædificare, &c.*] Ut non amplius in curribus et mapalibus viverent.—*Laribus, &c.*] Id est, urbes et civilem societatem condere. *Idem.*

154 *Tutes, &c.*] Id est, ut fiducia propter limen et domum vicinam celata et adacta, tutes et securus somnos præstaret. *Idem.*—*Tutes, &c.*] Secures, vicinitate aliorum confidentes. *Vet. Sch.*

155 *Fiducia*] Vicinitate aliorum confissa. Ut multi una societate conjungerentur, et unus alteri confideret.—*Protégere, &c.*] Jussit scilicet mutuis amoris adfectus. Hinc civica corona. *Valer. II. 8.*—*Protégere, &c.*] Defendere bello. *Vet. Sch.*

156 *Natantem*] Gravi vulnere in bello accepto natantem et cadentem. *Lubin.*—*Vulnere civem*] Pro, civem. *Vet. Sch.*

157 *Communi, &c.*] Sub communi vexillo tubæ concentu excitari ad pugnam: sub uno imperatore bellum gerere.—*Defendi, &c.*] Eo dicit, nam ex turribus civitatum initio in hostes depugnabant. *Lubin.*

158 *Una, &c.*] In una communis civitatis custodia et tutela conservari. *Idem.*—*Portarum, &c.*] Custodia portarum. *Vet. Sch.*

159 *Sed, &c.*] Id est, horribilibus etiam Draconibus major inter se concordia est, quam hominibus. Adeo ut concordia et mutuis amor in brutis reliquis adhuc esse videatur, ab hominibus vero prorsus exsulet. Hic satis indicatur, quod cum reliqua omnia animalia in sua perfectione et officio perstant, solus homo a suo officio exorbitavit, et lapsus sit. Et *Cicero*: 'Nulla est tam detestabilis pestis quam homini ab homine non nascatur.' *Lubin.*—*Parci, &c.*] Id est, similibus et ejusdem speciei fera parit

cognatis ejusdem speciei feris, easdem maculas, eandem formam et colorem habentibus. Brodæus Miscellan. III. 28.—*Sed, &c.*] Id est, Nec serpens serpentem comedit, nec fera sui generis feram. Varro: Canis caninam non est. *Vet. Sch.*

160 *Cognatis maculis*] Ut pardus et lynx parcat pardis et lyncibus.—*Quando, &c.*] Hoc enim nunquam factum est. *Lubin.*

162 *Exspiravit*] Mortuus, comestus et devoratus est. *Idem.*—*Majoris dentibus apri*] A sua gente. *Vet. Sch.*

163 *Indica, &c.*] Et hæc tamen animalia ferocissima sunt, et tamen concordia inter se, et mutuos amoris et enevolentiæ adfectus retinent. 'Solum homo est homini lupo.' *Lubin.*—*Indica, &c.*] De India. Ut Terentius: 'Elephantis quem Indicis præfecerat.' *Vet. Sch.*

165 *At, &c.*] Jam dissimili demonstrat, solum hominem de recta discedere. Id est, homini non satis est hominem interemisse, sed insuper etiam devorat. Id est, parum est homini gladios fabricasse, in alterius hominis perniciem.—*Nefanda*] Super scelerata incude. *Lubin.*

166 *Produxisse*] Fabricasse.—*Sarcula*] Id est, cum primi fabri proavorum nostrorum temporibus nescierint gladios fabricare, nimirum qui solummodo instrumenta ad agriculturam necessaria fabricare potuerant. *Sarculus* alii explicant ferramentum bicorni, quo commoveatur terra, a *sarriendo*, id est, fodiendo ita dictum. *Idem.*—*Produxisse, &c.*] Nam invicem et se absument dentibus: non tantum ferro. *Vet. Sch.*

167 *Marris*] Instrumentis ferreis excidendis inutilibus herbis comparatis. *Lubin.*—*Vomere lassi*] Id est, lassi cudendo marras et vomeres. *Britan.*

168 *Nescierint primi*] Nondum enim

sævitia erat inter homines.—*Extendere*] Alii, *excudere*. *Idem.*—*Nescierint, &c.*] Primo tempore, qui fuerunt regnante Saturno. *Vet. Sch.*

169 *Aspicimus, &c.*] Quales Tentyritæ, de quibus dictum; et quales nosas tempore, sunt Caribes, Cannibales, *ἀνθρωποφάγοι. Lubin.*—*Aspicimus, &c.*] *Egyptios. Vet. Sch.*

171 *Quid, &c.*] Quibus diris hos homines devoveret, quantum illos detestaretur, si jam viveret Pythagoras! nimirum ille indignando, cælum et terram commoveret. *Lubin.*

172 *Vel, &c.*] Vel ultra Sauroctas, ne videret hominum scelera, et talia scelerum monstra, portenta, prodigia. *Idem.*

173 *Cunctis, &c.*] Id est, qui religione et reverentia hominum, etiam a brutis animalibus abstinent, neque ab illis solum, verum etiam a quibusdam leguminibus, nimirum a fabis. Cum autem ille sentiret animos hominum post mortem migrare in nova corpora, quod ille *μετεμψύχων* appellavit, brutorum etiam carnibus abstinent, ne forte edendo in animos hominum, qui forte in illorum corpora migrassent, sæviret. Opinio vel pueris ridicula; tanto certe Philosopho indigna. Lips. Mauuduct. I. Dissert. 6. Laërt. in ejus vita. Gellius IV. 11.—*Pythagoras, &c.*] \* Samius philosophus propter cogitationem inter se mundi, omnibus abstinent animalibus, aversatus et fabam, quæ ex sanguine humano orta esset. \* Nam flores ejus in sanguinem vertuntur si sic ponatur. *Vet. Sch.*

174 *Non, &c.*] Refertur inter Symbola ejus, *A fabis abstinere*. 'Quoniam,' ut ait Cicero, 'inflationem adferrent, et animum perturbarent.' Vide proverbium, *A fabis abstinere*.—*Et ventri, &c.*] Qui et legumina timerat edere. Antistrophe, qui abstinent. *Vet. Sch.*



## SATIRA XVI.

1 *Quia, &c.*] Quasi illa militiæ commoda, præmia, utilitates, et emolumenta sint infinita et innumerabilia. *Lubin.*—*Felicitas, &c.*] Quanta in se habeat bona militia? *Vet. Sch.*

2 *Nam, &c.*] Id est, cum quis prospera castra et felicem militiam subit, licet tyro pavidus essem, tamen cuperem in illam militiam excipi, et transcribi. Vel, Si mihi militiæ stipendia auspicanti benigna affulserit constellatio, non dubitem etiam a puero omnem in castris ætatem degere. *Farnab.*—*Prospera, &c.*] Qualia hæc sunt, quæ jam intravi. *Idem.*—*Nam, &c.*] Ut nihil periculi patiatur in bello, vel non intersit præliis: vel si sint pericula, quamvis timidus sim, tamen eo ad militandum. *Vet. Sch.*

3 *Excipiat*] Optantis est. Quasi dicat: Causam non dico, quin excipiar.—*Porta*] Introitus castrorum. Dux autem erant castrorum portæ, quarum altera decima dicebatur. De portis castrorum consule Lipsii Comment. ad Tacit. de milit. Rom. Dial. 5.—*Secundo, &c.*] Diis faventibus, qui adversi si sint, militia est miserrima. *Lubin.*

4 *Plus, &c.*] Nihil magis in militia requiritur, quam ut felici sidere et benigno fato militiam capessamus; quod plus valet, quam si vel ipsum Martem belli Deum nobis habeamus vel maxime propitium, et faventissimum intercessionem Veneris.—*Fati benigni*] Benigni sideris, et secundæ constellationis. *Idem.*

5 *Quam, &c.*] Quæ Marti carissima, et cui libenter gratificatur. Cum enim amica ejus sit, ejus commendatio merito multam ponderis apud ipsum habet. *Idem.*

6 *Samia, &c.*] Juno Martem ex

Jove, vel, ut alii, ex nullo viro peperit. Colebatur autem Juno in Samo insula. Virg. *Æneid.* 1. *Lubin.*—*Et, &c.*] Id est, Juno. *Vet. Sch.*

7 *Commoda, &c.*] Sigillatim jam militiæ commoda recitat, et primo quidem communia. Quorum primum est quod maximam habeant nocendi licentiam et impunitatem. *Lubin.*

8 *Ne, &c.*] Id est, Ne togatus aliquis militiam non exercens, te militem pulsare audeat, et si a te milite ipse verberetur, te coram prætore non accusare audeat. Qui non militabant, toga utebantur. Contra milites utebantur sago militari. *Idem.*

9 *Et, &c.*] Id est, si a te vapulet, aut verberetur.—*Dissimulet, &c.*] Se pulsatum esse, vel vapulasse. Quid enim agat? Satius enim est dissimulare, quam nihil proficere. *Idem.*

10 *Excussos*] Dentes a te milite sibi per rixam excussos.—*Prætori*] Judici militum. *Idem.*

11 *Et, &c.*] Indicat in atrocissimis injuriis militem non accusari.—*Nigrum*] Lividum carnis tumorem ob ictum vibicosum, id est, maculis plumbei coloris.—*Offam*] Frustum carnis nigrum, vibicosum, et tumidum, quales nigrae offæ sunt, cum ad partem percussam sanguis defluit. *Idem.*—*Et, &c.*] Panis. *Vet. Sch.*

12 *Atque, &c.*] Id est, Oculos ictu extinctos, medico, de recuperando visu, nihil promittente.—*Nihil promittente*] Nil salutis aut remedii.—*Relictos*] Metaph. Deperditos. *Lubin.* Alii legunt, *Oculum relictum.*—*Medico nil, &c.*] Desperante. *Vet. Sch.*

13 *Bardaicus, &c.*] Quasi dicat: Miles de milite erit judex, et idcirco militi favebit. *Lubin.*—*Bardaicus, &c.*] Sensus est: Quiriti seu Togato a mi-

Ille offensus, non datur potestas vocandi militem coram Prætoris seu judice urbano, sed coram militum Tribuno vel Centurione, quem jocosè describit a statura procerus et grandis, a calceis et veste bardocucullo. Bardaicus judex idem est ac si diceret bardocucullo indutus, quo vestis genere hyberno tempore ut plurimum utebantur milites, potissimum Galli. Nec interest *bardaicus*, an *bardiæus* legas. Grang. Hæc ergo punire volenti datur *judex*, *calceus Bardaicus* et *grandes suræ*: per quæ militarem judicem intelligit, centurionem aut tribunum, cui grandes suræ et calceus Bardaicus. Bardæi populi sunt Illyrici. Salmassius Hist. August. Vel, Centurio Bardaico, id est, Cilicio sago indutus. Turneb. XXIII. 25.—*Bardaicus judex datur hæc punire volenti Calceus*] Veteres interpretes calceum Bardaicum intelligunt. Sed verior Britannici interpretatio de sago, sive cucullo Bardalco, idque ex sententia poetæ. Datur judex Bardaicus grandisque calceus, id est, caliga vel compagus, et grandes suræ: per quæ omnia describitur Tribunus vel Centurio. Simplicior sententia est, *Bardaicus judex*, id est, bardo cucullo vestitus, sive ille ex crassiore lana, sive ex caprarum pilis et cilicio confectus. Qualem propterea Centurionem fortasse *hirsutum capellam* audacter appellat idem poeta alibi: non tam quod capillis, ac barba promissa, sed quod sago hirsuto atque villosa indueretur. Ferrar.—*Bardaicus judex*] Centurio, qui quasi inter. Lego: Centurio, qui Oasi inter illos milites militavit, habens ibi, &c. Rutg.—*Punire volenti*] Illi togato.—*Bardaicus*, &c.] Centurio. Qui quasi inter illos milites militavit habentibus stationem apud Bardos. Est autem gens Galliæ, vel qualis fuit Bardas. Vet. Sch.

14 *Calceus*, &c.] Ut veste, sic calceo distincti milites a Quiritibus.

Turneb. XXIII. 24. *Vetus Scholiast.* Juvenalis ad vs. 14. Sat. ult. *Darupais militibus calceamenta dixit.* Corrigendum censuit Pet. Pythæus: *Pro ipso militibus calceamenta dixit.—Grandes suræ*] Id est, Magnas staturæ centurio: nam centuriones eligebantur, qui et proceri, et magnis viribus essent. Britann.—*Subcellis*] Ubi causæ audiuntur. Hoc dicit, quia causæ dijudicabantur in ipso castris, in centurionis tentorio. Sat. III. 322. Lubin.—*Calceus*, &c.] \*Darupais militibus calceamenta dixit. Vet. Sch.

15 *Legibus*, &c.] Id est, Ut ex antiquis castrorum legibus constitutum est.—*Mors*, &c.] Camillus in oblatione Veiorum instituit, ne milles extra vallam litigaret; quo semper ex mandato Consulis contra hostes pugnaturi, præsto essent. Lubin.—*Legibus*, &c.] Castra intra urbem erant militum, quæ Tiberius fecit. Vet. Sch.

17 *A signis*] A vexillis militaribus. *Justissima*, &c.] Id est, Centurio castrorum judex, cum maxima æquitate et moderatione causam togati cum milite disceptat et dijudicat: sed tamen ita, ut cum milite non per omnia stricto jure procedat. Lubin.

18 *Nec*, &c.] Id est, Si ego miles possim vicissim justæ querelæ causam adversus togatum proferre, quod me violarit; non deerit mihi centurio judex, qui ipsam togatum probe est ulturus. Idem.

19 *Si justa*, &c.] Etiam si justa causa me deserat. Farnab.—*Si*, &c.] Si justam causam habueris. Vet. Sch.

20 *Tota*, &c.] Id est, Licet centurio æquissimam sententiam contra militem pronunciarit: ægerrime tamen ferunt omnes commilitones, quod aliquid contra militem sit pronunciatum. Lubin.—*Manipuli*] Milites manipulares, qui idem signum sequuntur. Idem.

21 *Consensu*, &c.] Unanimi consensu, summo nisu et conatu. Quidam

hic legant, efficiant, scilicet querelam deferant.—*Curabitis, &c.*] Sont verba militum increpantium togatum, qui alium militem velit accusare. Quasi dicat: Injuria militis parvula est, pro qua vos magnam et gravem vindictam poscitis. Vel possunt esse verba Poëtæ, dicentis: Vos efficitis, ut damnosius vobis sit, cum vindictam petitis, quam prius accepta injuria. Vel, ut miles quem accusatis, dum vos ulciscetur, majorem vobis injuriam inferat, quam est prior. Alii legendum esse censent, *curabitis*, sc. o togati. *Lubin.*—*Curabitis ut sit Vindicta*] Ut satis cures, quemadmodum effugas illos. *Vet. Sch.*

22 *Vindicta*.—*Petita.*—*Injuria*] Jam accepta.—*Dignum, &c.*] Opus et audacia Vagellii e Mutina cujusdam temerarii caudici. *Farnab.*—*Mutina, &c.*] In alio, Mutinensis: Rhetor aliquis de Mutina: ignavus de \* malino. *Vet. Sch.*

24 *Cum, &c.*] Quibus clavus caligarihus pungi a militibus possint. Vel, Cum tu solus tantum sis, et velis accusare militem, offendere tot milites commilitones, qui clavos in tibialibus habent, et togato militem accusanti obstabunt.—*Offendere*] Irritare, sibi infensos et iratos reddere. Dum enim cogebatur per illos transire, illum talibus clavus pungebant. Hinc superius dixit Sat. III. 248. 'Et in digito clavus mihi militis hæret.' *Lubin.*—*Tot, &c.*] Id est, Tot milites, qui caligas ferant, in quibus clavi. Turnebus IV. 7. *Caligati* autem proprie milites gregarii sunt; a caliga, militum vulgari calceamento. Caligas autem illæ clavis dispersæ: sed in clavis differentia: alii enim ferreos, argenteos, aureos gestabant in caligis, ut quisque dignitate antecollebat. *Quang.*

25 *Quis, &c.*] Id est, Quis adeo stolidus, et tantum absit a prudentia urbana, ut hæc sibi faciendum judicet? Vel, quis jam civium inter mi-

lites injurias nescit? Est proverbialiter dictum. Sunt qui legunt, *amit.* *Lubin.*

26 *Præterea, &c.*] Aliud togatorum contra militem incommodum, quod nullum amicorum tam fidelem habeant, qui officii gratia ipsos in castra comitari velit.—*Pylades*] Id est, Tam fidelis amicus, qualis Pylades Oresti fuit, qui pro amico periculum velit subire, ut Pylades fecit pro Oreste.—*Molem, &c.*] Ut veniat intra castra, testis contra militem, ultra aggerem, et vallum. Lipsius 5. de milit. Rom. Dialog. 5.

27 *Lacryma*] Id est, Togati si læsi a milite sint, dissimulent, amoveantque lacrymas, utpote nihil profuturas: nec cum lacrymis amicos sollicitent, ut officii gratia in castra se comitentur. *Lubin.*—*Se, &c.*] Propter periculi magnitudinem.

28 *Sollicitemus*] Ut officii gratia nobis præsto sint. *Idem.*

29 *Da, &c.*] Id est, Si tu togatus testem a judice dare jussum produxeris, et ille liquido testetur et audeat sincere testimonium proferre et dicere, Ego vidi, et testor hoc esse verum; ego credam eum testem esse hominem antiquæ fidei.—*Quem, &c.*] Jusserit te producere.—*Audeat, &c.*] Si quis unquam tantæ magnanimitatis et confidentiæ est. *Idem.*—*Da, &c.*] Fortasse dicis, Habeo testes. *Vet. Sch.*

30 *Nescio, &c.*] Nimirum talis vulus et nusquam erit. *Lubin.*

31 *Et, &c.*] Existimabo illum esse severitate et gravitate antiquorum præditum, et inoccupatæ gravitatis fidei esse, et qui pro justitia et veritate, capitis periculum adire non dubitaret. *Idem.*—*Et, &c.*] Si audebit dicere: dico illum ex his esse antiquis \* si testimonium tibi præbeat. *Vet. Sch.*

32 *Citius, &c.*] E contrario demonstrat, longe facilius esse falsum togetum invenire contra paganos et to-

gatum, quam verum contra militem.  
—*Producere*] Ad testimonium dicen-  
dum. *Labin.*

33 *Pagum*] Togatum, Quiritem  
a militia remotum. Vel, rusticum,  
militiae non adscriptum.—*Vera, &c.*  
Verum testem. *Idem.*

34 *Contra, &c.*] Res, opes, et facul-  
tates armati militis.—*Pudorem*] Fa-  
mam, existimationem, honestatem.  
*Labin.* Contra id quod possit esse  
pudori et dedecori ipsi militi. *Bri-  
tann.*

35 *Premia, &c.*] Progreditur alte-  
rius ad alia militiae commoda. Quod  
milites litigantes brevissimo temporis  
spatio causam ad finem possent per-  
ducere, quae togatis in multis saepe  
annos producatur. *Labin.*

36 *Sacramentorum*] Militum, qui  
sacramento obligati sunt summo belli  
duci. Jurabant autem milites se pro  
Republica facturos, nec prius disces-  
suros, nisi finitis stipendiis.—*Conval-  
lem*] Res, campum, vel agrum in valle  
positum, quem avi mei possederunt  
in bona pace multis annis. *Idem.*—  
*Sacramentorum*] Id est, Militiae: quia  
jurabant. *Vet. Sch.*

37 *Improbis*] Avaris, alieni cupi-  
dae, vicinis.—*Mihi*] Togato, vel a  
militia remoto. *Labin.*—*Improbis*  
Militaris.—*Campum*] Terminum; id  
est, si egeris contra aliquem, quod  
terminos effoderit, et transtulerit.  
*Vet. Sch.*

38 *Aut, &c.*] Id est, Si saxum, quod  
termini, vel limitis loco erat positum  
inter meum et vicini agrum, si illum  
effoderit et in meum agrum transtu-  
lerit, ita ab agro meo aliquid abra-  
dens.—*Sacrum*] Hosce limites Jovi  
terminali solebant sacrificare, hisque  
quotannis liba et pulvis in sacrificio  
offerre. Illum autem terminum vio-  
lare vel movere loco, sceleratissimum  
habebatur. Nam fabula est, *Termi-  
num* ne ipsi Jovi quidem voluisse ce-  
dem.—*Madia, &c.*] Ubi infossus erat.  
*Labin.*

39 *Quod mea cum*] Quod saxum ego  
quotannis pulvis mea et libis colui.—  
*Vetulo*] A multis annis usitato. *Labin.*  
Alii legunt, *patulo*.

40 *Debitor, &c.*] Si debitor se mihi  
quidquam debere neget.

41 *Vana supervacui*] Sat. XIII. 137.  
idem versas.

42 *Expectandus, &c.*] Tum lente  
mea causa dijudicanda suscipitur et  
finitur. *Labin.* Anni certum tempus  
quo conveniant iudices, et totius po-  
puli causa agi incipiunt. Vide Pi-  
thaei *Adversar.* cap. 22. *Farnab.*—  
*Expectandus erit*] Tantam scilicet  
Romae forensium rerum copiam dicit,  
tantamque litigantium multitudinem,  
quorum lites singulae ordine diri-  
muntur, ut eo anno, quo quis nomen  
alicujus ad Praetorem retulerit, in or-  
dinem venire non possit; ita ut ad  
annum sequentem, cum res redeant,  
illi expectandum sit, quod tempus  
Servius vocat, *litium annum*. *Grang.*

43 *Totius, &c.*] Certo enim anni  
tempore universi populi Romani can-  
sas incipiebant agitari.—*Sed, &c.*] In-  
numera molestiae interim sunt devo-  
randae. *Labin.*—*Mille, &c.*] Odia.  
*Vet. Sch.*

44 *Mille, &c.*] Juxta illud nostre-  
rum; Peto dilationem in sequentem.  
—*Totius, &c.*] A ministris tanquam  
actio futura sit, cum interea nihil  
agatur, et milites non compareant.  
*Labin.*—*Subsellia, &c.*] Subternuntur,  
ponuntur aut parantur. *Vet. Sch.*

45 *Jam fatigato*] Qui aestu defati-  
gatus, lacernas et vestes tanquam  
lassus deponit, vel agendo vel ex-  
spectando defatigatus. *Labin.*

46 *Fusco, &c.*] Hic apud Martialem  
ebriosus notatur. Dictus Aurelius  
Fuscus, qui mictum exiret, ut vesi-  
cam distentam exoneret, et tardius  
redit. *Macrob.* Saturn. III. 16.—  
*Parati, &c.*] Qui alias ad agendas  
causas accincti et parati eramus, di-  
gredimur ab invicem, propter iudices  
impeditos. *Idem.*

47 *Lenta, &c.*] Lite lente procedente, et sæpe dilata. Vel ita actio, ut prælium, nocte interveniente, dirimitur. Est Metaph. a gladiatoribus sumpta. *Labin.*

48 *Aut illis, &c.*] Militibus. Jam dissimili demonstrat, longe meliorem esse conditionem militum, quibus quodcunque tempus tandem placeat, ad agendas causas præstetur. Militum enim causæ non diu differbantur.—*Baltes*] Militare cingulum. *Labin.*

49 *Præstatur*] Indulgetur. *Idem.*

50 *Nec, &c.*] Id est, Opes illorum non consumantur prolixis litium disceptationibus. Dum enim rota circumire non potest impedita suffamine, inferior ejus pars quæ in terra trahitur, atteritur. Est ergo *suffamen*, hoc loco, idem quod, impedimentum litis finiendæ.—*Suffamine*] Litis mora et oppositione. Sat. iv. *Idem.*

51 *Solis, &c.*] Subjungit jam aliud commodum, quod miles vivo patre testamentum possit condere de peculio castrensi, quod aliis integrum non est. *Idem.*

52 *Nam, &c.*] Peculia enim castrensia erant libera. *Idem.*—*Nam, &c.*] Castrense peculium liberum habent. *Vet. Sch.*

53 *Non, &c.*] Non esse in essentia patrimonii, vel in censu illarum opum, quarum dominium pater habet. Cujus totius arbitrium est.—*Census*] Id est, Illorum quæ censentur; vel,

ad patrimonium spectant. *Labin.*

54 *Ergo, &c.*] Explicat exemplo Corani, quod dixit, qui illo tempore satis notus fuit miles. *Idem.*

55 *Signorum, &c.*] Qui vexilla ducit et imperatoris sectatur.—*Castrosum, &c.*] Peculium, vel stipendium.

56 *Captat, &c.*] Blanditis et muneribus filium captat pater, licet ætate tremulus, ut filius si forte moriatur, ejus hereditatem pater adire possit; cum jure ejus bona obtinere nequeat.—*Hunc, &c.*] Id est, Militis laudatus labor, hunc Coranum ad opes et dignitates evehit. Vel, Ex æquo et merito redditur honos labori. *Idem.*

57 *Et pulcro*] Retribuit sua dona promerita egregio labori..

58 *Ipsius certe, &c.*] Id est, Hoc certe spectat ad dignitatem et majestatem ipsius Imperatoris, ut unusquisque miles pro ratione virtutis et fortitudinis condigna præmia accipiat; quibus exemplis alii milites et ad præmia et virtutes easdem invitentur. *Labin.*

59 *Ut, &c.*] Ut quo quis majori virtute et fortitudine præditus est, hoc etiam ampliora præmia et honores adeat. *Idem.*

60 *Ut, &c.*] Ut qui pro Rep. corpus suum toties periculis objectant, ii meritis etiam eminentioribus apud Imperatorem excellant, et excellentissimis muneribus eniteant.—*Phalaris*] Ornamentis equorum.—*Turquibus*] Catenis, vel, circulis aureis ex collo in pectus dependentibus. *Idem.*

---

FINIS NOTARUM VARIORUM.

---



**THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY  
REFERENCE DEPARTMENT**

**This book is under no circumstances to be  
taken from the Building**

JUN 24 1907

JUL 6 - 1907

Form 410

1919

1919

1919

